www.e-rara.ch

D. Epiphanii Episcopi Constantiae Cypri, contra octoaginta haereses opus , panarium, sive arcula, aut capsula medica appellatum, continens libros tres, & tomos sive sectiones ex toto septem

Epiphanius

Basileae, [1543]

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Shelf Mark: online

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-5598

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

CH33

CH33

N 2310.

Lupolum Bibliothecæ regiæ Monacensis.

D. EPIPHANII EPISCOPI CONSTANTIAE CYPRI, CONTRA OCTOAGINTA HAERESES OPVS, PANARIVM, SIVE ARCVLA, AVT CAPSULA Medica appellatum, continens libros tres, & tomos siue sectiones ex toto septem:

IANO CORNARIO MEDICO Physico interprete.

Ad Conventum Ramsaviensem ffr. ord. Erem. S. Augustini 1735.

ITEM,

EIVSDEM D. EPIPHANII EPISTOLA SIue liber Ancoratus appellatus, docens de uera fide Christiana.

EIVSDEM D. EPIPHANII ANACEphaleosis, siue summa totius operis Panarij appellati, & contra octoaginta hæreses conscripti.

EIVSDEM D. EPIPHANII LIBELLVS DE mensuris ac ponderibus, & de asterisco ac obelo, deq; notis ac characteribus in diuinæ scripturæ interpretibus, per Origenem usurpatis.

Omnia per IANVM CORNARIVM *Medicum Physicum nunc primum Latine conscripta.*

Cum Cæs. Maiest. Galliarumq; regis gratia & priuilegio ad septennium.

BASILEAE.

ILLVSTRISS. AC POTENTISS. PRINCIPI AC DOMINO, D. IOANNI FRIDERICHO, SAxoniæ Duci, Sacri Rom. Imp. principi Electori, ac Archimareſchallo, prouinciali Thuringiæ comiti, Miſniæ Marchioni, & Burggrauio Magdeburgen. Ianus Cornarius medicus phyſicus Francofordeñ. S. D.

QVVM Deus opt. max. ita, credo, uoluerit Illuſtriſs. princeps Ioannes Frideriche, ut iam biennium præſtantiſsimum ac eloquentiſsimum Græcorum Theologum, Diuum Baſilium Latinis hominibus legendum conuerterim: neq; enim humanis uiribus adſcribendus eſt is qui mihi contigit ſucceſſus, ut intra uniius anni ſpaciũ totum opus abſoluerim, trium uſus exemplarium collatione, et adhibita alicubi priorũ in quibuſdã libellis interpretum lectione, quo undiquaq; abſolutũ, ſi id à me præſtari poſſet, optimum opus publicarem. Nam & ſi non male dixerit ille, Labor improbus omnia uincit: & hæc res non ſine magno labore à nobis perfecta ſit: tamen nihil hic tribui meis uiribus uolo, niſi ſi alicubi à Magni illius uiri ſententia exprimenda excidi, quod haud ſcio an non alicubi acciderit, aut an ſatis caueri ab ullo aliquo interprete poſsit. Quum itaque Deus opt. max. ita, inquam, uoluerit: & is nobis diuinitus in illo opere contigerit ſucceſſus, pergere ulterius in Theologorum Græcorum lectione mihi uiſum eſt, tum ſtudioſorum gratia, tum meipſius, ut uerum fatear: ne quis mihi impingat illud, Ita me in Theologis uerſatum eſſe, uelut canis in Nilo, bibit & fugit. Nam & in hoc ſtudiorum genere adeò nullus fuit mihi extimeſcendus crocodilus, qui me auerteret ac fugaret, ut ſint etiam peculiares quædam illecebræ, quæ etiam inuitent animum non penitus à pietate abhorrentem: præſertim ſi cui munificus ille donorum omnium largitor Spiritus adſpiret. Et ut laborem hunc noſtrum putem eſſe utilem, & multis profuturum, magni quidam theologi faciunt, qui me tum ultro currentẽ ſuis acclamationibus animarunt, tum exfatigatione torpeſcentẽ extimularunt, non modò frigidam languenti affundentes, ſed etiam manũ porrigentes, deducentes, & auxiliũ ferentes. Proinde publicæ utilitatis gratia, inſignem item Theologum Epiphanium aggreſſus, etiam ipſum in latinam linguam tranſtuli. Et hoc aliquanto etiam alacrius feci, tum propter ipſius authoris præſtantiam, tum propter operis raritatem, quod in hunc diem neque Græcè, neque Latinè typis excuſum eſt: imò nunquam ab aliquo attactum, qui id Latinum facere tentaſſet. Certè Diuus Auguſtinus de hæreſibus ad Quod uult deum ſcribens, qui ab ipſo petierat de hæreſibus, ipſorumq; erroribus inſtrui, dicit de hoc argumento Græcè ſcripſiſſe Cyprium epiſcopum Epiphanium, in doctrina catholicæ fidei (ſic enim loquitur) laudabiliter diffamatum. Et addit, Vide ergo ne fortè librum ſancti Epiphanij tibi mittere debeam. Ipſum enim arbitror Philaſtrio doctius de hac re tractaſſe, qui poſsit apud Carthaginem in Latinam linguam uerti facilius atque commodius, ut tu potius præſtes nobis, quod quæris à nobis. Hæc Auguſtinus. Et optandũ eſſet, ut Quod uult deus Epiphanij conuertendi laborem ſuſcepiſſet, & hic labor ad nos extaret. Aut enim hunc laborẽ me ſubire non fuiſſet opus, aut ſi omnino rurſus Latinum facere uiſum fuiſſet, extitiſſet illius opus, quod indicis uice eſſet, & quod genuinum erat huius authoris præ ſe ferret. Nunc quum hoc factum non ſit, his commodita-

tibus priuati, unicum exemplar sequuti, quod potuimus præstitimus, ut Epiphanius latinè legatur, iuxta interpretis fidem, ita ut nihil adiectum, neq; immutatum à nobis sit, nisi palàm uitiatum, quod non infrequenter occurrit in ipso exemplari. Sed profuit etiã hac parte hoc nobis, quod multa πλεονολογίᾳ, atque ijsdem uerbis contra diuersas hæreses repetit Epiphanius, ut ex altera lectione alteram corruptam emẽdare detur. Præterea quum bonam partem Irenæi κατὰ τοῖς ὀνόμασι transscribat, nõ incommodum nobis fuit Irenæi latinum exemplar adhibitum, quanquam idipsum uitiosissimè translatum sit, & plus ex Epiphanio restitui posit, quàm ipsum mihi in Epiphanio conuertẽdo profuit: ut mirum sit, Erasmũ Roterodamũ, acri alioqui iudicio in eiusmodi præditũ, putasse, ipsum Irenæum latinè scripsisse. Optandum esset, inquam, laborẽ conuertendi Epiphanij Quod uult deum suscepisse, ut uel hoc saltẽ hinc cognosceremus, an hic esset liber is Epiphanij, de quo ipse Augustinus scribit. Nam reuera uidetur ipse Augustinus hoc opus Panarium inscriptum non habuisse, neq; uidisse. Quum enim Epiphanius multus quidem sit in historia recensenda, quod ad originem, studia, natale solum, hæresis occasionẽ ac prætextũ attinet, per singulas adeò hæreses: & tamen longè maiore industria ipsas occasiones ac prætextus, unà cũ erroneis opinionibus, per ueras scripturas ipsarumq; interpretationes refutet ac condemnet: haud scio, quomodo Augustino in mentem uenire potuerit, ut ad eundem Quod uult deum sic scripserit. Noster uerò Epiphanius Cyprius Episcopus, ab hinc non longè humanis rebus exemptus, de octoaginta hæresibus loquens, sex libros etiam ipse conscripsit, historica narratione commemorans omnia, nulla disputatione aduersus falsitatem pro ueritate decertans. Breues sanè sunt libelli, & si in unum librum redigantur, nec ipse erit nostris, uel aliorum quibusdam libris longitudine comparandus. Ex his uerbis indicat sanè Augustinus, se hoc magnum & bene longum Epiphanij opus non habuisse. Sed aut singulis libris, aut librorum tomis præmissa argumenta uidisse, & ipsa uidelicet breues libellos appellasse: aut Anacephalæosin eiusdem Epiphanij saltem habuisse, quæ etiam ad finem huic operi est adiecta. Hoc enim opus nulla parte ab Augustino exæquatur, tantum abest ut id superarit. Aut igitur hoc Epiphanij opus Augustinus non uidit, aut iustum opus Augustini nõ extat & perijt, aut non præstitit Augustinus quod promisit. Nam catalogus ipsius uix præmissis librorum Epiphanij argumentis, aut Anacephalæosi illius comparari potest. Itaque etiam hac de causa expetendum maximè est hoc D. Epiphanij opus, nostro præsertim sæculo, in quo nihil uulgarius est quàm hæreseos nomen alterum alteri obijcere, sicut etiam multarum sectarum est feraciss imum. Tametsi enim ueræ fidei ratio in sacris literis expressa, index sit per quem omnis adulterina doctrina probatur, ac reproba comperitur: tamen ipsæ quoque hæreses palàm propositæ ostensæq;, ac per diuinam scripturam confutatæ, uanitatem ac putiditatem suam apud omnes detegunt, dum suo inani prætextu per ueritatem denudantur. Id quod egregiè præstitum est ab Epiphanio in hoc opere. Atque utinam etiam hodie hæ quæ putantur hæreses consimili modo conuincerentur, ab his qui & librorum & hæreticorũ ipsorum exustionem suo quodam iure facere audent: aut sicò usque procedere non datur, librorum in suas regiones inuectionem prohibent, quod etiam ab ipsis sectis inter se mutuò factum esse uidimus. Non esset itaque malum exemplum Epiphanius, si doctrinæ quæ à uera fide alienæ sunt, aut aberrant, per eos qui rectè sentiunt, ex diuinæ scripturæ testimonijs reuellerentur, quemadmodum Epiphanius fecit. Sed facilius est dam

nare,

nare excludereq; ac exurere aliquid, quàm redarguere, ac meliora præstare. At profectò manet etiam hos sub pietatis specie tyrannos suum supplicium, & non effugient eius, qui nunc hæc patienter ferre uidetur, Dei ἐκδικον ὄμμα. Certè si iuxta Epiphanij institutum, hæreses proferrentur, ipsarumq; prætextus ex falsò excogitata diuinæ scripturæ interpretatione per ueritatem redarguerentur, multi ad sanam doctrinam reuerterentur, et in rectam uiam redirent. Nunc illa tyrannis non solum non reuocat ad rectam uiam, sed plures etiam à se abalienat, qui crudelitatem detestantur, etiam si uerè hæretici esse, illi conuicti essent. Et quomodo concordia fieri poterit in statu religionis, si hoc modo graßari perget istorum tyrannis, nullum habens in primitiua ecclesia exemplum? De Arianis equidem legimus, quod persequuti sunt orthodoxos, & multis malis affecerunt. Verùm catholicæ ecclesiæ præcepit Paulus, hæreticum hominem post unam aut alteram admonitionem fuge, gnarus quod talis euersus est, & peccat per se damnatus. Quòd si ad concordiam res Christianæ religionis non redierit, nec sequemur ueterum Theologorum in tractandis hæreticis exemplum: timendum est ne unà cum uera pietate etiam ipsæ literæ ac omnia bona studia peßum eant. Quare nihil uereor aliquos futuros esse, qui hanc meam operam in hoc eximio Græco Theologo ad Latinos conuerso improbent, quasi tales hæreses supprimere oporteat, & non publicare, ne uidelicet alicui erroris occasio detur: quando sanè non in hoc mala nobis proponuntur, ut ea sequamur, sed ut cognita uitemus ac detestemur, & diaboli insidias atque opus cognoscamus. Alioqui nec uenenatas rerũ materias, nec uirus eiaculantia reptilia scripto prodemus, ut ne aliqui his ad aliorum perniciem utantur. At quum uenenatorum cognitio hoc commodi præbeat, ut ne ignari ab illis lædamur, aut uitæ damnum incurramus: quæ est insania, dicere hæreseon notitiam magis efficere, ut incurramus errorem, quàm ut uitemus? Esto autem esse improba ingenia, quæ sibi ipsis malum, uelut Cæcias, quod dicitur, nubes, attrahant: profectò ea propter non supprimẽdi sunt malorũ errores, ac peruersæ opiniones. Imò potiùs producendi, ut à ueritatis luce mendacia tenebrarum redarguantur: & qui sordet, sordescat adhuc amplius. Aut tollendus erat omnino serpens ille, ut ne uafris persuasionibus molle natura Euæ primæ matris nostræ ingenium ad improbam inobedientiam, per leuem esus pomi uoluptatem decepisset. At uerò hæc omnia, illustrißime Princeps Ioannes Frideriche, recensenda putaui, non ut peruersis quorundam ingenijs occurram, quorum nulla est cura Hippoclidæ. Sed ut Celsitudini tuæ declarem, quàm uellem omnino C. T. dignum hoc munus uideri, quod post inscriptum eidem C. T. Græcum Dioscoridem, post tredecim iam annorum tempus, tandem C. T. offerre statui. Non quod nihil interim sit à me editum, sed quod quum multa à nobis sint è Græcis ad Latinos conuersa, quàm multa nemo unus ab hominum memoria in Latinam linguam de Græcis transtulit, atq; hæc è diuersis doctrinarum generibus, Philosophia, Physica, Medicina, ac Theologia: nullum opus æquè C. T. decere uisum est, uelut hoc Epiphanij scriptum. Quum enim acerrimus sis in opprimendis recens enatis hæresibus, ipsasq; & fugias, & fuges è tua ditione, & ueræ fidei doctrinam amplectaris, foueas, tuearis, ac defendas: fieri nõ potest, ut hic liber C. T. non sit dignißimus, qui simili studio in sectis extinguendis, & uera pietate instauranda elaborat. Debuit autem & aliàs meæ erga C. T. obseruantiæ testimonium aliquod fieri splendidum, nempe patriæ meæ principẽ: cui quum præsens nulli usui esse posßim, hoc officium meum complacituru spero, quum nõ sit quod

amplius præstare queam. Et reuera non mediocre gaudium est mihi, sexcentos esse in patrijs mihi, regni tui ditionibus, quos me præcedere uideo, ut nullus mei usus expetatur: atque utinam nunquam expectetur. Non quòd nullo patriæ amore tenear: quæ enim esset hæc erga patriam inhumanitas? aut quòd nesciam quantum patriæ debeatur: sed quòd ex animo de solida hac patriæ gloria gaudeam. Nimirum præter eos qui apud exteros uiuunt, esse tot insignes ducatus tui uiros præsentes, qui C. T. & usui, & utilitati, & ornamento esse possunt. E quorum numero unum quendam quasi insignem phœnicem, undiquaque doctissimum Philippum Melanchthonem proferre non dubitabo, quo & præceptore & amico per multos iam annos usus sum. Hic opus hoc ita probauit, ut id primùm in studiosorum gratiam à clarissimo uiro D. Ioanne Langio Erfordiensi impetrarit. Deinde ad industrium uirum Ioannem Oporinum utraq; lingua professorem clarum miserit, quo illius, & Roberti Chimerini industrij typographi opera Græcè ederetur. At hi ambo ut melius de Latina lingua, & de studiosis Græca non assequentibus mererentur, persuaserunt mihi, ut post Basilij conuersionem à me factam, etiam hoc Epiphanij opus aggressus sim, & intra nonum mensem in Latinam linguam transtulerim. Atque hoc extra professionis medicæ, in qua iam per uiginti annos uersor, rationem. Verùm dum hoc ago, maiorem rationem pietatis habui, & ueræ Christianæ doctrinæ, quæ reuera in utrisque his Theologis Græcis insigniter illustris existit, quàm uel priuati quæstus, uel Spartæ meæ exornandæ mihi peculiariter propositæ: præsertim quum magnos quosdam Theologos hoc meum studium ualde probare uiderem: et Philippus Melanchthon quum superiore anno hic esset, de Vangionico colloquio reuertens, etiam industriam hanc meam collaudaret, præsente unà cum ipso, magno illo & ad omnia magna præstanda nato, Celsitudinis tuæ procancellario Francisco Vuimariense, cum alijs multis egregiè doctis uiris, omnibus uno ore operam hanc meam approbantibus. Spero autem istam ad Theologiam exspaciationem mihi ad hoc profuturam esse, ut alacrior et uegetiore animo rursus ad Hippocratem & Galenum contendam, si qua uel hinc possit per me utilitas studiosis emergere, quando sanè gustum eorum non iniucundum se percepisse quidam studiosi iuuenes testati sunt, ut etiam in ampliore expectatione consistant. Porrò uixit hic Epiphanius temporibus Valentis & Gratiani, fuitq; contemporaneus Basilij Magni, Gregorij Theologi, itemq; Chrysostomi, cum quo etiam in contentionem incidit, dum ille iniquo animo fert Origenis librorum damnationem, & hæreticos Origenis errores ab Epiphanio in synodo Constantinopolitana publicè prolatos. In qua contentione illud admiratione dignum accidit, quod uterque alteri uates fuit. Epiphanius illi futuræ depositionis ab episcopatu, Chrysostomus huic imminentis mortis, & intercipiendi reditus in patriã. Sic enim alterum alteri malum imprecatum esse, & prædixisse, Ecclesiastica historia, Tripartita appellata, refert. Quicquid autem eius est quod contra Origenem Epiphanius in hoc opere tractauit, ad eius hæresim manifestandam ac confutandam, profectò ualde corruptum fuit in Græco exemplari, ita ut integra folia desint, haud dubiè ab aliquo pio uiro, qui bene uoluit Origeni, exempta. Et sanè in his locis quos Epiphanius producit, inexcusabilis est Origenes, & impias ipsius opiniones etiam Hieronymus ac Augustinus notarunt. De Epiphanio uerò idem Diuus Hieronymus testimonium illustre profert his uerbis: Epiphanius Cypri Salaminæ episcopus, scripsit aduersus omnes hæreses libros, & multa alia, quæ ab eruditis

ruditis propter res, à simplicioribus propter uerba lectitãtur. Supereſt uſque hodie, & in extrema ſenectute uaria cudit opera. Sic Hieronymus. Et uidetur ſanè doctrinam in ipſo probare, uerba uerò à ſimplicioribus magis expeti dicere, uelut eius qui non fuerit eloquentiæ ſtudioſus, ſed ueritatem ſimplici oratione tradere ſatis eſſe putarit. Hunc itaque ſcriptorem, Theologum pium, eruditum, & ueræ pietatis ſtudioſiſſimum, nunc quaſi recèns natum, & ex profundis tenebris in lucem productum, & per me Latinum è Græco factum, & Celſitudini tuæ peculiariter dicatum, ſuſcipe Princeps illuſtriſſime, legereq; dignare, tueriq;, ac defendere: & ex hoc ſtudium ac officium meum erga C. T. agnoſce. Dabitur fortaſſis alibi commodior mihi locus eximias tuas Heroicas uirtutes recenſendi. Hic quum pientiſſimum Theologum pientiſſimo Principi inſcribendum ac mittendũ putarim, ſatis ſit hoc ſtudioſis indicaſſe, quem C. T. præferrem, me reperire potuiſſe neminem. Opt. ac diu ualeat C. T. magnum & ſtudiorum bonorum, & pietatis præſidium. Francofordæ ad Mœnum. Calen. Nouemb. Anno Chriſti MDXLII.

EPISTOLA SCRIPTA NONAGESIMO SECVNDO ANNO REGNI DIOCLETIANI, VALENTINIANI ET VALENTIS ANNO DVODECIMO, ET GRAtiani anno octauo, ad Epiphanium Palæstinum Eleutheropolitæ, qui fuit pater Monasterij in eiusdem Eleutheropolis uicinia, tunc uerò urbis Constantiæ prouinciæ Cypri episcopus extitit, ab Acatio & Paulo presbyteris & Archimandritis, hoc est patribus monasteriorum, partium Calchedonis, & Berrhœæ cauæ Syriæ, de eo quod contrà omnes hæreses scripsit, imò quod & multi adhortati sint ac coegerint ipsum ad hoc Opus aggrediendum.

DOMINO meo & reuerendissimo per omnia, pientissimoq; patri Epiphanio episcopo, Acatius presbyter & Paulus presbyter, Archimãdritæ, in Domino gaudium. Sufficiebat equidem conspectus pietatis tuæ Pater, qui uerbis spiritualibus nos impleuit, & tantum in nos desideriũ implantauit, ex tuo intuitu obortum. Verum quandoquidem præuia fama discipuli Seruatoris prædicat, & fragrantiæ uerborum & actionum appetentiam infundit, ut & uerbis & sententijs exatiemur, oportebat quidem nos accedere, ut præsentes gratiæ tibi ex Deo uelut Apostolis datæ participes fieremus. At quando uia intercepta est per infirmitates ac ærumnas corporales, non potuimus ipsi proficisci, & ad pedes tuos prouolui, audireq; ac discere progredientia ex ore tuo spiritualia sancta uerba. Credimus enim, quod si digni fuissemus audire ac reuerti, firmassemus utique Rempublicã, cui præfecti sumus, si modo digni sumus finem eius assequi. Quum igitur infirmitas detineat, rogamus tantam tuam pietatem, ut ne inuideas nobis ex his quæ reuera tibi à Seruatore donata sunt impertiri. Confitemur enim non solum nos, sed etiam omnes, quod in hoc seculo nouum te Apostolum & præconem Dominus excitauit, Ioannem nouum, & prædicantem quæ debent seruari ab his qui cursum hunc propositum habent. Quum igitur communis frater Marcellus, ob tantam famam angatur, & desiderio pietatis tuæ trahatur, sitq; ex nostro ouili, & recens in fide instructus, ipsum sanè tantæ uiæ ministrum adepti, tantam nostram peccatorum uidelicet, ad te Seruatoris discipulum, audaciam ipsi iniunximus. Quod uerò cupimus, hoc est, ut ea quæ dicta sunt à te ad quosdam fratres, nobis discenda dones, quod tibi quidem iusto minimè graue est, nobis autem peccatoribus dum participes fimus gaudium in Domino parit. Nam spiritualibus tuis uerbis impleti, ab iniquitatibus nostris alleuamur. Audiuimus autem indita esse nomina sectis à præstãtia tua, quarum singularum superstitionũ petimus, ut pietas tua nobis hæresim palàm declaret. Aequale est enim uniuersorum donum. Et petimus te preces facere, te iustum Domino, pro omnibus desiderantibus te, & expectantibus à te donum. In ieiunio & oratione sumus, ut communis noster frater à præstantia tua benignè susceptus, & afferat nobis donatum à te munus, & sic consuetas preces patri & filio & spiritui sancto transmittat. Omnes fratres sperant per preces à te pro ipsis fientes confirmari. Adhortamur, ut ne cunctéris impertiri gratiam diuinam apostolorũ quam habes. Omnes parui in ouili ac cœtu, preces ad potiorem transmittunt, quo participes fiant spiritualis ex pietate tua doni. Robustus in Domino, & lætus in CHRISTO ac sancto spiritu, datum tibi thronum ac diuinum munus perficias & absoluas, usque ad expectantem te coronam.

EPISTOLA RESCRIPTA AD ACATIVM ET PAVLVM PRESBYTEROS, AB EPIPHANIO AD EA QVAE AB ILLIS AD IPSVM SCRIpta sunt, de eo quod ipse contra hæreses scripserit.

DOMINIS honorandissimis fratribus, & in presbyterio consortibus, Acatio & Paulo, Epiphanius in Domino gaudium. Procœmium siue præfationem ueteres scriptores, uelut inscriptionem ac titulum describẽtes, per ænigma totius subiectæ tractationis indicium præbuerunt: unde & ipsi eodem dicendi stylo usi, præfamur ad uos charissimi, ea quæ ad petitionem uestram cõtra hæreses scripsimus, omnem rem in breuem summã colligentes. Quandoquidem enim declaraturi sumus uobis & nomina sectarum, & nefarias apud ipsos actiones reuelaturi, quæ uelut uenena ac toxica existunt: cum ipsis sanè etiam antidotos adaptantes, auxiliaria cõmorsorum medicamẽta, & præoccupatiua eorum qui fortè illapsuri sint, bonarũ rerum studiosis describimus, hoc ipsum procœmium Panarium, siue Capsulam

Capſulam medicam,& aduerſus beſtiarum morſus Arculam appellãtes.hoc eſt per libros tres, hæreſes octoaginta, quæ ſunt beſtiarum ſiue reptilium morſus. Vnum autem poſt octoaginta ueritatis fundamentum, ſimulq; doctrina, & ſalutaris tractatio,& CHRISTI ſponſa ſancta Eccleſia,exiſtens quidem ab initio,uerum per aduentum CHRISTI in carne,iuxta temporis ſucceſſionem,in medio prædictarũ reuelata, & à nobis in mentione per prædicationem CHRISTI locata,& rurſus poſt omnes harum hæreſum prauitates, in refrigerium eorum qui laborem pellegendi hæreſes pertulerunt, à nobis cum ſermonis compendio,iuxta Apoſtolorum doctrinam,manifeſtè denunciata. Rogati autẽ ſitis omnes, qui hoc honeſtarum rerum ſtudium attigeritis,& proœmium, & ſequentes deinde ſectas, & pro ueritate defenſionem,& ueritatis doctrinam,& ſanctæ uniuerſalis Eccleſiæ fidem, ut ueniam nobis detis, qui homines ſumus,& cum labore ac æmulatione diuina,pro pietate rationem reddere conati ſumus. Cuius ſanctiſſimi ac pientiſſimi nominis defendendi gratia,uelimus etiam aliquid uires noſtras excedens aggredi,quum Deus permittat nobis expetentibus,etiam ea quæ uires ſuperant. Nam ob ueritatem inſtituta à nobis eſt hæc oratio, & propter pietatem hoc opus aggreſſi ſumus. Quin & amplius rogati ſitis pro indulgenda uenia, ſi alicubi reperietis nos, aliquos impetere, aut cauillis inceſſere,quum aliàs hunc morem non habeamus. Itaque ſi alicubi propter zelum aduerſus hæreſes, & ad auertendos lectores, exacerbati dixerimus aliquos deceptores, aut circulatores, aut miſeros homines, ignoſcite. Ipſa enim neceſſitas aduerſus huius certaminis doctrinas inſtans,talem nobis ſudorem efficit, & ut lectores auertantur,& ut oſtendamus penitus interdictas à noſtra doctrina,illorum operas, myſteriaq; & doctrinas, quo etiam per orationis ac contradictionis noſtræ uehementiã,libertatem noſtram oſtendamus . & quo etiam aliquos ex ipſis per grauiores putatos ſermones effugiamus. Eſt autem tota hæc tractatio per prædictos tres libros,primum,ſecundum,& tertium. Quos ſanè libros in ſeptẽ tomos diuiſimus. In unoquoq; autem tomo numerus quidam hæreſeon ac ſectarum ineſt. Sunt autem ex toto octoaginta, quarum nomina & prætextus ſunt. I Barbariſmus. II Scythiſmus. III Græciſmus. IIII Iudaiſmus. V Samaritiſmus.Ex his ortæ ſunt quæ deinceps ſequuntur,ante CHRISTVM quidem poſt Barbariſmum,& Scythicam ſuperſtitionem, ex Græciſmo hæ: VI Pythagorei, ſiue Peripatetici,circa Ariſtotelicos diuiſa. VII Platonici, VIII Stoici, IX Epicurei.Deinde Samaritícæ ſectæ ex Iudaiſmo ortæ quatuor ſunt gentes, X Gortheni, XI Sebuæi, XII Eſſeni, XIII Doſithei. Deinde idem prædictus Iudaiſmus,qui ab Abraamo formam accepit,& per datam Moſi legem ampliatus eſt,& à Iuda filio Iacob,qui etiam Iſraël appellatur,per Dauidem regem ex eius tribu primum, Iudaiſmi cognomen adeptus eſt, ſeptem ſectas habet: XIIII Scribarum, XV Phariſæorum, XVI Sadducæorum, XVII Hemerobaptiſtarum, XVIII Oſſæorum, XIX Naſaræorum, XX Herodianorum. Ex his & poſt has hæreſes iuxta temporum ſucceſſionem, apparuit ſalutaris CHRISTI Domini noſtri in carnem aduentus,& Euangelica doctrina ac prædicatio regni,quæ ſola fons eſt ſalutis,& fides ueritatis catholicæ & Apoſtolicæ ac orthodoxæ Eccleſiæ. Ex hac autem diffractæ ac fiſſæ ſunt nomen ſolum CHRISTI habẽtes,& nõ item fidẽ,hæ hæreſes: I Simoniani, II Menandriani, III Saturniliani, IIII.Baſilidiani, V Nicolaitæ, VI Gnoſtici,qui etiam Stratiotici,& Phibionitæ,& apud aliquos Secũdiani, apud alios Socratitæ,apud alios Zacchæi,apud quoſdam Coddiani appellati, & Borboritæ, & Barbelitæ. VII Carpocratitæ, VIII Cerinthiani, qui & Merinthiani, IX Nazoræi, X Ebionæi, XI Valentini, XII Secundiani. quibus additur Epiphanes & Iſidorus. XIII Ptolemæi, XIIII Marcoſij, XV Colorbaſij, XVI Heracleonitæ, XVII Ophitæ, XVIII Caiani, XIX Sethiani, XX Archontici, XXI Cerdoniani, XXII Marciones, XXIII Lucianiſtæ, XXIIII Apelleiani, XXV Seueriani, XXVI Tatiani, XXVII Encratitæ, XXVIII Phrygaſtæ,& Montaniſtæ,& Taſcodrugitæ.Hi autẽ rurſus, Taſcodrugitæ uidelicet,in ſeipſos diuiſi ſunt. XXIX Pepuziani,qui etiam Priſcilliani & Quintilliani.Quibus annectũtur Artotyritæ. XXX Teſſareſcædecatitæ,qui paſcha unam anni diem faciunt. XXXI Alogi, qui Euangelium & Apocalypſim Ioannis non admittunt. XXXII Adamiani, XXXIII Sampſæi, qui & Helceſæi. XXXIIII Theodotiani, XXXV Melchiſedeciani, XXXVI Bardeſianiſtæ, XXXVII Noëtiani, XXXVIII Valeſij, XXXIX Cathari, qui & Nouati. XL Angelici, XLI Apoſtolici,qui & Apotactici. XLII Sabelliani, XLIII Origenæi,turpia faciẽtes. XLIIII Origenæi,ab Origene eo qui etiã Adamantius appellatur. XLV Pauli Samoſatenſis hæreſis, XLVI Manichæi,qui & Acuanitæ. XLVII Hieracitæ, XLVIII Meletiani, qui in Aegypto ſectam habent. XLIX Ariani, qui & Ariomanitæ. L Audianorũ ſecta, LI Photiniani, LII Marcelliani, LIII Semiarij, LIIII Pneumatomachi,qui & Macedoniani, & Eleuſij diſcipuli, qui ſanctũ Dei ſpiritũ blaſphemant. LV Aëriani, LVI Aëtiani,qui & Anomœi:quibus coniungitur Eunomius,imò potius Anomœus. LVII Dimœritæ,qui non perfectam CHRISTI incarnationẽ confitentur,

fitentur, qui etiam Apollinaritæ. LVIII. Qui ſanctam Mariam ſemper uirginem, poſtquam Saluatorem genuit, ipſi Ioſeph coniunctam fuiſſe dicunt, quos ſanè appellauimus Antidicomarianitas. LIX. Qui in nomen ipſius Mariæ collyridem offerunt, & uocantur Collyridiani, LX. Maſſaliani, quibus coniungũtur Martyriani, qui à Græcis ſunt: & Euphemitæ, & Sataniani. Porrò facta rurſus repetitione ac diuiſione harum ſectarum iuxta libros, oſtendam in hac mea repetitione, quot ex his octoaginta ſectis in primo, & deinceps in ſecundo, uſq; ad tertium ſint librum. Imò etiam quot ſint hæreſes in ſingulis ſeptem tomis, in quos tres libri digeſti ſunt, compræhenſæ. Habet autem res ſe hoc modo. In primo libro tomi tres ſunt, hæreſes autem quadraginta ſex, cum appellationibus ſuis, Barbariſmi uidelicet, & Scythiſmi, & Græciſmi, & Iudaiſmi, & Samaritiſmi. In ſecundo uerò libro tomi duo ſunt, & hæreſes uiginti tres. In tertio libro tomi duo, hæreſes undecim. In primo igitur libro primi tomi, hæreſes uiginti ſunt, hæ ſcilicet, Barbariſmus, Scythiſmus, Græciſmus, Iudaiſmus: Græcorum differẽtiæ, Pythagoræi, ſiue Peripatetici, Platonici, Stoici, Epicuræi: Samaritica, quæ ex Iudaiſmo eſt. Samaritarũ gentes quatuor: nempe, Gortheni, Sebuæi, Eſſeni, Doſithæi. Iudæorum hæreſes ſeptem, Scribæ, Phariſæi, Sadducæi, Hemerobaptiſtæ, Oſſæi, Naſaræi, Herodiani. In ſecundo uerò tomo primi libri hæreſes tredecim ſunt, Simoniani, Menandriani, Saturniliani, Baſilidiani, Nicolaitæ, Gnoſtici, qui & Stratiotici, ijdemq; Phibionitæ, & apud aliquos Secundiani, apud alios Zacchæi appellati, itemq; Coddiani, & Borboritæ, & Barbelitæ: Carpocratitæ, Cerinthiani, qui & Merinthiani, Nazoræi, Ebionæi, Valentini, Secundiani, quibus connectuntur Eiphanes & Iſidorus, Ptolemæi. In tertio autẽ tomo eiuſdem primi libri hæreſes item tredecim ſunt, Marcoſij, Colorbaſij, Heracleonitæ, Ophitæ, Caiani, Sethiani, Archontici, Cerdoniani, Marciones, Lucianiſtæ, Apelleiani, Seueriani, Tatiani. Hæc eſt ſummaria repetitio triũ tomorum primi libri. Secundi uerò libri tomi duo ſunt: & in primo quidẽ ſecundi libri tomo, qui quartus eſt iuxta numeri ab initio conſequentiam, hæreſes decem & octo habentur, hoc modo, Encratitæ, Phrygaſtæ, qui & Montaniſtæ, & Taſcodrugitæ. Taſcodrugitæ autẽ rurſus diuiſi ſunt à prædictis: Pepuziani, qui & Quintilliani: quibus coniunguntur Artotyritæ, Teſſareſcædecatitæ, qui paſcha unam anni diem faciunt: Alogi, qui Euangelium Ioannis & Apocalypſim non ſuſcipiunt: Adamiani, Sampſæi, qui & Helceſæi: Theodotiani, Melchiſedeciani, Bardeſianiſtæ, Noëtiani, Valeſij, Cathari, Angelici, Apoſtolici, qui etiam Apotactici: quibus cõiunguntur, qui appellãtur Sacciferi, Sabelliani, Origeniani, turpia facientes: Origeniani, ab Origene Adamantio. In ſecundo autem tomo eiuſdem ſecundi libri, quinto uerò iuxta prædictum numerũ, hæreſes quinq; ſunt, Paulianiſtæ, Manichæi, qui & Acuanitæ, Hieracitæ, Meletiani ſecta in Aegypto, Ariani. Atque hæc eſt tomorum ſecundi libri ſummaria repetitio. Similiter autem & in tertio libro ſunt tomi duo. Et in primo quidem tertij libri tomo, ſexto autem iuxta prædictum numerum, hæreſes ſeptem ſunt, Audiani, Photiniani, Marcelliani, Semiarij, Pneumatomachi, qui ſpiritum Dei ſanctum blaſphemant, Aẽriani, Aẽtiani ab Aẽtio, qui diſſimilitudinem perſonarũ in ſancta Trinitate inuexit: cui coniunctus eſt Eunomius, qui Anomœus appellandus potius fuit. In ſecundo uerò tomo eiuſdem tertij libri, ſeptimo uerò iuxta tomorum numeri diuiſionem, & ultimo totius operis, hæreſes quatuor habentur, Dimœritæ, qui non perfectam CHRISTI incarnationem cõfitentur, qui etiam Apollinaritæ: & qui ſanctam Mariam ſemper uirginem, poſtquam Saluatorem genuit, ipſi Ioſeph copulatam fuiſſe dicunt, quos uocauimus Antidicomarianitas: & qui in nomen ipſius Mariæ collyridem offerunt, qui ſanè uocantur Collyridiani, Maſſaliani. Et de recta ac uera fide Apologia, cum compendio doctrinæ, quæ ſit ſancta catholica & Apoſtolica Eccleſia. Hæc eſt ſummaria repetitio ac inſcriptio ſiue enumeratio, totius contra octoaginta hæreſes Operis, & unius pro ueritate Apologiæ, ſola illa, hoc eſt catholica & orthodoxa Eccleſia, in tres libros digeſta, ac ſeptẽ tomos diuiſa. Addam porrò & primi tomi primi libri contra uiginti hæreſes ſummariũ indicẽ ac elenchum. Primum quidem habẽtur omnium ſectarũ matres, ac exemplaria & appellationes, ex quibus matribus omnes aliæ ortæ ſunt, & ſunt hæ primæ quatuor. Prima Barbariſmus, quæ per ſeipſam eſt, & durauit à diebus Adam in decem generationes, uſque ad Noë. Appellatus eſt autem Barbariſmus, ex eo quod eius temporis homines nõ habuerint principem quendam, aut unam concordiam, ſed quod unuſquiſque pro ſua ratione procedebat, & ſibi ipſi lex iuxta propriæ uoluntatis prærogatiuam fiebat. Secunda Scythiſmus, à diebus Noë, & poſtea uſque ad turris Babylonis ædificationem: & poſt turris tempus, ad paucos annos, ipſius Phalec & Rhagan, qui ad Europæ declinantes regionem, Scythiæ parti & ipſorum gentibus adiudicati ſunt, à Tharra ætate & ulterius, ex quo Thraces nati ſunt. Tertia Græciſmus, à temporibus Seruch, exorſus per idololatriam, & ſicut unuſquiſque tunc procedebat ſecundum aliquam ſuperſtitionem, ad ciuiliorem uitam, moresq; ac ſtatuta, ita tamen ut ſimulachra tunc cœperint poni hominum genera, quæ tunc ſequebantur ac deificabant, per colores quidem ab ini-

Operis diſtinctio.

Barbariſmi appellatio.

Thracum origo.

tio

tio depingentes, ac repræsentantes eos qui olim apud ipsos in honore fuerunt, aut tyrannos, aut præstigiatores, aut quid aliquid fecerũt in uita memorabile, per fortitudinem aut corporum robur. Deinde uerò à temporibus Tharra patris Abraam, etiam per statuas idololatriæ errore inducto, primos suos parentes per effigies colentes, & eos qui ante ipsos uita functi erant fabricantes, ex figulari primum arte, deinde quum singulæ artes ad imitationẽ excitarentur, ædificatores quidem lapidem ad hoc cædentes ac exsculpentes, argentarij uerò & aurifusores per propriam artis suæ materiam effingentes. Ita etiam fabri lignarij, ac reliqui. Aegyptij uerò, simulq; Babylonij, & Phryges ac Phœnices, huius superstitionis primi autores fuerũt, tum statuariæ, tum mysteriorum, à quibus plurima ad Græcos translata sunt, ab ætate Cecropis, & deinceps. Deinde autem & longè postea, Saturnum & Rheam, louemq; & Apollinem, & alios deos declararunt. Græci uerò appellati sunt Hellenes, ab Hellene quodam uiro, qui in Græcis habitauit. Aut, ut alij tradũt, ab elæa, hoc est olea, quæ Athenis enata est. Ions autem horum principes fuerunt, uelut rei syncritas habet, ab Ione uno quodam uiro ex his qui turrim ædificarunt, quando linguæ omnium diuisæ sunt. Ob quam causam etiam Meropes omnes appellati sunt, propter partitam uocem. Postea uerò Græcissimus in sectas redactus est posterioribus temporibus, Pythagoreorũ uidelicet & Stoicorum, Platonicorumq; & Epicureorũ ac reliquorum. Diuini porrò cultus forma simul fuit, & naturæ lex in uitam inducta, separans seipsam ab his gentibus, à iactis mundi fundamẽtis usque huc, media existens inter Barbarissimum, Scythissimum, ac Græcissimum: donec coniuncta est diuino ipsius Abraæ cultui, & postea factus est Iudaissmus, à temporibus Abraam formam adeptus, & per Mosem septimum ab Abraam, per legem datam ipsi à Deo dilatatus, à Iuda uerò quarto filio ipsius Iacob, qui etiam Israël appellatus fuit, per Dauidem qui primus ex eiusdem tribu regnauit, perfectum Iudaismi nomen sortitus. De his enim quatuor sectis Apostolus cõpendio dixit: In CHRISTO enim IESV non Barbarus, non Scytha, non Græcus, non Iudæus, sed noua creatio. Græcorum differentiæ sunt, Pythagoræi siue Peripatetici. unitatem & prouidentiam, & prohibere sacrificare dijs Pythagoras docuit, item animata non in cibum assumere, & à uino abstinere. Decreuit autem simul, quæ à luna & quæ suprà lunam sunt, immortalia esse: quæ uerò infra, mortalia. Et transire animas à corporibus ad corpora, usque ad animalia & bestias omnis generis. Simul autem & silentium exercere ad quinque annorum tempus. Postremùm uerò seipsum Deum nominauit. Platonici, Deum & materiam ac formam prodiderunt, & mundum factum ac corruptibilem esse. Animam uerò ingenitam, & immortalem ac diuinam. Esse autẽ partes eius tres, Rationalem, Impetuosam, & cupiditate præditam. Vxores uerò omnibus communes esse, & nullum unam propriã habere debere, sed unumquemq; cum qua uelit, illa item uolente coire. Transitum item animarum in diuersa corpora omnis generis animantiũ. Simul autem & deos ex uno multos docuit Plato. Stoici uniuersum esse corpus docuerũt, & sensibilem hunc mundum Deum putauerunt. Quidam uerò ex ignis essentia naturam ipsum habere pronunciauerunt. Et Deum quidem mentem decernunt, & uelut animã totius amplitudinis cœli & terræ. Corpus autẽ eius esse uniuersum, uelut dixi, luminaria uerò oculos. Carnẽ uerò omniũ perire, Animam autem omnium à corporibus ad corpora transire. Epicurei, atomos & indiuisibilia corpora, similariaq; & infinita, uniuersorum principium esse statuerunt, & finem felicitatis esse uoluptatem docuerunt: & neque Deum, neq; prouidentiam, res gubernare. Samaritissimus, & ab ipso appellati Samaritæ, hic est ex Iudaismo, antea quàm deuenirent hæreses ad Græcos, & antea quàm constituerentur ipsorum dogmata. Postquam uerò esse cœpit Græcorum superstitio, medium eius ac Iudaismi obtinuit. Originem autem accepit à temporibus Nabuchodonosor & captiuitate Iudæorum. Ipsi Samaritæ inquilini sunt ab Assyrijs in Iudæa, & recepe runt solum quinque libros Mosis, quum rex iussisset ipsis à Babylone per sacerdotem Esdram appellatum. Omnia Iudæorum habent, præterquam abominari gentes, & neque attingere aliqua: & præterquam quod negãt mortuorũ resurrectionem, & auersantur alias prophetias post Mosem. Samaritarũ gentes quatuor sunt: Gortheni, qui alijs temporibus festiuitates agunt quàm Sebuæi: Sebuæi, qui propter eandẽ causam in festis celebrandis à Gortheni dissentiũt: Esseni, qui neutris aduersantur, sed cum quibuslibet indiscriminatim festa celebrãt. Dosithei, in ijsdem gentibus uelut Samaritæ uitam degunt, circuncisione & sabbato atq; alijs. Vtũtur & quinque libris Mosis, amplius autẽ quàm alij seruant abstinentiam ab animatis, & frequẽtius in ieiunijs uiuunt. Quidam ipsorum etiã uirginitatem seruant, alij cõtinenter agunt, creduntq; mortuorum resurrectionẽ, quod alienum est à Samaritis. Iudæorũ hæreses septem sunt. Scribæ, qui legales fuerunt, & expositores traditionum apud ipsos antiquarum, per superfluam superstitionem, cõsuetudines seruãtes quas nõ ex lege didicerũt, uerũ sibijpsis præscribẽtes simulachra iustificationis legis. Pharisæi, hoc est separati, qui exactissimã uitam degerunt, & longè alijs integriores. Apud quos etiã mortuorũ resurrectio, uelut etiã apud scribas, & de angelis ac spiritu

Idolorum cultus origo.

Hellenes unde dicti sint Græci.

Meropum appellatio.

Pythagoræ dogmata.

Platonicorũ dogmata.

Stoicorum placita.

Epicureorũ placita.

Samaritarũ sectæ.

Iudæorum hæreses.

ſpiritu ſancto, quod ſit aſſenſus. Vita item diuerſa. Cõtinentia uſq; ad tempus, & uirginitas, ie iuniumq; bis per ſabbatum. Vrceorum & patinarũ ac poculorũ purificationes, uelut etiã apud Scribas. Decimationes & primitiæ, & aſſiduæ preces, & habitus ſuperſtitioſus indumentorũ, per amicula & dalmaticas atque pallia, & per latitudines phylacteriorum, hoc eſt ſignorum & notarum purpuræ, & fimbriarum ac prætextuum in alis palliorum. quæ ſanè ſigna fuerunt continentiæ apud ipſos ad tempus. Iidem etiam generationem ac natiuitates introduxerunt, & fatum. Sadducæi, hoc eſt iuſtiſſimi, qui ex genere quidem erant Samaritarum, ſimulq; ſacerdotis Sadduc nomine. Mortuorum autem reſurrectionem negabant, & non admittebant Angelum, neque Spiritum, per omnia uerò Iudæi erant. Hemerobaptiſtæ, hi per omnia qui dem Iudæi erant: dicebant autem neminem aſſequi uitam æternam, niſi quis quotidie baptizaretur. Oſſeni, quos impudentiſſimos interpreteris. Hi omnia ſecundum legem perficiebant. Vtebantur autem & ſcripturis alijs poſt legem. pleroſq; uerò ex poſterioribus prophetis reijcie bant. Naſaræi, quos interpretari poſſis diſſipatores, aut rebellatores: omnem carnis eſum interdicunt, animatis penitus non fruuntur. Vſque ad Moſen & Ieſum Naue, ſanctis in quinq; libris Moſis nomine patriarchis utentes, eisq; credentes, Abraam inquam, Iſaac & Iacob, & ſuperioribus, ipſoq; Moſe & Aaron, & Ieſu. Verum ipſorum quinque librorum Moſi inſcriptorum ſcripta, docent non eſſe Moſis, ſed alia præter ea ſe habere affirmant. Herodiani, hi per omnia quidem Iudæi erant, Herodem uerò CHRISTVM ſperabant, & huic tum honorem, tum nomen CHRISTI attribuebant. Hic eſt primus tomus, continens contra omnes has uiginti hæreſes. In ipſo uerò habetur etiam de CHRISTI aduentu tractatio, & ueritatis confeſſio.

Dalmaticæ.
Phylacteria.

EPIPHANII EPISCOPI CONSTANTIAE CYPRI, CONTRA OCTVAGINTA HAERESES OPVS PANARIVM, *siue Arcula aut Capsula Medica appellatum.*

IANO CORNARIO MEDICO PHYSICO INTERPRETE.



VVM AGGREDIAR fidem, itemq; incredulitatem, rectamq; ac diuersam opinionem annunciare ac prodere, mentionem faciam principij iactorum mundi fundamentorũ, & eorum quæ cõsequuntur, non proprijs uiribus confisus, neq; à propria ratione concitatus, sed uelut Deus omnium Dominus ac miserator suis Prophetis reuelauit, et per ipsos nos omnium cognitione, quantum humanæ naturæ possibile est, dignatus est. Et quum incipiam de his statim considerare, primum quidem non in parua solicitudine cõstitutus sum, uerum etiam valde timeo, ut qui moliar opus non uulgare. Et inuoco ipsum sanctum Deum, & unigenitum ipsius Filium IESVM CHRISTVM, & sanctũ ipsius Spiritum, quo nostræ tenuitatis mentem illustret, ad illuminationem cognitionis illorum. Græcorum equidem scriptores, poëtæ & oratores, ubi fabulosum aliquod scriptum aggrediuntur, Musam aliquam inuocant, non Deum. diabolica est enim ab ipsa sapientia ac terrena, et non ex supernis descendens, uelut scriptum est. Nos autem inuocamus sanctum uniuersorum Dominum, ut adiuuet paupertatem nostram, & inspiret sanctum Spiritum suum, ut nihil ascititium in promissum scriptum comportemus. Atque hoc ipsum petentes, nostræ insufficientiæ nobis conscij, iuxta fidei mensuram ac proportionem, ipsum nobis largiri obsecramus. Sit autem scopus omnibus lectoribus, de omni quęstione, Quòd occasionum & temporum sunt inuenta, quæ exigua mens nostra exercitata cõprehendere potuit. Et sanè non omnino promittimus omnium quæ in mundo sunt tractationem. Nam & ineffabilia sunt & effabilia, inenarrabiliaq; & numero incomprehensibilia. & quãtum quidem ad homines attinet, nemo ea assequi potest, sed à solo uniuersorũ Domino cognoscuntur. Verũ promissio nostra habet, de differentia opinionum ac notionum, professionũq; fidei ex Deo, & incredulitatis, sectarum item, & falsæ humanę mentis opinionis, ab erroneis uiris in mũdo dispersæ, ab eo tempore quo homo formatus est in terra, usq; ad nostra tempora, hoc est regni Valentiniani & Valentis annum undecimum, & Gratiani septimum. Porrò quæ à nobis ad legentiũ notitiam peruenient, ea partim ex discendi studio nouimus, partim ex auditu percepimus, in quædã uero proprijs auribus ac oculis incidimus. Et quorundam quidem radices & dogmata, exacta narratione nos tradituros esse cõfidimus, quorundam uero partem aliquam, prout facta sunt. atq; hæc partim ex libris ueterum scriptorum, partim ex auditu hominum, qui menti nostræ exactam fidem fecerunt, nouimus. Hoc autem totum opus collegimus non per nos ipsos aggressi, nõ promissionibus nostram dicendi tenuitatem excedentibus immorati. Nam & hunc ipsum sermonem, quem Deo uolente componere instituimus, uiris philosophis, aliàs alijs debilitatem nostram pungentibus, & uelut loris, ut ita dicam, instigantibus, adorti sumus, uelut uestra præstantia per propheticas nobis literas scribens petiuit ac expostulauit, ô uenerandissimi ac optimi fratres Acaci & Paule in presbyterio consortes. Quandoquidem igitur undiquaq; non sine Deo petitio-

Musarum inuocatio.

Epiphanij sæculum.

num ſuffragijs conſideratis, propter excellentem ſeruorum Dei dilectionem huc deſcendere dignus factus ſum: nō per uerborum eloquentiam, non lepiditate aliqua dicendi, ſed ſimplici loquendi idiomate, ſimplici ſermone, certitudine uero eorum quę ſermone declarantur, dicendi initiū faciam. Et Nicander quidem ſcriptor beſtiarum & reptilium naturas cognitas fecit. Alij uero ſcriptores de radicibus ac herbis prodiderunt, uelut Dioſcorides materiarius, Pamphilusq;, ac Mithridates rex, Calliſthenes & Philo, Iolaus item Bithynus, & Heraclides Tarentinus, Crateuas herbarius, Andreas, Baſus Tylius, Niceratus, Petronius Niger, Diodotus, & alij quidam. Eodem modo etiam nos ſectarum radices & opiniones reuelare conantes, non in detrimentum legentium, ſed uelut relati ſcriptores ſtudio habuerunt, non ut malum indicarent, ſed ad timorem & cautionem humanæ naturæ, ut mala & pernicioſa cognoſcerent homines, ſeq; prę munirent, & per potentiam Dei effugerent, per animaduerſionem & repudiationē. At ſi qui in talia iam incidiſſent, & ab eiuſmodi inſidias pertuliſſent, aut per inſufflationem, aut per morſum, aut aſpectum: ijdem de his ſoliciti, auxiliares radices ac herbas preſcripſerunt, ad prædictorum reptilium improbitates irritas faciendas. Sic etiam nobis ſtudium eſt, per relatorū & ueſtram dilectiſſimi fratres exhortationem, ut malorum reptilium ac beſtiarū, tum formas triſtes, tum morſus lethales reuelemus. Ad oppoſitionem uero horum, quæcunq; poſſumus in compendio dicere, unum atq; alterum uerbum, ad repellendū ipſorum uenenum, & ſeruandum eum qui Dominum ſequi uelit, ſiue ex ſua ſententia, ſiue inuitus in eadem reptilia hæreſeon ac ſectarum dogmata illapſum, inſtar antidotorum apponemus.

Scriptores materiæ medicæ.

Mundi exordium.

Etenim ab initio Adam ſexta die formatus è terra, et accepta inſufflatione uiuificatus eſt. Non enim uelut quidam putant, à quinta die incepit, & in ſexta formatus eſt. decepta eſt enim mens eorum qui hoc dicunt. Erat autem ſimplex & innocens, non nomen aliquod aliud adeptus, non opinionem, non doctrinam, non uitæ diſcretionis appellationem nactus, quàm Adam tantum uocatus, quod hominem interpretari poſſis. Huic formatur ex ipſo ſimilis ipſi uxor, ex eodem corpore, & eadem inſufflatione. filij uero gignuntur huic maſculi ac fœmellæ. Et ubi uixiſſet annos nongentos triginta, naturæ debitum exoluit. Huius filius fuit Seth, huius uero Enos, & per ſucceſſionem Cainan, Malaleel, Iared. Quemadmodū autem traditio habet quæ ad nos deuenit, hinc incepit fraus in mūdo fieri: & ab initio quidem per inobedientiam ipſius Adam, deinde per ipſius Cain parricidium. Nunc autem in temporibus Iared, & ultrà, ueneficium, incantatio, petulātia, adulterium et iniuſticia. Non opinio alíqua alia, non doctrina immutata, ſed una lingua, unum genus in terra illo tempore diſperſum. Huic Iared naſcitur filius nomine Enoch, qui complacuit Deo, & non reperiebatur: tranſtulit enim ipſum Deus, & nō uidit mortem. Enoch autem genuit Mathuſala, Mathuſala Lamech, Lamech Noë. Et iuſtum Dei iudicium, aquæ inundatione orbi terrarum inuecta, omnem hominū & aliorum animantium carnem deleuit. Seruauit autem in arca per præceptum ipſum Noë, qui complacuit ipſi, & coram ipſo gratiam inuenit. Seruauit item tres filios ipſius, Sem, Cham, Iapheth, et propriam eius coniugem, & trium filiorum tres uxores, ut hominum animæ octo in arca tunc ſeruatæ ſint à diluuio aquæ. Et de omni genere ferarum & animaliū, tum pecorum, tum aliorum in terra, ad conſtitutionem rurſus ſubſtantiæ omnium in mundo, de quibuſdam bina & bina, de alijs ſeptem et ſeptem. Atq; ſic præterijt decima generatio, per annos bis mille ducētos ſexaginta duos. Et inundatio ſedata eſt. Et Noë ac domus eius, reliquiæ mundi māſerunt. Nondum autem erat diuerſa opinio, non gens aliqua diſcors, non nomen hęreſis, imò neque idololatria. Quando uero unuſquiſq; homo iuxta propriam opinionem procedebat, Lex enim una nuſquam erat, quiſq; enim ſibijpſi lex erat, & pro propria ratione pergebat, (quemadmodum apud

Apo-

Apoſtolum uſus eſt, non ſolum barbariſmi, ſed etiam aliarum ſectarum. Ait enim, in CHRISTO enim IESV, non barbarus, non Scytha, nō Græcus, non Iudæus.) Barbariſmus tunc appellabat in decē generationibus temporis cognomen. Poſt diluuium uero quum requieuiſſet arca Noë in montibus Ararat, per mediam Armeniorum & Cardyenſium terram, in monte Lubar appellato, iſtic prima habitatio hominum fit poſt diluuiū. Et illic Noë propheta uineam plantat, & loci habitator fit. Naſcuntur autem filijs eius, ipſe enim non amplius generauit, filij et filiorum filij, uſq; ad quintam generationem, annis ſexingentis quinquaginta nouem, prēter Sem. Secundum conſequentiam uerò ſermonis, genealogiam unius filij recenſebo. Sem itaq; genuit Arphaxad, Arphaxad Cena, Cena Hala, Hala Heber pium & religioſum, Heber Phalec, & nihil erat in terra, non hæreſis, non opinio alia atq; alia, ſed ſolum homines uocabātur, unius labij & unius linguæ. Erat autem ſolum impietas & pietas, lex naturę & uniuſcuiuſq; uoluntatis propoſitum ſecundum naturam, & neq; à doctrina, neq; ex libris ſcriptorum error & ſeductio, non iudaiſmus, non hæreſis alia aliqua, ſed ſicut nūc eſt fides, quæ iam in ſancta catholica Eccleſia uerſatur, quæ ab initio fuit, & poſtea rurſus reuelata eſt. Si quis enim pro ueritatis ſtudio expendere uelit, ſancta & catholica Eccleſia principium omnium eſt, ex hoc nimirū ſcopo. Adam protoplaſtus formatus eſt, non circumciſus, ſed carne præputium habens. Non autem erat idololatra, & nouit patrem Deum, & Filium, & Spiritum ſanctum. Prophe ta enim erat. Itaq; quum non haberet circumciſionem, non erat Iudæus. & quum ſimulachra non adoraret, aut aliud quid, non erat idololatra. Propheta enim erat Adam, et nouit quod Pater dixit Filio, Faciamus hominem. Quid igitur erat? Neq; circumciſionem habens, neq; ſimulachra colens, ſed Chriſtianiſmi formam oſtendens. Sic etiam de Abel, & de Seth, & de Enos, & de Enoch, & de Mathuſala, & de Noë, & Heber, uſq; ad Abraam accipiendum eſt. Operabatur autem tunc & pietas & impietas, fides & incredulitas. fides quidem Chriſtianiſmi imaginē obtinens: incredulitas autem, impietatis & iniquitatis formam exhibens, contraria legi naturæ, uſq; ad præiudicatū tempus. Quinta igitur generatio poſt diluuium, quum multiplicarentur iam homines, ex tribus filijs Noë, per ſucceſſionē filiorum filij geniti ſunt ſeptuaginta duo numero, principes & capitanei in mundo. Quum autem ſe extenderent et ultra procederent à monte Lubar ac finibus Armenię, hoc eſt à regione Ararat, conſiſtunt in campo Senaar, quem ſanè dcdegerāt. Situs eſt autem campus Senaar nunc in regione Perſica, quæ olim erat Aſſyria. Illic itaq; coniuncti conſiliū inter ſe ineunt, de ædificanda turri ac urbe. Verùm à regione ad Europam in Aſiam declinantes, appellati ſunt omnes iuxta regionis appellationem Scythæ. Extruunt autem turrim, & ædificant Babylonem. & non habuit complacentiam Deus in opere dementiæ ipſorum. diſperſit enim & diuiſit ipſorum linguas, & ex una in ſeptuagintaduas diſtribuit, iuxta numerum uirorum tunc repertum. Vnde & Meropes hi uocati ſunt, propter diuiſam uocem. Et turrim quoq; uentorū impetu euertit. Diuiſi igitur ſunt per omnem terram, ad dextram ac ſiniſtram, partim reuerſi unde proceſſerant, partim ulterius ad orientem progreſſi. Alij uero Libyam occupauerunt, ut etiam ſi quis de his certior fieri uelit, inuenerit ſanè ſingulos qui ſeceſſerunt in ſingulis patrijs, quomodo ſortem acceperunt. Sic Miſacem ſuſcipit Aegypti ſortem, Chus Æthiopiam, Pſus Æxiomaticas partes, Regma et Saba partes ad Garamorum regionem ſitas. Et ut ne in longum extendam hic procœmium, redibo rurſus ad propoſitū, & ſecundum ſucceſſionem rurſus cōſequentiam apprehendam. Inter Heber & Phalec, & turris ædificationem, & primam urbem poſt diluuium extructam, in ipſa ædificatione principium de cætero conſultationis accipit Nebroth, de congregatione ac tyrannide. Nebroth enim regnat, filius Chus Æthiopis, ex quo natus eſt Aſſur. Huius regnum in

Barbariſmus.

Eccleſia Catholica principium omnium.

Meropum appellatio.

Orech fuit,& in Arphal ac Chalamia. extruit autem & Thiras,& Thobel,& Lobon,
Zoroastres. in Assyriorum regione. Hunc dicunt esse Greci Zoroastrem,qui ultrà progressus ad orientales partes,Bactra inhabitauit.Hinc iniquitates in terra distributæ sunt. Inuentor enim hic fuit malæ doctrinæ, astrologiæ & magiæ, uelut quidam de hoc Zoroastre tradunt. Verũ ut rei ueritas habet,hoc tempus ipsius Nebroth gigantis erat.non longe autem inter se ambo distant tempore,Nebroth & Zoroastres. Phalec autem genuit Rhagan,Rhagan Seruch,quem interpretari possis irritationẽ.Et incepit inter ho-
Græcismus. mines idololatria ac Græcismus, uelut cognitio quæ ad nos deuenit,habet. Nondum autem in statuis & in sculpturis lapidũ aut lignorũ,aut ex argento & auro, aut alia materia factis,sed solum per colores & imagines,hominis mens in seipsa maliciam excogitauit, & per liberum arbitrium rationisq; ac mentis uim,pro bonitate iniquitatem reperit. Nascitur ipsi Seruch filius Nachor, Nachor autem gignit Tharra. Hinc fieri cœperunt statuæ, exluto ac arte figulari,per industriam huius Tharra. Durauit autem hoc studium in uigesimam generationẽ usq; ad hunc, annis ter mille trecentis triginta duo-
Patres ante filios morieban tur. bus. Et nullus unquam ex prioribus hominibus filius ante patrem mortuus est, sed patres ante filios uitam finientes, filios successores relinquebant: & ne quis dicat de Abel, non enim morte propria mortuus est, donec Tharra æmulum Deo per propriam uersutiam commentus erexit, & ex ultione similia his quæ fecit recepit, dum etiam ipse per proprium filium ad æmulationem prouocatus est. Vnde admiratione ducta diuina scri
» ptura adnotauit dicens: Et mortuus est Arran in conspectu Tharra patris,in terra nati
Scythismus. uitatis suæ. Vsque ad hunc permansit Scythica quædam successio ac appellatio. Non dum autem erat aliqua hæresis, nondum inuentum aliquòd aliud, quàm sola scortatio,& excogitatio simulachrorum. Et postea deificarunt aut infelices tyrannos,aut præstigiatores spectra orbi terrarum exhibentes, monimenta ipsorum uenerantes, & longo tempore postea Saturnum & Iouem, Rheamq; ac Iunonem,& alios deinceps. Deinde uero Acinacem coluerunt ex Scythis Sauromatæ,Odrysumq; Thracum primum
Thracum appellatio. patrem, ex quo Phrygum genus deducitur: unde & Thraces à Tharra cognomento appellantur, qui in turris ædificatione genitus fuit. Processit autem degenerauitq; omne tempus, hinc erroris initio sumpto usque ad prædictum tempus, uias deinceps inquir.ans. Scriptoresq; ac historiographi hinc initium sumpserunt, ab Ægyptiorum fabulis deditæ gentis errore collectione facta, unde sanè ueneficia ac magiæ repertæ sunt. Translata autem sunt hæc ad Græcos ab ætate Cecropis. Et erat hoc tempore Ninus in Assyrijs,& Semiramis,contemperanei ipsi Abraam,& Ægyptiorum octauus & decimus potentatus. In Sycione autem tunc solum regnabant,cuius regni initium fuit Europs. Et Deus deligit ipsum Abraam, eadem sanctæ catholicæ & apostolicæ Ecclesiæ forma in præputio fidelem, & in pietate perfectissimum, in scientia prophetam, in uita euangelicam habentem conuersationem. Domi enim pater honorum fuit, & uocatus est per uerbum,& domesticis suis renunciauit,& uocanti obediuit, uelut Petrus & Andreas, & Iacobus ac Ioannes. Et ut ne rursus longam faciam orationem, in summa dicam. Quum ad annos nonaginta nouem peruenisset hic propheta, à Deo responsum accipit de circumcisione,& hinc incipit forma Iudaismi post Græcismũ. Et erat à iactis fundamentis mundi uigesima prima generatio. Anni uero ter milleni quadringenti tri-
Iudaismus. ginta unus: & Iudaismus initium accepit. Scythismus enim à diluuio usque ad turrim & Seruch fuit. A Seruch autem,usque ad Abraam & huc Græcismus. Ab Abraam uero nondum cognomen hæresis erat:sed solum qui eandem pietatem habebant,Abraamiæi ab Abraam uocabantur. Filij uero huic fuerunt octo:solus autem Isaac hæres erat,propterea quod et ex sententia patris uitã degebat,pietati intentus,& iuxta promissionem Dei patri donatus erat. Habebat autem ante hunc Ismaël ex ancilla Agar. Chetura uero peperit ipsi filios sex, qui dispersi sunt in felicem appellatam Arabiam: Zembran,

bran, & Iezan, & Iesboc, & Soye, & Emmadem, & Madiam: & qui ex ancilla natus est, nomine uelut dixi, Ismaël. Occupat autem hic & extruit appellatam Phares in deserto. Nascuntur autem huic filij numero duodecim, ex quibus sunt tribus Agarenorum, siue Ismaëlitarum, qui nunc Saraceni uocantur. Isaac uero gignit filios duos, Esau & Iacob, & appellabatur tũc genus piorum Abraamiçi & Isaacij. Quum autem separatus esset Esau ad Idumæam ad meridiem ipsius Chanaan sitæ regionis & orientalis, habitator fit montis Seir, & ciuitatem extruit Edom appellatam. Huic autem gignuntur filij, & præsunt Idumææ singulis iuxta successionem, qui etiam duces Edom appellabãtur. Ex quo quintus est iuxta successionem Ioë, subtracto Abraam ex hoc numero, & ab Isaac numeratione facta. Isaac enim genuit Esau, Esau Raguel, Raguel Zara, Zara Ioë, prius quidem uocatum Iacob, postea uero appellatum Ioë, paulò ante tentationem quæ ipsi accidit. Vigebat autem circumcisio. Iacob porrò fugit iram Esau fratris sui, ex consilio patris et matris, in Mesopotamiam Phadan, ultra Mesopotamiam Susoba: et ducit illinc uxores ex propria cognatione quatuor, quæ pariunt ipsi filios duodecim, Patriarchas appellatos. Quum uero reuersus esset ad Chanaanitidem terram, ad patrem suum Isaac, ac matrem Rebeccam, uisum ipsi obuenit ex Deo, iuxta Iordanis excursus, uocant autem torrentem Iacob, ubi uidit castra angelorum. Et ecce inquit, homo à uespera, & colluctatus est ipsi usque ad auroram: quem angelum significauit Scriptura, qui per benedictionem dat Iacob dignitatis nomen, Israël uidelicet. Quum autem illinc transijsset Iacob, nominauit nomen loci, Speciem Dei. quoniam qui ad ipsum per benedictionem dixerat, Non amplius uocabitur nomẽ tuum Iacob, sed Israël uocabitur: ita distinxerat dicens, Fortis fuisti cum Deo, & cum hominibus potens eris. Ab hoc tempore Israëlitæ appellantur. Et ipse Israël post descensum Ioseph in Aegyptum, descendit quoque cum uniuersa domo sua, filijsq; & nepotibus, eorundemq; uxoribus atque alijs, cum septuaginta animis. Moratum est autem genus Israël in regione Aegyptiorũ per generationes quinque. Iacob enim genuit Leui & Iudam, & reliquos decem patriarchas. Leui autem genuit Caath, Iudas uero genuit Phares. Caath genuit Abraam, Abraã genuit Mosen. Phares autem genuit Esrom, Esrom genuit Aram. Aram genuit Aminadab, Aminadab Naasson, temporibus Mosis. Et Naasson quinta generatio est secundum Leui. Exit Israel de terra Aegypti per rubrum mare in signis ac miraculis Dei, & castrametatur in eremo Sina. & responsis datis ex Deo seruo ipsius Mosi, ut numeraret à uiginti annis usque ad quinquaginta, uiros qui possent educere gladium: sumit arma bellica, reperitq; uirorum myriadas sexaginta duas, hoc est sexcenta uiginti milia, insuperq; octo milia & quingentos. Illo porrò tempore erat Inachus apud Græcos notus, cuius filia Io, quæ & Atthis appellatur, de qua etiam Attica regio uocata, ex qua item Bosporus, & eiusdem nominis ciuitas Bosporus, in ponto Euxino nominata. Appellant autem ipsam Aegyptij Isim, eamq; uelut deam adorant. Illi uero cognominis est etiam fluuius, Inachus appellatus. Atque hinc initium habuerunt mysteria & traditiones de dijs apud Græcos, prius apud Aegyptios & Phrygas, Phœnicesq; & Babylonios male excogitata, & ad Græcos translata, de Aegyptiorum regione à Cadmo & ipso Inacho, qui prius Apis uocatus fuit, & Memphin ædificauit. Sed & ab Orpheo & quibusdam alijs eadem mysteria initium sumpserunt, & in hæreses ac sectas composita sunt postea ab Epicuro, & Zenone Stoico, & Pythagora, ac Platone. Ex quo tempore cœperunt corroborari, usque ad tempora Macedonica & Xerxis regis Persarum, post expugnationem Hierosolymorum primùm, & captiuitatem Nabuchodonosor, & usque ad tempora Darij, et Alexandri Macedonis. Plato enim illo tempore notus erat, & qui eum præcesserunt, Pythagorasq;, & postea Epicurus.

Agareni, Saraceni.

Israëlitæ.

Inachus.

Io, siue Atthis & Isis.

Vnde sanè, uelut dixi, occasionem sumpserunt, & ad statum peruenerunt scripta, ac libri apud Græcos. Et post hoc tempus decantatæ hæreses philosophorum, inter se errore quidem conuenientes, & eadem uia procedentem scientiam idololatriæ ac impietatis contexentes: uerũ eodem errore in seipsas confractæ, altera ab altera differũt.

Stoicorum hæresis, ex ordine quinta.

ET Stoici quidem de deitate hoc sentiunt, Deum dicunt esse mentem, quæ sit uniuersæ huius uisibilis molis, cœli uidelicet ac terræ, & aliarum rerum, uelut in corpore anima. Partiuntur autem ijdem unam deitatẽ in multas partiales essentias, in solem, & lunã, & sidera, in animã & aërẽ, & alia. Transitus item tradunt animarũ à corpore in corpus, ubi de corpore decedunt. Easdemq; corpora ingredi ac rursus generari dicunt, & per multum errorem hanc impietatem retexunt: partem autem Dei & immortalem animam ducunt. Habuerunt principem Zenonem suæ stoæ, siue porticus, de quo multa narrãtur. Alij enim dixerunt, ipsum Cleanthis cuiusdam filium à Tyro oriundi. alij Citiensem ipsum dicunt ex Cypro insularẽ, & Romæ aliquandiu uixisse, postea uero Athenis hoc dogma proposuisse in porticu, stoa Græcis appellata. Quidam duos Zenonas esse aiunt, alterum Eleatem, & prædictũ: & tamen ambo sic docuerunt, etiamsi duo fuerint. Asserit igitur etiam hic materiam contemporaneam Deo appellandam esse, unà cum alijs sectis: fatum item esse, ac generationem, ex quo omnia gubernantur, ac afficiuntur. Quomodo igitur cõpendiaria hæc nostra tractatio, aduersus huius uitia, auxiliare medicamentum recensere poterit? ita ut non multo minor magnitudine rei fiat defensio? Verùm summatim ut ne omnino transcurram, ad hunc dicam. Vnde accepisti, ô bone, huius doctrinæ narrationem? aut qualis spiritus sanctus cœlitus te alloquutus est, de tuo errore? Duo enim simul cõtemporanea, materiam & Deum, uiolenter asseris. Cadet autem, et inconstans est ratio tua. Confiteris enim quendam esse opificem, quem etiam omnipotentem dicis, hunc uero in multitudinẽ deorum diuidis. Cuius autem opifex, siue contemporanea fuerit materia ipsa? Erit enim per se suijpsius domina, quæ à nulla causa principiũ accepit, & nemini subiecta est. Si uero opifex ab hac accipit tutelã, qui ipsam reperit, imbecillitas quædam fuerit, & collatio ei qui contribuit, propter inopiam, quo non ex proprijs, sed ex alienis subiectis, proprium opificium producat. Et de animarũ transitione à corporibus ad corpora, multa est adulteratæ mentis tuæ peruersitas, ô tu ultronee sapiens, qui scientiam apud homines iactas. Si enim pars Dei est, & immortalis: corpora uero miserabilia, non solum ferarũ & reptilium, & omnis generis bestiarum uilissimarum, formationi ipsius coniungis, quæ, uelut tu dicis, à Deo essentiam habet: quid nam fieri possit hoc magis flagitiosum? Fatũ deinde introducis, uelut ex ipso fiant ea quæ homini ab alijs accidunt. Verùm ex uno dicto summatim totum tuum fabulamentum subuertetur. Si enim fati est, sapientem fieri, prudentem euadere, rationalem generari ac irrationalẽ, aliaq; omnia: cessent leges, dominatur enim fatum adulteris, & alijs. Magis autem pœnam dabunt stellæ quæ necessitatem inducunt, si coactus quis facit id quod aggreditur. Verùm de his aliàs amplius dicam. Sint ociosæ scholæ, quiescant sophistæ, & rhetores, ac grãmatici, medicique, ac reliquæ scientiæ, mechanicarũq; artium innumera multitudo, et nemo amplius doceat, si ex fato scientiarũ suppeditatio, & nõ ex literarũ doctrina humanæ naturæ cõtingit. Si enim fatum eruditũ et doctum efficit, ne discat quis ex doctore, sed ex natura accipiant peritiã stamina uoluentes Parcæ, iuxta tuorum adeò fastuosorũ uerborum erroneã sententiam.

Stoici refutati

Platonici, hæresis ex ordine sexta.

AT hæc aduersus Zenonem & Stoicos à me dicta sint. Plato uero simul et ipse eadem uia fertur, per animarũ de corporibus ad corpora transitionẽ, & per multi-

tudinem

tudinem deorum, aliasq; idololatrias ac superstitiones. Non autem de materia omnino æqualiter cum Zenone & Stoicis sensit. Nouit enim ipsum Deum, omnia uero facta & existentia ex uero Deo potentias quasdam factas esse. Esse autem primam causam, & secundam, & tertiam. Et primam quidem causam esse Deum. secundam uero causam, ex Deo quasdam potentias productas esse. per ipsum uero & potentias factam esse materiã. Sic enim dicit: Cœlum simul cum tempore factum est, simul enim etiam dissoluetur. Verùm priorem suam de materia sentẽtiam destruxit. Dixit enim alicubi, materiam Deo contemporaneam esse. *Plato contrà seipsum.*

Pythagorij, hæresis septima.

ANte hunc porrò Pythagoras & Peripatetici, profitentes se delineare unum Deũ, uerùm etiam alijs philosophis, ipsorumq; commentis addicti sunt. Et tum ipse, tum sodales eius rursus æqualia his dicunt, nefandam ac impiam sententiam de animarum de corporibus discessu, & ad alia corpora transitu, & de corporum corruptione. Hic postremum in Media uitam finijt. Corpus autem dicit esse Deum, hoc est cœlum: oculos uero ipsius esse uelut in homine, solem & lunam, ac reliqua sidera, & in cœlo elementa.

Epicurei, octaua secta.

EPicurus deinceps omnia absq; prouidentia geri, in mundum induxit. Ex atomis uero omnia producta esse, ac rursus in atoma decedere ac resolui. & omnia sua sponte ex casu esse, ac mundũ substitisse, natura semper generante, ut quæ rursus consumetur, & rursus ex seipsa succedat, & nunquam desinat, dum & à seipsa nascitur, et in seipsam conteritur. Esse autem uniuersum ab *initio instar* oui, spiritum uero draconis specie circum ouum, uelut coronam, aut uelut cingulum constringere naturam. Quum autem uoluerit uiolentia quadam ultra tempus coarctare omnem materiam, siue omnium naturam, sic quidem rerum naturam in duo hemisphæria diduxisse, & deinde ex hoc atoma indiuisibilia corpuscula secreta esse. Leuia enim & tenuiora uniuersæ naturæ sursum emersisse, hoc est lucem & æthera, & tenuissimam spiritus partem. grauissima uero ac lutulenta deorsum inclinata esse, hoc est terrã, id est ipsam siccitatem, & humidam aquarum essentiam. Vniuersa uero à seipsis, & per seipsa moueri in circumuolutione poli & astrorum, ut à draconis speciem habente spiritu adhuc omnia impellantur. Et ex parte quidem de his diximus, eodem uero modo quatuor has sectas ob lectionis compendiũ subuertemus. Hinc & paulo prius quoq;, de cætero poëtę, uelut dixi, & oratores ac historiographi, astronomiq;, & qui alios errores induxerunt, & mentem ad infinitas malas causas ac institutiones pręparauerunt, humanam comprehensionem turbarunt, ipsiq; tenebras offuderũt: & factus est hic primus error, excogitatio simuiachrorum, & infelicitas doctrinæ. Erant autem omnia diuisa, Græcismus & Iudaismus. Iudaismus non prius appellatus, sed per Israëlẽ cognomen piæ religionis adeptus, donec successiones factę sunt. Naasson enim in deserto tribus Iuda tribunus factus, generat Salmon, Salmon generat Boos, Boos gignit Obeth, Obeth gignit Iesse, inter pios Israëlitas appellatos. Iesse generat Dauid regem, qui primus ex tribu Iuda regnauit, ex quo deinceps per successionem reges ex semine ipsius, ita ut filius patri successerit, constituti sunt. Erat aũt ante ipsum Dauid natura primus rex in Israël Saul, filius Ceis, ex tribu Beniamin: & nõ successit ei filius, sed translatum est regnũ per Dauidem primũ ad tribum Iuda. Nam ipsi Iacob primus filius nascitur Rubim, secundus Simeon, tertius Leuis, quartus Iudas, ex quo appellãtur Iudæi, qui ad hoc nomen delapsi sunt propter tribum Iuda, eius qui ex genere piorum fuit. Vocabantur itaque paulo antè Israëlitæ, qui & Iudæi. Vsque ad hoc temporis coniunctæ *Israëlitæ.* *Iudæi undẽ dicti.*

fuerunt quatuor generationes, quatuor terræ partiũ, quum diuisæ fuerint hæ per tempora usque ad hoc tempus hic à me indicatũ, & ulterius. Hoc est, ab Adam usque ad Noë, Barbarismus: à Noë usque ad turrim & Seruch, post duas generationes Scythica superstitio: & postea à turre & Seruch & Aram, usque ad Abraam, Græcismus. Ab hoc & successoribus in pietatis studio ipsi Abraam coniunctis, à semine eius per successionem, hoc est à Iuda, Iudaismus. Cuius rei testimonium mihi præbet spiritu
» plenus, & sanctus Dei apostolus Paulus, sic dicens: In CHRISTO IESV non barbarus, non Scytha, non Græcus, non Iudæus, sed noua creatio. Nam ab initio quum creata esset creatura, & noua esset, nullum aliud nomen habebat. Cum his conuenit
» rursus id quod in alio loco dicit: Debitor sum Græcis & barbaris, sapientibus & stolidis. ubi sapientes quidẽ appellat Iudæos, stolidos uero Scythas. & ait, Debitor sum. Hinc totum genus Israël Iudæi uocabãtur, à temporibus Dauid. Et durauit hic mos ut omne genus Israël, tum Israëlitæ, tum Iudæi uocarentur, à temporibus Dauid ac filij eius Solomonis, & filij Solomonis, Roboam inquam, qui post Solomonem regnauit in Hierusalem. Quo uero non præteream Iudæorum religionem, & ne relinquam indicare propositum opinionis ipsorum scopum, pauca de multis apponam. Omnibus enim manifestissimæ sunt res Iudæorum. Quapropter non magnum suscipiam laborem in hoc argumẽto, ut accuratissime exponam: sed ut quæ necessaria fuerint, pauca de multis hic apponam. Iudæi itaque ab Abraam per successionem existentes, & ipsius pietatem edocti, circumcisionem Abraam habent, quam iuxta præceptum Dei accepit nonagesimumnonum annum agens, ob causam suprà à me relatam: quo uidelicet eius semen inquilinum in terra aliena, non auersaretur nomen Dei, sed in corpore ferret signaculum, commonefactionis gratia atque indicij, quod in patris ipsorum pietate perseuerarent. Filius autem huius circumciditur octaua die, uelut Dei ũaticinium habebat. Et in cõfesso quidem est, quod ex præcepto Dei circumcisio tunc fuit. Verum per figurã erat tunc constituta, uelut in progressu postea ostendemus. Permanserunt itaque in circumcisionis ritu, & pietati addicti, ijdem Abraam per successionem filij, ab ipso uidelicet ac deinceps Isaac, & Iacob, & huius filij, tum in
Philistiæa, Palæstina. Chananitide terra Iudæa, tum in Philistiæa tunc appellata, nunc uero Palæstina uocatæ, imò etiam in Ægypto. Iacob enim, qui et Israël, cum undecim filijs suis descendit in Ægyptum, annum agens uitæ suæ centesimum trigesimũ. Ioseph autem alter eius filius iam in Ægypto regnabat, uenditus à fratribus ob inuidiam. At uero Dei gubernatio cooperans iusto quæ bona sunt, insidias ipsi Ioseph structas in admirationem conuertit. Descendit itaque, uelut prædixi, Iacob & filij eius, & uxores ac nepotes, animæ numero septuagintaquinque in Ægyptum, uelut tradit primus de quinque libris Mosis, hæc omnia manifeste declarans. Perseuerarunt autem isthic ad quinque generationes, uelut sæpe iam dixi, nunc uero necessitas incubuit ea repetendi. Manserunt enim generationes quæ à Iacob numerantur per Leui, ex quo sacerdotes constituti sunt, & per Iudam, ex quo progressu temporum regnauit rex Dauid. Et Leui quidem gignit Caath, & alios. Caath gignit Amram, Amram gignit Mosen & Aaron pontificem. Hic Moses educit filios Israël per potentiam Dei ex Aegypto, uelut habet secundus legis liber. Porrò quæ fuerit uita ac conuersatio filiorum Israël usque ad hoc tempus, non ita clare ut euidentissimum sit, dicere possumus: sed hoc solum, quòd in studio pietatis ac circumcisione fuerint: etiamsi scriptum sit, quòd multiplicati fuerint in terra Aegypto filij Israël, & uiles ac redundantes facti sint. Ipsum enim tempus eiusdem cohabitationis ac permixtionis, propter socordiam omnino uilitatem effecit. Quæ uero ipsis gustanda essent, & quæ reprobanda, aliaq; quæ legis distinctione seruare ipsis præceptũ est, nondum manifeste adno-

tatum

tatum est. Vbi uero egressi essent ex Ægypto, in secundo exitus ipsorum anno, legislatione Dei digni fiunt, per ipsius Mosis manum. Lex autem à Deo ipsis data instar pædagogi, sicut etiam erat lex pædagogus, corporaliter quidem distinctionẽ faciens, spiritualem uero expectationem habens, docebat circumcidi, sabbatum agere, decimare omnes ipsorum fœtus, & omnia quę apud ipsos gignebantur ab homine usque ad pecus: & primitias dare, & quinquagesimam & trigesimam: credere Deo soli, ipsumq; colere. & in monarchia quidem ac unius principatu prædicabatur nomen, in monarchia uero trinitas semper annunciabat̃, & inter eminẽtissimos apud ipsos credebatur, hoc est prophetas & sanctos. Sacrificiaq; ac cultus diuersos uniuersorum regi Deo in deserto offerebãt, in celebritate fixorum tentoriorũ à Mose constructa, per formas ipsi à Deo indicatas. Susceperunt itaq; ijdem Iudæi etiam propheticas uoces de CHRISTO uenturo, & qui appellaretur quidem propheta, esset autem Deus: & uocatus quidem esset Angelus, uerum filius esset Dei, & homo in carnem uenturus esset, & inter fratres recẽsendus, uelut omnes diuinæ scripturæ habent, maxime Deuteronomij liber legis quintus, & qui deinceps habentur. Habebãt porrò hi Iudæi usque ad reditum à captiuitate Babylonis, libros & prophetas hos. I Genesim. II Exodum. III Leuiticum. IIII Numerum. V Deuteronomium. VI librum Iesu Naue. VII Iudicum. VIII Ruth. IX Iob. X Psalterium. XI Prouerbia Solomonis. XII Ecclesiasten. XIII Canticum canticorum. XIIII Primum librum regnorum. XV Secundum regnorum. XVI Tertium regnorum. XVII Quartum regnorum. XVIII Primum paralipomenon. XIX Secundum paralipomenon. XX Duodecim prophetas. XXI Esaiam prophetam. XXII Hieremiam prophetam, cum lamentationibus & epistolis ipsius, ac Baruch. XXIII Iezechielem prophetam. XXIIII Danielem prophetam. XXV Primum librum Esdræ. XXVI Secundum librum Esdræ. XXVII Librum Esther. Atq; hi sunt uiginti septem libri à Deo Iudæis dati: uerùm uiginti duo, iuxta numerum Hebraicarũ literarũ numerati, propterea quod decem libri in quinq; duplicantur. Sed de his alibi manifeste diximus. Sunt & alij duo libri apud ipsos ambigue lectionis, Sapiẽtia Sirach, & Solomonis, citra alios quosdã libros apocryphos. Omnes autem hi sacri libri Iudaismum docebant, & legis obseruationes, usq; ad Domini nostri IESV CHRISTI aduentum. Et recte sanè processissent Iudæi in legis doctrina, si CHRISTVM suscepissent à pædagogo, lege uidelicet, ipsis prædicatũ ac denunciatum, ut susceptà ipsius deitate, etiam aduentũ ipsius in carnem didicissent, non dissolutionẽ legis, sed legis complementũ. Nam figuræ in lege fuerunt, ueritas autem in Euangelio. illic enim circũcisio fuit carnalis, quę inseruijt tempori, usq; ad magnam circũcisionem: hoc est baptismum, qui circũcidit nos à peccatis, & obsignat nos in nomen Dei. Et erat illic sabbatum, detinens nos in magnum sabbatũ, hoc est in requiem CHRISTI, ut in CHRISTO sabbatum agamus à peccatis. Et erat illic agnus irrationalis, qui sacrificabatur deducens nos ad magnum agnum ac cœlestem, pro nobis & toto mundo mactatum. Et erat illic decimatio, muniens nos, ut ne ignoremus literam iota, denarium numerum, primum elementum nominis IESV. Quandoquidem igitur figura ducti sunt, & non peruenerunt ad perfectionem, per legem & prophetas, aliosq; ac totum librum prædicatam, eiecti sunt ab agricultura, & ingressæ sunt gentes, ita ut illi amplius seruari non possint, nisi ad Euangelij gratiam reflexerint. Omnes enim iustificationes ipsis abolitæ sunt, quum singula testimonia hoc confirment, uelut habet tota Scriptura. Verum in summa ab uno testimonio, indubitatam & insuperabilem contra ipsos sententiam dicemus. ex quo dare uidere datur, suffragium contra ipsos latum, dum dicit: Quæcunq; anima non audiet prophetam illum, « exterminabitur à tribu sua, & ex Israël, & subter cœlum: tanquam Dominus ea quæ « mystice per legem tradita sunt, perfecte & ad salutem muniturus sit; & qui non audiat

Legis usus.

Libri Iudæorum 27.

Legis & Euangelij differẽtia

audiat ipſum neq; admittat, non habeat ſalutem, etiamſi legem fecerit: quum lex non poſſit hominem perficere, propterea quod iuſtificationes corporaliter in ipſa ſcriptæ ſunt, & in Domino noſtro IESV CHRISTO uere compleantur. Atque hactenus à me dictum ſit de Iudaiſmo. Nam paucorum mẽtionem feci, ut ne in totum eos ſilentio præteream, ſed in parte oſtendam. Omnibus enim notum eſt contra ipſos argumentum, & ipſorum confutatio. Oſtendimus autem & principiũ unde habuerunt introductionẽ, quod ab initio ex Abraam patriarcha pietatis uocãtur pij, ex eo quod ſunt de ſemine ipſius. A nepote uero ipſius, uidelicet Iacob, qui & Iſraël, Iſraëlitę. Ex diebus uero Dauid, qui regnauit ex tribu Iuda, uocabantur Iudæi ac Iſraëlitæ omnes duodecim tribus uſq; ad Solomonem filium Dauid, et uſq; ad Roboam filium Solomonis, nepotem uero Dauid. Et iuxta increpationem Dei, & indignitatẽ ipſius Roboam, diſſectæ ſunt duodecim tribus, & factæ ac uerſatæ ſunt duæ cum dimidia, cũ Iuda, hoc eſt cum ipſo Roboam: & nouem ac dimidia, cum Hieroboã. Vocabantur autem nomine tribus Iſraëlitæ & Iſraël, regno ſubiectæ ſub Hieroboã filio Nabat in Samaria. Duę uero in Hieruſalẽ, Iudæi appellabantur, & regebantur à Roboam filio Solomonis. Et factæ ſunt rurſus regũ ſucceſſiones. Roboam genuit Abia, Abia genuit Aſa, Aſa Ioſaphat, Ioſaphat Ioram, Ioram Ochoziã, Ochozias Ioas, Ioas Ameſian, Ameſias Azarian, appellatum Ozian: Azarias, qui & Ozias, Ioatham, Ioatham Achaaz, Achaaz Ezeciam. in temporibus autem Ezeciæ & Achaaz, captiuæ ductæ ſunt tribus ex Iſraël in fines Medorũ. Poſtea Ezecias genuit Manaſſe, Manaſſes Amon, Amon Ioſiam, Ioſias Iechoniã, qui & Zelum appellatur, itemq; Amaſias dicebat. Hic uero Iechonias genuit Iechoniam appellatũ Sedechiam, & Ioacim. Et nemo de hoc ambigat, imò potius miretur exactam rationem hoc loco utiliter ſtudioſis expoſitã, qui Chriſtianæ doctrinæ gratia ſincera exemplaria contingere uolunt. Qui ſanè ſtatim cum utilitate beniuoli eſſe cogentur, ubi lucrati fuerint dictum hoc, quod à quibuſdam indoctis rerum Euangelicarũ ad ambiguitatem, uelut emendandi gratia, de letum eſt. Nam quum ſanctus Matthęus trifariam enumeret generationes, & ab Abraam uſq; ad Dauid recenſeat quatuordecim generationes: duo priores numeri clari reperiuntur, nullum defectum habentes: ad Iechoniã enim tempora continent. Verùm tertius numerus non item quatuordecim generationũ reperitur, ut iuxta ſucceſſionem nominum complementũ habeat, ſed decem & trium. Nam aliqui Iechoniam cum altero Iechonia reperientes, numerũ duplicatũ eſſe putauerunt. Non erat autem duplicatio, ſed numerus clarus. Ex nomine enim patris filius nominatus fuit Iechonias Iechoniæ. Itaq; detracto pro pietatis ſtudio uno nomine, ex ignorantia huc delati, defectuoſum fecerunt propoſitũ argumentum, iuxta numeri quatuordecim nominum promiſſionẽ, & multi experimenti habitum corruperunt. Fit itaq; hinc à tempore Iechonię captiuitas in Babylonem. In hoc tempore captiuitatis acceſſerunt ſeniores ipſum Nabuchodonoſor in Babylone, rogãtes ut mitteret aliquos de ſuis ad inhabitandum terram Iſraëlitidẽ, ut ne regio in materiam eluxurians deſolaretur. Et exaudiuit ipſorum preces, nec rem differebat. & quatuor genera ſuorum mittit, Chuthæos, Cudæos, Seppharuræos, & Anagogauæos: qui unà cum ſimulachris ſuis aſcendentes inhabitauerũt tunc Samariã, hac terra ſibĩpſis delecta, eo quod pinguis eſſet ac fertiliſſima. Quũ autem temporis progreſſu hi à beſtijs dilaniarentur, leonibus, pantheris, urſis, & alijs prauis feris, mittunt legatos in Babylonem, rogantes, & uehementer admirantes de eorum qui prius inhabitauerant firma ſede ac uita, quomodo potuerint ſuſtinere beſtiarum rapinas ac uiolentiam. Rex uero accerſitis ſenioribus, percunctatus eſt de ipſorum uita, quomodo tranſegerint dum in Iudæa morarentur, & quomodo effugerint beſtiarum impetum, quum tantus ſit beſtiarum incurſus, tantaq; pernicies in illa regione. Illi uero Dei legislationem ipſi indicarũt, & prudenter ipſi

Matthæi lectio interpolata.

reuelarunt

reuelarunt probabilem opinionem, non posse illic gentem cõsidere, quæ non legem Dei cœli per Mosen datam perficeret. Esse enim Deum terræ protectorem, non uelle autem transgressiones in ipsa à gentibus alienigenis fieri, per idololatriã, & alia. Ipse uero curam gerens rei, & uerissimæ declarationi fidem habens, exemplar legis petiuit. Illi autem ubi liberaliter dedissent unà cum lege etiã Esdram quendam sacerdotẽ, mittunt ipsum doctorem legis à Babylone ad erudiendos Assyrios in Samaria consi dentes, Chuthæos uidelicet antea nominatos, ac reliquos in lege Mosis. Cõtingit au tem hoc anno plus minus trigesimo captiuitatis Israël ac Hierusalem. Eruditi taque Esdras & qui ipsi successerunt, genus illud in Samaria, & appellati sunt Samaritę, qui legem per Esdram à Babylone uenientem susceperunt. Præterijt autem tempus an norum quadraginta aliorum, & soluta est captiuitas, & redijt Israël à Babylone. Su bit animum meum admiratio, quomodo contigit quatuor gentes & quatuor hære ses in eadem gente fieri: primam uidelicet Essenorum, secundam Gorthenorum, ter tiam Sebuæorum, quartam Dositheorum. Atq; hinc iam mihi initium fit promissæ tractationis contra hæreses: & ut causam declarem, summatim dicam. Quæ uero est alia, quàm quod à linguarum multifida uocis alteratione tribus factę sunt. In singulis autem tribubus ac patriarchijs diuersæ gentes præsidebant. Omnis autẽ gens regem sibijpsi in caput præficiebat. Contigit autem ex hoc, bellũ esse & aduersitates ac sym plegades, dum gentes cum gentibus committuntur, & singuli propriam uolũtatem præferre nituntur, & uicinorum res ad seipsos trahere studen:, propter inexplebilem nostram in uita habendi cupiditatẽ. Sic etiam in hoc prę iudicato tempore, ubi una re ligio Israëlis, & scriptura secundũ legem, dilapsa est ad alias gentes, Assyrios inquam, ex quibus Samaritæ inhabitatores euaserunt, contigit etiam opinionẽ scindi, & dein ceps processit error, et disseminata est dissensio, ab uno pio Dei cultu, ad multas adul terinas opiniones, prout unicuiq; uisum fuit, & se in scriptura exercitatũ esse putauit, & docuit quisq; iuxta propriam uoluntatem.

Samaritæ, nona secta.

SAmaritæ igitur à diuina scriptura usq; ad hæreses progrediuntur, post prædictas Græcas hęreses, ex proprijs ratiocinationibus per mentis stupiditatẽ hominibus inductas. Vniuersum itaq; genus Samaritæ uocabãtur. Interpretari autem possis Samaritas custodes, propterea quod custodũ locum in terra obtinebant, aut quod custodes erant constitutionis secundum legem Mosis. Appellabatur & mons ubi con sederunt, Somororum, itemq; Somer, ab antiquo quodam Somoro filio Somer, ui ro sic nominato. Erat autem hic Somer filius unius uiri de genere Pherezæorum & Sergesæorũ, qui tunc habitabant terram, ex successione existentes filij Chanaan, qui terram hãc rapuit, quæ nunc Iudæa aut Samaria appellatur, quum esset filiorũ Sem, & non ipsorũ propria: propterea quod ipse Chanaan fuerit filius Cham, patrui ipsi us Sem. Atq; hoc modo contigit ut ex diuersis causis Samaritæ sint appellati, ex So mer, ex Somoro, ex custodia terræ, ex custodia doctrinæ legis. Differunt hi à Iudęis, primum quod non data est ipsis prophetarũ post Mosen scriptura, sed solum quinq; libri Mosis dati semini Israël, in exitu profectionis ab Ægypto: Genesis uidelicet, & Exitus, & Leuiticus, & Numeri, & Deuteronomiũ. Appellantur autẽ in Hebręa lin gua sic: Bresith, Veelleſmoth, Vaijcra, Vaiedaber, Ellehadbarim. Et disseminatum quidem est in his quinque libris resurrectionis mortuorum signum, non tamen clare prædicatum est. & dispersum est in ipsis, de unigenito filio Dei, & de sancto Spiritu, & contra simulachra. Verum clarius in ipsis monarchia introducitur, in monarchia uero spiritualiter Trinitas annunciatur. Porrò hi accepta lege, studium habuerunt deponendi idololatrias, & agnoscendi unum Deum. Quibusdam uero non fuit stu dium exactius cognoscendi. Verum errarunt tales, & non clare totam fidei partem,

Samaritæ unde dicti.

Mosis libri quinq; quid cõtineant.

& ui-

& uitæ noſtræ ſinceritatem comprehenderunt, & mortuorū quidem reſurrectionem ignorant, ac nō credunt. Spiritum autem ſanctū non admittunt, nam & ipſum ignorant. Et hæc hæreſis reprobans quidem mortuorū reſurrectionem, depellens autem idololatriā, in ipſa uero per ignorātiam ſimulachra colens reperitur, propterea quod abſcondita ſunt ſimulachra quatuor, gentiū in monte apud Garizin per calumniam uocato. Nam ſi quis exacte de mōte Garizin perſcrutari uelit, huic ſciendū eſt quod ad Hierichuntem ſiti ſunt duo montes, tum Garizin, tum Gebal trans Iordanem, ad orientem Hierichuntis, uelut habet Deuteronomium, & Ieſu Naue liber. Itaq; ſimulachra colunt ignari, ex eo quod undiquaq; intenti ſunt ad montem, dum orant uide
» licet quia ſanctificatus eſt. Impoſſibile eſt enim ſcripturam mentiri, quę dicit, Perſeue
» rarunt facere legem, & adorare ſua ſimulachra uſq; in hodiernū diem: uelut in quar-
Reſurrectiōis mortuorū probationes ex Moſe. to libro Regnorum habetur. Conuincuntur autem ipſi undiquaq; de reſurrectione mortuorum. primum ex Abel, quod poſt mortem ſanguis eius Dominum alloquitur. Sanguis autem non anima eſt, ſed in ſanguine anima eſt: & non dixit Anima clamat ad me, oſtendens quod eſt ſpes reſurrectionis corporum. Sed & Enoch translatus eſt, ut non uideret mortem, & non reperiebatur. Sed & Sarra poſt mortificationem uteri eius, & poſt ſiccatum conſuetum fontem, rurſus uiuificatur ad ſeminis dejectionem, & anus filium concipit, ac parit iuxta promiſſionem, ob ſpem reſurrectionis. Quin & Iacob propriorum oſſium curam gerens, uelut de nō pereuntibus præcepit. Et non hic ſolum, ſed etiam Ioſeph eadem cōſequentia præcipiens, reſurrectionis ſpeciem oſtendit. Sed & uirga Aaron germinauit quum ſicca eſſet, & fructū produxit, in ſpem uitæ mortua corpora noſtra reſurrectura eſſe ſignificans, ad reſurrectionem uero tendens. Sed et Moſis uirga ſimiliter lignea, iuxta uoluntatem Dei animabatur, & ſerpens fiens reſurrectionem indicabat. Prēterea Moſes benedicens Ru
» bim dicit, Quæro Rubim, & ne moriatur: quum olim uita defunctus eſſet, ut uitam poſt mortem eſſe oſtenderet, iudicium autem ſecundæ mortis in condemnationem. Quapropter duas benedictiones ipſi cōtribuit, Quęro dicēs, in reſurrectione, & Ne moriatur, in iudicio: non mortem quæ per corporis diſceſſum contingit dicens, ſed eam quæ contingit per condemnationem. Sufficient itaq; pauca hæc aduerſus hos. Habent autem & alias quaſdam dementiæ conſuetudines antiquas. Quod uidelicet urina ſe proluunt, ubi ab externis uenerint polluti nimirū. Et quod in aquam ſe unà cum ueſtibus immergunt, ubi contigerint alium ex alia gente. Inquinationem enim putant, aliquem attingere, aut alium quendam hominem alterius dogmatis tangere. Multa enim eſt horū dementia. Quomodo uero ſtatim ipſorum amentia deprehendatur, adhibe mentem ô admirande, & ſcies. Mortuum equidem ſtatim abominantur, quum ipſi mortui ſint operibus. Teſtantur enim non unum teſtimoniū, ſed mul
Mortuos non eſſe abominabiles. ta, mortuū non eſſe abominabilem, ſed quod per ænigmata lex hoc dixit. Non enim duo aut tria teſtimonia ad hoc nobis ſuffragantur, ſed myriades numero ſexaginta duæ, hoc eſt ſexcentena uicena milia, in deſerto, & aliæ totidē, & ultra. Et adhuc multo plures, quæ loculo ipſius Ioſeph teſtimonium præbent, qui per annos quadraginta in toto caſtrorum ordine geſtabatur, & neq; abominationem pariebat, neq; inquinabat. Dixit autem uera Lex ipſa, Quod ſi quis contigerit mortuum, manebit impu
» rus uſq; ad ueſperā, & lauabitur aqua, & purificabitur. Inſinuabat aūt hoc ad Domi
» ni noſtri IESV CHRISTI mortificationem, ſecundum paſſionē ipſius in carne. Ex
Articuli Græcorum uis. articulo enim diſcretionē nominis ſignificat. Vbi enim articulus additus eſt in uno aliquo determinato ac manifeſtiſſimo, omnino confirmatio propter articulum contingit. Citra articulum uero de uno quocunq; tandem indefinitè accipiendum eſt. uelut uerbi cauſſa, ſi dixerimus βασιλεὺς, id eſt rex, nomen quidem ſignificauimus, ſed non clare eum qui determinatur oſtendimus. Regem enim dicimus & Perſarum, &

Medorum,

Medorum, et Elamitarum. Si uero dixerimus, addito articulo ὁ βασιλεὺς, minime ambiguum est significatum. Nam rex de quo quæritur, aut de quo dicitur, aut qui cognoscitur, aut alicuius imperiū habens, per articulū indicatur. Et si dixerimus θεὸς, id est Deus, sine articulo, quemlibet Deum gentium diximus, non Deum uerum. Si autem dixerimus ὁ θεὸς, palàm est quod ab articulo uerum significamus, qui est & cognoscitur. Sic etiam quū dixerimus ἄνθρωπος, id est homo, & ὁ ἄνθρωπος. Et si quidem dixisset Lex, si contigeritis νεκροῦ, id est mortuum, de omnibus suffragium latum fuisset, & simpliciter omni mortuo quæsiti dictio incumberet. Quū uero dicit, Si quis contigerit τοῦ νεκροῦ, ad unum quendam fert ductum: dico autem Dominum, uelut suprà à me declaratum est. Dixit autem hoc lex per ænigmatis insinuationē, propter eos qui iniecturi erant manus in CHRISTVM, et cruci tradituri: quoniam opus habebant hi purificatione, donec occideret ipsis dies, & exoriretur ipsis alia lux, per baptismum aquæ lauacri regenerationis. Velut etiam suffragatur mihi hic Petrus, dicens Israëlitis in Hierosolymis, qui dicebāt ad ipsum, Quid faciemus: propterea quod ipse dixerat ad illos, Hunc IESVM quem uos crucifixistis. & compunctis corde, dixit: Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisq; in nomine IESV CHRISTI Domini nostri, & remittentur uobis peccata, & accipietis donum sancti Spiritus. Itaq; non de mortuo dicit lex. Si uero etiam de mortuo, de alio determinato lex dicit, uelut alibi ipsa interpretatur. Dicit enim: Si præterierit mortuus, claudite fores ac fenestras uestras, ut ne inquinetur domus. Velut dixit de auditu peccati: Si audieris uocem peccati, aut speciem delicti uideris, claude oculos tuos à concupiscentia, & os à uanitate uerborum, & aurem à sono prauo, ut ne mortificetur tota domus, hoc est anima & corpus. Quapropter etiam Propheta dixit, Si ascenderit mors per fenestras: & non penitus de his fenestris dicit. alioqui occlusis fenestris, nunquam moreremur. fenestræ uero sunt nobis corporis sensus, uisus, auditus, & alij per quos mors in nos ingreditur, si per ipsos peccauerimus. Sepeliuit igitur Ioseph ipsum Israël, & non abominatus est: & post mortem prolapsus in faciem, ipsum osculatus est. & non scriptum est quod lauit, ut purificaretur. Sepeliuerunt angeli, uelut traditio quæ ad nos deuenit, habet, corpus Mosis sancti, & non lauerunt: imò neq; inquinati sunt angeli à sancto corpore. At uero rursus timeo, ne in finem extendā quæstionis solutionem. Ab uno autem & altero sermone dabitur sapienti, ut discat de Domino, iuxta rationem per contrarium. Si uero etiam de Spiritu sancto dabitur mihi breuiter dicere, non utiq; distulero. Palàm itaq; statim Dominus dicit ad Mosen: Adduc mihi in montem septuaginta seniores, & accipiam de spiritu qui in te est, & effundam super ipsos, & defendent te. De filio autem, quomodo cognoscamus, pater dicit: Faciamus hominem secundum imaginem nostram ac similitudinem. Faciamus autem, nō est unius significatiuū. & pluit Dominus super Sodoma & Gomorra, ignem & sulphur à Domino de cœlo. Cæterum de prophetis, quoniam prius dati erant ipsis quinq; libri Mosis, non amplius iuxta alias scripturas processerunt, sed solum iuxta quinq; libros Mosis, & nō iuxta reliquos deinceps sequentes. Et si quis etiam nunc ipsis dicat de alijs, de Dauid uidelicet & Esaia, & sequentibus, non suscipiunt, sed immorantur traditioni à proprijs ipsorum patribus inuectæ. Atq; huc usq; dictum sit à me de Samaritis, breui quidē sermone, propter metum quem prospicio, ne latius promissum opus extēdam.

Fenestræ mortis.

Filij unigeniti, & Spiritus sancti notiones ex Mose.

Contra Essenos, primam Samaritarum sectam, & ex ordine X.

IN quatuor hæreses Samaritæ secti sunt, uerùm æqualiter inter se sentiunt, de circumcisione & sabbato, & de alijs quæ sunt in lege. In exigua & omnino aliqua re, singulæ hæ præcipuè tres sectæ inter se differunt, exceptis solis Dositheis. Permanserunt enim Esseni in prima institutione, nulla extēsione facta. post hos Gortheni, dissenserūt paululum ab alijs. quoniam contradictio quædam in medio ipsorum exorta est, inter Sebnæos inquam, & Essenos, ac Gorthenos. Habet autem cōtradictio hoc modo:

Lex prȩcipiebat Iudæos undiquaq; cõgregari in Hierosolyma sæpe, & præsertim tribus anni temporibus, in festo Azymorũ, in Pentecoste, & in celebritate fixorum tentoriorum, Scenopegia appellata. Habitabant autẽ Iudæi sparsim in finibus & Iudæę & Samariæ. Oportebatq; ipsos per Samaritidas regiones iter facere, dum peterent Hierosolyma. Quum igitur quodam tempore conuenissent, congregationẽ habentes ad celebrandã festiuitatem, symplegades ac aduersitates hinc exortæ sunt. Sed & quando ædificabat Esdras Hierusalẽ, post reditũ ex Babylone, cupiuerunt Samaritę cõferre auxiliũ Iudæis, ac simul ædificare, & prohibiti sunt ab ipso Esdra ac Neemia.

Contra Sebuæos, secundam Samaritarum hæresim, & ex ordine XI.

Et tunc Sebuæi ex ira ac indignatione transposuerunt tempora prædictarũ festiuitatum, primum quidem ob iram Esdræ, deinde propter relatam causam, quæ ad pugnã ipsos prouocabat per prætereuntes. Locãt autem hi nouum mensem Azymorum, post nouũ annum, qui fit in autumno, hoc est post mensem Thersi, qui Augustus apud Romanos appellatur, Mesori apud Ægyptios, Gorpiæus apud Macedones, Apellæus apud Græcos. Hinc hi anni principium ducunt, & statim azyma perficiunt. In autumno uero Pentecosten faciunt. Scenopegiã autem tunc celebrant, quum Iudæi Azyma & Pascha.

Mensium appellationes diuersæ.

Contra Gorthenos, tertiam hæresim Samaritarum, & ex ordine XII.

Nec uero sequuti sunt Sebuęos alij, uerùm Esseni quidem uicini ipsis, eadem quæ illi faciunt. Gortheni uero & Dosithei contentionẽ aduersus Sebuæos habent. Et celebrant ipsi festiuitates, Gortheni inquam & Dosithei, quum Iudæi celebrant et Azyma & Pascha, & Pentecosten, & Scenopegiam, & ieiuniũ apud ipsos receptum unius diei. Alij uero non sic faciunt, sed peculiariter cum Essenis, uelut diximus.

Contra Dositheos, quartam hæresim Samaritarum, & ex ordine XIII.

Dosithei uero ab his differunt multis modis. Resurrectionem enim cõfitentur, & politiæ apud ipsos sunt, ab animatis abstinent. Sed et quidam ex ipsis continent se à nuptijs, postquam in nuptijs uixerunt. Alij etiam uirginitatem seruant. Eodem modo etiam circumcisionem & sabbatum habent, & quod nõ attingunt aliquem, eo quod omnem hominem abominentur. fama tradit ipsos etiam seruare ieiunia, et exerceri. Verùm causa cur hæc senserit ac docuerit Dositheus, hæc est. Hic à Iudæis originem ducens, Samaritarum gentibus permixtus est: et quum in doctrina legis processisset, & in expositionibus apud ipsos primas uenatus esset, & ipsas assequutus nõ esset, & in nulla existimatione apud Iudęos haberetur, declinauit ad Samariticũ genus, & hanc sectam produxit. Et quum postea ob propriæ sapientiæ excellentiã in spelunca secessisset, inaniterq; ac simulata religione, in ieiunio perstitisset, ita mortuus est, uelut fama refert, ob inopiam panis & aquæ, ex uoluntario nimirum proposito. Post dies autem aliquot, tradunt quosdam uenisse ad ipsum uisitandũ, & reperisse corpus fœtidum, ita ut uermes ex ipso proreptarent, & nubes muscarum circa ipsum congregata esset. Atq; hæ quidẽ sunt differentiæ cognitionis prædictarũ quatuor sectarum, quantũ de his ad nos peruenit. Quæ sanè subuertuntur per ea quæ contra ipsas dicta sunt. Redeo autẽ rursus ad inductiones iuxta temporum successionem factas, quo & pecora erroris congregem, & contradictionem aduersus ipsa producam, in eo quod noxia ipsorum instituta reuelem, & per sermonis compendium eiaculationem ueneni malorum ac pernicioſorum reptilium redarguam.

Dosithei historia.

Contra Sadducæos, primam hæresim Iudaismi, & ex ordine XIIII.

Post has relatas Samaritarũ, & superius Græcorum indicatas sectas, septem fuerũt hæreses apud Iudæos, ante CHRISTI in carnem aduentũ, in Iudæa ac Hierosolymis. prima Sadducæi, qui fuerunt auulsio à prędicto Dositheo. Cognominant autem hi seipsos Sadducæos, nimirũ à iusticia cognomine proficiscẽte. Sedec enim significat

ficat iuſtitiã. Fuit & olim ſacerdos quidam, nomine Saduc. Verùm nõ perſeuerarunt hi in præceptoris ſui doctrina. Reprobarunt enim hi mortuorũ reſurrectionem, eadem cum Samaritis ſentientes. Non aſſumũt autem angelos, quos Samaritæ non reprobant. Spiritũ uero ſanctum ignorant. non enim ſunt hoc digni facti. omnia æqualiter cum Samaritis obſeruant: non erant tamen hi Samaritæ, ſed Iudæi. In Hieroſolymis enim ſacrificabant. In reliquis uero omnibus cum Iudæis conſpirabant. Subuertuntur porrò etiam hi à fide digna Domini uoce, quã ipſi contra ſeipſos attraxerunt, per quæſtionis ſolutionem, quãdo acceſſerunt ipſum dicentes, An poſſit eſſe mortuorum reſurrectio: & quod ſeptem fuerunt fratres, & primus uxorem duxit, & ſine liberis deceſſit, & ſecundus accepit ipſam, quum Moſes iubeat in uxorem accipere, uxorem fratris ſine liberis defuncti, & adduci ipſam fratri, ad excitandũ ſemen defuncti. Accepit igitur hanc, inquiunt, primus & ſecundus, & mortui ſunt, ſimiliter etiam reliqui omnes ſeptem: in reſurrectione ergo mortuorũ, cuius erit hæc uxor? quãdoquidem ſeptem habuerunt ipſam. Dominus autem dixit: Erratis, ignari ſcripturarum & uirtutis Dei. In reſurrectione enim mortuorũ, neq; uxores ducunt, neq; nubunt, ſed ſimiles angelis ſunt. Quod autem reſurgent mortui, Moſes uos docet, uelut Deus ipſi uaticinatus eſt, dicẽs: Ego ſum Deus Abraã, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, Deus uiuentium, & non mortuorum. Et obturauit os ipſorum. ſunt enim hi captu faciles, & non potentes reſiſtere ne una quidem hora aduerſus ueritatem.

Contra Scribas, ſecundam Iudaiſmi hæreſin, & ex ordine XV.

Poſt hos Sadducæos, Scribæ fuerunt per medium temporis, aut etiam cum ipſis ætatem degerũt. Qui ſanè expoſitores legis fuerunt, uelut grãmaticam quandam ſcientiam exponẽtes, reliqua quidẽ uelut Iudæi facientes, uerum ſuperfluã quandam ſophiſticã expoſitionem inducentes: non ſolum ſecundũ legem uiuentes, ſed etiam abundãtius urceorum demerſiones ac purificationes ſeruantes, poculorũ item ac patinarum, & aliorum miniſterij uaſorum, tanquã uidelicet ad ſinceritatem ac ſanctitatem diſpoſiti. crebrò manus lauãtes, crebrò item purificationes quaſdam per aquas & lauacra, detergentes. Habebant autem fimbrias quaſdã ſignificatiuas politiæ ipſorum, ad oſtentationẽ elationis & laudem ſpectantiũ. & phylacteria apud ſeipſos pallijs addebant, hoc eſt latas notas purpuræ. Poſſit autem aliquis putare, quandoquidem etiam in Euangelio hæc uox habetur, de amuletis ſermonem fieri. Nam & amuleta aliqui phylacteria nominare ſolent. Verum ſermo in totum nihil de his habet. ſed quoniam ſtolas, ſiue pallia, tales induebant, & dalmaticas ſiue amicula, ex latis notis ſiue ſignis purpuræ paratas ac prætextas. Notas autem purpuræ, phylacteria tranſ nominare ſolent hi qui exacte loqui uolunt. Qua de cauſa etiam Dominus phylacteria ſecundum illos dixit. Indicat autem & conſequentia appellationis phraſim, & fimbrias palliorum: ut fimbrias dicat oras ac margines, phylacteria uero ſigna ac notas ipſius purpuræ. Dicit enim, Dilatatis phylacteria, & fimbrias palliorum ueſtrorum magnificatis. Nam fimbrias ac prętextus quoſdam in quatuor alis amiculi unuſquiſque habebat, ex ipſo ſtamine illigatos, quo tempore cõtinenter agebant, aut uirginitatem exercebant. Singuli enim determinatum caſtitatis aut continentiæ tempus habebant. & hæc ipſorum exemplaria erant, ad declarandum hominibus ſuam profeſſionem, ut nemo contingeret ſcilicet ſanctificatos. Expoſitiones autem, ſiue repetitiones apud ipſos quatuor erant: una in nomen Moſis prophetæ: ſecunda in præceptorem ipſorum, Aciban appellatum, ſiue Baraciban: tertia in Andan, ſiue Annan, qui & Iudas: quarta in filios Aſſamonæi. Ex his quatuor repetitionibus ſiue expoſitionibus, ſunt quæ apud ipſos recepta ſunt ſapientiæ opinione. Pleraque uero inſipientiæ nomine iactantur ac celebrantur: quædam etiam loco electæ doctrinæ prædicantur ac diuulgantur.

Phylacteriorum ſignificatum.

Dalmaticæ.

Expoſitiones quatuor apud ſcribas.

Contra Phariſæos, tertiam Iudaiſmi ſectam, & ex ordine XVI.

HIs duabus ſectis cõſequenter annexa eſt phariſæorum hæreſis, qui eadem cum his ſentiebant, ſcribis inquam, quos interpreteris legis doctores. conuerſabantur enim cum ipſis etiã legiſperiti. Verùm phariſæi alia etiã præter hos ſentiebant, ac maiores politias habebant. Quidã enim ipſorum quũ ſe exercebant, præſcribebant decenniũ, aut octennium, aut quadrienniũ, uirginitatis ſiue continentiæ. Et frequentius orantes, crebrius certamen hoc aggrediebantur, ut ne uidelicet corporale quid ipſis accideret, aut clandeſtine per ſomnia triſtis corporis defluxio cõtingeret. Et alij ex ipſis aſſeres ſibijpſis parabant dodrantis tantũ latitudine, & in has ſe ad ueſperã locabant, ut ſi quis dormijſſet, in pauimentũ decideret, et rurſus excitaretur ad orationẽ, per hoc quod uigilantem uitam haberet, quantũ eius fieri poſſet. Alij lapillos ex aquis collectos ſibijpſis ſubſternẽbant, ut dum his pungerentur, non in profundũ ſomnum deferrentur, ſed uigilantiam ſibijpſi parare cogerentur. Alij ſpinas pro ſtrato habebãt, ob eandem cauſam. Ieiunabant autem bis in ſabbato, ſecunda & quinta die. Decimabant decimationes. dabant primitias, trigeſimas & quinquageſimas. Sacrificia ac uota exactiſſime exoluebãt. In prædicto uero ſcribarũ habitu progrediebãtur, per amicula & alios ornatus, ac muliebria pallia, in latis crepidis & calceamentorũ ligulis procedentes. Dicebantur autem phariſæi, eo quod ſeparati eſſent ab alijs, propter ſpontaneã ſuperfluam religionem apud ipſos receptã. Phares enim Hebraica lingua ſeparationẽ ſignificat. Confitebantur autem hi reſurrectionẽ mortuorum, credebantq; angelos & ſpiritum. Ignorauerunt autem filium Dei, uelut etiam alij. Sed & fatum & Aſtronomia apud ipſos ualde in uſu erat. Statim itaq; Græca nomina ex erronea aſtronomia, in Hebraica lingua alijs nominibus apud ipſos tranſnominata ſunt, uelut ſol Emacæſemes, luna Iereecæalbana, unde & μήνη Græcis appellatur, iereeenim μὴν, id eſt menſis dicitur, à quo luna illã apud Græcos appellationẽ habet. Mars, Choreb Ocmol. Mercurius, Choreb Ochmod. Iupiter, Choreb baal. Venus, Serua, ſiue Lued. Saturnus, Choreb Sabeth. Appellatur & alijs apud ipſos nominibus, non potui autem exacte horum cognomen exponere. Sed et nomina apud erroneos illos inaniter in elementorũ numerũ recepta, quæ animalia uocant, & per quæ ſcelerate mundum ad impietatẽ perduxerunt, ea rurſus Hebraice ſic appellant, Telaa, Sor, Thomim, Saratam, Arti, Bethula, Momazani, Acrab, Ceſet, Gadi, Dadli, Deggim. Hæc ſanè nomina phariſæi Græcorũ uanitatem ſequuti tranſnominauerunt, ita ut arietem apud illos appellatũ, Telaa nominarint. taurum, Sor. geminos, Thomim. cancrũ, Saratan. leonem, Arti. uirginem, Bethula. libram, Momazani. ſcorpium, Acrab. ſagittarium, Ceſet. capricornum, Gadi. Aquariũ, Dadli. piſces, Deggim. Porrò hæc non ad turbandos lectores à me dicta ſunt, neq; ut utilitatẽ doctrinæ eorum qui inconſtantẽ & inſanam aſtronomię ſtoliditatẽ mundo inuexerunt, confirmem. Dictum eſt enim à ueritate, quod hæc inconſtans eſt, & erronea. Dicta item ſunt à nobis multa in alijs locis, ad ſubuertendos eos qui generationẽ & fatum eſſe putant, & præſertim in procœmio huius operis ſummatim nobis contra ipſos actum eſt. Verùm ut ne quis putet nos per calumniã contra aliquos ferri, & non exquiſitã ex traditionibus ueritatem exponere, hæc à nobis nominatim relata ſunt. Extrema autẽ ipſorum dementia ac nõ uulgaris ſtulticia, quod quum reſurrectionẽ confiteantur, & iudicium iuſtum decernant, fatum eſſe dicunt. Quomodo enim poteſt iudiciũ eſſe, et fatũ? ex duobus enim neceſſariũ eſt alterum. aut ſi generatio eſt, non eſſe iudiciũ: propterea quod qui facit, non à ſeipſo facit, ſed ſecundum neceſſitatẽ dominij ipſius fati. aut ſi iudicium eſt, & reuera minæ nobis intentatę ſunt, & leges iudicant, & qui malũ fecerunt, pœnam dant, & legem iuſtam eſſe confitemur, & iudicium Dei ueriſſimũ: ocioſum eſſe fatum, & penitus nullam conſtitutionẽ habere. quando propterea quod poſſit peccare, & non peccare, ab alio peccatorũ ſupplicia ſumantur, alius uero laudem ferat rectefactorum,

Phariſæorum appellatio unde ſit.

Planetarũ nomina apud Hebræos.

Aſtrologia damnata.

Fatũ, ſiue Generationẽ, aut natiuitatẽ non eſſe.

factorū, & in hoc utriusq; differentia determinata sit. ut etiam una uoce iusta, in compendiaria ueritate, dicere liceat id quod per Esaiam prophetā ex persona Domini dictum est: Si uolueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Si uero nolueritis, neq; me audieritis, gladius deuorabit & consumet uos, nam os Domini hæc loquutū est. Quare omnibus manifestum est, clarumq;, ac minime ambiguum, quod liberum arbitrium exhibuit nobis Deus, per seipsum loquutus, Si uolueritis, & nolueritis. Quare circa hominem est bona operari, aut malas res appetere. His itaq; inclamanda sunt frequentius & multipliciter, & nō per unam uocem, sed sæpe, ea quæ à Saluatore nostro ad ipsos dicta sunt: Væ uobis scribæ, & pharisæi, ac hypocritæ, quia reliquistis grauia legis, iudicium & misericordiam, & decimatis anethum, & mentham, & rutam. & purificatis externā poculi ac patinæ partem: interna uero plena est immundicia & intemperantia. Et putatis iustum esse iurare per id quod est super altare, ipsum uero altare apud uos iureiurando solutum est. Et per cœlum iurare, nihil esse dicitis: Si uero quis iurauerit per eum qui supra ipsum est, hoc iustum est apud uos. Nōne altare gestat id quod ipsi incumbit, & cœlum thronus est eius qui super ipsum considet? Et uos dicitis, Si quis dixerit patri ac matri corban, quod est, donum quodcunq; ex me in tuum cedet commodum, & non amplius honorabit patrem: & reprobastis mandatū Dei, per seniorum uestrorum traditionem. Et circumitis mare & aridam, ut faciatis unum proselytum & accessorium: & quum factus fuerit, facitis ipsum filium geennæ, duplo magis quàm uos estis. Quid igitur præstantius his sanctis uerbis, contra illos quis apponere possit? Imò arbitror etiam ipsos Saluatoris nostri uocibus & ueris uerbis contentos esse, ad quæ ne breuissimo quidem momento oculos obuertere potuerunt.

Liberum arbitrium.

Contra Hemerobaptistas, quartam Iudaismi sectam, & ex ordine XVII.

AD has porrò consequitur hæresis Hemerobaptistarū appellata, nihil quidem ab alijs euarians, sed eadem cum scribis ac pharisæis sentiens: non tamen solum adæquata Sadducæis in mortuorū resurrectione, sed etiam in incredulitate, & alijs. Hoc autē præcipuū hæc secta habet, quod & in uere & autumno, in hyeme q; & æstate semper quotidie baptizat, unde & cognomen hemerobaptistarū accepit. Sensit enim, aliter non posse hominem uiuere, si non quis singulis diebus in aqua mergeretur, ita ut abluatur ac sanctificetur ab omni culpa. Cæterum & aduersus hanc ipsam ex uno dicto nobis subuersio continget. Quoniam incredulitatis apud ipsos magis quàm fidei ratio habetur. Redarguit enim ipsos conscientia ipsorum, dum quotidie baptizantur, tanquam spes hesternæ diei apud ipsos mortua sit, fides q; ac sanctificatio. Si enim per unum baptisma procederent, confiderent profectò huic, uelut uiuenti & immortali in æternum. Quando uero hodie quidem lauantur, nō corporum ablutionis gratia, sed propter peccata: cras uero rursus lauantur, pronunciant præteritū heri baptisma mortuum esse. Si enim non pridianum mortuum esset, postera die non alio opus habuissent ad purificationem peccatorum. Et si omnino nō abstinent à peccando, putantes quod purgabit assidue singulis diebus peccantes, uana est ipsorum opinio, & uanum ac friuolum est eorum studium. Neq; enim oceanus, neq; omnia fluenta, ac maria, fluuiiq; perpetui, ac fontes, uniuersaq; imbripera natura in unum congressa, peccata delere potest: quandoquidem non iuxta rationem, neq; ex præcepto Dei fit. Pœnitentia enim purificat, & unum baptisma per mysteriorum nominationē. Præteribo autem & hanc sectam, quum ipsorum insaniæ remedium sufficienter me ostendisse putem, quantum sanè hic legentibus propositum est.

Contra Nasaræos, quintam Iudaismi hæresim, & ex ordine XVIII.

CONsequenter uero aggrediar ea quæ sunt in secta quę Hemerobaptistis successit, & Nazaræorū appellatur. Qui sanè Iudæi sunt genere, à Galaatitide & Basaniti de regione, & locis ultra Iordanem originē trahentes, uelut fama ad nos delata tradit. Ex ipso uero Israël est hęc secta, in omnibusq; iudaissat, nihil ulterius ferè suprà relatas

sentiens. Circũcisionem enim similiter habebat, sabbatũ idem seruabat, festiuitatibus ijsdem addicta erat. Non tamen fatum introducebat, neq; astronomiã. Et patres quidem suscipiebat, qui in quinq; libris Mosis habent, usq; ad Mosen, qui in diuino cultu recte præstito clari fuerunt: dico autem Adam, & Seth, & Enoch, & Mathusala, et Noë, & Abraã, Isaac, Iacob, Leui, Aaron, & Iesum Naue. Ipsos autem quinq; libros Mosis non assumebat, sed cõfitebatur quidẽ Mosen, & quod legẽ accepisset, credebat: non aũt hanc, inquiebat, sed aliam. Vnde omnia quidem Iudæorũ seruant, quũ sint Iudæi. Victimas autem non mactabãt, neq; animatis fruebantur, sed nephas erat apud ipsos carnibus uesci, aut ipsas sacrificare. Dicebãt enim fictos esse hos libros, & nihil horum à patribus factum esse. Hęc erat Nasaræorũ differentia ad alios, ut etiam confutatio ipsorũ non in uno loco, sed in multis manifesta sit. primum quidẽ quod confitentur patres, et patriarchas, ac Mosem. Quum enim alia Scriptura de his nõ dicat, unde contigit ipsis cognitio nominũ ac recte factorum ipsorum patrum, si nõ ex ipsis Pentateuchi scriptis? Et quomodo possibile est in eodẽ uerum & falsum esse? & Scripturã in parte uera dicere, in parte falsa referre? quũ Saluator noster dicat, Aut facite arborem bonam, & fructus bonos, aut arborẽ uitiosam, & fructus uitiosos. Non
» potest enim arbor bona fructũ uitiosum facere, neq; arbor uitiosa fructus bonos pro
» ducere. Vana igitur est ipsorũ sententia & expositio, ut quæ à multis subuertatur, utpote quum nõ solum quæ in scripturis sunt, decantentur, sed etiã ipsi loci miraculorũ editorum restent. primum ubi arietem Abraam obtulit Deo, mons Sion usq; in hũc diem appellatus. sed & ubi quercus Mambræ, ubi angelis uitulus appositus est. Et ubi Abraam angelis apposuit paratas carnes, nõ relinquens ipse earum participationem. Quin & ouiculæ in Ægyptiorũ regione mactatæ, adhuc apud Aegyptios traditio celebratur etiam apud idololatras. In tempore enim quando pascha illic fiebat, est autem tunc principiũ ueris, quum primum fit æquinoctiũ, omnes Ægyptij rubricã accipiunt per ignorãtiam, & illinunt oues, illinunt arbores, ficus ac reliquas, prędicantes ac dicentes, quod ignis in hac die combussit aliquando orbem terrarum. figura autem sanguinis ignicolor, remedium auxiliare est talis ac tantę plagæ. Quomodo uero nõ possimus ostendere de cõsequentia, quum adhuc hodie reliquiæ arcæ Noë ostendantur in Cardyensiũ regione? Et si quis omnino quæsierit, reperiet etiã reliquias altaris. Nam cõsequens est ipsum illas reperturũ esse in ima montis parte, ubi mãsit Noë, egressus ab arca, & ubi obtulisset de animalibus mundis & adipibus Domino Deo, quãdo audiuit sibi dici, Ecce dedi tibi omnia uelut olera fœni, macta & comede. Præteribo aũt rursus & hãc inductitiã ac stolidã hęresim, relatis illis modicis uerbis cõtentus, quę à nostra tenuitate sunt dispersa hoc loco, in oppositionẽ erroris prędictę sectę.

Contra Ossenos, sextam Iudaismi hæresim, & ex ordine XIX.

Post hanc rursus alia quædam hæresis est illis implicata, & Ossenorum appellata. Iudæi autẽ sunt hi, uelut etiam prædicti, moribus hypocritæ, mentis industria uersuti. Originem uero ducunt, uelut traditio ad nos delata habet, à Nabatica regione & Iturea, Moabitide & Areilitide, quę est ultra Vallem salsam, ita in diuina Scriptura appellata superincumbente regione. Est autem illa, mare mortuũ uocatum. Hoc autem Ossenorum genus, si quis nomen interpretetur, forte genus appellatur. Coniunctus est his postea Elxai appellatus, in temporibus Traiani regis, post Saluatoris nostri aduentum, qui fuit pseudopropheta. Conscripsit autem hic librum secundũ prophetiam uidelicet, aut uelut secundum diuinitus inspiratã sapientiam. Tradunt etiam de alio quodã Iexeo huius fratre. fuit autem hic homo erroneus moribus, fraudulentę mentis, à Iudæis oriundus, & cum Iudæis sentiens, non autem secundum legem conuersans, uerum alia pro alijs obiter introducẽs, & propriam suam hæresim seducens. Salem & aquam, & terram, & panem, & cœlum, & æthera, & uentum, iusiurandum ipsis in diuinũ cultum præfiniuit, ac tradidit. Aliquando uero rursus alios septem te-

Vallis salsa. Mortuum mare.

Elxai pseudopropheta.

stes

ſtes præſcripſit, Cœlum inquam, & aquam, & ſpiritus, & ſanctos (uelut ait) angelos orationis, & oleum, & ſal, & terram. Aduerſatur autem uirginitati, & odio habet continentiam, & cogit ad nuptias. Imaginaria uero quædam uelut ex reuelatione introducit, hypocritas autem docet, dicens non eſſe peccatum, etiamſi ſimulachra ipſos adorare contingat, perſequutionis tempore inſtante, ſi ſolum in conſcientia non adorent, & ſi quid etiam confiteantur ore, non autem in corde. Atq; huius rei teſtem adducere fraudulentus ille impoſtor non erubeſcit, Phinees ſacerdotem quendam de genere Leui & Aaron, & priſci Phinees, qui in Babylone tempore captiuitatis adorauerit Dianã, & in Suſis effugerit perniciem mortis corã Dario rege. Quare omnia ipſius falſa ſunt & uana. Hic igitur ſurſum coniunctus eſt prædictæ ſectæ Oſſenorum appellatæ, cuius reliquæ in hunc diem reſtant in eadem Nabatitide terra, & ultra ad Moabitidem, quod genus nunc Sempſenſium appellatur. Imaginantur autẽ hunc uocari uirtutem obuelatã, propterea quod el appelletur uirtus, xai uero obuelatum & occultum. Vniuerſa uero huius profeſſionis elatio refutata eſt, & in magnam confuſionem incidit, apud eos qui ueritatem conſiderare, ac exacte cognoſcere poſſunt. Nam à temporibus Conſtantij, & eorum qui nunc ſunt reges, uſque huc palàm redarguuntur. Ad Conſtantium enim uſque ex genere ipſius Marthus fœmina quædam, & Marthana eius ſoror, in ipſorũ regione pro dijs adorabantur, quoniã ex ſemine prędicti Elxai erant. Mortua eſt autem Marthus ante paucos annos, Marthana uero hucuſque fuit. Quarum etiam ſputa, & reliquas corporis ſordes auferebãt erronei illi hæretici, in illa regione, in auxilium uidelicet morborum: nihil tamen efficiebant. Verùm error ſemper pertinax eſt, & ad fraudẽ promptus. Cæca enim eſt malicia, & error ſtolidus eſt. Et quandiu tempus tero de præſtigiatore hoc loquens, & de his quæ contra ueritatem mentitus eſt, primum quidem docens abnegationem Dei, iuxta ſimulationem deteſtandorum idololatriæ ſacrificiorũ participem fieri debere iubens. Deinde decipiens audientes, abnegare iubens propriam fidem ore, & non habere peccatum aſſerens. Quare incurabilis eſt ipſorum morbus, & curationem non admittens. Si enim os quod confitetur ueritatem, præparatur ad mendacium, quis crediderit cor ipſis non eſſe fraudulentum? Quando diuina ſcriptura palàm pronunciãs in Spiritu ſancto docet, Corde creditur ad iuſticiam, ore uero confeſſio fit ad ſalutem. Sed & rurſus CHRISTVM nomine confitetur, dum dicit, CHRISTVS magnus ille rex: non tamen omnino ex doloſa & adulterata tractatione nugaciſſimi libri eius comprehendi, an de Domino noſtro IESV CHRISTO narrauit. Neq; enim hoc determinat, uerum CHRISTVM ſimpliciter dicit, uelut alium quendã ſignificans, aut expectans, prout nos ex his deprehendimus. prohibet enim orare ad orientes, aſſerens nõ oportere ſic intendere, uerũ faciem ad Hieroſolyma cõuertere ex omnibus partibus, ita ut hi qui in orientibus ſunt, in occaſum Hieroſolymis intendãt: qui uero in occidente, in orientẽ ĩſdem. qui in meridie, in ſeptentrionẽ: qui in ſeptentrione, in meridiẽ. ut undiquaq; facies ex oppoſito Hieroſolymis intenta ſit. Et uide mihi impoſtoris inſaniã. Deteſtatur ſacrificia & uictimas uelut à Deo alienas, & neq; omnino Deo à patribus ac lege unquã oblatas. & dicit illic oportere orare in Hieruſalẽ, ubi erat altare et ſacrificia, negans carnis eſum apud Iudæos, & alia, & altare, & ignem uelut à Deo alienum. Aquam uero eſſe idoneam, ignem autem alienum eſſe aſſerit per hæc uerba: Filij procedite non ad ſpeciem ignis, quia erratis. Error enim eſt hæc res. uides enim (inquit) ipſum proximè, & eſt procul. ne procedite ad ſpeciem ipſius, uerùm ite magis ad uocem aquæ. & multa ſunt ipſius fabulamenta. Deinde deſcribit CHRISTVM eſſe quandam uirtutem, cuius etiam menſuras ſignificat, uigintiquatuor ſchoenorum in longitudinẽ, hoc eſt miliariorum nonaginta ſex: latitudinem uero ſchoenorum ſex, id eſt miliariorum uigintiquatuor, & craſſitudinẽ ſimiliter ementitur, & pedes ac reliqua fabulamenta. Eſſe autem & ſanctum Spiritũ, & ipſum fœminei ſexus, ſimilẽ CHRISTO inſtar ſtatuæ ſuper nubes,

Marthys & Marthana.

Ignis reprobatus.

Chriſti menſura apud Elxai.

& in medio duorum montium ſtantem. Et reliqua ſilentio prę teribo, ut ne legentium aures ad fabulas cõcitem. Quibus porrò uerbis & inanibus uocibus poſtea in ipſo libro decipit, quum dicit? Nemo quærat interpretationẽ, ſed ſolum in oratione hæc dicat. Et hæc ipſa nimirum ex Hebraica lingua trãſtulit, uelut ex parte deprehendimus, quum nihil ſint ea quæ ipſe imaginatur. Iubet enim dicere, Abar anid moib nochile daaſim ani daaſim nochile moib anid abar ſelan. quę ſi interpreteris, hanc ſententiam exhibent: Prætereat humilitas ex patribus meis, condemnationis ipſorum, & conculcationis ipſorum, & laboris ipſorũ, conculcatione in cõdemnatione per patres meos, ab humilitate præterita in apoſtolatũ perfectionis. In ipſo autem omnia hæc implentur. Euacuata eſt enim ipſius uirtus & error. Si uero de uerbo ad uerbũ iuxta tenuitatem uocum ipſarũ, quis audire uelit interpretamentũ, etiam hoc ipſum facere nõ cunctabimur, ſed pro officio per omnia in gratiam eorũ qui audire uolunt, ipſa illius uerba, ipſorumq; interpretationem palàm apponam, & habet ſe res ita: Abar, prætereat. anid, humilitas. moib, ex patribus meis. nochile, condemnationis ipſorum. daaſim, & conculcationis ipſorum. ani, & laboris ipſorum. daaſim, conculcatione. nochile, in condemnatione. moib, per patres meos. anid, ab humilitate. abar, præterita. ſelam, in apoſtolatu perfectionis. Hæcitaq; hæreſis ſuprà relata Oſſenorum, degit quidẽ ludæorum politiam, ſecundum ſabbati celebrationẽ & circumciſionem, & quòd facit omnia quæ in lege ſunt. Solum autem reprobat libros ſimiliter ut Naſaræi: ſectam uero facit hæc, quum diuerſitatem habeat ab alijs ſex Iudæorum ſectis. Proinde ſufficiet ad huius euerſionẽ, quod aliena eſt à Deo: quum Dominus manifeſte dixerit, quod
» ſacerdotes in templo prophanant ſabbatum. Hæc autem ſabbati prophanatio, quid aliud eſt, quàm quod nullus operabatur aliquid operis in ſabbato, ſacerdotes autẽ in templo ſacrificiũ perficientes, ſabbatum ſoluebãt, prophanantes illud per aſſiduã animalium cædẽ. præteribo ad hanc hæreſim. Hic enim Elxai cõiunctus eſt rurſus Ebionæis, qui poſt CHRISTVM fuerunt, imò etiam Nazoræis, qui poſtea uixerunt. & uſi ſunt ipſo quatuor hæreſes, quoniã delectant ipſius errore. Ebionęi, & poſt ipſum Nazoræi, Oſſeniq;, qui ante ipſum, & cum ipſo uixerunt, & Naſaræi ſuprà à me indicati. Hæc uero hęreſis ex numero eſt ſeptem illarũ quæ fuerunt Hieroſolymis, & quæ illic mãſerunt uſq; ad aduentũ CHRISTI: & poſt CHRISTI in carnem aduentum, uſq; ad deuaſtationẽ quæ facta eſt à Tito rege, fratre Domitiani, filio uerò Veſpaſiani regis. poſt expugnationẽ uero Hieroſolymorũ permanſit tum hæc, tum aliæ, modico tempore, quæ uidelicet hæreſes appellantur, Sadducæorũ inquam, & Scribarum, Phariſæorum, Hemerobaptiſtarũ, Naſaræorum, Oſſenorũ, & Herodianorũ: donec ſingulæ pro occaſione & tempore diſſipatæ ac ſolutę ſunt. Sufficiens eſt autem, ut ex ipſa illorũ inſania & uerborum iactatione, lethalis illius ueneni remediũ habeamus, & omnia nobiſipſis prudenter pręparemus, ad impuram ipſorum doctrinã acloquelam deſtruendã. maxime quũ Dominus ſtatim dicat, tum in lege, tum in Euangelio,
» Non erunt tibi Dei alij præter me. Non aſſumes nomen alicuius alterius ad iuſiuran
» dum. Et, Nolite iurare neq; per cœlũ, neq; per terram, neq; aliud aliquod iuſiurandũ,
» ſed ſit ſermo ueſter eſt, eſt, & non, non. quod enim ſupra hæc eſt, ex maligno illo eſt.
Ego uero de hoc Dominũ uaticinatũ eſſe arbitror, propterea quod futuri eſſent qui dicturi eſſent, per alia nomina iuſiurandũ prætendi oportere. Primũ igitur non oportet iurare, neq; per ipſum Dominũ, neq; aliud quoddam iuſiurandũ. Nam maligni illius eſt iurare, malignus igitur eſt & qui in Elxai loquutus eſt, qui coëgit non ſolũ per Deum iurare, ſed etiam per ſalem & aquam, & per æthera ac uentũ, & per terram atq; cœlum. Satis eſt autem uelut in tranſitu, ut qui curari uelit, duorum illorũ præceptorum antidoto, in oppoſitionẽ erroris ipſius utatur. Verùm præterita huius nugacitate ac fraudulenta hæreſi, deinceps ſeptimæ hæreſis confutationem faciam, quæ apud ipſos Iudæos tunc recepta fuit: & eſt hæc,

Oratio Elxai.

Hieroſolyma deuaſtata à Tito Cæſare.

Contrà

Contra Herodianos, ſeptimam Iudaiſmi hæreſim, & ex ordine XX.

POſt hanc & has ſectas, rurſus ſeptima hæreſis erat Herodianorum appellata. Nihil autem habebant hi diuerſum, ſed toti ſunt Iudæi uani ac hypocritæ. Verũ Herodem putabant hi CHRISTVM Dominum, qui in omnibus ſcripturis, legéq;, ac prophetis expectatur. & ob ipſum decepti, Herodem iactabant: inducti ex dicto hoc, unà cum hoc quod etiam in gratiam eius qui tunc rex erat, inaniter gloriabãtur: Non deficiet princeps ex Iuda, neq; dux ex fœmoribus ipſius, donec uenerit cui reſeruatur, aut uelut alia exemplaria habent, Donec uenerit cui reſtant quæ reſeruãtur ipſi. Nam Herodes Antipatri filius fuit, Aſcalonitæ cuiuſdã æditui ac miniſtri ſimulachri Apollinis. cuius Antipatri pater, Herodes quidem erat nomine: filius autem hic erat Antipæ. Captus autem eſt ab Idumæis idem Antipater: atq; illic in Idumęa degens, genuit Herodem. Quum autem pater pauper eſſet, & precio redemptionis filium, Antipatrum inquam, redimere non poſſet, per multum tempus in ſeruitute permãſit. poſtea uero liberatus eſt ex collatione ciuium, unà cum filio Herode, & ad propria deuenit. Quapropter aliqui ipſum uocant Idumæum. Alij uero Aſcalonitam norunt. Poſtea uero amicus factus eſt Demetrio, & procurator Iudææ conſtitutus eſt, & in noticia Auguſti Cæſaris fuit, & à procurationis officio proſelytus & acceſſorius fit: circumciditurq; tum ipſe, tum Herodes filius, ad quem ſors regni Iudæorum deuenit. Erat autem rex in Iudæa, ſub Cæſare Auguſto, ſocius ac cõfœderatus exiſtens. Quandoquidem igitur ex alienigenis hic regnauit: durauit autem regnum per ſucceſſionem à Iuda & à Dauid, itemq; principes ex Iuda & patriarchæ: translatũ uero fuit regnum ad alienigenam: credibile uiſum eſt ſuſpicioni erroneorum, ut ipſum eſſe CHRISTVM putarent, ac deciperentur ex relati dicti cõſequentia, nempe, Non deficiet princeps ex Iuda, donec uenerit cui reſeruatur: ut accipiamus, inquiunt, quòd huic reſeruatũ eſt. Defecerunt enim illi, & hic non de genere Iuda, imò neq; omnino de Iſraël eſt. huic autem reſeruatũ eſt, eſſe CHRISTVM. Verũ redarguunt ipſos ea quæ ſequunt̃, Quod ipſe eſt expectatio gentium, & in ipſo gentes ſperabunt. Quæ autem gens in Herode ſpem habuit? Quæ uero gentium expectatio, Herodem expectauit? Quomodo uero illud apud ipſos impletum erat: Dormiuit ut leo, & ut catulus leonis, quis excitabit ipſum? Vbi autem lauit in ſanguine ſtolam ſuam Herodes, aut in ſanguine uuæ amiculum ſuum: ſicut Dominus noſter IESV CHRISTVS corpus ſuũ proprio ſanguine reſperſit, & in ſanguine uuæ amiculum ſuum? Verùm conſidera quæ dico, detq; tibi Dominus intellectum in omnibus. Quo enim oſtenderet purgationem ſtatus populi Domini, uenit per doctrinam proprij ſanguinis ad purgãdum dentes hominũ, in ſanguine nidoris ac nefandi ſacrificij inquinatos. Et quid opus eſt multa dicere? multa enim ſunt, & non admittit tempus ſermonem aduerſus prædictas hæreſes prolongare. At hæ quidem ſeptem hęreſes fuerunt in Iſraël, tum in Hieruſalem, tum in Iudæa. Quatuor uero antea relatæ apud Samaritas in Samaria. Pleræque uero deletæ ſunt. Non amplius ſunt ſcribæ, non amplius phariſæi, non amplius Sadducæi, non amplius Hemerobaptiſtæ, non amplius Herodiani: ſoli autem aliqui, atque hi rari reperiuntur, unus fortaſſis aut alter, Naſareni, ultra ſupernam Thebaidem, & ultra Arabiam. Item Oſſenorum reliquiæ, non amplius iudaiſſantes, ſed Sampſitis coniunctæ, per ſucceſsionem ultra mortuum mare habitantibus. Nunc uero Ebionæorum hæreſi coniunctæ ſunt. Et contigit quidem ipſos deſinere à Iudaiſmo, uerum uelut radicem, aut corpus reptilis beſtiæ diſſecari, & ex ipſo naſci bicipitem, ac radice carentem ſerpentem, in uno corpore ſemiſecto enatum ac dependentem. Hucuſq; tractatum à me eſt de quatuor ſectis Samaritarum, & ſeptem Iudęorum, de quibus non amplius reſtant quàm tres quidem Samaritarũ, Gortheni uidelicet, et Doſithei, ac Sebugi. Eſſeni uero non ita ualde apparent, ſed uelut in tenebris defoſſi ſunt ac cõſepulti.

Herodes pro Chriſto habitus.

Apud

Apud Iudæos autem, non amplius quàm Iudæorum & Naſaræorum. Oſſeni enim tranſierunt à Iudaiſmo ad Sampſenſium hæreſim, & nõ amplius neq; Iudæi ſunt, neque Chriſtiani. Atq; de relatis mihi hæc uſq; huc dicta ſint.

Præſentia Chriſti, & aduentus in carnem, ac ueritas, unaq; ac ſola in Deum fides.

STatim autem acceſſit pedetentim Domini noſtri IESV CHRISTI in carnem aduentus, qui ſanè relatas ſeptẽ hæreſes deprehendit in Hieroſolymis, extinxit autem ipſas potentia eius atq; diſſipauit. Deinceps uero poſt eius aduentũ, pòſteriores omnes hereſes fuerunt: dico autem, poſtquã annunciatum eſt Euangelium, ac bonũ nuncium Mariæ in Nazaret per Gabrielem: & poſt totum in ſumma CHRISTI in carnem aduentum, deindeq; aſſumptionẽ. Complacuit enim Deo, ut ad ſalutem hominum proprium filium demitteret, ut in utero uirgineo cõciperetur, qui uerbum eſt de cœlo, ex paternis ſinibus generatus, ſine tempore, ac ſine principio. & ut deſcenderet in extremis diebus, Dei uerbum exiſtens, ex Deo patre uerè generatum, qui coëſſentialis eſt patri, & nihil à patre immutatus, ſed immutabilis & inalterabilis, purusq; ab affectibus, & penitus nõ patiens, compatiens autem noſtro generi. Qui deſcendit de cœlo, & conceptus eſt non à ſemine uiri, ſed per Spiritum ſanctum, & uerè corpus de Maria habuit, ſibiipſiq; carnem de ſancta matre efformauit, & animã ac mentem humanam accepit, & totum id quod eſt homo, excepto peccato, in ſeipſum per ſuã deitatem couiuit. natusq; eſt in Bethleem, circũciſus in ſpelũcã, oblatus in Hieruſalem, in ulnas acceptus à Simeone: et teſtimoniũ accepit ab Anna, filia Phanuelis, prophetiſſa. delatus eſt in Nazaret: uenit ſequenti anno, ut conſpiceretur coram Domino, in Hieruſalem. uerſatus eſt in Bethleem propter cognationẽ, geſtatus à matre: delatus eſt rurſus in Nazaret, & iuxta ſecundũ anni circuitum, in Hieroſolyma & Bethleem uenit, ſimiliter à propria matre geſtatus. In Bethleem uero in domum deſcendit cum propria matre, & Ioſeph iam ſene, & cum Maria degente. & illic ſecundo natiuitatis ſuæ anno conſpectus ac uiſitatus eſt à Magis, à quibus adoratus eſt, & dona accepit: & in eadem nocte, quum Ioſeph reſpõſum ab angelo accepiſſet, in Aegyptum aſſumptus eſt. illinc̃q; rurſus poſt duos annos reuerſus eſt, mortuo Herode, quũ ſucceſſiſſet Archelaus. Nam trigeſimotertio anno Herodis, quadrageſimo uero ſecundo Auguſti Cæſaris, naſcitur Saluator noſter in Bethleem Iudææ. Deſcendit autem in Ægyptum trigeſimo quinto anno Herodis. Redit autem ab Ægypto poſt mortem Herodis. Quapropter in triginta & ſeptẽ annis principatus ipſius Herodis, puer erat quatuor annorum, quando Herodes impletis annis triginta ſeptem, uitam finiuit. Archelaus uero nouem annos regnat: in cuius regni principio, egreſſus Ioſeph de Ægypto unà cum Maria & puero, quum audiuiſſet Archelaũ regnare, ſeceſſit in partes Galilææ, & habitauit tunc in Nazaret. Archelaus autem generat Herodem iuniorẽ, & regnat Herodes nono anno regni patris Archelai per ſucceſſionẽ. Quo tempore tredecim anni ſupputantur aduentus CHRISTI in carnem. Decimooctauo autem anno Herodis, appellati Agrippæ, inccepit IESVS prędicare, & tunc baptiſma à Ioanne accipit, & prædicat annum acceptabilem, ita ut nemo ipſi contradiceret, neq; Iudæi, neq; Græci, neq; Samaritæ, neq; quiſquã alius. Deinde cõtradictionẽ ſuſtinens, prędicauit annum ſecundũ: & facti ſunt anni decẽ & nouem eidem Herodi, Saluatori uero trigeſimuſſecundus. Vigeſimo uero anno Herodis tetrarchę appellati, fit ſalutaris paſſio, & à paſſione alienitas, ipſe mortis guſtus, uſq; ad crucẽ patientis in ueritate, à paſſione uero alieni acillæſi manentis in deitate. CHRISTO enim paſſo pro nobis carne, inquit Scriptura, & rurſus, Mortificatus carne, uiuificatus aũt ſpiritu, &c. crucifigit, ſepelit, deſcẽdit ad inferna in deitate & in anima, captiuã ducit captiuitatẽ: et reſurgit tertia die, unà cũ ipſo ſancto corpore, couniens corpus deitati, quod nõ amplius ſoluitur, nõ amplius

Chriſtus quã do natus ſit.

plius patiẽ, non amplius mortis dominio subiectũ est, uelut Apostolus inquit, Mors ipsi nõ amplius dominat̃: ipsum corpus uere, ipsam carnẽ, ipsam animã, ipsa illa omnia, nõ aliud quoddã prẽter id quod est corpus, sed ipsum quod est corpus, cõfirmãs in unam unitatem, in unam deitatẽ, carnale incorruptibile, corporale spirituale, crassarum partium, tenuium partiũ, mortale immortale, quod non uidit penitus corruptionem, non relicta anima in inferno, non partito organo ad peccatum, nõ polluta mente per mutationẽ, sed ut uniuersa quidem hominis acceperit, uniuersa uero etiam perfecta seruauerit, indulgente deitate ueræ incarnationi, ad rationales ac honestos usus, eos inquam qui ex corpore & anima & mente humana perfectionem requirunt, hoc est famem, sitim, fletum, tristitiam, lachrymas, somnum ac quietem. Hæc enim non sunt peccati species, sed uerissimę incarnationis signum, quod deitas reuera insit in humanitate, non ea quæ hominũ sunt patiente, sed deitate simul in ea quæ honesta sunt, & fieri oportebat, consentiente ac comprobante, & ea quæ extra peccatũ sunt, & mutationem interdictam. Resurrexit, & clausis foribus ingressus est, ut crassarũ partium corpus tenuiũ partium ostenderet, ipsum quod erat cum carne & ossibus. Nã ubi ingressus esset, ostẽdit manus, & pedes, & latus punctũ, ossa item, ac neruos, & reliqua, ut ne essent imaginatio ea quæ uidebantur: fideiq; & spei nostræ promissionem faciebat per seipsum perfecte. & conuersatur non in apparentia, sed in ueritate. Et erudiens docuit regnum cœlorum prædicare in ueritate, magnum illud ac summum significans discipulis, ac dicens, Docete gentes: hoc est, transferte gentes à malitia ad ueritatem, à sectis ad unam unitatẽ: baptisate ipsos in nomen Patris, & Filij, & sancti Spiritus, in dominicã nominationem trinitatis, sanctum ac regium sigillum, ut ostenderet ex nomine nullam alterationem esse unius unitatis. Vbi enim qui baptizantur, iubentur ab ipso baptizari in nomen Patris, certa est glorificatio: in nomen Filij, non deficientis est nomenclatura: in nomen Spiritus sancti, non diuisa est cõiunctio, neq; ab una deitate abalienata. Et assumptus est in cœlum, in ipso corpore & anima, & mente, counitis his in unam unitatem, & unam spiritualem substantiam: eaq; diuina effecta, sedet in dextra patris, missis prędicatoribus in uniuersum orbem terrarum, Simone Petro, & Andrea fratre ipsius, Iacobo & Ioanne filijs Zebedæi, quos olim elegerat, Philippo & Bartholomæo, Matthæo, Thoma, Iuda, Thaddæo, Simone Zelote. Iudas enim Iscariotes ille, etiãsi antea inter duodecim numeraretur, proditor factus, resectus est à sancto apostolorum catalogo. Demisit porrò etiam alios septuagintaduos ad prædicandum, ex quorum numero fuerunt septem uiduis præfecti, Stephanus, Philippus, Prochorus, Nicanor, Timon, Parmenas, et Nicolaus. Ante hos uero Matthias, qui Iudæ loco connumeratus est inter apostolos. Post hos autem septem, & Matthiam ante ipsos, Marcum, Lucam, Iustum, Barnabam & Apellem, Rufum, Nigrum, & reliquos septuaginta duos. Post hos deinde omnes, & unà cum ipsis, Paulum sanctum apostolum, per propriam uocem de cœlo, apostolum, simulq; prẽconem gentium, & cõpletorem apostolicæ doctrinæ elegit. Quem comperimus sanctum Lucam de numero septuaginta duorum dispersorum existentem ad se conuertisse, & sibi sectatorem fecisse, cooperatorem in Euangelio, simulq; apostolum. Atq; sic perfecta est uniuersa Euangelica tractatio usq; ad hoc tempus. Et hucusq; procedet mihi sermo de uiginti sectis, et de cõsequentia breuiter à me pro uiribus relata, Euangelica uidelicet illuminatione, quæ in mundo per ipsum & discipulos ipsius facta est: quibus sanè similia colligere ac apponere uaticinia & prophetias licet, ex lege, & psalmis, & alijs, atq; sic consequentias ac ductus uidere, & certitudinem comprehendere, quod non est spurius, sed uerus, & à uetere Testamento prædenunciatus, minimeq; ambiguus CHRISTI in carnẽ aduentus, & Euangelica doctrina. Quo uero non in molem immensam operis huius tractationem extendam, his contentus ero. Deinceps uero in progressu, opiniones quæ postea uitæ accreuerunt

Duodecim apostoli.

Septuaginta discipuli.

uerunt ex malo prætextu, similiter exponam, quū iam undecim à Iudæis & Samaritis, & nouem ante has ex Græcis & Barbaris, ac alijs profectas, ante CHRISTI aduentum, & usq; ad ipsius tempus, moderatè enumerauerim.

De Nazoræis, siue Christianis.

„ NAzoræorum, hoc est Christianorum, uocatus est per modicum tempus Christia-
„ nismus, à Iudæis, & ab ipsis adeò Apostolis: quum Petrus dicat, IESVM Nazo
„ ræum uirum designatū ex Deo, & cætera. Postea uero ab Antiochia uocari cœpit Chri-
stianismus. Est autem & natura hæresis Nazoræorum, de quibus in sequentibus loco ferente dicemus.

FINIS PRIMI TOMI PRIMI LIBRI.

SECVNDI TOMI PRIMI LIBRI HAERESES TREDECIM SVNT, ET *hæc in ipso continentur.*

1 *Simoniani, à Simone Mago, qui temporibus Petri apostoli fuit, de uico Gittharum Samariæ. Hic à Samaritis originem habebat, Christi uero nomen solum subiuit. Docuit autem turpia facere, & coitum inquinationis, uxorū indifferentiam. à corporibus uero reprobat resurrectionē, et mundum dicit nō esse Dei. Imaginem autem suam, uelut Iouis, & scorti quod cum ipso erat, nomine Helenæ, Mineruæ figura discipulis suis adorādam proponebat. Dicebat insuper seipsum Samaritis quidem patrem, Iudæis autem Christum.*

2 *Menandriani, qui ab hoc Simone per Menandrū quendam originem habuerūt. differūt autē in aliquare à Simonianis. Hic enim ab angelis mundū factum esse dixit.*

3 *Saturniliani, qui in Syria Simonianorum turpiloquium corroborarunt. alia uero à Simonianis prædicabāt, ad maiorem admirationem. Originem uero à Saturnilo habuerunt: qui etiam ipse uelut Menander, ab angelis mundum factum esse dicebat, atq; his solum septem, iuxta superni patris sententiam.*

4 *Basilidiani, eiusdem turpis operationis operatores, à Basilide qui unà cum Saturnilo Simonianorum & Menādrianorum discipulus fuit: & aliqua similiter sentiebat, in aliquibus uero dissentiebat. Dicit autē trecentos sexagintaquinq; cœlos esse, & his nomina angelica imponit: propterea quod etiā annus tot dierū sit, et Abrasax nomen uirtutis, quod fert numerum CCCLXV. & dicit esse hoc nomen Spiritum sanctum.*

5 *Nicolaitæ, à Nicolao, qui uiduis ab apostolis præfectus fuit. hic ob zelum propriæ uxoris, turpia facere discipulos suos, unà cū alijs docuit. Et de Caulaucauch & Prunico, atq; alijs barbaricis nominibus, quæ mundo scelestè inuexit.*

6 *Gnostici, qui easdem hæreses susceperunt, uerùm plus omnibus ipsis turpitudinem furiosè operati sunt. In Aegypto autem Stratiotici appellati sunt, & Phibionitæ. In superioribus uero & orientalibus partibus Secundiani: in alijs partibus Socratitæ, apud alios Zacchæi. Alij uero Coddianos ipsos dicunt. Alij Borboritas ipsos uocant. Hi Barbelo & Barbero iactant.*

7 *Carpocratiani, à Carpocrate quodam in Asia, qui omnē turpem actionem perficere docebat, & omne studium peccati. Et nisi quis, inquit, per omnia pergressus fuerit, & uoluntatem omnium dæmonū & angelorum perfecerit, ad supremū cœlum tran*

scen-

ſcendere non poterit, neque principatus & poteſtates præterire. Dicebat Ieſum animam intellectualem ſuſcepiſſe, & quum noſſet ſuperna, ea hic annunciaſſe. Et ſi quis ſimilia Ieſu faceret, eum eadem uirtute præſtare. Legem uero cum mortuorum reſurrectione reprobabat, uelut ſectæ à Simone ortæ, & hucuſq; relatæ. Huius fuit Marcellina illa in Rhoma. Imagines fecit occulte Ieſu & Pauli, & Homeri, & Pythagoræ, ipſisq; ſuffitum faciebat, easq; adorabat.

8 Cerinthiani, qui & Merinthiani. Hi à Cerintho & Merintho Iudæi quidam circumciſionem iactantes, mundum uero ab angelis factum eſſe dicentes. Ieſum uero iuxta profectum, Chriſtum appellatum eſſe.

9 Nazoræi: hi Chriſtum confitentur Ieſum filium Dei, omnia autem ſecundum legem faciunt.

10 Ebionæi prædictis conſimiles Cerinthianis & Nazoræis, quibus cõiuncta fuit aliqua parte Sampſæorum & Helceſæorum hæreſis. Qui Chriſtum dicunt creatum eſſe in cœlo, & ſanctum ipſius Spiritum. Adueniſſe autem Chriſtum in Adam primum, & iuxta tempus exuiſſe ipſum Adam, & rurſus induiſſe. Atq; hoc ipſum aiunt perfeciſſe ipſum in aduentu ſuo in carnem. Quum autem Iudæi eſſent, Euangelijs uſi ſunt, carnis eſum abominãtur, aquam pro Deo habent. Chriſtum uero hominem, in aduentu in carnem induiſſe, uelut dixi. Aſſiduè merguntur in aquis, æſtate ac hyeme, ad purificationem uidelicet, uelut etiam Samaritæ.

11 Valentini, carnis quidem reſurrectionem reprobant, Vetus teſtamentum ſpernunt, itemq; prophetas, legentes quidem & ſuſcipientes ea quæ ad ſimilitudinem ſectæ ſuæ figuratè exponi poſſunt. Verùm alia fabulamenta obiter inducẽtes. Triginta ſæculorum nominationes dicunt maſculorum ac fœminarum, ſimul ex patre uniuerſorũ generatorum, quæ & Deos putant & ſæcula. Chriſtum uero de cœlo corpus intuliſſe, & uelut per canalem Mariam ipſam penetraſſe.

12 Secundiani, quibus coniungitur Epiphanes & Iſidorus, qui & ipſi ijſdem coniugationibus uſi ſunt, eadem cum Valentino ſentientes, alia uero ab ipſis quodãmodo exponentes. Apponunt ijdem turpem operationem docentes. reprobant autem etiam hi carnis reſurrectionem.

13 Ptolemæi, & hi diſcipuli Valentini fuerunt, quibus coniungitur Flora. Eadem uero etiam ipſi de coniugationibus dicunt, ſicut Valentinus & Secundiani. Verum in quadam parte etiam hi inter ſe differũt. Atq; hæc eſt ſumma ſecundi tomi primi libri tredecim hæreſes continentis.

SECVNDVS TOMVS PRIMI
LIBRI EPIPHANII,
Contra Simonianos, primam hæresim à fide in Christum Dominum nostrum, ex ordine uero XXI.

SIMONIS Magi prima est hæresis, quæ à CHRISTO initium accepit. hæc ipsa in nomen CHRISTI non rectè, neq; facili ductu, sed iuxta adulteratã apud ipsos corruptionem, miracula operatur. Hic Simon præstigiator erat, & à Gittharũ ciuitate in Samaria originem habebat, quæ nunc uicus existit. Incantationibus autem Samaritas decipiebat, fallebatq;, & inescabat. Dicebat seipsum esse magnam uirtutẽ Dei, & ex supernis descendisse. Patrem uero dicebat seipsum esse apud Samaritas, apud Iudęos uero se filium esse dicebat. passim autem se non passum esse, sed solum apparentia. Blanditus est idem Apostolis, & ipse similiter cum alijs baptizatus est à Philippo cum multis. omnes uero præter ipsum, susceperunt magnorum Apostolorum præsentiam, & per impositionem manuum ipsorum acceperunt Spiritum sanctum. Nam quum Philippus diaconus esset, non habebat potestatem imponendi manus, ut per hoc daret Spiritũ sanctum. Quum autem Simon non haberet rectum cor, neq; cogitationẽ rectam, sed turpi lucro & studio pecuniarũ intentus esset, & à prauo proposito suo nusquã decederet, offerebat pecunias Petro apostolo, ut daret ipsi potestatem exhibendi Spiritũ sanctum per manuum impositionem: ita ratione secum inita, quod dare uellet multis pro modica pecunia, atq; sic per exhibitionem Spiritus, multas pecunias cumulare ac lucrari. Hic igitur mente præditus praua, & à diabolico Magiæ errore decepta, & promptus semper ad ostendendũ prauitatis suæ barbarica ac dæmonum negocia per præstigias suas: progressus in medium, & prætextu nominis CHRISTI ueratrum melli cõmittens (quod uenenum est ab ipso correptis) ipsumq; ex maligno suo errore, sub nominis CHRISTI dignitate exhibẽs, mortem his qui ipsi fidem habuerũt, induxit. Quum autem natura esset lasciuus, reuerentia promissorũ suorum compunctus, corruptam opinionem circulatoribus ab ipso deceptis induxit. Nam ubi reperisset sibi ipsi mulierem circulatricem, Helenam nomine, à Tyriorũ urbe ortam, ipsam in uxorem ducit, non indicans se consuetudinẽ cum ipsa habere, uerum in abscõdito, turpitudine mulieri permixtus ille præstigiator, fabulosam quandam amœnitatẽ discipulis suis exponebat. Nimirũ dicens seipsum esse uirtutem Dei magnam. Coniugem uero scortatricem, Spiritũ sanctum esse dicere ausus est, & propter hanc se descendisse dixit. In unoquoq; uero cœlo trãsformabar, inquit, ad formam eorũ quæ sunt in unoquoq; cœlo, ut latẽrem angelicas meas potestates, & peruenirẽ ad intelligentiã, quæ sanè est hæc, quæ & Prunicus, & Spiritus sanctus appellatur, per quam angelos creaui. Angeli uero mundum & homines creauerunt. Esse autem hanc Helenam illam antiquã, ob quam Troës & Græci ad pugnam deuenerunt. Dicebat autem fabulam quandam ad hæc: Quod uirtus ex supernis dilapsa seipsam transformasset, uerum poëtæ de hoc allegorice tradidissent. Nam per supernã uirtutem, quã Prunicũ dicunt, quæq; apud alias hæreses Barbero, siue Barbelo appellatur, pulchritudinẽ suam ipsam ostendisse, & postea ipsos fregisse, & propterea missam esse in congregationẽ principum qui mundum hunc creauerunt, & ipsos angelos ad bellum propter ipsam uenisse. ipsam autem nihil passam esse, sed pręparasse ut mutuas cædes in seipsos operarentur, propter eam quã immisit in ipsos erga seipsam concupiscentiam. Et quũ detinerent ipsam ut nõ posset sursum ascendere, coibat cum ipsa quilibet in unoquoq; corpore muliebris ac fœminei habitus, transeunte ipsa à corporibus muliebribus, ad diuersa corpora humanæ naturæ, brutorũq; pecorũ, ac aliorũ: Quo per ea

Simon Magus baptizatus à Philippo.

Dignitatũ in Ecclesia ratio

Helena Simonis Magi.

Prunicus quid sit.

Barbelo quid sit.

per ea quæ ipſi operarentur, dum occidunt, & occiduntur, imminutionẽ ſuiſpſorum per ſanguinis profuſionẽ efficerent: illa uero rurſus uires colligens, rurſus deinde cœlum conſcendere poſſet. Erat autem hæc & tunc apud Græcos & Troianos, & ſuperioribus temporibus priuſquã mundus fieret, & poſt mundum per inuiſibiles potentias æqualia eiuſdem formæ fecit. Hæc ipſa uero eſt, quæ nunc mecum eſt, & propter hanc deſcendi, ſed & hæc meum aduentũ expectabat. Hæc enim eſt intelligentia, quæ apud Homerũ Helena appellatur, et hac de cauſa cogitur ipſam deſcribere Homerus, ſupra turri ſtantem, & per facem oſtendentẽ Græcorum contra Phrygas inſidias. Exprimebat autem per ſplendorẽ, uelut dixi, ſuperni luminis indicationẽ. Quapropter etiam apud Homerũ, Durium equum Græcis appellatum, hoc eſt ligneum excogitatum eſſe, & de induſtria factum præſtigiator ille dicebat, qui eſt ignorantia gentium. & quemadmodũ Phryges trahentes ipſum per ignorantiã, propriam perniciem attraxerunt: ſic etiam gentes, hoc eſt homines, extra meam cognitionẽ, per ignorãtiam attrahunt ſibiſpſis interitũ. Sed & Mineruam rurſus eandem dicebat, quæ intelligentia eſſet apud ipſum appellata, utens nimirum ille impoſtor ſancti Pauli apoſtoli uerbis, tranſmutans ueritatẽ ad ſuum mendacium. nempe, Induite thoracem fidei, & galeam ſalutis, & ocreas, & gladiũ ac ſcutum. Hæc omnia ad Philiſtionis imitationem, deceptor ille in ludibriũ & nihil aliud conuertebat, quæ ab ipſo Apoſtolo propter ſolidam mentem, & fidem puræ conuerſationis, & uirtutem diuini ac cœleſtis ſermonis dicta ſunt. Quid enim dicam: hæc omnia in Mineruæ formã myſtice figurauit. Quapropter rurſus dixit, uelut antea dixi, oſtendens illam ſuam uxorẽ, de Tyro ipſi acceptam, ueteris Helenæ cognominẽ, omnia ipſam appellans, Intelligentiã, Mineruam, Helenã, & alia. Et propter hanc, inquit, deſcẽdi, hæc enim eſt illa in Euangelio ſcripta erronea ouicula. Sed & imaginem quandã tradidit ſuis, uelut quę ipſius ſit, & adorãt ipſam in ſpecie Iouis. Quin & aliam Helenæ imaginẽ tradidit ipſis, in figura Mineruæ, & adorant has hi qui ab ipſo decepti ſunt. Myſteria uero proponebat turpitudinis, fluxuſq; corporũ, quo honeſtius exponam, uirorum quidem per defluxũ, fœminarum uero per conſuetos menſes, collectione quædam turpiſſima ad myſteria colligi, atq; hæc eſſe myſteria uitæ, cognitionisq; perfectiſſimæ. quod ipſum ſanè maxime contingit ei qui intelligentiam ex Deo adeptus eſt, ut abominationem potius putet & mortem, quàm uitam. Idem etiam nomina quædã ſupponit principatuum & poteſtatũ, cœloſq; diuerſos tradit, & in unoquoq; firmamento ac cœlo uirtutes quaſdam exponit, & nomina barbarica his indit. Non poſſe uero aliter ſeruari aliquẽ, niſi hunc myſticũ ductum didicerit, & talia ſacrificia patri uniuerſorũ per eos principatus ac poteſtates offerre. Eſſeq; ſeculum hoc ac mundũ (dicit) à principatibus ac poteſtatibus maliciei in imminutione conſtructũ. Corruptionem autem tradit ac interitum carnis ſolum, animarũ uero purificationem, atq; hanc ſi per ipſius erroneam linguam in myſtico ductu perſiſtant. Et ſic incipit Gnoſticorũ appellatorum principiũ. Non eſſe autem legem Dei, ſed ſiniſtræ uirtutis dicebat. Neq; prophetas ex bono Deo eſſe, ſed alterius atq; alterius uirtutis. & prout uult, unicuiq; decernit, legem quidem cuiuſdam, Dauid autem alterius, Eſaiam alterius, Ezechielẽ rurſus alterius, & ſingulos prophetas uni principatui defert. Eſſe aũt hos omnes ex ſiniſtra uirtute, & extra complementum. Omnem uero qui ueteri Teſtamento credit, mortem ſubire. Subuertitur porrò huius dogma ab ipſa ueritate. Si enim ipſe fuerit uirtus illa Dei magna, et ſcortũ quod uixit cum ipſo, Spiritus ſanctus, uelut ipſe ait, dicat quod eſt nomen uirtutis, aut qua ratione epitheton mulierculæ inuenit, ſibiſpſi uero nõ omnino. Quomodo uero tempore quodã per ſucceſſionem, naturę debitũ in Romanorum urbe perſoluiſſe reperitur, quãdo in media Romanorũ urbe miſer ille collapſus mortuus eſt. Qua uero ratione Petrus pronunciauit, ipſum neq; hæreditatẽ, neq; portionem, in parte diuini cultus

Helena Homeri.

Equus Durius

Philiſtion poëta comicus.

Simon Magus in medio urbis Romæ collapſus, interijt.

habere;

habere. Quomodo aũt poteſt mundus Dei boni nõ eſſe, quando ex ipſo omnes boni permutati ſunt. Quomodo uero fuerit ſiniſtra uirtus, quę in lege ac prophetis loquuta eſt, quum de aduentu CHRISTI boni Dei prædixerit, & mala omnia interdicat. Quomodo autem non fuerit una deitas & idem ſpiritus noui ac ueteris Teſtamenti, quando Dominus dixit, Non ueni ſoluere legem, ſed implere. Et ut oſtenderet quod lex ab ipſo annunciata eſſet, & per Moſen donata, euangelica uero gratia per ſeipſum & aduentũ ſuum in carnem prædicata eſſet, dixit Iudæis: Si Moſi crederetis, credere-
» tis utique mihi, ille enim de me ſcripſit. Et alia multa ſunt, quæ præſtigiatori opponi poſſunt. Quomodo autem turpia uitalia erunt, niſi ſanè dæmonũ hæc fuerit opinio,
» quando ipſe Dominus in Euangelio dicit ad eos qui ad ipſum dicebant: Si ſic habet
» cauſa uiri & uxoris, non conducit contrahere matrimonium. Ipſe uero ad illos dixit,
» Non omnes hoc capiũt. Sunt enim eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerũt propter regnum cœlorum. & oſtendit, quod natura abſtinere à cõiugio, donum eſt regni cœlorũ. Rurſus in alio loco de uenerãdis nuptijs, quas ipſe Simon turpiter corrumpens, propriã
» perſequitur concupiſcentiã, dicit: Quos Deus coniunxit, homo ne ſeparet. Quomodo uero rurſus erro ille propriarũ nugarum oblitus, ſeipſum redarguit, uelut ignorãs quæ prædixit. Quum enim dixerit, quod ab ipſo facti ſunt angeli, per ipſius intelligentiam, rurſus dixit ſe transformatũ eſſe per ſingulos cœlos, ut latêret ipſos in deſcendendo. Num igitur ipſos timens latebat? et quomodo timebat nugator angelos, quos ipſe fecit? Quomodo uero non omnibus prudentibus ſeminium erroris ipſius confutatu
» facile comperietur, quando in principio fecit Deus cœlum & terram, inquit Scriptura: & cõcinne ad hunc ſermonem Dominus in Euãgelio dicit, uelut ad Deum patrem
» proprium, Pater domine cœli & terræ. Si igitur creator cœli & terræ, eſt Deus pater Domini noſtri IESV CHRISTI: omnia fruſtra à Simone calumniatore dicta ſunt, & hoc quod ab angelis mundus in imminutione factus eſt, & omnia alia quę inſanus ille erro mundo obloquens expoſuit, & fraudem quibuſdã ab ipſo deceptis induxit. Atq; hæc mihi in ſumma aduerſus huius hæreſim dicta legentibus ſufficient, ad occaſionem ueritatis ac ſanationis, & ad redarguendũ eos qui per huiuſcemodi beſtialem corruptionem, ignorantibus iniuriã inferre conantur. Tranſibo autem, & rurſus ad alterius ſectę confutationẽ pergam. Eſt enim in ipſo mutatio ac dubitatio, quum ipſe quidem ſit ſeductor, forma uero nominis CHRISTI induerit, uelut abortiuorũ ſerpentium generis corruptio, ex fœcundis ouis aſpidum & aliarum uiperarum produ-
Aſpidum oua. cta, quemadmodũ inquit Propheta: Oua aſpidum ruperunt, & qui de ouis ipſarum
» edere uolebat, inuenit fœcundum, & in ipſo baſiliſcũ. At quum per uirtutem CHRISTI, uelut dixi, hunc uerbis ac doctrina ueritatis percuſſerimus, & ipſius perniciem diſperſerimus, deinceps ô dilecti, etiam ad alias conſequentes hæreſes tranſeamus.

Contra Menandrianos, ſecundam à Chriſti aduentu hæreſim, & ex ordine XXII.

HVic deinceps coniungitur Menander quidam, qui origine à Samaritis ducta, aliquo tempore huius Simonis diſcipulus fuit. Similiter autem et ipſe mundum ab angelis factum eſſe dicebat. Seipſum uero uirtutem ex ſupernis à Deo demiſſam dicebat. Verum hic maiorem nequitiã ultra priorem ad homines decipiẽdos operatus eſt. Dicebat enim ſeipſum miſſum eſſe ad ſalutem uidelicet, & ad congregãdum aliquos ad ſuum myſteriũ, ut ne angelorum qui mundum fecerunt, principatuũq; ac poteſtatum dominio premerentur. Similia autem omnia uelut præceptor ipſius cõtexebat, & præſtigias aliasq; incantationes nõ intermittebat. Et nihil de doctrina euariabat, quàm id ſolum quod ſeipſum maiorẽ præceptore iactabat. Cæterũ in idem uitium in quod præceptor ipſius incidit, & ipſe deprehenſus per eandem doctrinæ ueritatis confutationem ſubuertetur. Nam & ipſe ſubuerſus eſt, & hæreſis eius quàm maxime deſijt.

Tranſgrediar

Transgrediar porrò ipsam,& ad aliam procedens deueniam. Veteres reuera narrāt fabulam,quod ex multis aspidibus in uno testaceo uase collectis,& in fundamentis quatuor angulorum, uniuscuiusq; delubri simulachrorū in Ægypto extructorum depositis,si qua ex his fortior alijs reperta fuit,ea reliquas aggressa deuorauit. Et ubi per se mā sisset,& alimento non abundaret,conuersa seipsam à cauda derodere incepit,et usque ad aliquam corporis partem se adedit. Et sic non amplius perfecta mansit, sed dimidiū serpentis genus existens. Quapropter etiam hanc Aspidogorgona uocauerunt. Quare intelligitis uos,uetus quidem esse hoc, & quod nunc non amplius reperitur, sed deletum est. Quemadmodum etiam hæc hæresis penitus fugata est. Et habuit quidē contradictionem à nobis, ipsa uero per potentiam CHRISTI deleta est. Hanc itaq; transgredientes,ad sequentes deinceps pergamus.

Aspidum fabula.

Aspidogorgon.

Contra Saturnilianos, tertiam à Christi aduentu hæresim, & ex ordine XXIII.

Post hunc Saturnilus quidam surrexit,& ipse illinc,à Menandro inquam,& priorib⁹,occasionibus arreptis. Hic in Syria habitauit, hoc est Antiochia ad Daphnen sita,& multam quandam artem ac experientiā erroris mundo inuexit. Duo enim hi sodales ac condiscipuli fuerunt, Basilides & Saturnilus. Et Basilides quidē ad Ægyptū secessit,& illic tenebrositates profundi erroris sui prædicauit. Saturnilus uero in prædicto loco degens, similiter uelut Menander, mundum ab angelis factum esse annunciauit. Vnum autem esse patrem ignotum, eundemq; fecisse uirtutes & principatus ac potestates. Angelos uero à superna uirtute discessisse. Et septem mundum,et quæ in ipso sunt,fecisse. Mundum uero secūdum diuisionem unicuiq; angelo sorte obtigisse. Eosdem autem angelos simul congressos consilium inisse,& communiter hominem fecisse,iuxta formam uocis ex supernis incumbentis,quam quum nō possent incumbentem detinere,propterea quod uestigiò recurreret,imitari uoluerunt. Et hominem quidem formatum ab ipsis,nulla de causa quàm ob talem occasionem. Quoniam inquit, lux eadem ex supernis prominens,irritamentum quoddam ijsdem angelis induxit, ut ad desiderium supernæ similitudinis,hominis figmentum ac structuram facere aggrederentur. Quandoquidem enim amabāt supernam lucem,desiderio & iucunditate capti,apparentis ac rursus disparentis ab ipsis: & quum amarent ipsam,& non possent eius amore exsatiari, propterea quod in momento eadem lux reuolaret, eius rei gratia dixisse inquit angelos (sic enim præstigiator confingit) faciamus hominem ad imaginem & ad similitudinē:resecto eo quod in Genesi dictum est à Deo, nostrā. quo uide licet error ipsius ueri similitudinem haberet, tanquam scilicet alij quidem faciāt, imago uero alterius sit, dum dicunt, Faciamus hominem ad imaginem & ad similitudinem. Quum autem factus esset, inquit,homo,& propter impotentiam suam nō possent ipsum perficere,iacuisse ipsum & se uolutasse in terra situ, instar uermis reptilis:non potuisse autem neq; se erigere,neq; aliud quid facere,donec superna uirtus inclinata,& misericordia mota,ob propriam suam imaginem ac formam, ex miseratione scintillā uirtutis suę demisit,& per ipsam hominem erexit,atq; sic uiuificauit. Scintillam nimirum, animam humanam dicens, & hac de causa omnino scintillā seruari oportet,reliquum uero totum hominis perire. Et in homine quidem id quod ex supernis descendit, post tempora quædam reuerti:quod uero ex infernis est,interire. Et seipsum asserit præstigiator in forma hominis uenisse,& specie tātum:omnia uero in apparentia fecisse, hoc est natum esse, ambulare, conspici, passum esse. Ab hoc autem falso nomine appellata Scientia,rursus profunditati prauitatis ipsius apponi incipit,quæ à Simone quidē initium & occasionem accepit,uerum adiecta est alteri insigniori nugacitati,cuius confutationem postea dicemus. Asserit enim hic angelos, & deum Iudæorum unum ex ipsis esse dicit. Discessisse uero eundem & eosdem à sua potestate. Seipsum autem Salua-

Antiochia ad Daphnen sita

torem missum esse à patre, ex sententia uirtutum, ad destructionem Dei Iudæorũ, & ad salutem credentiũ. Esse autem ipsos qui huius sunt hæresis, eos qui scintillã patris ex supernis acceperũt. Duos enim ab initio homines formatos tradit, alterũ bonum, & alterum malum. Ex quibus duobus esse genera hominum in mundo, bonũ & malum. Quandoquidẽ uero dæmones malos auxilio fuerunt, eius gratia in extrema die uenit, uelut dixi, Saluator, ad opem bonis hominibus ferendam: & ad destruendos malos ac dæmones. Matrimonium porrò contrahere, & generare, idem scurra ex Satana esse dicit. Vnde etiã plures ex ipsis ab animatis abstinent, quo per simulatã suam uitam, aliquos ad suam fraudem illiciant. Prophetias uero idem circulator ait, partim ab angelis mundi opificibus prædictas esse, partim à Satana. Sed & ipsum Satanam angelum esse dicit, repugnantem angelis mundi conditoribus, maxime uero Deo Iudæorum. Quum uero hæc dicat bestialis ille, omnino sanè etiam ipse conuincetur, unum Deum confiteri, & ad unam monarchiæ unitatem totum reducere. Si enim angeli fecerunt, angeli uero rursus à superna uirtute causam habent ut sint, igitur non ipsi causa sunt formationis hominis, sed superna uirtus quæ angelos fecit, ex quibus etiam homo constructus est. Etenim instrumentũ non est causa eorum quæ ab ipso fiunt, sed is qui operatur ipsum opus per instrumentũ, per quem fit opus. uelut etiam scriptum est: Non glorificabitur serra citra trahentem ipsam, &c. Sic equidem uideo, quod neq; gladius causa est cædis, sed is qui gladio cædẽ aggressus est. Et instrumentum efformandi ceram, non potest per seipsum facere ea quæ effingũntur, sed is qui & instrumentum, & ipsum figmentum fecit. Igitur neque angeli causa sunt, sed is qui angelos fecit: alioqui præcepisset ipsis, ut ne facerent hominem. Si enim contrà opponit supernæ uirtutis, siue potentiæ ignorantiam, & quod non nouerit de futuris, præter ipsius uoluntatẽ peractis: bona uoluntas fuit, sua manu angelos fecisse ad utilitatẽ constructionis hominis, quem uolebat facere: quæ sanè fecit angelos, & non præcepit ut non perficerẽt conatum, hoc est hominis formationem, uelut fabulosum ipsorum opificium habet. Aut rursus interrogãdus est nobis fabulator: Nouerat superna uirtus quod facturi essent? Etiam, inquit. Igitur si nouerat, ipsa fecit, & nõ illi. Si uero nouerat quidem, non uolebat autem, uerum præter sententiam ipsius aggressi sunt ipsi conatum, qua ratione non prohibuit? Si uero impotens fuit ad prohibendũ, primum uitium est, quod angelos ab ipsa factos, contra seipsam ad sui ipsius oppositionẽ acirrationem fecit. Secundum uero, quod quum potuit, nõ prohibuit, sed auxilium contulit ad prauum opus ab angelis factum. Si uero non tulit opem, & quum uellet prohibere, non potuit: magna quædam debilitas fuit in ea quæ uoluit, & non potuit, & fortior utiq; fuerit caterua angelorũ ab ipsa facta, quàm ipsa quæ causa est angelorum ab ipsa factorum. Vndiquaq; igitur deprehenditur ipsius hæresis argumentũ, quod magis ad inconstantiam dilabatur, quàm ad ueritatem accedat. Si uero nouerat quidem, necessariò autẽ hos fecit, quod fas non est facere prẽter ipsius uoluntatem, rursus ad aliud uitium dilabitur, & ne unum quidem reperietur complementum in superna uirtute, iuxta ipsius rationem. Verum adhuc amplius adiiciamus, ipsum interrogantes: Dic nobis, ô bone uir, qui per fenestras prospexisti (ut ita nugas tuas subsannem) & in prospectando quomodo creati essent angeli, considerasti, et opificiũ ipsorum circa hominis formationem speculatus es, & supernæ uirtutis machinamentũ inuestigasti: nouerant hi quid formaturi essent, aut ignorabant? Si uero ignorabant, à quo cogebantur per ignorantiã perficere? Non, inquit, ignorabant, nouerunt enim id quod facere uolebãt. Superna itaq; uirtus nouerat hos hoc aggressuros, aut ignorabat? non ignorabat. Fecit igitur ipsos ut hoc facerent, aut non? Non, inquit: fecit enim ipsos solum, hi uero prẽter ipsum aggressi sunt facere figmentum. Igitur hi quidem nouerunt, illa uero superna uirtus ignorabat, iuxta tuam adeò rationem, ô omnium hominũ stolidissime. Et erit quidem hominum structura constans, & autores huius angeli in cognitione erunt; uirtus uero quæ angelos fecit, in ignoratione. Vanissimum profectò

hoc fuerit, ac ſtultiſſimũ, quod opus eſt perfectius ipſe opifice, et artifex imbecillior angelis ab ipſo factis, qui cauſa ſunt humanæ cõſtitutionis. Quare neceſſariò undiquaq; conuinceris totum ad eundem creatorẽ unum illum, & ad unam monarchiã reducere. Deus enim pater fecit hominẽ, & omnia ſecundum propriam uoluntatem, & non angeli, neq; ſecundũ angelorum cõſilium. Nam in eo quod dixit Deus, Faciamus hominem, ad imaginẽ noſtram dixit: et non ad imaginem ſimpliciter. Conuocabat enim ad opificiũ ſuum, coopificem uerbum ſuum & unigenitũ: uelut habet intelligentia fidelium ex ueritate procedens, & ipſa ueritatis ſincerita: quemadmodũ etiam in alijs pluribus palàm de hoc & per lõgum fecimus confeſſionẽ, quod Pater aduocat Filiũ ut ſimul creet hominẽ, per quem etiam alia omnia fecit. Non autem aduocare ſolum dixerim Filium, ſed etiam Spiritum ſanctum. Verbo enim Domini cœli firmati ſunt, & Spiritu oris ipſius omnis uirtus ipſorum. Siue autem uolet, ſiue non uolet, Saturnilus inquam, huius ſectæ princeps, cogetur omnino unum Deum confiteri, Deum ac Dominum uniuerſorũ creatorem & opificem, ſimulq; etiam hominis. Confundetur autem per omnia ac omnes modos, uelut calumniator ac ſycophãta, tum in ſermone de prophetis, tum in turpi uenerandarũ nuptiarum accuſatione. Ipſe enim Dominus noſter IESVS CHRISTVS palàm exclamat in Euãgelio, dicitq;, ac concinit prophetæ, nempe, Qui loquitur in prophetis, ecce adſum. Et rurſus, Pater meus uſq; huc operatur, & ego operor. Quo uero oſtendat quid operetur Pater ipſius & ipſe, pronunciauit, dicens his qui interrogauerunt ipſum, an oporteat dimittere uxorẽ ſuam ex omni cauſa: Quomodo ſcriptũ eſt, Fecit Deus hominẽ, maſculũ & fœminã fecit ipſos, & rurſus poſtalia: Huius gratia relinquet homo patrẽ & matrem ſuam, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carnẽ unam. Et ſtatim appoſuit, dicẽs: Quos Deus coniunxit, homo ne ſeparet. Quare ubiq; docet Saluator, creatorẽ hominum Deum eſſe uniuerſorum, ſuum uero patrẽ. Et quod nuptiæ nõ ex Satana, ſed ex Deo ſunt, primùm quidẽ Dominus dicit: Quos Deus, inquit, coniunxit, homo ne ſeparet. Et rurſus ſanctus Apoſtolus, Venerãdæ nuptiæ, & lectus impollutus. His uero quę natura ſunt uiduatæ, ſimiliter præcipit per Timotheũ, dicens: Iuniores uiduas reijce, poſtquã enim laſciuierint contra CHRISTVM, nubere uolunt. Et poſt alia, Nubãt, liberos gignãt, domum gubernent: intranſgreſſibilẽ legem ponens, quæ ex Deo eſt, & per autoritatem hominibus donata eſt. Cæterũ de opinionibus cõtra prophetias Dei ab ipſo per calumniã productis, quod non ſint ipſius ex Deo, innumera dicere licet, uelut ipſe unigenitus dicit, ornatũ ſuum annuncians. primùm quidẽ, Abraam pater ueſter deſiderauit uidere diem meam, & uidit, & lætatus eſt. Et rurſus, Si crederetis Moſi, crederetis utiq; mihi, de me enim ille ſcripſit. Quis autem ex recte ſentientibus, & intelligẽtiam ex Deo adeptis, non redarguerit impoſtorẽ Saturnilum, quum ſciat in gloria reuelatum Saluatorem, ad declarationem ac teſtificationẽ ueritatis, aliter gloriam ſuam non oſtendiſſe, quàm in medio Heliæ ac Moſis, qui etiã ipſi in gloria propria cũ ipſo conſpecti ſunt. Alia item quæcunq; talia ſunt, quæ ab ipſo Domino in toto nouo Teſtamento dicunt, confirmationẽ faciunt legis & prophetarũ, & totius ueteris Teſtamenti ad nouum, quoniã unius Dei ſunt ambo, uelut quum dicit: Venient ab orientibus, & requieſcent in ſinibus Abraã & Iſaac & Iacob in regno cœlorũ: & quæ ſequuntur. Et rurſus illud quod ex perſona Dauid de ipſo prædictũ eſt, Dixit Dominus domino meo, ſede à dextris meis. Et rurſus id quod ab ipſo dicitur phariſæis, Nunquã legiſtis, lapidem quem reprobauerunt ædificantes. Sed & Lucas Euangeliſta affirmat, ipſum Saluatorẽ poſt reſurrectionem ex mortuis uiſum eſſe in uia Nathanaëli ac Cleopę, et admonuiſſe hos ex prophetis, quod ſic oportuerit CHRISTVM pati, et ex mortuis reſurgere tertia die. Et in ſumma, nihil eſt in Domini in carnẽ aduentu, quod diſſonum ſit à prophetijs prophetarũ. Verum hucuſq; de Saturnili hæreſi dictum ſit, ut ne tempus inſumam circa ſtultas ipſius propoſitiones, & ipſius ſubuerſiones inuolutus.

Ab hac porrò digreſſus, deinceps Baſilidæ condiſcipuli huius ac coerronis hæreſim declarabo. participãt enim hi uelut ueneno mutuo inter ſe ſumpto, iuxta manifeſtum prouerbium, Velut aſpis à uipera uenenum mutuo accipiens: eiuſdem enim ſcholę ac conſeſſus inter ſe ſunt. Per ſe autem uterq; hæreſim cõſtituit, ac erexit. & maliciam qui dem alter ab altero collegit, diſſenſionem uero in ſeipſis erexerũt. Siue igitur hic inſtar uiperæ, à ſuperioribus tranſſumptũ uenenum Baſilidæ impertiuit, ſiue Baſilides huic: tamen pernicioſum horum uenenum, & à talibus reptilibus profectũ, per doctrinam Domini uelut per antidotum deſtructum ac diſſipatum à nobis relinquatur. Nos autem inuocantes Deum, ô dilecti, ad ſequentia pergamus.

Aſpis à uipera uenenum mutuo ſumẽs, prouerbium.

Contra Baſilidianos, quartam à Chriſto, & XXIIII ex ordine hæreſim.

Baſilides igitur, quemadmodum ſuprà indicatum eſt, ad Ægyptiorum regionem miſſus, illic uitam degebat. Deinde uenit in partes Proſopitæ & Athribitæ. Imò etiam circum Saiten, & Alexandriam, & Alexandriopoliten præfecturam, hoc eſt uicinos circum circà Alexandriæ locos, quos nomos, hoc eſt paſcua, ſiue præfecturas Ægyptij uocant. Inueneris autem & hoc in tuam utilitatem, ô philologe, ad diſcendi ſtudium ac claritatem, et ad piam conſtitutionem, ac locutionem eorum quæ in diuina ſcriptura poſita ſunt, & in dubiam ambiguitatem deueniũt, propter imperitiam. Vbi enim in ſancto propheta Eſaia inueneris ſcriptum de Nomis urbis, uelut Taneos, aut Mempheos, aut de nomo Bubaſtæ, Ægyptiorũ more uicinos circumcircà locos cuiuſcunq; ciuitatis, & præfecturas ac paſcua ipſa ſignificat. Atq; hoc ſtudioſorum gratia à me declaratum ſit. Erat itaq; in talibus prędictus circulator, illicq; uitã tranſigebat, ex quibus ſanè etiã hucuſq; hæreſis ipſius uigere uidet, ex ipſius doctrina initio accepto. Et incipit quidem prædicare exceſſum, ſuper condiſcipulum ſuum præſtigiatorem illum in Syria relictum, quo uidelicet ea quæ ſuper illum ſunt, enarrans, audientes amplius perſuadere uideretur, placareq; ac cõgregare multitudinem ſuper ſocium ſuum Saturnilum. & de cætero imaginarias quaſdam fabulationes differens ac diſtendens, incipit quidem ſic, ut quod uerum eſt, dicam, non ex ſua ipſius intelligentia grauia ac pernicioſa auſpicatus, ſed occaſionibus arreptis ex Saturnilo & Simone prædicto. Vult autem alibi ipſa tractare, & in maiorem molem enarrare ac exponere fabulamenta. Erat, inquit, unum ingenitum, quod eſt ſolus uniuerſorum pater. ex hoc eminuit, inquit, mens, ex mente uerbum, ex uerbo intelligentia, ex intelligentia uirtus & ſapientia: ex uirtute & ſapientia, principatus, poteſtates, angeli. Ex his autem poteſtatibus ac angelis dicit factum eſſe ſupremum primum cœlum, deinde etiam angelos alios. Eos uero qui ab ipſis facti ſunt angelos, rurſus feciſſe ſecundũ cœlum, & ipſos rurſus alios feciſſe angelos. atque hi qui ex ipſis facti ſunt angeli, tertium rurſus fecerunt cœlum. Et ſic qui ſingulatim cœlum, & rurſus aliud atq; alios cõſtruxerunt, uſq; ad trecentorum ſexagintaquinq; cœlorum numerum proceſſerunt, à ſupremo uſq; ad hoc quod nobis proximum eſt cœlum. Deſipientiũ autem fuerit, inſanam hanc inductionem nugacitati ipſius credere. Verũ prudentibus deprehenſu facilis eſt nugatorius huius ſermo & opinio, quomodo ad excellentẽ & immenſam improbitatẽ, mentem ſuã abſurde emouit. Decernit enim miſerrimus ille homunculus, uelut poëtico quodam furore correptus, unicuiq; cœlorũ principi nomina, eo propoſito ut per hæc quę poëtico more cõfingit nomina, fidẽ reperiat apud eos qui nõ ſana mente prædiți ſunt, ad deceptarum animarũ perniciẽ. Quin et magicis artibus ac curioſitatib. impoſtor ille addictus eſſe nõ deſiit. Poſtea uero dicit ab his qui in proximo nobis ſunt cœlo, et à uirtute quę in ipſo eſt, hãc creaturã factã eſſe. ex quorum angelorũ numero unũ dicit Deũ, quem priuatim Iudæorũ ſolũ eſſe ait, ita ut etiã hunc unũ cõnumeret angelis, quibus ipſe per

Nomi, paſcua circum urbes, & præfecturæ.

Cœli cccIxv

imitationem

imitationē nomina cōfinxit. Et ex ipso formatū esse hominē dicit, & hos simul cū ipso diuisisse mundū, iuxta sortem & multitudinē angelorū, huic autem obtigisse ex sorte genus Iudęorū. Blasphemat autem ipsum omnipotentē Dominum, qui uere est Deus solus, & non alius. Patrem enim ipsum esse confitemur Domini nostri IESV CHRISTI. Hunc ille negans, unum uult ipsum declarare de numero angelorū ab ipso effectorum, uelut indicatū est. Venisse autem Iudæos in sortem ipsius, & eundem esse supra quàm reliqui angeli sunt contumaciorē, et eduxisse filios Israël ex Ægypto, pertinacia brachij proprij, propterea quod uiolentior & magis pertinax sit quàm alij. Vnde propter contumaciā ipsius consilium inijsse eundem ipsorum Deum, præstigiator ille blasphemat, omnes alias gentes generi Israël subijciendi, et propterea instruxisse bella. Sed & multa alia contra sanctū Deum laxata lingua, & elato ore, miserrimus ille loqui nō ueretur. Ob hoc enim, inquit, hanc gentem, etiam aliæ gentes bello impetiuerunt, & multa mala ipsi intulerunt, propter aliorū angelorum æmulationem, quoniam propulsati uelut contempti ab ipso, etiam ipsi proprias gentes, contra gentem Israël cōmouerunt. Atq; hac de causa bella undiquaq; & semper, seditionesq; contra ipsos exortæ sunt. Hæc est impostoris illius ad persuadendū uersutia. Quin & idē de CHRISTO, uelut qui in apparēti apparuerit, opinatur. Esse autem ait ipsum phantasiā in eo quod apparuit, non esse autem hominē, neq; carnē suscepisse. Confingit porrò nobis alium fabulæ ac dramatis actum, secundus ille imitator in tractatu de cruce CHRISTI, non IESVM passum esse asserēs, sed Simonem Cyrenæū. Nam quoniam dum Dominus è Hierosolymis exturbaretur, uelut Euangelij series habet, coëgerunt quendam Simonem Cyrenæum ad portandā crucem: hinc reperit, ut nequiciei suæ tragœdiā confingeret. Et illum, inquit, in eo quod portabat crucē, transformauit in suam speciem, & seipsum in Simonē, & pro seipso tradidit Simonem ut crucifigeretur. Quum autem ille crucifigeretur, stabat ex opposito inuisibilis IESVS, deridens eos qui Simonem crucifigebant. Ipse uero discessit ad cœlestia, tradito Simone ad crucifigendū, & illæsus processit ad cœlū. Verum ipse Simon crucifixus est, & nō CHRISTVS. IESVS enim, inquit, sublatus in cœlum, penetrauit omnes uirtutes, donec restitutus est ad propriū suum patrem. Hic enim est, inquit, filius ille patris prædictus, qui missus est in auxiliū filiorum hominū, propter seditionem quā uidit pater inter homines, & inter angelos. Et hic est, inquit, salus nostra, qui uenit & nobis solis hanc ueritatē reuelauit. Atq; hæ quidem sunt nugæ fabulamenti circulatoris illius. Sed & hinc omni immundicia profectum capiente, quę à Simone Mago initium accepit, omne studiū maliciei ac petulantiæ discipulos suos perficere præcipit hic erro, & uiros ipsi fidē habentes, cum mulieribus multiplicē quandam mixturā praui propositi docet. Quare dicit Apostolus, propter hos & similes ipsis, reuelari iram Dei & iustum iudiciū, super eos qui ueritatem in iniusticia detinent. propter hanc enim causam uoluptatis scilicet, multi in hæresim delabuntur, quum reperiant locum licenter perficiendi uoluptatē suam in turpibus operationibus. Rursus autem docet ac asserit, non oportere martyrium subire. Qui enim martyrium subit, mercedis exors reperietur, quum martyriū sustineat pro eo qui hominem fecit. Sustinet enim martyrium pro crucifixo Simone. unde uero ipsi merces contigerit? quando moritur quidem pro Simone crucifixo, pro CHRISTO aūt hoc se facere cōfitetur, & ignorat se mori pro eo quem non nouit: oportet itaq; contentum esse, & non prius captiuitate detentū mori. Deprehendetur autem hic diabolicā potestatē contra animas inducere, ut qui abnegationē Dei ipsas doceat. quādo ipse Dominus dicit, Abnegantē me corā hominibus, abnegabo et ego corā patre meo qui in cœlis est. Sed & idem circulator, Nos, inquit, sumus homines, alij uero omnes sues & canes, & ob id dixit, Ne proijciatis margaritas ante porcos, neq; date sanctum canibus. occultat enim suam iniusticiā ab his qui mente præditi sunt, reuelat autem ipsius scho-

Simon Cyrenæus passus.

la his qui ab ipso decepti sunt. Quando quidē enim uerè turpe est dicere ea quæ apud ipsos dicuntur, ac fiunt: dicit, quod coram hominibus oportet cōfiteri ueritatē. nos enim sumus homines, alij uero sues, ac canes, uelut prædixi. Iubet autem solum de Patre & suo mysterio nemini reuelare, sed silentio in seipsis cōtinere. Vni uero de millere uelare, & duobus de decem millibus. Et suggerit discipulis suis dicens: Vos omnia cognoscitis, nemo autem uos cognoscat. Quod si ipse & sodales eius interrogentur, Iudæos quidem seipsos non amplius esse dicunt. Christianos autem nondum factos esse, sed negare semper: habere autem in seipso tacitè fidem, & nemini ostendere, ueritus suam cōfusionem, propter turpis operationis & prauæ doctrinæ suæ illiberalitatem. Habuit porrò principiū prauæ ipsius excusationis causam, à quærendo & dicendo; unde esset malum. Vnusquisq; autem ex proprio opere ac negociatione declarabitur qualis est. Mercator itaq; hic malorum ille mali operator, & non bonorū, uelut etiam Scriptura dixit, Querentes mala, deprehendent mala. Neq; enim unquam malū erat, neq; radix maliciei fuit, neq; in substātia malum existit. Verum inductitiū per occasionem unicuiq; facienti malum ineſt. In nō facientе uero, non ineſt: uelut in superioribus declaratum est. Nam Dominus ubi omnia fecit, dicit, Ecce omnia ualde bona: ostendens quod malum nō habet fundamentū, neq; ab initio extitit, prius quàm ab homine initium sumeret. per nos enim fit, & per nos non fit: proinde in eo quod omnis homo potest non facere malum, & potest facere malū, quum quidem fecerit, est malum: quum uero non fecerit, non est malum. Vbi igitur mali radix est, aut ipsa substantia prauitatis? Cęterum ad multam stulticiam hic progressus est, dum dicit, quod Virtus suprema mentem produxit, Mens uerbum, Verbum intelligentiam, Intelligentia uirtutem & sapientiā, Virtus uero & Sapientia potestates & principatus & angelos. Dicit aūt super has uirtutē esse, & principatū Abrasax, propterea quod nomen Abrasax numerum referat CCCLXV. si ex ipsa uoce Græcis literis scripta ἀβρασὰξ, numeri collectio fiat. Quare etiā ex hoc testimoniū fabulamenti sui trecentorū sexaginta quinq; cœlorum confirmare conatur. Quibus cœlis etiam locorum digestiones poeticis diuisionibus pares constituere studens, non negligenter machinatur. Illorūm enim uanas speculationes ad proprium characterē acceptas, tum ipse, tum sectatores eius, ad causam propriæ idola facientis, erroneæq; ac conflictæ doctrinæ transtulerunt, & uolunt horum confirmationem à similibus numeris facere, nominis uidelicet Abrasax, quod CCCLXV numerū habet. Nimirum indicantes, per ipsum habere etiā annum CCCLXV dierum numerū per circuitum. Verum lapsa est nugax ipsorum ratio. Reperitur enim annus dierum trecentorum sexaginta quinq;, et horarum trium. Deinde hinc dicit, Et homo habet trecenta sexaginta quinq; membra, ut unicuiq; uirtuti attribuatur unum membrum. Vnde & in hoc lapsa est ipsius excogitata ac falsa doctrina. Sunt enim in homine membra CCCLXIIII. Porrò beatus Irenæus, apostolorum successor, de hoc subtiliter tractans, improbitatem ac inefficaciā huius redarguit. Sub uertentur aūt etiam nunc nugæ Basilidæ, qui ex supernis descendit, & superna clare perlustrauit. Imò potius ex supernis delapsus est, à ueritatis scopo. Nam si hoc cœlum ab angelis qui in ipso sunt, factum est, ipsi uero à superioribus, & superiores rursus à superioribus: igitur suprema uirtus, quæ & Abrasax appellatur, omnia fecisse comperietur, & uniuersarum rerum causa esse, & nihil citra ipsam factum esse reperietur, quando ipsa & causa & primum exemplar ab ipsis prædicatur: & mundi huius imminutionem ac defectum apud ipsos appellatum, nō ab aliquo alio factum esse, sed à primo principio et causa posterioribus productis. Interrogandus autem est ipse à nobis: Qua ratione ad tātam multitudinē nos, ô bone uir, perducis, et nō potius ad principiū, hoc est ad unū Deū omnipotentē? quādo omnino siue sic dicis, siue sic, unam causam omniū Dominū cōfiteri oportet. Sed & de tractatione de CHRISTO

Malū substantiam nō habet

Abrasax.

Membra hominis ccclxiiij.

Irenæus.

proposita

propoſita reſponde tu fabuloſæ huius narrationis effictor. Si Simon crucifixus eſt Cyrenæus ille, ergo non per IESVM ſalus noſtra perfecta eſt, ſed per Simonem: & non amplius ſperet mundus ſaluari ſe per IESVM CHRISTVM, qui nõ eſt paſſus. Neque enim Simon ſaluare poteſt, qui nudus homo eſt, & nihil aliud. Simul autem & ſycophantiæ nomine condemnas unigenitum filium Dei, ſi alium pro ſeipſo bonus ille Dominus tradidit, coactum ad mortem. Et erit de cætero ſomnium. Imò potius malignitatis ac nequitiei opus, quia CHRISTVS nequitia quadam ſeipſum occultauit, & alium pro ſeipſo tradidit. Et calumniabitur quidẽ ſtulticia tua ueritatem, nihil autem efficere poterit, ut quæ ab ipſa ueritate redarguatur, quod hoc figmentum nullam conſiſtentiã habens inducat. Nã ueritas penitus redarguit hunc hæreſiarchã, in ueteri ac nouo Teſtamento. Omnibus enim notũ eſt, quod CHRISTVS uolens ad paſſionem deuenit, & uoluntate propria ac proprij patris, & bona uoluntate ſancti Spiritus aſſumpſit carnem, homo factus inter nos, in perfectione Deus exiſtens, ab initio ex patre genitus, ſine principio, ſine tempore. In extremis uero diebus in utero uirginis eſſe dignatus, & corpus in ſeipſum efformauit, & genitus eſt in ueritate, & homo factus eſt in certitudine, quo in ipſa carne pro nobis pateretur, & animã daret pro proprijs ouibus: uel ut ipſe redarguit hos, dum dicit, Ecce aſcẽdimus ad Hieroſolyma, cc & filius hominis tradetur, & occidetur, ac tertia die reſurget. Item dum ad filios Zebedæi dixit, Poteſtis bibere poculũ quod ego bibiturus ſum? Teſtatur & apoſtolus Petrus dicens, Mortificatus carne, uiuificatus autẽ ſpiritu. Et rurſus, Qui paſſus eſt pro cc nobis carne. Item Ioannes dum dicit, Si quis dicit CHRISTVM non in carne uenire cc ſe, hic Antichriſtus eſt. Beatus autem Paulus dicit, Guſtauit mortem, mortẽ autem cru cc cis. Sic etiam Moſes præcinens, dixit: Videbitis uitam noſtram pendentem coram uobis in ligno. Vita autem noſtra non eſt Simon Cyrenęus, ſed Dominus noſter, paſſus ut noſtras paſſiones diſſolueret, & mortuus morte carnis, ut mortis aculeum confringeret: & digreſſus ad inferna, ut adamantinos uectes cõminueret. quod ubi fecit, eduxit animarum captiuitatem, euacuauitq; infernũ. Non igitur mortis cauſa fuit CHRISTVS Simoni, quum ipſe ſeipſum tradiderit. Quid enim dicis, ô omnium hominum miſerrime? Non potuiſſet libere loqui, et ſecedere ab ipſis, niſi crucifigi uoluiſſet. Sed ludum nequitiei faciebat Dei uerbũ, & aliũ pro ſeipſo tradebat ad mortem, ac crucifigendum. Qui dicit, ego ſum ueritas, & uita dicit. Vita aũt nõ utiq; alteri mortem cõſtruxerit, & ueritas nõ occultauerit id quod ab ipſa fit in ueritate, neq; alia pro alijs oſtenderit. Non enim amplius ueritas cõperietur ueritas, ſi ſeductionem operatur, & opus ſuũ occultat, per contrariam autẽ deceptionem rem gerit. Et ut in ſumma ex omnibus dicã, & non longam faciam orationem, Væ mundo à ſcãdalis, & operantibus iniquitatem. Quot homines ſibijpſis tenebras inuenerunt, itemq; alijs qui poſtea tenebris ipſorum crediderunt? Prudentibus autem apparebit ueritas. Verum Baſilidæ, & talium tractatio, opus erroris declarabitur. Atque hæc mihi de hac hæreſi, & hac fabula dicta ſint. Hinc uero ad aliam hæreſim pergam. Cui enim non deprehenſu facilis erit hæc hæreſis, quod fabula quædam ſit, & ad Ceraſtæ ſerpentis modum ſit arena obruta, per cornu uero in aëre eminens, & perniciem incidentibus in ipſam afferens. Sed et cornu peccatorum Dominus contriuit, cornu autem iuſti ſolum exaltabitur, id quod eſt fides ueritatis. Quapropter quum & hunc contriuerimus doctrina ueritatis, ad ſequentes tranſeamus, Deum adiutorem inuocantes: Cui gloria, & honor, & adoratio in ſecula ſeculorum. Amen.

Ceraſtæ ſerpentis naturã.

Contra Nicolaitas, XXV ex ordine hæreſim.

NIcolaus unus fuit de ſeptem diaconis electis ab Apoſtolis, unà cum Stephano ſancto & primo martyre, et Prochoro, et Parmena, atq; alijs. Hic ab Antiochia originem ducens, proſelytus acceſſorius fit, poſtea uero ubi ſuſcepiſſet ſermonẽ de prædica-

tione

tione CHRISTI, etiã ipſe cõiunctus eſt diſcipulis, et inter præcipuos primas obtinuit. atq; hinc inter electos ad uiduarũ curam tunc cõnumeratus eſt. Poſtea uero in ipſum ſubijt diabolus, & decepit cor ipſius eodẽ cum prædictis errore, ita ut amplius prioribus illis ſauciaretur. Nam quũ hic haberet uxorem formoſam, & ab ipſa ſe cõtinuiſſet, ad imitationem eorum quos Deo addictos uidebat, aliquotenus tolerabat, non tamen in finem ſuæ intemperantiæ dominari potuit, ſed uolens uelut canis, ad proprium uomitum reuerti, prætextus quoſdam non ita bonos ſibijpſi uenans, excogitabat ad proprij affectus petulantiæ defenſionem, ea quæ magis ipſi conferebant. Deinde igitur à propoſito elapſus, cum propria uxore coibat minime curioſe. Poſtea uero erubeſcẽs ſe uictũ eſſe, & ueritus deprehendi, audebat dicere, Niſi quis ſingulis diebus uenerẽ exerceret, non poſſet particeps fieri uitæ æternæ. Ex alio enim ad aliũ prætextum confugit. Nam quum uideret coniugem ſuam pulchritudine quidem decoram, uerùm humilitate ferri, zelotypus erga hanc factus eſt, & de alijs ex propria petulantia iudicans, primum inſultum in propriam uxorem faciebat, calumnias quaſdam ipſi inferens per ſermones. Tandem uero ſeipſum detraxit, non ſolum in uſum carnis eum qui eſt hominibus ſecundum naturam, ſed etiam in blaſphemã ſuſpicionem, & peruerſi moris detrimentum, & maligni erroris ingreſſum. Atq; hinc hi qui falſò appellatam ſcientiam iactant, in mundo exoriri cœperunt, Gnoſtici, inquam, & Phibionitæ, & Epiphanis ſectatores appellati, Stratioticiq;, ac Leuitici, atq; alij plures. Vnuſquiſq; enim horum ipſius ſectam ad ſuos affectus attrahẽs, innumeras maliciei uias excogitauit. Quidam enim ipſorum quandam Barbelo glorificant, quam ſupernè eſſe dicunt in octauo cœlo. Hanc autem à patre productam eſſe aiunt: matrem uero ipſam eſſe dicunt, alij Ialdabaoth, alij Sabaoth: filiũ uero huius dominium obtinuiſſe ſeptimi cœli, per audaciam quandã actyrannidem. Dixiſſe autem inferioribus, Ego ſum, (inquit) primus, & qui poſtea, & præter me non eſt alius. Verum Barbelo ipſam audiuiſſe ſermonem hunc, ac ploraſſe. Hanc autem ſemper apparere principibus in bono formæ, & deprẽdari ab ipſis ſemen per uoluptatem ac effuſionem, quo nimirum eandem uirtutem in diuerſos diſperſam, rurſus reportet. Et ſic ex tali argumento, turpiloquij ſui myſteriũ mundo inuexit. Et quidam ex prædictis, uelut dixi, per multam malignitatẽ, in multiplici fœminarum coitu, turpibusq; ac intolerabilibus actibus, quos ne dicere quidem fas eſt, uerſari docuerunt. Quemadmodum etiam alicubi ſanctiſſimus Apoſtolus dicit, Quæ enim occultè ab ipſis fiunt, turpe eſt etiam dicere. Quod ſi quis uelit oppoſitam ex Spiritu ſancto huius ſectæ euerſionem uidere, huic cognoſcenda eſt ex ſancti Ioannis Apocalypſi, qui ſcribens uni Eccleſiæ ex perſona Domini, hoc eſt Epiſcopo iſthic conſtituto, cum uirtute ſancti angeli in altari, dicit: Habes autem quid boni, quod odio habes opera Nicolaitarum, quæ et ego odi. Alij uero Prunicum quandam colunt, uelut etiam hi. & rurſus fabuloſe ad hanc opinionem turpis operis, ſuos affectus perficientes, dicunt: Prunici uirtutem colligimus à corporibus per fluida, genitu ram uidelicet ac menſes. De quibus paulo pòſt, quum de ipſis ſingulatim dicere aggrediemur, exacte narrabo: non ut polluam aures auditorũ, aut lectorum, ſed ut prudentibus odium magis excitem aduerſus ipſos, & auerſionem ab operatione malorum: non calumniã ſtruens ſceleſtis illis, ſed per ueritatem ea quæ ab ipſis fiunt, in apertum triumphum ducens. Alij porrò ex prædictis Ialdabaoth glorificant, dicuntq; ipſum eſſe primum filium, uelut dixi, Barbelo. Et ob id dicunt oportere ipſi dare honorem, quia multa reuelauit. Vnde & libros quoſdã in nomine ipſius Ialdabaoth efformantes confingunt, & nomenclaturas infinitas barbaricas principum ac poteſtatum in unoquoq; cœlo, aduerſantium humanæ animæ. Et multę omnino inſidiæ ſunt, quæ per ipſorum errorem humano generi tenduntur. Alij rurſus Caulaucauch eodem modo glorificant, principem quendam hunc ſic appellantes, decipere conantes impe-

Prouerbium.

Barbelo quid ſit.

Prunicus quid ſit.

Ialdabaoth quis ſit.

Caulaucauch quis ſit.

peritos

ritos per nominum terriculamenta, & confictam barbaram nominis appellationem. At uero expertis, & his qui ex Deo acceperunt, de singulis nomenclaturis, & uero argumento, scientiæ Dei gratiam, quomodo non cognitu facilia sint fabulosi erroris ipsorum dogmata & promissa? Prunicum enim ubi dicunt, id totum est uoluptatis ex corde excogitatio: & quicquid eius uocis cognationem resipit, lasciuię ac scortationis significationem habet, & corruptionis aggressionem. In his enim corpora stuprant. & Græcus quidam loquendi modus est, ἐπεφυνίκευσε ταύτην, id est stuprauit hanc. Vnde etiam Græcorum impostores, qui res Græcas in fabulis describunt, de pulchritudine dicunt, quod pulchrum est prunicum. Sed & de Caulaucauch quis legentium non riserit? quod dictiones Hebraice probe dictas, & Græce recte expositas, & nunc apud eos qui Græce legunt manifestas, & nihil obliqui habentes, ipsi in simulachrorum effictiones, & in formas, et in substantiuos principatus, & ut ita dicam, statuarũ figmenta efformãt, apud simplices per imaginationem errorem dispergentes, ad turpis & fabulosæ artis ipsorum conseminationem. Caulaucauch enim in Esaia scriptum est, & est quædam dictio in duodecima uisione, ubi dicit: Tribulationem in tribulatione, spem in spe, adhuc paululum, adhuc paululũ expecta. Quare etiam ipsa Hebraica uerba integra hic apponam ad uerbum, uelut scriptum est. Nam saulasau saulasau, significat tribulationem in tribulatione. Caulaucauch caulaucauch, spem in spe: ziersam ziersam, adhuc paululum, adhuc paululũ expecta. Vbi igitur est istorum fabulamentum? Vbi uoluptuarius conceptus phanaticæ ipsorum doctrinæ? Vnde mundo zizania? Quis est qui coëgit homines sibijpsis attrahere perniciẽ? Si enim scientes transmutauerunt nomenclaturas ad imaginationem perditionis, sibijpsis palàm mali autores fuerunt. Si uero ignorãtes dixerunt ea quę non nouerunt, nihil ipsis miserius est. Stulta enim hæc sunt, uelut uerè uidere licet omni ex Deo intelligentiam adepto. Voluptatis enim gratia, tum seipsos, tum obedientes perdiderunt ac perdunt. Spiritus enim erroris, est uelut flatus in tibia, diuersis motibus concitans unumquemq; stolidum contra ueritatem. Nam & ipsa tibia imitamentum est draconis, per quem loquutus est diabolus, & decepit Euam. Ab illius enim figura ad imitationem tibia ab hominibus ad decipiendum facta est. Et uide mihi figuram, quam is qui tibia canit, in tibia facit. Qui enim tibia canit, sursum nutat, & ad dextram ac sinistram se flectit, similiter ut ille. His enim figuris etiam diabolus utitur, ut blasphemiam contra cœlestia ostendat, & quæ in terra sunt dissipet, & simul occupet orbem terrarum, & ad dextram & ad sinistram pessundãs eos qui errori credunt, delectanturq; uocibus erroneis, uelut musico instrumento. Porrò alij ex ipsis uana quædam nomina effingunt, dicentes: Tenebræ erant, & profundum & aqua. Spiritus autem per medium horum, diuisionem ipsorum fecit. Tenebræ uero indignabantur, & molestæ erant spiritui, recurrentesq; implicatæ sunt spiritui, & genuerunt (inquiunt) quandã Metram appellatam, quæ sanè genita concepit in eodem spiritu. Ex Metra uero producta sunt quatuor sæcula. Ex quatuor autem sæculis, alia quatuordecim. Et factę sunt tum ad dextram, tum ad sinistram, lux & tenebræ. Postea uero post omnia hæc, productum esse quoddam turpe sæculum, atq; hoc permixtum esse Metræ suprà indicatę, & ex hoc sæculo turpi ac Metra, natos esse Deos, & angelos, & dæmonas, & septem spiritus. Deprehenditur autem ipsorũ error ex hoc, quod quum ab initio unum patrem dixerint ac definierint, postea multos deos pronunciauerũt, ex quo ostendunt ipsum errorem ea quæ ab ipso falsa proferuntur, contra seipsum armare, & seipsum destruere, ueritate semper ex omni parte emergẽte. Quid igitur dixero aduersus te ô Nicolae? quid disputauero? Vnde nobis affers turpe sæculum, & radicem prauitatis & Metram gignentẽ, & deos multos & dæmonas? Apostolus enim quum dixit, Si quidem sunt qui dicuntur dei, non esse hos ostendit. In eo enim quod dicit, qui dicuntur, ostendit ipsos in eo quod dicuntur solum esse,

Esaiæ locus.

Tibia draconis imitamentum.

Erroris cæcitas.

» non esse autem substantia, sed per quandam opinionem. Nobis autem, inquit, unus
Deus, his uidelicet qui cognitionē ueritatis habent: & non dixit qui dicitur Deus, sed
qui est Deus. Si aũt nobis unus Deus, non amplius multi sunt Dei. Et Dominus in
» Euangelio dicit: Vt cognoscant te solum uerum Deum. quo euerteret opinionem eo
rum qui fabulosa dicunt, & multos deos esse putant. Vnus enim noster est Deus, Pa
ter & Filius & Spiritus sanctus, tres substantiæ, una dominatio, una deitas, una glori
ficatio, non multi dei. Vbi uero complet per te ô Nicolae, id quod à Domino dictum
» est? Sunt Eunuchi, qui eunuchi facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui de ma-
» tris utero sic nati sunt: & sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlo
rum. Quomodo tu teipsum & credentes tibi seduxisti, per lasciuiam ac turpem opera
tionem, ueritatem Dei in iniusticia ac iniquitate detinens ac docens? Vbi uero à te im-
» pletum est illud? De uirginibus præceptum Domini non habeo, cõsilium autem do,
» tanquam misericordiã consequutus, bonum est sic esse. Et rursus, Virgo curat ea quæ
» Domini sunt, quomodo placeat Domino, ut sit sancta in corpore et in spiritu: & quæ
cunque sunt quæ de sanctitate & continentia ac uirginitate proferre liceat. à te enim
omne cœnũ immundiciei impudenter introducitur. Verum scopus hic mihi propo-
situs sit, ut legentes per duo aut tria hæc dicta, ridiculam hæresim tuam destructam ui-
deant. Cæterum hinc progressus consequenter coniugatam huic hæresim, uelut ma-
teriam in multam ubertatem eluxuriantem, & spinarum undiquaq; counitarum densi
tatem, aut multitudinem lignorum ac sarmentorum in agro resiccatorum ad exustio-
nem paratorum ostendam. propterea quod per eandem miserabilis illius Nicolai se-
ctam, uelut per agrestis scabiei, aut lepræ insitionē, alia corpora ex alijs corporibus cor
rumpuntur: ita partim couniti sunt ex ipso, partim ex his qui ante ipsum fuerũt, Simo-
ne dico & alijs. ex quibus occasiones arripuerunt Gnostici, id est cognitores appellati,
uerum penitus condemnandi, propter improbitatem ac turpem actionem in operi-
bus immundis. Nam quum reuera hunc primum modice cõtinentem, deinde à con-
Hydri serpentis natura. tinentia digressum, instar hydri serpentis, qui ex aqua in terram reuertitur, et rursus ad
aquam redit, per calamum CHRISTI nobis in manum traditum percusserimus ac
perdiderimus, deinceps ad sequentes hæreses transeamus.

Contra Gnosticos appellatos, sectam ex ordine XXVI.

GNostici diuersimode ab hoc enati, homir es seducti, ad probationem ueritatis, ue
lut ab amaritudine fructus ipsi (id quod omnibus manifestum est, ac facile depre-
hensu, non modo credentibus, sed ferè etiam incredulis) in mundo efflorueruũt. Nam
Metram & turpitudinem & alia dicere, quomodo non ridiculum uideatur omnibus
hominibus, Græcis & Barbaris, sapientibus ac stolidis? Multa uero calamitas est, &
maxima miseria, eos qui in condemnatione a errore sunt, immitere nobis sectarũ prin
cipes, & in nos insurgere uelut ferarum multitudinem, & uexationes ac graueolentias,
pruritusq; ac attritiones nobis inducere, per fabulosum ipsorum errorem. Hi autem il
li Nicolao coniuncti, & rursus ex ipso uelut ex fœcundo serpentis aut aspidis ouo scor
pij geniti, quædam inanis soni nomina nobis introducunt, & libros faciunt, Noriam
quendam librum appellantes, & ex opinione Græcæ superstitionis, fabulosas nugas
ac imaginationem apud ipsos Græcos transmutantes, sic mendacium ueritati impli-
Noria, Pyrrha dicta. cant. Hanc enim Noriam dicunt esse Noë uxorem. Vocant autem Noriam, quo ea
quæ apud Græcos ementita sunt, barbaricis nominibus ipsi transformantes, deceptis
ab ipsis imaginationem inducant, ut sanè per interpretationem Pyrrhæ nomen faciãt,
Noriam hanc ipsam appellantes. Nora enim in Hebraica lingua non ita exacta, ignem
significat, qui pyr Græcis dicitur, imò etiam in Syriaca lingua. Verum Esauth appella
tur apud Hebræos exacte loquentes, ipse ignis. Itaq; contigit ipsis, ut per ignorantiam
& im-

& imperitiam hoc nomine usi sint. Neque enim quæ Pyrrha est apud Græcos, neq; Noria ab ipsis excogitata, sed Barthenos uxor Noë fuit. Nam Græci dicunt Deucalionis uxorem Pyrrham appellari. Deinde causam proponunt hi qui Philistionis dogmata nobis rursus producunt, quod quum uoluerit sæpe cum Noë in arca uersari, non permissa est, principe (inquiunt) qui mundum creauit, uolente ipsam perdere, unà cum alijs omnibus in diluuio. Ipsam uero consedisse in arca, eamq; incendisse, non semel atque iterum, sed sæpe. Vnde sanè ad multos annos arcæ ipsius Noë structura deuenit ac extenta est, eo quod sæpe ab illa fuit incensa. Erat enim, inquiunt, Noë obediens principi. Noria uero supernas uirtutes reuelauit, & de uirtutibus ipsam Barbelo contrariam principi, uelut etiam aliæ uirtutes. Et fabulam subtexunt: Quod oportet ea quæ spoliata sunt à superna matre, per principem qui mundum fecit; itemq; alios deos qui cum ipso sunt, & angelos ac dæmones, à uirtute quæ in corporibus est colligere, per defluxum masculorum ac fœminarum, & in summa, malis refertam omnem suam tenebrarum cæcitatem ostendunt. Multum enim temporis insumerem, si hic descriptionem de his factam exacte recensere uellem, ita ut absurda falsò appellatæ cognitionis ac scientiæ dogmata singulatim exponerem. Alij porrò ex ipsis diuersimode rursus afflicti, oculosq; suos lancinantes ac lancinati, Barcabbam quendam prophetam introducunt, dignum ipsorum nomine. Cabba enim Syriaca lingua scortationem significat, Hebræa uero occisionem. Et rursus exponitur, quarta pars mensuræ. Ludibrio autem & uisu, imò potius miseratione dignum est huiusmodi factum, apud eos qui nomen hoc norunt in proprijs linguis. Afferunt autem nobis ex hoc admirando Propheta turpem narrationem, quo corruptibilibus corporibus permisceri persuadeamur, & à spe excidamus, non uerentes ipsis uerbis scortatoria ac amatoria Veneris facta recensere. Alij rursus ex ipsis confictum & illiciens quoddam inducunt poëma, cui nomen impositum, Euangelium perfectionis. Et reuera non est hoc euangelium, at perfectio luctus. Omnis enim mortis perfectio in tali diaboli subseminatione continetur. Alij uero non uerentur dicere Euangelium Euæ. in nomen enim ipsius, nimirum ut quæ inuenit nomen cognitionis, ex reuelatione serpentis qui ipsam alloquutus est, sationem supponunt ac suggerunt. Et quemadmodum in instabili mente ebriosi ac delirantis, non æqualia possunt esse uerba, sed alia ex risu effecta, alia fletu plena: sic impostorum illorum per omnes modos prauitatis subseminatio facta est. Procedunt autem à stultis testimonijs ac uisionibus, in euangelio quod iactant. Sic enim tradunt: Stabam in monte alto, & uidebam hominem longum, & alium mutilum, & audiui uelut uocem tonitrui, & accessi ad audiendum, & dixit ad me, & ait: Ego tu, & tu ego. Ego ubi sanè fueris, illic ego sum, & in omnibus sum sparsus, & unde uolueris colligis me. Me autem colligens, teipsum colligis. At ô diaboli subseminationem, unde mentem humanam euertit, & ad stulta ac non consistentia à ueritatis doctrina distraxit. Non est enim ferè opus mentis compoti, ut ex scriptura, aut exemplis, aut alia aliqua re, horum euersionem faciat. Qui enim recta ratione præditus est, statim ipsorum fatuitatis fabulam, & adulteratum opus cognoscit ac deprehendit. Hæc itaque & talia introducentes Gnostici Nicolai hæresi copulati, à ueritate excidunt, non solum mentem eorum qui ipsis fidem habent, euertentes, sed etiam corpora & animas per scortationes ac multiplicem coitum in seruitutem adigentes. Ipsam enim suam synaxim ac communionem turpitudine multiplicis coitus polluunt, comedentes ac contingentes tum humanas carnes, tum immundicias, ut ne audeam quidem totum eloqui, nisi sanè cogerer, propter excellentem animi mei dolorem, ab his quæ uanè ab ipsis fiunt stupore perculsus. Ad qualem magnitudinem ac profunditatem malorum, hostis hominum diabolus ducit ipsi credentes: ut polluant & mentem & cor,

Noë uxor Barthenos, Philistion poëta.

Barcabbas propheta.

Synaxis abominabilis.

& manus, & ora & corpora, & animas, eorum qui ab ipso in tanta cæcitate erudíti sunt. Timeo autem ne forte magnum hoc uenenum totum reuelem, uelut cuiusdam Basiliſci serpentis faciem, ad perniciē magis legentium quàm ad correctionem. Polluit enim reuera aures magnæ huius audaciæ blaſphema collectio, & hæc turpitudinis coaceruatio ac enarratio: & fraudulentæ huius turpis operationis cœnoſa maleuolentia. Apud quoſdam autem Borboriani appellantur. Alij Coddianos ipſos cognominant. Codda enim Syriaca lingua dicitur patina, aut catinus. ex eo quod non poſſint aliqui cum ipſis cibum ſumere, ſed priuatim inquinatis edulia dentur, & quod non poſſit quis uel panem cum ipſis comedere propter inquinationem. Et propter cohabitatores, ſeparatos ipſos habentes, Coddianos cognominauerunt. Iidem in Ægypto Stratiotici uocantur, & Phibionitæ, uelut ſuprà ex parte dictum eſt. Quidam ipſos Zacchæos appellant. alij Barbelitas. Attamen quia neque præterire poſſum in totum, cogor omnino effari. Nam & ſanctus Moſes Spiritu ſancto plenus ſcribit: Si quis uiderit cædem, & non manifeſtauerit, maledictus fuerit talis. Quapropter non poſſum magnam hanc cædem, & magnam iſtam lethalem operationem ſilentio præterire, & non declarare. Fortaſſis enim ubi declarauero prudentibus hunc lapſum, uelut puteum interitus, timorem ac horrorem inducam, ad hoc ut non ſolum uitent, ſed etiam lapidibus impetant obliquum illum ſerpentem, ac baſiliſcum in profundo barathro latitantem, ut ne appropinquare quidem alicui audeat. Atque hæc quidem iam de ipſis relata, quum pauca quædam ſint, in parte locentur. Ingrediar autem in domum profunditatis lethalis de ipſis narrationis. Diuerſa eſt enim apud ipſos peruerſa uoluptatis ipſorum doctrina. Primum equidem communes uxores habent, & ſi quis peregrinus acceſſerit de ipſorum dogmate, ſignum eſt apud ipſos uirorum ad fœminas, & fœminarum ad uiros, in extendendo manum, ad ſalutationem uidelicet, ſubter palmam, contrectationē quandam titillationis per hoc ſe inducere oſtendentes, quod eiuſdem religionis ſit qui acceſſit. Hinc igitur mutua cognitione accepta, ſtatim ad epulationem conuertuntur. Larga uero & opipara edulia, carnis eſum, & uini potum apponunt, etiamſi pauperes fuerint. Ex hoc autem ubi compotarunt, & uenas (ut ita dicam) ſatietate impleuerunt, ad œſtrum ſe conuertunt. Et uir quidem concedens uxorem alteri ad ipſam dicit, Surge, fac dilectionem cum fratre. Miſeri autem illi ubi inter ſe mixti fuerunt, & reuera erubeſco dicere turpia quæ apud ipſos fiunt, iuxta Apoſtoli illius ſancti dictū, nempe, Quæ apud ipſos fiunt, turpe eſt etiam dicere: attamen non erubeſcam dicere, quæ ipſi facere non erubeſcunt, ut omnibus modis horrorem incutiam audientibus turpia quæ ab ipſis perpetrantur facinora. Poſtquam enim inter ſe permixti fuerunt per ſcortationis affectum, inſuper blaſphemiam ſuam in cœlum extendunt. Et ſuſcipit quidem *Seminis humani eſus.* muliercula, itemq; uir fluxum à maſculo, in proprias ſuas manus, & ſtant ad cœlum intuentes, & immundiciam in manibus habentes, & precantur nimirum Stratiotici quidem & Gnoſtici appellati, ad patrem, ut aiunt, uniuerſorum, offerentes ipſum hoc quod in manibus habent, & dicunt: Offerimus tibi hoc donum corpus CHRISTI, & ſic ipſum edunt, aſſumentes ſuam ipſorum immundiciam. & dicunt, hoc eſt corpus CHRISTI, & hoc eſt paſcha. Ideo patiuntur corpora noſtra, & coguntur confiteri paſſionem CHRISTI. Eodem uero modo etiam de fœmina, ubi contigerit ipſam in ſanguinis fluxu eſſe, menſtruum collectum ab ipſa immundiciei ſanguinem, ac- *Menſtrui ſanguinis eſus.* ceptum in communi edunt, & hic eſt (inquiunt) ſanguis CHRISTI. Quapropter etiam quum in Apocryphis legerint: Vidi arborem ferentem duodecim fructus in anno, & dixit mihi, hoc eſt lignum uitæ: ipſi figuratè interpretantur ad fluxum mulierem ſingulis menſibus fientem. Porrò ubi inuicem coëunt, liberorum generationem auerſantur, & interdicunt. Non enim ad generandam ſobolem corruptio apud ipſos inſtitu ta

inſtituta eſt, ſed uoluptatis gratia, diabolo illudente talibus, & ſeductam errore Dei creaturam ſubſannante. Verum uoluptatem quidem perficiunt, in ſeipſos uero aſſumunt ac ingerunt immundiciei ſuæ ſemina: non ad liberorum generationem deijcientes, ſed ipſi turpitudinem edentes. Si uero etiam quis præoccupatus fuerit, ut immittat deiectionem defluxus naturalis, & prægnans facta fuerit mulier, quid grauius ac horribilius deſignent tales, audi. Detractum enim fœtum, quocunque tandem tempore id aggreſſi fuerint, accipiunt, & in mortario quodam piſtillo tundunt, & ammixto melle ac pipere, & alijs quibuſdam aromatis ac ungentis, ad auertēdam nauſeam, ſic congregati omnes porcorū ac canum horum ſodales, participes fiunt contuſi pueri. atque ſic humanæ carnis eſu peracto, deinceps preces fundunt ad Deū, quod non illuſum eſt nobis (inquiunt) à principe concupiſcentiæ, ſed collegimus delictum fratris. Et profectò hoc perfectū paſcha ducunt. Sed et alia horrenda ipſi audent. Quum enim rurſus inſaniam in ſeipſis conceperint, imbutis manibus turpitudinis ſuæ defluxu ſurgunt, & manus ſuas inquinatas habentes, nudi toto corpore precantur, tanquam per huiuſmodi operationem inueniant dicendi apud Deum libertatem. Corpora autem ſua, tum muliebria, tum uirilia noctu ac diu curant ungentis, balneis, epulationibus, concubitibuſq; & ebrietatibus uacantes. Et deteſtantur ieiunantem, dicentes quod non oportet ieiunare. principis enim eius qui ſæculum fecit, eſt ieiunium: uerum oportet nutriri, ut corpora ſint robuſta, quo poſſint fructum reddere in tempore ſuo. Vtuntur autem & ueteri & nouo Teſtamento. Auerſantur autem eum qui loquutus eſt in ueteri Teſtamento. & ubi uerbum repererint aliquod quod contra ipſos ſententiam habere poteſt, dicunt hoc à ſpiritu mundano profectum eſſe. Si uero aliqua ſententia ad ſimilitudinem concupiſcentiæ ipſorum formari poterit, non ut habet uerbum, ſed uelut habet mens ipſorū decepta, hanc ad cupiditatem ſuam tranſmutantes, dicunt ex ſpiritu ueritatis ipſam proceſſiſſe. Et hoc eſt (inquiunt) quod dixit Dominus de Ioanne: Quid exiſtis in deſertum, ut uideretis arundinem quæ à uento agitatur: quoniam non erat (inquiunt) perfectus Ioannes, agitabatur enim à multis ſpiritibus, ad ſimilitudinem arundinis quæ ab unoquoque uento commouetur. Et quum quidem ueniebat ſpiritus principis, Iudaiſmum prædicabat: quum uero Spiritus ſanctus, de CHRISTO loquebatur. Et hoc eſt, aiunt, quod qui minor eſt in regno cœlorum, maior eſt illo: de nobis (inquiunt) dixit. nam qui inter nos minor eſt, maior illo exiſtit. Et ſtatim obturantur talium ora ab ipſa ueritate. Ex coniunctis enim palàm ueritas oſtendetur, & locutionis promiſſum explicabitur. Si quidem enim Ioannes mollibus ueſtibus amictus fuiſſet, & in domibus regum uixiſſet, recta eſſet pro ipſis locutio, & recta ad ipſum redarguendum eſſet. Si uero dixit, Quid exiſtis, ut uideretis hominem mollibus ueſtibus amictum: & non ſic habebat: non ad Ioannem mollia non geſtantem ſermonis conuicium referendum eſt, ſed ad eos qui ſic Ioannem ſe reperturos eſſe putarant, & ab his qui in ædibus regum ſunt, ſæpe per ſimulationem adulatores admiſerant. Sperabant enim hi ſe à Ioanne laudes adepturos eſſe, ac prædicationes ob delicta quæ quotidie ab ipſis fiebant. Quum uero non reperiſſent, ad ſubuertendos ipſos à Saluatore, dictum eſt, Quid putabatis, uos reperturos eſſe hominem aſſentientem ueſtris affectibus: uelut apud eos qui molles ueſtes geſtant. Non ſic. Non enim eſt Ioannes arundo, quæ hominum ſententijs agitatur: aut qui ab unaquaque ſimulatione ac fraude, inſtar commotæ arundinis commoueatur. Quandoquidem uero dixit, Inter natos mulierum non eſt maior Ioanne: ut ne putarent aliqui etiam ipſo Saluatore maiorem eſſe Ioannem, quoniam & ipſe Saluator à muliere ſemper uirgine Maria natus eſt per Spiritum ſanctum, cautos nos faciens dixit: Qui minor eſt in regno cœlorum, maior eſt ipſo, hoc eſt tempore aduentus ipſius in carnem. Quandoquidem enim poſt natiuitatem Ioannis, ſemeſtri temporis interuallo natus

Humanæ carnis eſus.

est Saluator, maior uidelicet ipso existens, erat enim semper, & est. cui uero hoc non manifestum est? Igitur uanè omnia apud ipsos conficta sunt, à bonis ad mala transmutata. Et libri quidem ipsorum multi sunt. Interrogationes enim quasdam Mariæ edunt. Alij in prædictum Ialdabaoth, & in nomen Seth multos libros proponunt. & alias reuelationes ipsius Adam dicunt. Alia item Euangelia in nomine discipulorum conscribere ausi sunt. Non erubescunt autem dicere, ipsum Saluatorem nostrum & Dominum IESVM CHRISTVM hanc turpem operationem ipsis reuelasse. In magnis enim interrogationibus Mariæ, (sunt enim paruæ quoque ab ipsis confictæ) proponunt ipsum reuelare ipsi, ubi assumpserat ipsam in montem, & precatus esset, & ex latere suo mulierem eiecisset, & cum ipsa commiscere cœpisset. Et sic nimirum ipsum, ubi defluxum suum assumpsisset, indicasse illi, quod oporteat sic facere, ut uiuamus. & Maria turbata, ac in terram collapsa, ipsum rursus illam leuasse, ac ipsi dixisse, Cur dubitasti modicæ fidei? Et dicunt quod etiã hoc est quod dictum
» est in Euangelio: Si terrestria dixi uobis, & non credidistis, cœlestia quomodo crede
» tis? Et hoc, Quum uideritis filium hominis redeuntem ubi erat prius: hoc est defluxum in se suscipientem, unde etiam exiuit. & quum dixit: Nisi comederitis carnem
» meam, & biberitis meum sanguinem. Et quum discipuli turbarentur ac dicerent, quis potest hoc audire: dicunt, quod de turpitudine ipsi sermo erat. Quapropter etiã conturbati fuerunt, & abierunt retrorsum. nondũ enim erant (inquiunt) in complemen
» to firmati. Et quum dicit Dauid, Erit uelut lignum quod plantatum: est iuxta decursus aquarum, quod fructũ suum dabit in tempore suo: de turpitudine uiri, inquiunt, dicit, in exitum aquarum. & quod fructum suum dabit: uoluptatis, inquiunt, influxum dicit. Et folium eius non defluet: quoniam non sinimus ipsum in terram cadere, sed ipsi ipsum edimus. Et ut ne testimonia ipsorum in medium adducendo, magis lædam quàm prosim, ea de causa multa præteribo. Alioqui omnia quæ ab ipsis dicun-
» tur, hic apposuissem, ac publicassem. Nam quod dicitur, inquiunt, posuisse Raab coccinum in fenestra: Non erat, inquiunt, coccinum, sed membrum muliebris naturæ, et
» coccinum menstruum sanguinem dicit. Et quod dicitur, Bibe aquas de uasis tuis: de hoc dicitur. Asserunt autem carnem perire, et non resurgere, esse uero hanc principis. Verum uirtutem quæ in menstruo sanguine est, & in ipsis genitalibus seminibus, animam esse dicunt: quam colligentes, inquiunt, edimus: & quæcunq; nos edimus, siue carnes, siue olera, aut panem, aut aliud quid, gratificamur creaturis ab omnibus animam colligentes, & nobiscum ad cœlestia transferentes. Quapropter etiam omnium carnibus uescuntur, ut misereamur, inquiunt, generis uestri. Aiunt autem eãdem animam esse & in animalibus, & in feris, & in piscibus & serpentibus ac hominibus insitam esse. itemq; in oleribus, & arboribus, ac fructibus. Et qui ex ipsis Phibionitæ appellantur, offerunt turpes suas oblationes scortationis hic à nobis antea relatas, nominibus trecentis sexaginta quinq;, quæ ipsi effinxerunt, principũ uidelicet, illudentes mulierculis, ac dicentes: Coito mecum, ut te offeram sursum ad principem. Et per singulos coitus nominãt unius cuiusdam nomen barbarum, ex his qui apud ipsos seducti fuerunt. & sanè precantur dicentes, Offerimus tibi, ut offeras illi. Rursus uero in alio coitu, rursus alij se offerre dicit, ut & ipse alij offerat. Et donec trecentos sexaginta quinq; lasciuiæ casus ascenderit, aut potius fecerit, per singulos nomen quoddam inuocat, hoc ipsum agens. Et incipit rursus per eosdẽ descendere, easdem turpitudines perficiens, & deceptis illudens. Quum itaq; ad tantam numeri molem peruenerit septingentorum triginta casuum, hoc est coituum turpium, & nominum apud ipsos fictorum: tunc de cætero audet talis, ac dicit, Ego sum CHRISTVS, quoniam ex supernis descendi per nomina trecentorum sexaginta quinq; principum. Cæterum maiorum secundũ ipsos principum hæc nomina esse dicunt, in primo quidem cœlo esse

Libri Gnosticorum.

Iao principem. In secundo uero Saclam principem scortationis. In tertio Seth princi- *Cœlorum multitudo.*
pem. In quarto uero dicunt esse Daden. Quartum enim ac tertiū cœlum esse asserūt. Imò etiam aliud quintum, in quo dicunt esse Eloæum, qui & Adoneus appellatur. In sexto uero alij Ialdabaoth esse dicunt, alij Elilæum. Alij etiam septimum cœlum constituunt, in quo aiunt esse Sabaoth. Alij hoc negant, & Ialdabaoth in septimo esse pronunciant. In octauo uero eum quæ Barbelo appellatur, & patrem uniuersorū & dominum eundē per se patrem, & CHRISTVM alium per se genitū, & CHRISTVM hunc qui descendit, & ostendit hominibus hanc cognitionē, quem etiam IESVM dicunt. Non esse autem ipsum à Maria natum, sed per Mariam ostensum: carnem uero ipsum non suscepisse, sed solum apparentiā esse. Traduntautem Sabaoth, alij asini formam habere, alij porci: quapropter mandatū est, inquiunt, Iudeis, ut porcū ne edant. Esse autem ipsum creatorē cœli ac terræ, & cœlorum qui post ipsum sunt, & angelorū suorum. Cæterū animam in exeundo hinc pertransire per hos principes, non posse autem penetrare, nisi in cognitionis, imò potius cōdemnationis huius cōplemento fuerit, & saturata principū ac potestatum manus effugerit. Esse uero principem qui continet ac possidet hunc mundū draconis specie præditū, ac deuorare animas non in cognitione existētes, & per caudā rursus detorquere in mundū, & hinc in porcos, & alia animalia, ita ut per ipsa rursus sursum ferantur. Si uero quis, inquiunt, in hac cognitione fuerit, & collegerit seipsum ex mundo per menstruū sanguinem, & per hos concupiscentiæ fluxus, eum nō amplius hic detineri, sed prædictos principes transscendere. transire uero aiunt ad Sabaoth, & calcare in caput ipsius, effreni lingua blasphemantes: atq; sic trāsscendere ad supernam partem, ubi est materiuientiū Barbero siue Barbelo appellata, & hoc modo animā saluari. Sed & pilos muliebres eundē habere miseri illi dicunt, putātes nomen Sabaoth principē aliquem esse, ignari quod ubi dicit Scri "
pturam, Hæc dicit Dominus Sabaoth: non nomen alicuius dixit, sed nomen glorifica *Sabaoth quid sit.*
tionis deitatis. Sabaoth enim interpretari poteris ex Hebraica lingua, dominū uirtutum. Vbi enim in ueteri Testamento nomen Sabaoth scriptū est, uirtutem significat. Vnde Aquila ubiq; Adonai Sabaoth interpretat̄ dicens, dominus exercituū. Hi uero omnibus modis furiosi, cōtra suum dominū, eum qui non est quærūt, & eum qui est "
amiserunt, imò potius seipsos perdiderūt. Sunt & alia quæ nugātur, quibus diu exari, est ipsorū insaniā recensere. Quidā uero ex ipsis mulieribus ad coitū non utentes, pro "
prijs suis manibus seipsos corrūpunt, & suam corruptionē in manus sumunt, & sic "
edunt, utentes ementito testimonio: Manus hæ suffecerunt nō solum mihi, sed & his "
qui mecū sunt. Et rursus hoc, Operantes proprijs manibus, ut possitis etiā non haben "
tibus impertiri. Quare de his arbitror cōmotus est & Spiritus sanctus, in apostolo Iuda, in catholica inquā epistola ab ipso scripta. Iudas aūt hic est, qui frater Iacobi & Domini dicitur. Ostendit enim ipsos Spiritus sanctus per uocē Iudæ, quod ad brutorum "
similitudinē corrumpantur & corrūpant, qui dicit quod quæ quidē nō sciunt, in his "
ignorantes capiuntur. quæ uero sciunt, in his uelut bruta corrūpuntur. Instar canum "
enim & suū corruptionē à seipsis perficiunt. Canes enim & sues, itēq; alia animātia sic *Iudæ apostoli locus.*
corrūpuntur, & defluxū à corporibus suis edunt. Nam uerè somniātes, carnem pol- "
luunt, dominationē aūt ignominia afficiunt, maiestates uero blasphemāt. At Michael "
archāgelus disputans cū diabolo de corpore Mosis, nō tulit blasphemiæ sermonē, sed "
dixit, Increpet te Deus. At hi quę nō sciunt naturaliter, ea blasphemant. Nā sancta sanctorum, quę cū sanctificatione nobis tradita sunt, blasphemāt ipsi dum in turpitudinē "
transmutant̄. Et hęc sunt quæ cōtra apostolos dicere ausi fuerūt, uelut etiā beatus Paulus inquit: Quare quidā ausi fuerūt nobis dicere, Faciamus mala, ut ueniāt in nos bo- "
na, quorū iudiciū iustū est. Quot uero alia producere possim contra blasphemos testimonia: Hi enim sunt qui proprijs manib. corrūpuntur: & nō hoc solū, sed & qui cum

mulieribus coëunt, & deinceps multiplici cum fœminis commixtione non exatiati,
» in seipsos mutuò exardent, uiri in uiros, uelut scriptum est, erroris remunerationem
in seipsis recipientes. Exoleti enim ipsi facti, beatos prædicant se mutuò, uelut qui
rem præclaram susceperunt. Imò etiam decipiunt credulum ipsis muliebre genus,
illud peccatis refertum, & uarijs cupiditatibus ductum. Dicunt enim deceptis ab
ipsis, Illa uirgo tot annis corrupta est, & quotidie corrumpitur, nullã enim satietatem
ipsorum lasciuia habet, sed quanto magis quis apud ipsos turpia operatur, tanto
plus laudatur. Illas autem uirgines esse dicunt, quæ nunquam in mundana com-
mixtione nuptiarum, iuxta naturalem consuetudinem fuerunt usque ad seminis de-
iectionem, sed coëuntes semper ac scortantes, uerùm antea quàm absoluta sit uolu-
ptas, remouentes maleficum communionis ipsarum corruptorem, & relatam tur-
pitudinem in cibum sumentes, ad similitudinẽ improbitatis ipsius Selom erga Tha-
mar: & quæ à uirginitate hanc artem didicerunt, ut corrumpantur quidem, non su-
scipiant autem corruptionis mixturam ac defluxum. Blasphemant autem non so-
lum Abraam, & Mosem, & Heliam, & omnem chorum prophetarum, sed etiam
Deum qui ipsos elegit. Sed & alia innumera apud ipsos conficta in literas referre au-
Stirps Mariæ, libri appellatio si sunt. Stirpem etenim Mariæ, librum quendam esse dicunt, in quo horrenda quæ-
dam ac pernicioſa exprimentes referunt. Ex hac enim causa (inquiunt) Zachariam
occisum esse in templo, quoniã uisionem uidit, & ex timore uolens narrare uisionem,
oris obturationem pertulit. Vidit enim (inquiunt) in hora suffitus, quum suffitum fa
ceret, hominem quendam stantem asini formam habentem: & quum egressus esset, ac
dicere uellet, Væ uobis quem adoratis, obturauit ipsius os ille qui uisus est ab ipso
in templo, ut loqui non posset. Quum uero aperiret os suum ut loqueretur, tunc re
Zachariæ cædis causa ridicula. uelauit ipsis, & occiderunt ipsum, & sic mortuus est Zacharias. Ob hoc enim præ-
ceptum est sacerdoti, ab ipso legislatore, ut habeat tintinabula, quo quum ingredia-
tur ad faciendum sacra, is qui adoratur audito tintinabulorum sonitu se occultet, ut
ne deprehendatur formæ ipsius expressa facies. Est autem uniuersum stoliditatis ipso
rum studium deprehensu facile, & ludibrio plenum. Si enim omnino uisibilis erat is
cui sacra fiunt, neque occultari certè potuit. Si uero occultari omnino potuit, inuisi-
bilis non erat. Et rursus aliter ipsos alloqui licet: Si uisibilis erat, corpus igitur erat, &
non spiritus. Si uero spiritus erat, non amplius inter uisibilia expenditur. Quomo-
do igitur id quod inter uisibilia non æstimatur, à tintinabulorum sono prouidebat
sibijpsi subterfugium? Quum enim ex natura habeat ut sit inuisibile, non uideri po
terat si non uoluisset. Si uero etiam uisum esset, non iuxta necessitatem uisum esset, ita
ut natura ipsum duceret ad conspectum, sed per gratiam, non timore & præoccupa-
tione præter expectationem citra editum sonum, uisionem suam in propatulum pro-
ponentis. & sic omnibus modis falsus & confictus ipsorum sermo dilabitur. Multa
præterea alia sunt delyra quæ dicunt, & quidem quum Zacharias non sit occisus sta
tim, sed superstes fuerit dies aliquot post Ioannis natiuitatem, & prædixerit de Ioan
ne, & de aduentu CHRISTI, & natiuitate in carne, ex sancta uirgine Maria,
» per Spiritum sanctum, uelut dicit: Et tu puer propheta altissimi uocaberis, præi-
» bis enim ante faciem Domini, ut pares uias eius, & conuertas corda patrum ad li-
» beros, & inobedientes in intelligentia, & cætera. Quot uero alia referre possem de
Leuitæ. nugacitate ipsorum, atque inquinamentis? Porrò qui Leuitæ apud ipsos uocantur,
non miscentur fœminis, sed ipsi inter se mutuò miscentur. Et hi sunt præcipui a-
pud ipsos, & laudatissimi. Derident deinde eos qui politiam ac uitam honestam
exercent, castitatem que ac uirginitatem, uelut qui frustra laborem insumant. Pro-
Euangelium Philippi. ferunt autem in nomine Philippi sancti Apostoli confictum Euangelium, Quoni-
am reuelauit mihi (inquit) Dominus, quid oporteat animam dicere, in eo quod

ascendit

aſcendit ad cœlum, & quomodo ſingulis ſupernis uirtutibus reſpondere. Nam cognoui meipſam (inquit) & collegi meipſam undiquaque, & non ſeminaui liberos principi, ſed eradicaui radices ipſius, & collegi membra diſperſa, & noui te quis es. Ego enim (inquit) ex ſupernis ſum, & ſic (inquit) dimittitur. Si uero reperta fuerit genuiſſe filium, detinetur infernè, donec proprios liberos poſſit recipere, & retrahere in ſeipſam. Atque hæc ſunt deliramenta ac fabulæ ipſorum. Quemadmodum & de ſancto Helia blaſphemias dicere audent. Quando aſſumptus eſt (inquiunt) *Heliæ aſſumptio.* rurſus deiectus eſt in mundum. Venit enim (inquiunt) una ex dæmonibus, & tenuit, & dixit ipſi, Quò uadis? habeo enim liberos à te, & non poteris aſcendere, & hic dimittere liberos tuos. Et dixit (inquiunt) Helias, Vnde habes liberos à me, quum ego in caſtitate uixerim? & dixit illa (inquiunt) Certe quando inſomnia ſomnians ſæpe in defluxu corporum euacuatus es, ego eram quæ aſſumpſi à te ſemina, & genui tibi filios. Multa uerò eſt ſtulticia eorum qui talia dicunt. Quomodo enim poteſt dæmon, qui ſpiritus eſt immundus & incorporeus, corpora aſſumere? Si uero etiam à corporibus aſſumit ac concipit, non amplius eſt ſpiritus, ſed corpus. Quum autem corpus eſt, quomodo eſt inuiſibile & ſpiritus? & multa eſt ſtolidita tis ipſorum abſurditas. Volunt enim teſtimonium contra ipſos ex epiſtola Iudæ, magis pro ſeipſis uidelicet producere, dum dicit: Somniantes carnem quidem pol « luunt, dominationem autem ignominia afficiunt, maieſtates uero blaſphemant. « Non dixit autem beatus Iudas, frater Domini, de his qui ſomniant in corporibus: *Iudæ apoſtoli locus.* ſtatim enim infert ac oſtendit: quod de ſomniantibus dicit, qui loquuntur uelut per ſomnia uerba ſua, & non per ſobrietatem uigilantis rationis. Nam & de doctoribus in Hieruſalem dicit Eſaias: Omnes canes muti, non potentes latrare, ſomnian « tes concubitum. & cætera. Et ſanè hic in epiſtola Iudæ oſtendit dicens, Somnian- « tes concubitum, quæ non ſciunt dicentes. & oſtendit quod non de inſomnijs in ſomno dicit, ſed de fabuloſa ipſorum tragœdia ac nugacitate, quæ uelut per ſomnum profertur, & non à ſana mente. Cæterum reuera moleſtus ſum omnia recenſendo. Dei enim ſolius eſt occludere huius graueolentiæ profunditatem. & tranſibo ex hoc loco, precatus uniuerſorum regem Deum, ut nemo in hoc cœno hæreat, & neque mens mea particeps fiat fœtidæ immundiciæ. Primum equidem apoſtolus Paulus prauitatis ipſorum radicem exſcindit, de uiduis iunioribus præcipiens: Viduas (inquit) iuniores reijce, poſtquam enim laſciuierunt contra CHRISTVM nubere uolunt, habentes iudicium, quoniam primam fidem reiecerunt. Ve rum nubant, liberos gignant, domum gubernent. Si autem Apoſtolus dicit, eas de « bere liberos gignere, ac domum gubernare: hi uero interdicunt liberorum generationem, ſerpentis eſt & prauæ doctrinæ conatus. Victi enim uoluptate ſcortationis, excogitant ſibijpſis immundiciæ prætextus, quo uideantur ſuam petulantiam exple re. Et oportebat quidem hæc neque dicere, neque digna putare quæ in literas referantur, uerum ſepeliri uelut mortuum quendam fœtidum, & peſtilentem graueolentiam exhalantem, ut ne etiam per aures læderet homines. Et ſi quidem præterijſſet talis hæreſis, & non eſſet amplius in mundo, bonum eſſet hanc ſepelire, & neque omnino de ipſa dicere. Quandoquidem uero & peragitur, & uos inhortati eſtis nos, ut de omnibus dicamus, partes ipſius coactus recenſui, ut ueritatem non ſilentio prætéream, ſed exponã, ad auertendos quidem auditores, ad confuſionẽ uero eorũ qui faciunt. Vnde enim non licuerit nobis oſtendere cædes apud ipſos, & monſtroſa opera, & myſteria diaboli, ex uerſutia eiuſdem diaboli attonitis illis datas. Et ſtatim quidem redarguuntur de eo quod imaginantur ac prætexunt de ligno, in primo pſalmo relato, Quod dabit fructum ſuum in tempore ſuo, & folium eius non defluet. Superius enim poſitum eſt: In lege ipſius meditabitur die ac nocte. Legem autem «

& pro-

& prophetas hi abnegant. Si uero legem Domini abnegãt, unà cum lege etiam eum qui loquutus est in lege, calumnijs impetunt. Errant autem per opinionem, & à ueritate exciderunt. Et iudicium futurum non putant, neque resurrectionem confitentur. Quæ uero faciunt in corpore uoluptate repleti, his fruuntur, diabolicis uoluptatibus ac concupiscentijs debacchantes. Ita penitus & ubique à ueritatis doctrina redarguuntur. Ioannes enim dicit, Si quis uenit, inquit, ad uos, & non fert doctrinam hanc. Qualem uero dicit? quæ non confitetur CHRISTVM in carne uenisse, Antichristus est. & nunc Antichristi multi sunt, nimirum quum hi Antichristi sint, qui CHRISTVM in carne uenisse non confitentur. Sed & ipse Saluator dicit: Qui digni facti sunt regno cœlorum, neque matrimonium contrahunt, neque elocantur, sed sunt æquales angelis. Et non hoc solum, uerum ut etiam ostenderet manifestam castitatem, & sanctimoniam per sanctificationem, dicit Mariæ: Ne me attingas, nondum enim ascendi ad Patrem. ut ostenderet puritatem non participantem corporibus, & immixtam. Sed & in alio loco dicit uaticinans Spiritus sanctus, tum propter priores, tum propter posteriores: Beata sterilis & impolluta, quæ non nouit concubitum in delicto, & eunuchus qui non operatus est manibus iniquitatem. quo etiam rescinderet per fabulas, ipsorum turpes in manibus actiones. Quot uero etiam alia dicere licet? uelut quũ Apostolus dicit, Quæ nupta non est, & uirgo, curat quæ Domini sunt, quomodo Domino placeat: hoc autem dicit, ut cui delatum est, non frustra ostendere castitatem in ueritate ex Spiritu sancto. Deinde uero de his quæ reuerendas nuptias habent, dicit: Honorabiles sunt nuptiæ, & cubile impollutum. Scortatores autem & adulteros iudicabit Deus. Sed & contra ipsos exclamat, scribens Romanis, ac turpia reuelans eorum qui improbas actiones operantur, dicens: Nam & fœminæ naturalem suum usum transmutauerunt in innaturalem. Et de masculis: Masculi in masculis turpitudinem operantes. Quin & in epistola ad Timotheum de his dicit: In extremis diebus instabunt tempora periculosa, erunt enim homines uoluptatum amantes potius quàm amantes Dei. Et rursus, Prohibentes contrahere matrimoniũ, iubentes abstinere à cibis, cauterio inustam conscientiam habentes. Nam matrimonium contrahere cum temperantia prohibent, & liberos gignere uetant, ardent autem in conscientia, scortantes quidem, & corruptionem sustinentes, uerum prohibẽtes liberos gignere. Etenim & ipsa quæ apud ipsos dicitur oblatio, cœnosa iam existens, etiam ab antiquo per Prophetam ostenditur, quod serpentis sit caro, & non Domini. Absit. Sic autem dicit, Tu cõtriuisti capita draconis, & dedisti ipsum escam populis Æthiopum. Reuera enim serpentis esca est abominabilis illorum superstitio. Et Æthiopes denigrati peccato, qui hoc mysterium eius qui nũc quidem Iupiter appellatur, olim uero præstigiator fuit, & à quibusdam frustra Deus putatus est, perficiunt. Nam ex Græcis fabulis omnes sectæ collectum sibijpsis errorem proposuerunt, ita ut ad aliam sententiã deteriorem transmutarint. Introducunt enim poëtę Iouem, suam filiam Metin deuorasse. Infantem autem nemo utiq; deuorarit, uelut sanctus Clemens turpes deorum Græcorum actiones irridens dixit: Nam Metin deuorans, non puerum deuorare potuit, sed propriam genituram. Quid uero aliud dixerim? aut quomodo excussero lutosum hunc laborem? quum uelim quidem dicere, & non uelim, sed cogar, ut ne uidear quid de rebus his occultare: & timeam ut ne horrenda ipsorum delicta reuelando, aut polluam, aut offendam, aut eos qui uoluptatibus ac cupiditatibus ducuntur, ad curiosius de hoc inuestigandum impellam. Attamen ego quidẽ innocens fuerim, et uniuersa sanctæ catholicæ Ecclesiæ spes, & omnes qui hunc librum legerint, ab hac subseminatione, & maligna diaboli improbitate. Si enim uelim alia quæ apud ipsos dicuntur ac fiunt, referre, quæ talia sunt & tanta, & his adhuc maiora ac minora: & si uelim etiam uelut auxiliare sa-

Antichristi qui sint.

Græci poëtæ omnium sectarum occasio. Iupiter Metin filiã deuorans.

nationis medicamentum, instar antidoti aduersus singula dicta opponere: in magnam molem huius operis tractationem extendam. In hanc enim hæresim, ô charissimi, etiam ipse incidi, & ex ore eorum qui hanc tractant, hæc in propria persona audiui. Mulieres autem sic deceptæ, non solum de his uerba apud nos fecerunt, & talia nobis reuelarunt, sed etiam in Ægyptia illa pernicioſa ac flagitioſa Archimagiri terra, eædem effreni audacia nos attrahere in iuuentute noſtra, laſciuia concitæ aggreſſæ ſunt. Verum qui tunc adſtitit ſancto Ioſeph, etiam nobis affuit. Et eum qui illum liberauit, nos indigni ac inſufficientes inuocantes, ubi miſericordiam conſequuti ſumus, & pernicioſas ipſarum manus effugimus, Deo ſanctiſsimo hymno decantato, etiam ipſi dicere potuimus, Cantabo Domino, glorioſe enim glorificatus eſt, equum & inſcenſorem proiecit in mare. Non enim ſimili iuſticiæ illius uirtute, ſed ſuſpirijs ad Deum miſericordiam aſſequuti, ſeruati ſumus. Improperabāt enim mihi pernicioſæ illæ mulierculæ, & deridebant me, uelut indicabant ipſæ ſibijpſis mutuò illudentes, nimirum, Non potuimus, inquiebant, ſeruare adoleſcentē, & dimiſimus ipſum in manibus principis perire. Nam quæ ex ipſis formoſior fuerit, ea ſeipſam uelut ineſcationem circundat, quo dicere poſſit eos qui per ipſam decepti ſunt, ſeruatos eſſe, pro eo quod perierunt: & opprobrium deinceps turpium eſt, formoſioribus ipſis obijcientibus, Ego ſum uas (inquiunt) electionis, quæ poſſum ſeruare eos qui decipiuntur, tu uero non potuiſti. Erant igitur hæ quæ illicientem hanc fabulam agebant, forma ruinæ ſuæ ſpecioſiſſimæ, uerum mente improbitatis ſuæ uniuerſam diaboli turpitudinem habentes. At miſericors Deus ab improbitate ipſarum nos liberauit, ut etiam poſt lectos à nobis ipſorum libros, & uere cognitam ipſorum opinionem, neque abductus ſim, & effugerim, ac tunc non ineſcatus fuerim, ſed ſtudium adhibuerim, ut etiam Epiſcopis illius loci ipſos oſtenderem, & nomina in Eccleſia occultata deprehenderē, quo ijdem ciuitate exigerentur (erant autem nomina circiter octoaginta) & ciuitas à zizanioſa ac ſpinoſa ipſorum materie purgaretur. Cæterum ubi quis in memoriam reuocauerit ſuprà factam à nobis promiſſionem, fortaſsis etiam collaudarit quod confeſſi ſumus nos in aliquos ipſorum incidiſſe, quædam uero ex libris cognouiſſe, quædam uero ex auditu & teſtimonijs uirorum fide dignorum, & ueritatem nobis oſtēdere ualentium accepiſſe: quemadmodum etiam hic ob ſtudium ueritatis locum nō ſumus tranſgreſſi, ſed oſtendimus, quod hæc eſt una de ſectis quæ nobis obuenerunt, & clare de hac dicere potuimus, non ex his quæ fecimus (abſit) ſed quæ exacte didicimus ab his qui nos ad hoc perſuaſerunt, et non obtinuerunt, ueram ſpem ſuam de me perdendo perdiderunt, & non aſſequuti ſunt ſcopum fraudis in noſtram miſeram animam ab ipſis & diabolo qui eſt in ipſis conſtructæ. ut unà cum Dauide dicere poſſimus, Spicula puerorum factæ ſunt plagæ ipſorum, & quæ ſequuntur. Et, Conuertetur labor ipſorum in caput ipſorum, & iniquitas ipſorum in uerticem ipſorū deſcendet. Quemadmodum igitur illapſi & elapſi ſumus, & legimus & ſcimus ac condemnauimus, & ſeruati tranſiliuimus: ſic etiam te lectorem adhortamur, ut legas ac condemnes, et tranſilias, ut ne incidas in uenenum improbitatis horum reptilium. Sed etiam ſi aliquādo in aliquos ex ſerpentaria illa ſchola incidas, ſtatim arrepto ligno per Dominum nobis parato, in quo Dominus noſter CHRISTVS affixus eſt cōtra caput ſerpentis, dicas: CHRISTVS crucifixus eſt pro nobis, effigiē nobis relinquens ſalutis. Nā crucifixus utiq; nō eſſet, ſi non carnē habuiſſet. Quum aūt carnem habeat, & crucifixus ſit, crucifixit noſtra peccata: per fidē hæreo ex ueritate, & nō ſubducor languido errore ſerpentis, & ſuſurris doctrinæ ipſius. Porrò deinceps ô chariſſimi, hāc prętergreſſus, ad alias aſperas ſemitas accedā, non uteam, ſed ut procul uolentibus oſtendā, ut aſperiores quidem cognoſcant, uerum effugiant per anguſtam & arctam uiam, quæ ducit in uitam æternam: & relinquant latam ac ſpacioſam, et ſpinoſam, ac offendiculis plenam, uiam

cœnoſam

cœnosam, & lasciuia ac scortatione refertam. Cuius scortationis ac petulantiæ similitudinem in reptili sæuissimo uidere est, cui nomen ueteres indiderunt, doloris partus exortem uiperam appellantes. Est enim talis uiperæ natura similis horum improbitati. Nam per uirilem aut muliebrem naturam turpitudinem perficiētes, hanc seminum deiectionem interdicunt, dispердentes liberorum generationem creaturis ex Deo donatam, uelut etiam Apostolus dicit, remunerationē erroris in seipsis recipientes, &c. Sic sanè tradunt & doloris pariendi exortem uiperam, concupiscentiæ affectu demulsam, tum fœminam ad masculum, tum masculū ad fœminam circumplicari, & simul per os hiante fœmina masculum caput immittere, illam uero affectu detentam huius caput abscindere, & sic ab ore destillans uirus in seipsam deglutire, & ipsam ex hoc gemellos, marem ac fœmellam concipere, qui in uentre maturi facti, & non habentes unde gignantur, latus matris sauciant, & sic gignuntur, ut & pater & mater ipsorum pereat. Quapropter nomen inditum est, ex eo quod dolores partus non experitur. Grauis autem et horrenda supra omnia reptilia est uipera, ipsa in seipsa interitum operans, & per os turpitudinem concipiens. Cui similis est hæc stolida ac insana hæresis: cuius quum & caput, & corpus, & omnia ex ipsa genita, hic contriuerimus ligno uitæ, ad alias considerandas procedamus, Deum auxiliarium inuocantes. Cui honor & imperium in sæcula sæculorum, Amen.

Viperæ natura.

Contra Carpocratitas, XXVII ex ordine hæresim.

CArpocras quidam alius fuit, qui sibiipsi nephariam falsæ mentis suæ doctrinā conflauit, & peiores omnibus relatis mores habuit. Ex omnibus enim his, Simone, Menandro, Saturnilo, Basilide, Nicolao, & ipso Carpocra, insuperq; ex prętextu Valentini, falsò appellatæ sciētiæ hæresis producta est, quę suos sectatores Gnosticos nominauit, ex qua sunt Gnostici iam à me declarati, id est cognitores ac sciētes, cōdemnabiles potius his moribus appellandi. Hic uero rursus superne quidem unum principium dicit, & patrem uniuersorum, & ignotum et innominatum, similiter uelut alij inducere uolens. Mundū autem, & quæ in mundo sunt, ab angelis factum esse, qui longe sint patre illo ignoto inferiores. Hos enim à superna uirtute defecisse dicit, & sic mūdum fecisse. IESVM uero Dominum nostrum ex Ioseph generatū esse dicit, quemadmodum omnes homines ex semine uiri ac muliebris geniti sunt. Esse autem ipsum similem omnibus, uerum uita præcelluisse, temperantiaq; ac uirtute & iusticia. Quandoquidem uero inquit, ualidam præ cæteris hominibus habebat animam, & memoria tenebat ea quæ uisa erant ab ipsa superne, quando & circumferentia ignoti illius patris erat, demissæ sunt (inquit) ab eodem patre in animā ipsius uirtutes, quo uisorum ab ipsa recordata & potentia corroborata, angelos mundi fabricatores effugeret, in eo quod per omnia mundi negocia procederet, & actiones quæ ab hominibus fiunt, & opera absurda ac nefaria quæ in occulto fiunt: & quo per omnes actiones liberata eadem (inquit) anima IESV ascenderet, ac reuerteretur ad eundem patrem ignotū, qui uirtutes ipsi ex supernis demisit, ut per omnes actiones procedens & liberata, sursum ad ipsum penetraret. Quin & similes ipsi animas, æqualia ipsi amplexas, eodem modo liberatas, sursum uolasse ad ignotum patrem, in eo quod omnes actiones perfecerunt, similiter ab omnibus semotas, de cætero liberatas esse. At IESV animam in Iudæorum moribus educatam, ipsos cōtempsisse. & propterea uirtutes accepisse, per quas potens exigere affectus, qui hominibus in supplicium adsunt, mundi fabricatores transscendere ualuit. Nō autem solum ipsam IESV animam hoc potuisse: sed etiam eam quæ potest per actiones progressa, mundi factores angelos transgredi. Et ipsa si acceperit uirtutes, & similia fecerit, quemadmodum anima IESV, uelut prædixi. Vnde ad magnum fastum progressi hi qui ab impostore hoc decepti sunt, seipsos etiam ipso IESV præ-

SV præferendos putant. Alij uerò ex ipsis non Iesu inquiunt, sed Petro & Andrea & Paulo, & alijs apostolis se præstãtiores esse, ob excellentiã cognitionis, & propter amplíorem peractionẽ diuersorum transituum. Alij uerò ex ipsis dicunt se nihil differre à CHRISTO IESV Domino nostro. Animæ enim ex eadem circunferentia sunt, & similiter uelut anima Iesu omnia contempserunt. Et omnes animæ, inquiunt, eadem uirtute dignæ factæ sunt, qua etiam Iesu anima digna facta est. Quapropter etiam has per omnem actionem procedere, uelut ipsa Iesu anima pertransijt. Si uerò quis rursus possit supra Iesum contemnere, excellentior ipso erit. Aggrediuntur autem hi qui ex nefaria hac schola sunt, omnigenos conatus horribiliũ ac pernicioſorũ operum. Magia enim apud ipsos excogitata est, incantationesq; diuersas ad omnem machinationem inuenerunt, ad amorẽ & ad illectamenta. Quin & assessores dæmones sibijpsis attrahunt, ad hoc ut per multas præstigias in magna potestate, omnibus dominentur quibus uelint, & ut unusquisq; quamcunq; actionem aggredi audeat, ni mirum seipsos decipientes, ad perfectionem occæcatæ mentis ipsorum. Nam tales aggressiones quæ per tot actiones inualuerunt, & angelos mundi opifices, atque ea quæ in mundo sunt contempserunt, transgrediuntur eorundem fabulatorum (non enim dixerim mundi opificum) potestatem, quo supernam libertatem amplectantur, & tuolatum sursum uersus adipiscantur. Sunt autem ex satana subornati ac producti, in opprobrium ac scandalum Ecclesiæ Dei. Indiderunt enim sibijpsis cognomen Christianorum, ad hoc ut gentes per ipsos offendantur, & sanctæ Ecclesiæ Dei utilitatem, & ueram prædicationem, propter illorum nefaria facta, & incomparabilem improbitatẽ auersentur. & ut gentes ipsorum assiduò nefaria opera considerantes, putent etiam sanctas Dei ecclesias tales esse, & auertant, uelut dixi, aures à Dei ac ueritatis doctrina, uel ubi uident saltem aliquos similiter blasphemias proferre. Et hac de causa plures ex gentibus, ubicunq; uiderint tales, ne accedunt quidem nos ob communionem accipiendæ doctrinæ, aut audiendi uerbi diuini, & neque aures admouent, improbis sceleſtorum illorum factis consternati. Degunt autem hi in luxu, & omnia ad corporum uoluptatem operantur: nos autem omnino non accedunt, nisi fortè ad ineſcandas animas instabiles maligna sua doctrina. In nulla enim re nobis similes sunt, sed nomine solùm appellari gloriantur, quo per confictũ nomen improbitatem suam operentur. At condemnatio horum, uelut scriptum est, iusta est, quemadmodum sanctus Paulus dixit: Ob malas enim actiones ipsorũ, retributio ipsis reddetur. Nam quum mentem suam licenter insaniæ exposuerunt, innumeris uoluptatum affectibus seipsos tradunt. Asserũt enim, quod quæcunq; apud homines mala esse putantur, ea mala nõ sint, sed natura bona. Nihil enim est natura malũ: uerum hominibus putantur esse mala. Et hæc omnia si quis fecerit in una hic præsentia, non amplius in aliud corpus transit ipsius anima, ut rursus infrà reflectatur: sed in uno, omni actione transacta discedet liberata, & non amplius quid debens de actionibus in mundo. Qualem autem actionem dicere rursus timeo, ut ne sterquilinij occultati canalem reuelem, & quibusdam uidear pestilentis graueolentiæ inductionem operari. Attamen quandoquidem ex ueritate dependemus, meipsum cogam ut impostorum illorum facta reuelans, & castius loquar, & à ueritate non excedam. Quid uerò aliud quàm omnem nefandam ac sceleſtam actionem, quam non phas in ore ferre, hi perpetrantur? & omnem speciem uirilis coitus, ne libidinosæ ad mulieres consuetudinis, in singulis corporis membris, incantationesq; ac ueneficia & idololatrias perficientes. Et hoc dicunt esse operationem redditionis debitorum in corpore, ad hoc ut non amplius accusentur, neque opus aliquod actionis ab ipsis exigatur: & hac de causa animam non auersari, post discessum hinc, etiam rursus ad transitum in aliud corpus procedere. Ita enim habent ipsorum libri, ut si quis prudentia præditus le-

Magiæ scholæ.

Mala bona esse natura.

gat,admiretur ac ſtupeat, & non credat, quod hæc ſic ab hominibus fiant,nõ ſolum his qui ciuitatem nobiſcum inhabitant, ſed etiam his qui cum beſtijs, & ſimilibus beſtijs ac pecoribus,fermè dixerim quæ canes ac ſues faciũt,facere audent. Aiunt enim, oportet penitus his omnibus uti,ut ne egreſſæ animæ aliquo opere relicto,ea de cauſa reuertantur in corpus rurſus, ad faciendum ea quæ nõ fecerunt. Et hoc eſt,inquiunt,
» quod IESVS in Euangelio dixit per parabolã,Sis beneuolus aduerſario tuo,dum
» fueris in uia cum ipſo, & da operam ut ab ipſo libereris, ne fortè aduerſarius tradat te
» iudici, & iudex miniſtro, & miniſter cõijciat te in carcerẽ. Amen amen dico tibi,non
» exibis illinc donec extremũ perſolueris quadrantem. Fabulam porrò quandam con fingunt ijdem, ad parabolæ huius interpretationem. Et aduerſariũ eſſe aiunt,unum ex angelis qui mundum fecerunt,& ad hoc ipſum ſubornatũ eſſe, ut adducat animas ad iudicem quæ hinc de corporibus exeunt,illinc uerò redarguuntur,quod non fecerunt omnem operam atque actionem. Dari autem ipſas à principe miniſtro,eſſe autem miniſtrum angelum,miniſtrantem iudici mundi opifici,in hoc ut ferat rurſus animas,& in diuerſa corpora concludat. Eſſe autem aduerſarium hunc quem diximus, dixiſſe Dominum in Euangelio,quem ſanè ipſi unum angelum de mundi opificibus eſſe aiunt,nomen Aboli habentem. Carcerem enim dicũt eſſe corpus. Extremum autem quadrantem uolunt eſſe tranſitum ad alia corpora, & in ſingula præſentia perficere extremam corporum actionem, & nihil amplius relinqui ac reſtare,ad nefarium quicquam faciendum. Oportet enim inquiunt,uelut diximus, omnibus pergreſſis ac ſingulatim perpetratis,liberatã redire ad ſupremũ illum ignotum,tranſgreſſam mundi opifices & opificem. Dicunt item rurſus,quòd oportet animas uel in una præſentia tranſitus ad corpora,omnibus peractis, de cætero ſurſum liberatas abire. Si uerò non in una præſentia peregerint, per ſingulas præſentias tranſituum ad alia corpora, paulatim peracta uniuſcuiuſq; nefarij operis operatione, de cætero liberari. Quin & rurſus dicunt,Dignis hæc recenſere dignamur, quo faciãt ea quæ uidentur eſſe mala, non ſunt autẽ natura mala,ut docti liberentur. Cæterùm ſignaculum per cauterium, aut nouaculam,aut ſubulã immittũt,ac incutiũt Carpocratiani, in dextrã inferiorem auriculam,his qui ab ipſis decepti ſunt. Peruenit equidẽ iam ad nos fama, quomodo *Marcellina.* Marcellina quædã ab ipſis decepta,multos corrupit temporibus Aniceti epiſcopi Romæ,qui Pio & ſuperioribus ſucceſſit. Etenim in Roma fuerunt primi, Petrus & Paulus apoſtoli ijdem ac epiſcopi. deinde Linus. deinde Cletus. deinde Clemens,qui contemporaneus fuit Petri & Pauli. Huius mentionẽ facit Paulus in epiſtola ad Romanos. Et nemo miretur quod ante ipſum alij epiſcopatũ aſſumpſerunt, quũ ſub apoſtolis hic fuerit cõtemporaneus Petri ac Pauli. nam & illi contemporanei apoſtolorum fuerũt. Siue igitur adhuc ipſis ſuperſtitibus à Petro accepit impoſitionẽ manuũ epiſcopatus, & eo recuſato remoratus eſt: dicit enim in una epiſtola ſua, Secedo,abeo, erigatur populus Dei(hoc enim in quibuſdã commẽtarijs reperimus.)Siue poſt apoſtolorum ſucceſſionem à Cleto epiſcopo hic cõſtituitur,non ita clarè ſcimus. Verumtamen etiam hic potuit ſuperſtitibus adhuc apoſtolis,Petro uidelicet ac Paulo,alios epiſcopos cõſtituere. propterea quod Apoſtoli ſæpe ad alias terras ablegabãtur,propter CHRISTI prædicationem, non potuit autem urbs Roma ſine epiſcopo eſſe. Paulus enim in Hiſpaniã profectus eſt,Petrus uerò ſæpe Pontũ & Bithyniã uiſitauit. Poſſibile eſt autem,poſtquam diſceſſit ac recuſauit Clemens (ſi modò ſic factum eſt, rationem enim ſic ineo, non decerno) poſtea poſt obitum Lini & Cleti,quorũ uterq; ad duodecim annos epiſcopatũ tenuit, poſt ſancti Petri ac Pauli obitum, qui cõtigit duodecimo anno Neronis,hunc rurſus coactum eſſe ad ſuſcipiendum epiſcopatum. Attamen epiſcoporum in Roma ſucceſſio hanc conſequentiã habuit, Petrus & Paulus,Linus,Cletus,Clemens,Euareſtus,Alexander,Xyſtus,Teleſphorus,Euareſtus,

Romanorum pontificum ſeries.

Petri ac Pauli obitus,anno XII Neronis.

Hygi

Hyginus, Pius, Aniceſus, qui ſuprà in catalago indicatus eſt. Et ne quis miretur, quod ſingula ita exactè recenſemus, per hæc enim ſemper claritas oſtenditur. In temporibus itaq; uelut diximus, Aniceti, præindicata Marcellina Romæ degens, perniciem doctrinæ ipſius Carpocræ euomens, multos illic inſertos perdidit. Atque hinc factum eſt initium Gnoſticorum appellatorum. Porrò habent imagines per colores depictas, quidam etiam ex auro & argento, ac reliqua materia, quas ſanè imagines IESV eſſe dicunt, & has IESV imagines ſub Pontio Pilato factas eſſe, quando inter homines uerſabatur. Habent autem eas imagines occultè. Inſuperq; philoſophorum quorundam, Pythagoræ, Platonis, Ariſtotelis, & aliorum, cum quibus philoſophis etiam alias imagines IESV collocant, collocatasq; adorant, & gentium myſteria perficiunt. Erectis enim his imaginibus, de cætero gentium mores ſeruant. Qui uerò ſunt gentiũ mores alij, quàm ſacrificiũ atq; alia? Cæterùm ſolius animæ ſalutẽ eſſe dicunt, & non corporũ. Oportet itaq; hos ſubuertere omnibus uiribus. Nemo enim contemnat ſermonem, maximè ab impoſtore proficiſcentem. Verum dixerit quis, Nõ ſunt hæc deprehenſu facilia, ac ſtultitiæ plena? At aliquãdo etiã ſtulta perſuadẽt inſipientes, & prudentes peruertunt, ſi non adſit mens in ueritate exercitata. Quum itaq; etiam hic inciderit in Simonis ac reliquorum magiam, per eadem quoque hunc ſubuertemus. Si enim ignota & innominata uirtus, cauſa fuit aliorum angelorum, quæ eſt ignorantia apud eandem, hoc eſt patrem uniuerſorum, ſi non nouit quæ facturi eſſent angeli ab ipſo facti, & ſi ignorauit quod defecturi eſſent & facturi quæ ipſe nõ uellet? Aut hos quidem fecit, ſciens quod facturi eſſent quæ ipſe non uult, ab ipſis uerò facta ſunt, certè ipſe erit qui per cognitionem & bonam uoluntatem fecit quæ illi auſi fuerunt. Si itaq;, uelut dixi, nouit quidem quæ facturi eſſent, non uoluit autem ut facerent, qua ratione eos qui fecerunt fecit, ad hoc ut facerent quæ ipſe non uellet? Si uerò ipſe quidem fecit angelos, ut facerẽt ea quæ ab ipſis fiunt, igitur uoluit fieri, & ideo eos qui fecerunt antea creauit angelos. Et ſi creauit ad hoc ut facerent, recuſat autem & interdicit quæ ab ipſis fiunt, calumnia ſanè fuerit quæ in medio uerſatur. Si autem cõcedebat quidem ipſis ut facerent, uult autem quæ ab ipſis facta ſunt, hoc eſt homines & animos, rurſus ad ſeipſum recipere præter horum uoluntatem: profectò auaritia in medio erit, & nihil aliud, quum rapiantur homines qui ſub angelis ſunt, ab eo qui ſupernè eſt præter horum uoluntatem. Imò etiam imbecillitas fuerit, quandoquidem quum non potuerit ipſe ſibiipſi facere, rapit quæ facta ſunt ab his qui ab ipſo facti ſunt. Et erit de cætero fabula ac ſtultiloquiũ, quod infernæ quidem uirtutes tranſgredi poſſint intermedias, intermediæ uerò cruciẽtur, quum cauſæ ſint inferiorum. Et quòd infernæ ſuper medias ad ſupernam ſaluantur ac liberantur, dico autem animæ eorum qui ſunt in hac creatura. Non ſit autem ſuperius illo potens ad faciendum, ut qui imbecillis iudicetur. Hi uerò qui ab ipſo ſunt facti, potentes ſint facere quæ ipſe non uolebat, aut uolebat & non poterat. Neque enim poteſt id quod ille ſibi deſiderat eſſe malum, neque à malis factum eſſe. Si enim malum eſſet, oportebat perdere. Si uerò omnino pars aliqua operis ſeruatur, non amplius opus malum eſt. Etſi pars ipſius ſeruata reperiri poterit, neq; qui fecerunt mali fuerint, ut qui quod ſeruatur fabricauerunt. Si uerò omnino ex angelis eſt anima, & ex ſupernis uim accipit deducta, profectò angeli plus ſalutis aſſequentur, quia anima quæ ab ipſis facta eſt, ſeruatur, etiam quum mala ſit. Quum autem ipſa ſaluetur, non amplius mala fuerit anima quæ ab angelis facta eſt: neque angeli mali fuerint, ex quibus ipſa anima exiſtit. Omnibus porrò ſana mente præditis cognitu facile fuerit, quod dementiæ plena eſt tota hæc circulatoria officina. Confundentur autem rurſus hi, etiam ab ijſdem ſermonibus. Si enim IESVS non ex uirgine Maria, ſed ex ſemine Ioſeph & eiuſdem Mariæ, hic autẽ ſeruatur, ergo etiam ipſi ſeruabũtur qui hunc genuerũt. Et ſi Maria

& Ioseph ab opifice sunt, igitur opificem creatorẽ dixerunt. & nõ amplius in defectu ac imminutione erit qui Ioseph & Mariã fecit, ex quibus IESVS de superno ignoto patre existit. Si uerò etiã ipse IESVS ab angelis est, & opifex unus est ex angelis, ergo in unã absurditatẽ omnes cadent, in quam etiam angeli inciderũt. Et incõstans ac instabilis fuerit tragœdia ab ipsis cõficta, ueneno plena, & omni uirosa doctrina referta. At quũ hanc uelut draconis caput, ligno fidei ac ueritatis repulerimus, & in terra crepare fecerimus, alias etiã deinceps bestias aggressi, ad ipsas perdendas progrediemur.

Contra Cerinthianos siue Merinthianos, XXVIII *ex ordine hæresim.*

CErinthus porrò rursus, à quo Cerinthiani dicuntur, ab hac bestiali reptilium semínio uenenum mundo infert, sed ferè nihil aliud præter prædictũ Carpocram. Verùm eadem malefica uenena mũdo producit. Easdem enim cum prædicto calumnias etiã hic in CHRISTVM euomit, ex Maria ac semine Ioseph CHRISTVM genitũ esse, & mundũ similiter ab angelis factũ esse. Nihil enim hic à priore euariauit in doctrinę illius introductione, sed in hoc solũ quod ex parte addictus est Iudaismo. Asserit autẽ hic legem & prophetas ab angelis datos esse: & eum qui dedit legẽ, unum esse ex angelis qui mundũ fecerunt. Degebat hic Cerinthus in Asia, & isthic prædicationis initiũ fecit. Iam uerò de hoc dicamus, quod etiã hic prædicauit, non à primã & suprema uirtute mundũ factũ esse. Ex supernis autẽ ex supremo Deo, postq̃ adultus factus fuit IESVS, ex semine Ioseph & Maria genitus, descendisse CHRISTVM in ipsum, hoc est Spiritum sanctum, in specie columbæ in Iordane, & reuelasse ipsi, & per ipsum posteris, ignotũ patrẽ. Et propterea postq̃ uenit uirtus in ipsum ex supernis, uirtutes perpetrasse: & ubi ipse passus est, id quod ex supernis uenerat, à IESV sursum uolasse. passum autẽ esse IESVM, acrursus resurrexisse. CHRISTVM uerò qui ex supernis uenerat in ipsum, illæsum sursum reuolasse, hoc est id quod uenerat ac descẽderat in specie columbæ. Et nõ IESVM esse CHRISTVM. Lapsus est autẽ etiã hic, uelut uidetis uos omnes qui ueritatis amatores estis. Dicit enim legis datorem non bonũ esse, cuius legi obedire uidetur, palàm est autẽ quod uelut bonæ. Quomodo igitur malus bonã legẽ dedit? Si enim bonũ est nõ adulterũ esse, & bonũ non occidere, quãto magis bonus fuerit qui hoc præcepit? Si sanè eum qui malũ non fecit, bonũ confitemur, quomodo mala facere accusabitur is qui bonũ cõsulit, & qui bonã legem dedit? Verũ insanus est uir qui talia aggredit. Hic porrò est, ô chariſſimi, unus de his qui coram apostolis turbationẽ operati sunt, quando Iacobus scripsit in
» Antiochiã, epistolã his uerbis: Nouimus quosdã ex nobis ad uos uenisse, ac turbasse
» uos, sermonibus quos nos nõ narrauimus. Et hic unus est de his qui restiterũt sancto Petro, quando uenit ad sanctũ Cornelĩũ, ubi accersiuit ipsum dignus factus uisione angeli, & Petrus dubitauit, & uidit uisionem lintei, & quæ in ipso erant: & audiuit à Domino, ut nihil inquinatũ aut immundũ diceret. Hic igit̃ ubi Petrus reuersus esset in Hierusalẽ, multitudinẽ circunciſorũ cõmouit, dixitq; quod ingressus esset ad uiros præputiũ habẽtes. Fecit autẽ hoc Cerinthus, priusq̃ in Asia prædicaret prædicationem suã, & in profundius perditionis suæ barathrũ incideret. Nã quũ ipse circũcisus esset, aduersitatis uidelicet gratia cõtra fideles in præputio, per circunciſionẽ uenabatur prætextũ ac occasionẽ. Quũ autẽ Dominus semper curã hominũ habuerit, & claritatem ueritatis in filĩs ueritatis muniuerit, & sancto Petro apostolo dederit, ut & ipsum & socios ipsius redarguerit, manifesta sit Cerinthi amentia. Dicit enim sanctus
» Petrus: Ego erã in ciuitate Ioppe, & uidi in meridie circa horã sextã, linteũ demissum
» ex quatuor principĩs, in quo erãt omnia quadrupeda & reptilia. & dixit mihi, macta
» & ede. Ego autem dixi, Domine nequaquam, quia nunq̃ inquinatũ aut immundum
» ingressum est in os meum. Respõdit autẽ mihi rursum uox de cœlo, Quæ Deus mun-

dauit,

dauit,tu ne inquines. Et ecce extemplò duo uiri aderant in domo. Et dixit mihi Spiri « tus, Vade cum ipsis, nihil hæsitans. Et deinceps recenset uelut in parabola, hæc quæ « ad ipsum dicta sunt. Et quòd nō tunc docuit, donec Dominus euidēter ostendit ipsi, quæ per sermones ac figuras ipsum docebat. Statim enim ubi aperuisset ipse os quando uenit in Cæsaream, illapsus est Spiritus sanctus in Cornelium. & quum uidisset Petrus, dixit: Num quis potest impedire aquā, ab his qui digni facti sunt accipere Spiritum sanctum, uelut etiam nos ab initio? Hoc uerò totum mysteriū erat, & benignitatis Dei erga homines opus, quo & sanctus Petrus, & quilibet cognosceret, quod non ab hominibus est salus gentium, sed ex Deo. Anticipauit enim Deus dare donum Spiritus, & uisionem angeli, & laudem orationis, & ieiuniorum ac bonorum operum: quo apostoli, & præsertim sanctus Petrus, in eo quod ipsis concreditū erat, non auersarentur eum qui ex Deo in ueritate uocatus esset. Verùm hæc tunc quidem tractata sunt ac commota à prædicto pseudapostolo Cerintho. Quemadmodū etiam aliàs seditionem tum ipse tum socij ipsius excitauerūt in ipsis Hierosolymis, quando Paulus redijt cum Tito, & hic dixit, quod uiros præputiatos secum adduxisset, & de hoc facto protulit, Inquinauit (inquit) locum sanctum. Quapropter etiā Paulus dicit: Sed neq; Titus qui mecum est, quum Græcus sit, coactus est circuncidi. Verùm pro- «
pter aliunde inductos falsos fratres, qui surrepserunt ut specularentur ac explorarent «
libertatem nostram, quam habemus in CHRISTO, quibus neq; ad horā cessimus «
in subiectione. Et præputiatis præcipiens, dixit: Ne circuncidamini, CHRISTVS «
uobis nihil proderit. Durauit autem circuncisio tempori inseruiens, donec maior circuncisio accessit, hoc est lauacrum regenerationis: uelut omnibus manifestū est, & clarius ostenditur ex his quæ ab apostolis dicta sunt, maximè sancto Apostolo. Dicit enim sic: Quibus neq; ad horā cessimus in subiectione. Omnibus porrò uolentibus cōsiderare ea quæ ab apostolis tunc facta sunt, admirationi esse potest, quomodo ea quæ apud hanc hæresim ex uersutia spiritus erroris perpetrata sunt, characterē ac imaginē ostendūt eorum qui per has hæreses inter apostolos cōmotionem excitarūt. Quum enim defecissent hi, & in pseudapostolos mutati essent, & alios pseudapostolos misissent, uelut etiā iam antè dictū est, in Antiochiā ab initio, & ad alios locos, qui prædicabant: Nisi circuncisi fueritis & seruaueritis legem Mosis, non poteritis saluari: nō uulgaris tunc turbatio facta est, uelut dictū est. Et hi sunt qui à Paulo dicti sunt pseudapostoli, operatores dolosi, qui se transformāt in apostolos CHRISTI. Vtuntur enim euangelio secundū Matthæū, ex parte, nō toto. Verū propter sermonē generationis in carne, etiā hoc testimoniū ab euāgelio afferūt, rursus dicētes: Sufficiēs est discipulo, ut fiat uelut magister. Quid igitur dicūt? Circūcisus est IESVS, circūcidere etiā tu. CHRISTVS secundū legē conuersatus est, & tu ipse eadem facito. Vnde etiā quidā ex his, uelut à uenenis subrepti, credūt uerisimilibus persuasionibus, propterea quod CHRISTVS est circuncisus. Paulum uerò reprobāt, propterea quod nō obediuit circuncisioni. Imò etiā reijciunt ipsum, propterea quod dixit: Quicunq; in lege iustifi- «
camini, ex gratia excidistis. Et, Si circūcidimini, CHRISTVS uobis nihil proderit. «
Hic autem Cerinthus stolidus, & stolidorū magister, rursus temerarius dicere ausus est, CHRISTVM passum esse, & crucifixum, nondum autem surrexisse. Resurrecturum autem esse, quum uniuersalis mortuorū resurrectio fiet. Inconstantia igitur sunt apud illos & uerba & dogmata. Vnde etiam Paulus perturbatus, his qui fidem non habent resurrectioni mortuorum futuræ, dicit: Si mortui non resurgunt, neque «
CHRISTVS resurrexit. Et, Edamus ac bibamus, cras enim moriemur. Et, Ne decipiamini, Mores bonos, colloquia corrumpūt mala. Rursus dicētes CHRISTVM «
nondum resurrexisse, eodem modo confutans, dicit: Si CHRISTVS non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis etiam fides nostra. Reperimur autem & falsi «

» testes Dei, quod excitauerit CHRISTVM, quem nõ excitauit. Tanquam apostoli quidem prædicent CHRISTVM resurrexisse, quædã uerò hæreses dicant CHRISTVM nõ resurrexisse, & mortuos nõ resurgere. In hac enim regione, Asia inquam, imò etiam in Galatia, ualde uiguit horum doctrina. De quibus etiam ex traditione res quædam ad nos deuenit, quod quidam apud ipsos de uita decesserũt, morte præoccupati citra baptisma. alij uerò pro ipsis in nomen ipsorum baptizentur, ut ne ubi resurrexerint illi in resurrectione, pœnas dent, eo quòd non acceperunt baptisma, & subditi fiant potestati quæ mundum fecit. Et hac de causa traditio quæ ad nos deue-
» nit, eundem sanctum Apostolum dixisse ait: Si omnino mortui non resurgunt, cur & baptizantur pro ipsis? Cæterùm alij rectè hoc dictum interpretantes dicunt, quod morti uicini si fuerint in pietatis doctrina instructi, ob hanc spem ante obitum lauacro digni fiunt: ostendentes quod qui mortuus est, etiam resurget, & ob id indiget remissione peccatorũ per lauacrum. Horum uerò aliqui CHRISTVM nondum resurrexisse prædicant, uerum resurrecturum esse cum omnibus. aliqui uerò, quod omnino mortui nõ resurgent. Quapropter Apostolus mediũ se interponens, utroscp hos ac reliquas hæreses eadem opera subuertit, & in tractatione de mortuorum resur
» rectione, & in testimonijs quæ subtiliter persequitur, cõstantem affirmationem fecit
» resurrectionis mortuorũ, & salutis ac spei, dicens: Oportet corruptibile hoc induere incorruptibilitatẽ, & mortale hoc induere immortalitatẽ. Et rursus, CHRISTVS
» resurrexit, primitiæ eorum qui dormierũt: quo utriscp sectis refutatis, impollutam doctrinæ prædicationem ex ueritate doceret, eos qui uolunt scire ueritatem Dei, & salutarem doctrinam. Vndiquacp igitur facilis deprehensu fuerit Cerinthus, & qui ab ipso decepti sunt, miseri illi, & alijs quocp perditionis ac interitus autores facti: quum diuinæ scripturæ clarè nobis ac enucleatè omnia exponant. Neque enim ex semine Ioseph est CHRISTVS. Alioqui quomodo signum fuerit ipsa generatio? Et hoc
» quod ab Esaia dictum est, quomodo amplius consistet? qui dixit, Ipse Dominus da
» bit uobis signum, Ecce uirgo in utero habebit, & pariet filium, &c. Quomodo uerò illud complebitur, quod dictum est à sancta uirgine ad Gabrielem, Quomodo erit
» hoc, quoniam uirum non cognosco? & quod ipse angelus dicit: Spiritus sanctus su-
» perueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi, &c. Quomodo uerò non redarguetur ipsorum dementia, quum Euangelium clarè dicat: Quod inuenta est in utero habens, priusquam ipsi congressi fuissent. Clare uerò cognoscere datur, quod neque omnino congressi sunt: absit ut hoc dicamus. Alioqui post crucem non prospexisset, ut ipsam Ioanni sanctæ uirgini commendaret, dum dicit, Ecce mater tua. Et eidem, Ecce filius tuus. Oportebat enim ipsum eam tradere ac commendare cognatis illius, aut filijs Ioseph, siquidem fuissent ex ipsa: Iacobo inquam, & Iose, & Iudæ ac Simeoni, qui filij erant ipsius Ioseph ex alia uxore. Neque enim quod usus sit uirgine omnino reperitur. postquam enim genuit, uirgo impolluta permansit. Verùm de his iam in alio opere clarè à me transactum est, ac transigetur. Hic uerò ex parte uelut in transcursu de hoc argumento dictum est, ut ne dum aliorum morsuum curationem facere uolo, & aliorum uenenorũ medelam atque auxilium proponere studeo, ad alia ipsos lectores conuertam. Veruntamen ex omnibus uana & impostoria horum doctrina esse comprobabitur ei qui prudentia præditus est, ut quæ ab apostolis quidem redarguatur, apud prudentes uerò condemnetur, ex Deo autem & ueritatis eiusdem prædicatione reijciatur. Porrò hi ipsi rursus Merinthiani appellantur, uelut fama ad nos perlata habet. Siue autem ipse Cerinthus itidem Merinthus appellatus sit, non omnino de hoc certi sumus. Siue alius quis fuerit Merinthus nomine, illius auxiliarius, Deo notum est. Iam enim diximus, quod non solum ipse in Hierosolymis sæpe restiterit apostolis, sed etiam sodales ipsius in Asia. Attamen siue ipse sit, siue alius ipsius auxi-

Baptizari alios pro alijs iam mortuis.

Pauli locus de resurrectione mortuorum.

Ioseph sponsi Mariæ, filij ex alia uxore.

Merinthiani.

auxiliarius, qui similia ipsi sensit & operatus est, nihil refert. Vniuersæ enim ipsorum doctrinæ improbitas, hanc imaginem habet, Cerinthianiq; ac Merinthiani simul hi uocantur. Et quum hæc de horrenda ac instar reptilis uenenata ipsorum improbitate recensuerimus, rursus ad sequentes procedemus, gratias quidem agentes Deo, quod horum malorum dogmatum pelagus innoxie ac illæsi transnatauimus. precantes autem, ut etiam in sequentibus, uelut in bimaria ac effera breuia illapsi, non lædamur, sed salutem assequamur ab ea quæ apparebit nobis in exponendo ueritate, in eo quod nos ipsam confirmamus, & inanem illam garrulitatem refutamus. Equidem si quis uelit considerare, ac figuras harum describere, & hæc reuera bicipiti cuidam serpenti assimilabitur, propter nominis duplicitatem, uiperæ uidelicet, quæ seps à putrefactione, siue putredine appellatur: & quæ corpus quidem totum pilis rubris exornauit, non habet autem neque capræ neque ouis naturam, aut pellem, sed reptilis: & perniciem inducit per morsum, his quos contingit: eos uerò qui ipsi credunt, subuertit, alicubi ex ueteri religione ea quæ in nouo testamento sunt subuertens, alicubi per doctrinas falsas, uelut de nouo Testamento sumptas, contra apostolos ex circuncisione in CHRISTVM credentes falsas accusationes circumferens. Cuius & putredinem, & uenenum, & dentes, quum ligno ueritatis percusserimus ac contriuerimus, ad sequentes (uelut dixi) procedere per uirtutem Dei studebimus.

Seps uipera à putredine appellata.

Contra Nazoræos, XXIX ex ordine sectam.

NAzoræi deinceps post hos sequuntur, qui simul cum illis fuerunt, aut etiam ante ipsos, aut cum ipsis & post ipsos, & tamen contemporanei. Neque enim exacte dicere possum, utri alteris successerunt. Verùm, sicut dixi, contemporanei inter se fuerunt, & similes opiniones habuerunt. Hi enim sibiipsis nomen indiderunt, non CHRISTI, non ipsum nomen IESV, sed Nazoræorum. Et tunc sanè omnes Christiani Nazoræi similiter uocabantur. Contigit autem ut modico tempore appellati sint Iessæi, priusquam in Antiochia initium sumerent discipuli ut appellarentur Christiani. Vocabantur autem Iessæi, propter Iesse opinor. Quandoquidem Dauid ex Iesse, ex Dauid autem per successionem seminis Maria, ita impleta diuina scriptura in ueteri Testamẽto, dicente Domino ad Dauid: De fructu uentris tui, ponam « super sedem tuam. Vereor autem in singulis his tractandis argumentis, ne longam huic operi narrationem ascisca, quum harum rerum mentionem faciam, commouente me ueritate, ut speculationes inter dicendum occurrẽtes retegam. Quum enim Dominus dixerit ad Dauid: De fructu uentri tui, ponam super sedem tuam: & hoc, « Iurauit Dominus Dauid, & non pœnitebit eum: manifestum est, quod intransmu- « tabilis est Dei promissio. Et primùm, quod iuramentum apud Deum, quid aliud est quàm quod dicit Dominus, Per meipsum iuraui. Non enim per maiorem habet Deus iusiurandum, sed neque iurat Deus, uerùm ad declarationem confirmationis, sermo ille uim habet. Cum iuramento enim iurauit Dominus Dauid: De fructu uentris tui, ponam super sedem tuam. Testantur autem apostoli, quod ex semine Dauid oportebat CHRISTVM generari, uelut etiam generatus est Dominus noster IESVS CHRISTVS. Omittam autẽ plura testimonia, ut ne (uelut dixi) longius orationem extendam. Fortassis autem dixerit aliquis, Si CHRISTVS genitus est ex semine Dauid secundùm carnem, hoc est ex sancta uirgine Maria, qua ratione super sedem Dauid non sedet? Venerunt enim, inquit Euangelium, ut ungerent ipsum in regem: quo cognito secesit, & occultatus est in Ephraim ciuitate deserti. Quum « igitur peruenerimus nos ad locũ huius dicti, & interrogati simus de hoc testimonio ac proposito, Qua ratione carnaliter impletum non est in Saluatore, ut sedeat super thronum ac sedem Dauid (quidam enim putauerunt hoc impletum nõ esse) rem ipsam uelut se habet referemus. Nulla enim dictio sanctæ Dei scripturæ intercidit.

Nazoræi uocati Christiani.

Iessæi Christiani dicti.

Thronus Dauid quid sit.

Thronus igitur Dauid & regia sedes, est sacerdotiũ in sancta Ecclesia, quam dignitatem regiam, simulq; pontificiã simul cõiunctim largitus est Dominus sanctæ Ecclesiæ suę, translato in ipsam thronoDauid nõ deficiẽte in æternũ. Illic enim per successionẽ durauit thronus Dauid usq; ad ipsum CHRISTVM, nõ deficiẽtibus principibus
» ex Iuda, donec uenit cui restabãt quæ reseruabãtur ipsi, & ipse expectatio gentium, inquit. Desiuerũt enim in CHRISTI aduentu principes per successionẽ ex Iuda, qui usq; ad CHRISTVM præsederũt. Intercidit enim ordo, & cessauit, quãdo ipse natus est in Bethleem Iudææ tempore Alexãdri, qui erat de genere sacerdotali ac regio. A quo Alexãdro intercidit hæc sors, à temporibus ipsius & Saalinæ, quæ etiam Alexandra appellatur, in temporibus Herodis regis, & Augusti Romanorum imperatoris. Hic Alexãder unus ex unctis & præsidibus existẽs, etiam diadema sibijpsi impo suit. Coniunctis enim duabus tribubus, regia ac sacerdotali, Iuda inquam & Aaron, & tota tribu Leui, sic reges ac sacerdotes fiebant. Nihil enim ex ænigmatis sanctæ scripturæ aberrauit. Tunc uerò deinceps rex alienigena Herodes, & non amplius successores Dauid diadema imponebãt, translapsa regia sede in CHRISTO ad ecclesiam. Et à domo quidem carnali Iuda & Israël, regia dignitas translata est: firmiter autem sedet thronus in sancta Dei ecclesia in æternum, ex duplici origine dignitatem habens, regia ac sacerdotali. Et regiã quidem à Domino nostro IESV CHRISTO iuxta duos modos, & quia est ex semine Dauid regis secundùm carnẽ, & quia ipse est rex maior à seculo secundùm deitatem. Sacerdotalem uerò, quia ipse pontifex, & pontificum præfectus, cõstituto statim Iacobo fratre appellato & apostolo, episcopo, qui primus filius ipsius Ioseph natura erat, frater autem Domini uocabatur, propter conuersationẽ. Erat enim hic Iacobus filius Ioseph, ex uxore Ioseph, non ex Maria, uelut multis locis hoc à nobis relatũ est, ac manifestiùs declaratũ. Sed & reperimus ipsum eo quod ex Dauid esset, propterea quod esset filius Ioseph, etiam Naziræum factum. Erat enim primogenitus ipsius Ioseph, ac sanctificatus. Insuper uerò etiam sacerdotio ipsum functum esse, iuxta uetus sacerdotiũ reperimus. Quapropter etiam permittebatur ipsi semel in anno ingredi ad sancta sanctorum, uelut lex pontificibus præcepit, sicut scriptum est. Sic enim multi retulerunt ante nos de ipso, Eusebius & Clemens, atque alij. Sed & folium siue bracteam in capite gestare ipsi licebat, quemadmodum relati fide digni uiri in suis cõmentarijs testati sunt. Sacerdos itaq; est, uelut dixi, Dominus noster IESVS CHRISTVS in æternum, secundùm ordinem Melchisedec, simulq; rex iuxta ordinem ex supernis, ut transferat sacerdotium simul cum lege. Ex semine uerò Dauid, propter Mariam, sedens in throno in æternum, & regni eius non erit finis. Oportebat enim ipsum nunc transferre ordinem, tum sacerdotij, tum regni. Nam regnum ipsius nõ est de terra, uelut dixit in Euangelio ad Pontium Pila-
» tum: Regnũ meum nõ est ex hoc mundo. Nam cum CHRISTVS omnia impleat per ænigmata, argumẽta de ipso proposita ad aliquã usq; mensurã peruenerũt. Non enim uenit ut regni progressum acciperet, qui semper regnat. largitus est autem sub se constitutis regnum, ut ne diceretur à paruis ad maiora procedere. Manet enim thronus ipsius, & regni eius nõ erit finis, & sedet super thronũ Dauid, ita ut regnũ Dauid unà cum põtificatu transtulerit ac largitus sit seruis suis, hoc est põtificibus catholicæ ecclesiæ. Et multa sunt quæ de hoc dici possunt. Veruntamen quãdo ad locũ deueni ut dicerem ob quam causam Iessæi appellabãtur, priusq; uocarentur Christiani qui in CHRISTVM crediderũt, ea de causa diximus, quod Iesse pater fuit Dauid. Et siue ex Iesse, siue ex nomine IESV Domini nostri, appellati sunt Iessæi, propterea q̃d ex IESV procederẽt, quũ discipuli eius essẽt. aut propter nominis Domini etymologiã:

Christi regnũ ubi sit.

Iacobus episcopus.

Iesus quid Hebræis sit.

IESVS enim in Hebraica lingua curator appellatur, aut medicus, & saluator: nihilominus hoc nomen habuerunt, priusquam ipsi Christiani uocarentur. Ab Antiochia autem

autẽ uelut ſuprà meminimus,& ſicut ueritatis ratio habet, diſcipuli & uniuerſa Eccleſia Dei, Chriſtiani uocari cœperunt. Repereris autem ô ſtudioſe, etiam hoc argumentum in commentarijs Philonis, in libro de Eſſæis ab ipſo inſcripto. Qui horum conuerſationem, & laudes horum exequens, & monaſteria ipſorũ in uicinia circum Mariam paludem recenſens, non de alijs quibuſdam narrauit quàm de Chriſtianis. Hic enim quum eſſet in regione, Mareotim autem locum appellant,& deductus eſſet ab ipſis ad monaſteria eius loci, magnam utilitatem aſſequutus eſt. In diebus enim paſchatis illic uerſatus, & uitam ipſorũ uidit, & quomodo quidam per ſanctã paſchatis hebdomada omni eſu dilato degebant, alij uerò interpoſitis duobus diebus edebãt, alij etiam in ueſperam. Fuerunt autem hæc omnia à uiro peracta ad tractationem argumenti de fide ac conuerſatione Chriſtianorũ. Tunc igitur uocabãtur Eſſei per modicum tempus, poſt aſſumptionẽ Saluatoris,& Marco in Ægyptiorũ regione euangelium prædicante. Iuxta hæc tempora rurſus aliqui ex apoſtolis prodierunt, ſectatores nimirum: dico autem Nazoræos, de quibus hic tracto, qui erant quidem genere Iudæi,& legi addicti, ac circunciſionẽ habẽtes. Verùm quemadmodum qui de ſpecula ignem cõſpicati ſunt, non intelligunt qua de cauſa illi rogum incenderũt, num utilitatis ac uſus alicuius gratia hoc faciunt, aut ut uitæ ſuæ obſonia ad eſum per ignem parent, aut ut lignorum quorundam ac ſarmentorũ, quæ ignis conſumere ſolet, extirpationem faciant. Sic etiam ipſi per imitationem igne accenſo, ſeipſos incenderunt. Quum enim ſolum nomen IESV audiuiſſent, & diuina ſigna quæ per apoſtolorũ manus fiebant uidiſſent, etiam ipſi in CHRISTVM credebant. Gnari uerò ipſum ex Nazaret in utero cõceptum eſſe,& in domo Ioſeph educatũ,& propterea in Euangelio IESVM Nazoræum uocari, uelut etiã apoſtoli IESVM Nazoræũ dicunt, uirum approbatum,& in ſignis & in miraculis,&c. hoc nomen ſibi ipſis impoſuerũt, ut Nazoræi appellentur, non autem Naziræi, hoc eſt ſanctificati. Hæc enim dignitas olim primogenitorũ fuit, ac Deo dicatorum. De quorũ numero unus fuit Sampſon, & alij poſt ipſum,& multi ante ipſum. Sed & Ioannes Baptiſta ex ijſdem ſanctificatis Deo unus fuit,& uinum ac ſicera nõ bibit. Talibus enim hæc uita uelut dignitati congrua decernebatur. Alij uerò Naſaræos ſeipſos uocauerunt. fuit enim Naſaræorum hæreſis ante CHRISTVM, & CHRISTVM non nouit. Sed & omnes homines Chriſtianos Nazoræos uocabãt, uelut dixi,& ſic accuſantes Paulum apoſtolum appellant: Hunc hominẽ inuenimus peſtem & peruerſorẽ populi, præſidemq; ſectæ Nazoræorum. Sanctus autẽ apoſtolus nõ negat quidem nomen, non cõfitens horũ hæreſim, ſed nomen ab aduerſariorũ malignitate propter CHRISTVM ſibi illatũ benigne ſuſcipiens, coram tribunali dicit: Neq; in templo inuenerunt me cum aliquo diſputantem, aut congregationẽ aliquã turbæ facientẽ, neq; quicq̃ eorum ob quæ me accuſant feci. Cõfiteor autẽ hoc tibi, quòd iuxta uiam, quam hi ſectam ac hæreſim appellant, ſic Deum colo, credẽs omnibus quæ ſcripta ſunt in lege ac prophetis. Et non mirum eſt quod Apoſtolus ſeipſum cõfitetur Nazoræum, quum omnes tunc Chriſtianos hoc nomine appellarint, propter Nazaret ciuitatẽ, alio nõ exiſtente nominis uſu ad hoc tempus, quàm ut homines CHRISTO credentes ſic appellarẽt. de quo ſcriptũ eſt, quod Nazoræus uocabit. Nam etiã nunc homines omnes hæreſes æquiuocè Chriſtianos uocãt, qui Chriſtiani nõ ſunt, Manichæos inquam,& Marioniſtas, Gnoſticoſq;, atq; alios. Et tamen unaquæq; hæreſis, etiam ſi aliud nomen habeat, hoc gaudens ſuſcipit, quia per nomen ornatur. Videtur enim ſe ob nomen CHRISTI tractare, nõ item fidem & opera. Sic etiã ſancti CHRISTI diſcipuli, tunc diſcipulos IESV ſeipſos uocabant, uelut etiam erant. Quum autem ab alijs Nazoræi appellabantur, non renuebãt, ſcopum conſiderantes eorum qui ipſos ſic appellabant, quod uidelicet propter CHRISTVM ipſos ſic uocabãt. Nam & ipſe Dominus IESVS Na-

Chriſtianorũ appellatio.

Philonis ſcripta.

Naziræi alij à Nazoræis, itemq; Naſaræis.

Iesus Nazoræus appellatus.

Nazoræus uocabatur, quemadmodum habent Euangelia & actus Apostolorum, propterea quod in Nazaret ciuitate, quæ nunc uicus est, educatus esset in domo Ioseph, natus uerò secundùm carnẽ in Bethleem ex Maria uirgine despõsa ipsi Ioseph, qui in eandem ciuitatem transmigrauit, postquam à Bethleem digressus in Galilæa habitauit. Porrò relati hi hæresiotæ, de quibus hic uerba facio, omisso nomine IESV, neque Iessæos se uocauerunt, neque in Iudæorum nomine permanserunt, neque Christianos seipsos appellauerunt, sed Nazoræos, à loci uidelicet Nazaret urbis cognomine. Per omnia uerò sunt Iudæi, & nihil aliud. Vtuntur autem hi non solum nouo testamento, sed etiam ueteri, uelut etiam Iudæi. Non enim renunciauerũt legi & prophetis, & receptis apud Iudæos libris, uelut antea relati, neque aliud quid hi sentiunt, sed iuxta prædicationem legis, & sicut Iudæi omnia rectè confitentur, absque hoc uidelicet quod in CHRISTVM credunt. Confitentur enim & mortuorum resurrectionem, & ex Deo omnia facta esse. Vnum autẽ Deum profitentur, & huius filium IESVM CHRISTVM. In Hebraica uerò lingua optimè sunt exercitati. nam apud ipsos lex & prophetæ, & recepti à Iudæis libri, Regnorũ uidelicet, & Paralipomena, & Esther, & alij omnes hebraicè leguntur, uelut etiam apud Iudæos. Verùm in hoc solùm à Iudæis differunt, itemq; Christianis: quòd Iudæis quidem non consentiunt, eo quod in CHRISTVM credunt. Cum Christianis uerò non conspirant, eo quod adhuc legi sunt alligati, circũcisionique ac sabbato, atq; alijs. De CHRISTO uerò non habeo quod dicam, an etiam ipsi prædicta Cerinthi improbitate ducti, nudum hominẽ ipsum putẽt: aut uelut ueritas ipsa habet, per Spiritum sanctum ex Maria genitum esse affirment. Est autẽ hæc Nazoræorũ hæresis in Berrœorum regione circa cauam Syriam, & in Decapoli circa Pellæ partes, & in Basanitide quæ Cocaba appellatur, & Chochaba hebraicè dicitur. Illinc enim initiũ factum est, post discessum à Hierosolymis, omnibus discipulis in Pella habitãtibus, quum CHRISTVS iussisset relinquere Hierosolyma, ac secedere, quoniam passura esset obsidionem. Et hac de causa Berrœam habitantes, illic uelut dixi uitam degebant. Hinc Nazoræorum hæresis initium habuit. Errauerunt autem & hi circuncisionem iactantes. Et adhuc tales sub maledictione sunt, non potentes legem implere. Quomodo enim poterint implere ea quæ dicta sunt in lege? Nempe, ter in anno uideberis corã Domino Deo tuo, circa azymorũ festiuitatẽ, & tentoriorũ fixorũ celebritatẽ, & Pentecosten, in loco Hierosolymorum. Cõclusa enim lege, & his quæ in lege sunt expleri nõ potẽtibus, omnibus sanè mente præditis manifestũ fuerit, quod CHRISTVS uenit cõpletor legis, non legem destructurus, sed legem impleturus, & maledictionẽ ablaturus contra legis transgressionẽ decretam. Postquam enim Moses omne mandatũ præcepit, ad finem libri peruenit, & totũ in maledictionẽ concluſit, dicens: Maledictus omnis qui nõ perseuerat in omnibus uerbis quæ scripta sunt in hoc libro, ut faciat ea. Venit igitur soluens quidem ligata uinculis maledictionis, largiens autem nobis pro paruis impleri nõ potentibus, maiora, & non alterũ alteri pugnãtia ad operis impletionẽ, uelut priora illa. Sic enim etiã antea per omnes sectas, sæpe de sabbatismo & de circuncisione, atq; alijs elaborauimus, quomodo Dominus nobis perfectiora largitus est. Quomodo igitur poterint tales excusationẽ habere, qui Spiritui sancto non obediue
» runt, per apostolos ad eos qui ex gentibus crediderũt loquuto? Ne onus imponatis,
» præter ea à quibus necesse est abstinere, sanguine scilicet, & suffocato, & scortatione, & eo quod simulachris sacrificatum est? Quomodo uerò non excident à gratia Dei,
» quũ Paulus apostolus dicat, Si circuncidimini, CHRISTVS uobis nihil proderit.
» Qui in lege gloriamini, ex gratia excidistis. Sufficiet igit & in hac secta, breuis hæc nostra dissertatio. facile est enim tales deprehẽdere ac cõfutare, & sunt magis Iudæi, & nihil aliud. Verũ hi Iudæis ualde inimici sunt. Non solũ enim Iudæi hos odio habẽt, sed

Nazoræorũ à Christianis differentia.

Cocaba.

exur-

exurgentes mane, & in meridie, & circa uesperam, ter in die quando preces perficiũt in suis synagogis, detestantur ipsos ac execrãtur, dicentes: Maledic Deus Nazoræis. Nam his amplius aduersantur, propterea quod quum ex Iudæis ipsi sint, IESVM prædicant esse CHRISTVM, id quod aduersissimũ est his qui adhuc Iudæi sunt, & CHRISTVM nõ susceperũt. Habent autẽ Matthæi euangeliũ perfectissimum hebraicè. Apud ipsos enim hoc claré, quemadmodũ ab initio scriptum est Hebraicis literis, adhuc seruatur. Non noui autẽ an etiã genealogias ab Abraam usq; ad CHRISTVM amputauerunt. At quando etiã hanc hæresim uelut debilem uespam, & dolorem per uenenum inducentem deprehendimus, & per ueritatis doctrinam cõtriuimus, ad sequentes, ô charissimi, pergamus, à Deo auxilium implorantes.

Matthæi Euangelium hebraicè scriptum.

Contra Ebionæos, XXX sectam.

EBion, à quo Ebionæi, deinceps sequens, & similia his sentiens, multiforme monstrũ, & (ut ita dicã) fabulosæ illius multicipitis hydræ serpentariã formã in seipso exprimens, rursus in mundo exortus est, ex horum quidem schola existẽs, uerùm alia præter hos prædicans ac exponens. Quemadmodum enim si quis copulasset sibi ornamentum ex diuersis lapillis preciosis, & uestẽ uariegatã, & splendide se exornasset: sic hic uiceuersa, quicquid horrendũ est ac pernicioſum & abominabile, informeq; ac incredibile, & odio pleni, id à singulis sectis accepit, & seipsum in omnes efformauit. Samaritarũ enim habet abominationem, Iudæorum nomen, Osseorũ uerò & Nazoræorum ac Nasaræorũ opinionem, Cerinthianorũ formam, Carpocratianorum improbitatem, & Christianorum habere uult appellationem: non enim profectò etiam actionem & mentem, & scientiã, & Euangeliorum ac Apostolorũ de fide assensum. Verùm medius, ut ita dicam, inter omnes existẽs, nihil est: sed in ipso impletur quod scriptum est, Penè eram in omni malo, in medio Ecclesiæ ac synagogæ. Quum igitur Samarita quidem sit per abominationem, nomen abnegat: Iudæum autem seipsum confitens, Iudæis se opponit: & quidem consentiens ipsis in parte, uelut postea in demonstrationibus de hoc, & in ipsius confutatione, Deo opitulante declarabimus. Hic enim Ebion contemporaneus horum fuit, ab ipsis uerò cum ipsis procedit. Primùm porrò ex affrictu & semine uiri, hoc est Ioseph, CHRISTVM natum esse dixit, uelut etiam antea à nobis dictum est, quod eadem cum alijs in omnibus sentiẽs, in hoc solum differebat, quod in lege Iudaismo addictus erat, circa sabbatismũ ac circunciſionem, aliaq; omnia quæ apud Iudæos ac Samaritas perficiũtur. Adhuc plura uerò hic præter Iudæos, uelut Samaritæ, peragit. Addidit enim, ut obseruẽt cõtingere aliquos ex alijs gentibus: & quotidie si quando mulieri cõiunctus fuisset, & ab ipsa surrexisset, baptizabatur in aquis, si copia esset marina, aut etiã alijs. Sed & si occurrisset alicui regressus ab immersione in aquas ac baptismo, similiter rursus decurrebat ad immersionem, atq; hoc sæpe unà cum uestimẽtis. Nunc uerò interdicta sunt omnino apud ipsos, uirginitas & continentia, uelut etiam apud alias similes huic sectas. Tunc enim uirginitatẽ magnificabant, nimirum propter Iacobum fratrem Domini: & suos libros ad seniores ac uirgines scribũt. Initium autẽ huius cœpit post Hierosolymorũ captiuitatẽ. Quandoquidẽ enim omnes in CHRISTVM credentes eo tempore in citeriore regione habitabant, maiori ex parte in Pella ciuitate quadam Decapolis, quæ in Euangelio scripta habetur, prope Batanæam & Basanitidem regionem, tunc eò digressis, & ipsis isthic uitam degentibus, ex hoc occasio cõtigit Ebioni. Et incipit quidem habitationẽ habere in Cocaba uico quodam, in partibus Carnaim, Arnem, & Astaroth, in Basanitide regione, uelut fama ad nos perlata habet. Hinc sanè malam suam doctrinam auspicatur, unde & Nazoræi supra mihi indicati sunt. Hic enim coniunctus illis, & illi huic, uterque de propria improbitate alteri impertiuit. Et differunt quidẽ alter ab altero in aliqua re, uerùm in mentis peruersitate se mutuò expresserũt.

Ebion.

Pellã habitãt Christiani.

Cocaba.

Iam

Iam uerò in alijs quoque libris, in alijs item sectis, dictū à me est, de loci Cocaborum situ, & de Arabia per longū. Et primum quidem Ebion, uelut dixi, CHRISTVM ex semine uiri, hoc est ipsius Ioseph, esse decreuit. Temporis uerò progressu, et hucusq; sectatores eius, propria mente ad inconstantiam ac hæsitationem conuersa, alij aliter apud ipsos de Christo narrant. Fortassis autem ab eo quod coniunctus fuit ipsis Elxæus pseudopropheta, apud Sampsenos & Ossenos, ac Helcessæos appellatos, uelut ille imaginationem quandam de Christo, & de sancto Spiritu recensent. Quidā enim ex ipsis etiam Adam, Christum esse dicunt, illum primum formatum, & à Dei inspiratione insufflatum. Alij inter ipsos ex supernis quidem esse, præ omnibus uerò creatum esse, ut qui spiritus sit, & super angelos sit, omnibusq; dominetur, & Christus appelletur, & illic seculum sortitus sit, ueniat autē huc quando uult, uelut etiam in Adam uenit, & patriarchis apparuit corpore induto, & ad Abraam uenit, & Isaac ac Iacob. Idem in extremis diebus uenit, & ipsum corpus Adam induit, & cōspectus est homo, & crucifixus est, & resurrexit, & ascendit. Rursus autem quando uolunt dicunt non, sed in ipsum uenit spiritus, qui est Christus, & induit ipsum qui Iesus appellatur. Et multa est apud ipsos uertigo, aliàs aliter atque aliter de ipso tractantibus. Et suscipiunt quidem etiam ipsi Euangelium secundùm Matthæum: nam hoc solo etiam ipsi, uelut Cerinthus & Merinthus utuntur. Appellant autem ipsum Euangelium secundùm Hebræos, sicut reuera habet. Quod Matthæus solus Hebraicè & Hebraicis literis, in nouo testamento Euangelij editionem ac prædicationē fecit. Iam uerò etiā aliqui dixerunt, Euangeliū secundùm Ioannē de Græca lingua in Hebræam translatum esse, & in Iudæorum gazophylacijs haberi, his uidelicet quæ sunt in Tiberiade, & repositum esse inter apocrypha, uelut quidā Iudæi ad fidem conuersi exactè nobis exposuerunt. Quin & librum actuum Apostolorū similiter ex Græca lingua in Hebraicam conuersum, fama refert illis in gazophylacijs haberi, ut etiam ex hoc Iudæi hi qui legerunt & nobis recensuerunt, in Christum crediderint. Erat autem ex ipsis quidam Iosephus, non scriptor & historiographus ille uetus, sed à Tiberiade, qui temporibus Felicis Constantini Imperatoris illius senioris uixit, & ab ipso Imperatore Comitum dignitatem assequutus est, & potestatem accepit ædificandi ecclesiā Christo in eadem Tiberiade, & in Diocæsarea, & in Capernaum, & alijs ciuitatibus. Et multa passus est ab ipsis Iudæis, priusquàm Imperatori manifestaretur. Hic Iosephus inter dignitate præstantes uiros apud ipsos connūmeratus erat. Sunt autem hi post patriarcham Apostoli appellati, assidentq; patriarchæ, & cum ipso sæpe assiduè in nocte ac die degunt, consulendi gratia, & ut referant ad ipsum ea quæ sunt in lege. Patriarcha autem illo tempore Ellel nomine erat. Arbitror enim Iosephum sic nomen ipsius dixisse, si nō ex tempore fallor: ex genere uerò Gamaliel erat, qui apud ipsos patriarcha fuit. Ratiocinari autem licet, uelut etiam alij prodiderunt, hunc esse generis illius primi Gamalielis, qui temporibus Saluatoris uixit, & secundùm Deum cōsilium dedit, ut abstinerent ab insidijs contra apostolos struendis. Quum autē morti uicinus esset Ellel, cupiuit Episcopum uicinum urbi Tiberiorum ad se uenire, & accepit ab ipso sacrum lauacrum in excessu, per medicæ curationis prætextum. Ipsum enim per prædictum Iosephū, uelut qui medicus esset, accersiuit, & omnibus à se remotis episcopū rogauit, dicēs, Largire mihi signaculū in CHRISTO. ille uerò accersitis ministris, præcepit aquam parari, uelut qui morbi gratia auxiliū aliquid adhibere uellet, quum per aquas grauiter ipse patriarcha ægrotaret. Ministri autem fecerunt iussa: nō enim nouerunt, quum patriarcha pudoris gratia omnes à se remouisset. Quare sic sacro lauacro ac sanctis mysterijs patriarcha dignus euasit. At uerò Iosephus mihijpsi hæc retulit: ex ore enim ipsius hæc omnia audiui, & nō ab aliquo alio, in senecta ipsius, circa septuagesimum ætatis ipsius annum, aut etiam ultrà. Ab ipso enim perductus sum ad

Elxæus pseudopropheta.

Comitum dignitas.

Ellel patriarcha Iudæorū Christianus fit.

Iosephus comes ex Iudæo Christianus factus.

Gazophylacia Iudæorum in Tiberiade.

ad Scythopolim. Cũ enim migrasset à Tiberiade, possessiones illic in Scythopoli præclaras acquisiuit. Nam in domo ipsius beatus Eusebius Italiæ episcopus urbis Fregellæ, à Constantio ob fidem Orthodoxam fugatus, hospitio exceptus erat, & ad huius uisitationem ego et alij fratres illuc profecti, etiam ipsi apud ipsum diuertimus. Ex conuersatione uero ipsius Iosephi intra ædes eius, & de rebus ipsius percunctantes, & cognoscentes quod ex illustribus apud Iudæos fuit, exquirentesq; ipsius propositum, et quomodo ad Christianismum deuenit, hæc omnia clarè audiuimus, & non ex auditu alterius cuiusdam. Vnde etiam memoratu digna ad credentium ędificationem opinati, ea quæ circa uirum sunt transacta, propter ea quæ in Hebraicam linguam translata in gazophylacijs reposita sunt: non incassum omnem rem prædicti Iosephi apposuimus. Erat enim uir qui nõ solum Christianus fidelis fieri dignus factus est, sed qui etiã Arianos ualde notauit. In illa enim ciuitate, Scythopoli inquam, solus hic Orthodoxus fuit, omnes uero alij Ariani. Et nisi Comes fuisset, & Comitis dignitas Arianorum persecutionem ab ipso prohibuisset, non sustinuisset hic uir in urbe morari, præsertim sub Patrophilo Ariano episcopo, qui multum potens fuit & diuitijs, & austeritate, & apud regem Constantium noticia, ac dicendi libertate. Erat porrò & alius quidam iunior in urbe ex Hebræis rectam fidem habens, qui non ausus fuit in aperto, sed occulte nos uisitabat. Verisimile uero quiddam ac ridiculum Iosephus narrabat, et puto etiam hæc ipsum uera dixisse. Dicebat enim, quod mortua ipsius conthorali, ueritus fuerit ne ipsum raperent Ariani, ac clericum efficerent. sæpe enim blanditi ipsi fuerant, & si hæresi ipsorum crederet, polliciti maiores profectus, uel etiam episcopatum. qua de causa dicebat se alteri uxori cõiunctum esse, quo ipsorum electiones effugeret. Verum redeo ad narrationem argumenti de patriarcha, et ipso Iosepho, ut si qui legere uelint, per illius uerba à me relata, idipsum exacte clarum faciamus. Et iam uelut ille narrabat patriarcha lauacrũ suscipiente, per commissuras in foribus introspiciens, inquit, considerabam quæ ab episcopo ac patriarcha fiebant, mentęq; recondebam, & apud meipsum reponebam. Et idem patriarcha auri molem quandam satis magnam in manibus habens, extenta manu episcopo dabat dicens, Offer pro me: scriptum est enim, Per sacerdotes Dei ligari ac solui in terra, et erunt eadem ligata ac soluta in cœlo. Quum igitur hæc facta essent, inquit, & apertæ essent fores, interrogabatur patriarcha à uisitantibus, quomodo per auxilium se haberet. & confitebatur se optimè habere. Etenim norat quod dicebat. Postea uero quum episcopus per duos aut tres dies sępe ipsum uisitaret in medici prætextu, obdormiuit patriarcha cum bono deposito, tradito proprio filio ualde iuuene, ipsi Iosepho & alteri cuidam æquissimo. Omnia itaque peragebantur per hos duos, propterea quod patriarcha adhuc puer & infans esset, & in manibus ipsorum educaretur. In hoc tempore quum mens Iosephi sæpe uexaretur per mystica quę facta erant in lauacri tractatione, considerabat quinam faceret. Et erat quædam gazophylacij domus conclusa, gaza autem in Hebræa lingua significat thesaurum. Quum itaq; multi multa cogitarent de hoc gazophylacio, propter conclusionem per sigillum, Iosephus clandestinè ausus id aperuit, & pecunias nullas reperit, uerum libros pecunijs præstantiores. Legens aũt inter hos, uelut iam dixi, Euangelium secundum Ioannem, de Græca lingua in Hebræam translatũ, inueniebat etiam Actus apostolorum. Quin & Euangelium secundum Matthæum, Hebraicam plantam. Et his perlectis, rursus animo uexabatur, tristatus quodãmodo de fide CHRISTI. Iam uero ex duobus argumentis compunctus, nimirum librorum lectione, & mystico patriarchæ ductu ac initiatione: & tamẽ corde indurabatur, qualia fieri solent. Quum autem in his attereretur, adolescit puer relictus ab Ellel, qui in patriarchã educabatur. nemo enim alius rapit principatus apud Iudęos, sed filius patri succedit. Vbi igitur ad uigorem ętatis adolescens peruenisset, corrumpebant ipsum quidam coætanei ociosi,

Eusebius Frẽgellæ episcopus exul.

Clerici facti à defũctis primis uxoribus.

Gaza Hebræis thesaurus.

Euangelium Ioannis, & Actus apostolorum Hebraice

& adsueti malis. Fortassis autem ut puto, Iudas hic uocabatur. non tamen certò scio, propter tempus. Transtulerunt itaq; coætanei iuniores, ad multa mala studia, ad corrumpendas mulierculas, & libidines sceleſtas, ita ut per magicas quasdam incantationes conarentur ipsi opitulari ad proteruitatem, illecebras quasdam perficiendo. et per præstigias cogẽdo liberas mulieres, ut necessariò perducerentur eò ut ab illo corrumperentur. Iosephus autem, & ille alter cum ipso senex, necessariò puerum comitantes, ægre ferebant, & sæpe reprehendebant ipsum, atq; uerbis admonebant. Ille uero magis adolescentibus obediebat, occultãs turpia, et negans. Neq; enim audebat Iosephus aperto sermone eloqui illius facinora, sed uelut per scientiam exhortabantur. Proficiscuntur itaq; ad Gadara ad aquas calidas, quo loco singulis annis conuentus celebratur. Accedunt enim undiquaq; qui lauare uolunt ad dies aliquot, morborum uidelicet deponendorum gratia: id quod diabolicum est strategema. Vbi enim miracula à Deo facta sunt, ibi aduersarius pernicioſa sua retia ponere anticipauit. Nam uiri & fœminæ illic lauantur. Iuxta Sycyriam uero fœmina quædã libera in balneo erat, formæ pulchritudine excellens. Et adolescens ille proteruitatis suæ consuetudine illectus, deambulans in aëre, latus suum ad fœminæ latus affricuit. Illa autem signauit se in nomen CHRISTI, ut quæ Christiana esset: cui neq; necessarium erat delinquere, & inter uiros ac fœminas lauari. Cõtingunt autem hæc simplicibus & idiotis hominibus, qui per præceptorum negligentiam non sunt muniti doctrina. Et tamen ut ostenderet Deus sua miracula, adolescenti suus conatus non succeſſit, ipsi inquam patriarchę. Misit enim ad ipsam, & munera constituit: illa uero nuncijs cõtumelia affectis, nõ flectebatur proterui illius inani opera. Hinc auxiliarij eius cognito adolescentis dolore, quem ex fœmina illa conceperat, aggrediuntur maiores quasdam præstigias construere, uelut ipse Iosephus mihi per longum clarè exposuit. Abducunt enim miserũ illum adolescentem post occasum solis, in propinquas tumbas (sepulchra autẽ sic appellantur, spelunce uidelicet in petris effossę ac constructæ) illuc abducunt prædictum adolescentem præstigiatores qui cum ipso erant, et incantationes ac eiurationes & studia impietatis plena in ipsum faciunt, et in nomen prædictæ fœminæ. Cæterum ex uoluntate Dei hæc in mentem ueniunt alterius senioris qui cum Iosepho erat, & ille sentiens quæ fiebant, ea Iosepho communicat. & primùm quidem miserum seipsum pronuncians, dixit: Miseri (inquit) nos ô frater, & perditionis uasa, cui assidemus: Iosephus autem causam percunctatus, nõ prius audiuit ex ipso per sermones, quàm ubi senex correptum ipsum manu abduxisset eò, ubi conuentum perditi illi cum adolescentulo in monumentis incantationis gratia faciebant. & præ foribus quidem stantes, quæ ab illis fiebant, auscultabant: illis uero egredientibus, secedebant. Nondum enim multa uespera erat, sed uelut esse solet ad solis occasum, oculo adhuc obscure uidere potente. Post exitum igitur impijſſimorum è monumento, ingressus est Iosephus, ac deprehendit etiam alia quædam curiositatis studia humi prostrata, quibus ubi urinã & sanguinem adiecissent, & puluerem ammiscuissent, illi egressi sunt, uelut ille dixit. Cognouit autem insidias, ob qualem fœminam hæc ab ipsis maleficè perpetrata essent, & obseruabat an præualerent. Vbi igitur non præualuerunt præstigiatores (nam per signaculum CHRISTI, & fidem, fœmina auxilium percepit) cognouit adolescentem per tres noctes tolerare, ac expectare fœminæ accessum. deinde uero pugnare aduersus eos qui hanc curiositatem fecerant, quod assequutus illam non esset. Hoc tertium instructionis ad fidem opus Iosepho contigit, quod non ualuit incantationis uis, ubi erat nomen CHRISTI, & signaculum crucis. Non tamen persuasus est, ut Christianus fieret. Postea porrò apparet ipsi in somnis CHRISTVS, dicẽs, Ego sum IESVS quem parentes tui crucifixerunt, uerum crede in me. Ille uero nondum persuasus, incidit in morbum magnum, & desperatum. At Dominus rursus apparet ipsi, iubens ut

Aquæ calidæ in Gadara.

Incantationis uanitas.

credat

credat in ipsum, & sanitatem assequuturum esse promittens. Ille uero promissione facta rursus fefellit, & in duricia permãsit. Recidit autem secundariò in morbum, eumq; similiter desperatum, relictusq; uelut moriturus à cognatis suis Iudæis, quod mystice ab ipsis semper fieri solet, id ab his audiuit. Nam uir quidam senior legisperitus eum accedens, in aurem ipsius insusurrauit, dicens, Crede in IESVM crucifixum sub Pontio Pilato præside, qui filius est Dei, & ex Maria postea natus est, & CHRISTVS Dei est, & ex mortuis resurrexit: nam ipse ueniet iudicare uiuos ac mortuos. Hæc ipse Iosephus palàm mihi recitauit, id quod uerè dicere possum. Sed & ab alio quodã tale quid audiui, qui adhuc Iudæus erat, propter metum Iudæorum, sed inter Christianos sæpe uersabatur, & Christianos colebat ac diligebat, atque mihi comes erat in deserto Bethel & Ephraim, dum ad montanam regionem ascenderem à Hierichunte, & objicerem ipsi de CHRISTI aduentu, ipso nihil contradicente. Quum autem admirarer, & interrogarem ipsum causam (erat enim & legisperitus, & contradicere potens) cur non contradiceret, sed persuaderetur tot ac talia de CHRISTO IESV Domino nostro audiens: reuelauit mihi etiam hic, quod morti uicinus audiuerit ab ipsis susurrum in aurem, nimirum IESVS CHRISTVS crucifixus filius Dei te iudicaturus est. Verum hæc mihi de his, & circa hunc sermonem hoc loco, uelut quę reuera audiui, apposita sint. Iosephus autem adhuc ægrotabat, & quum audiuisset à seniore, uelut dixi, cum alijs, IESVS CHRISTVS te iudicaturus est: adhuc obdurabatur. At Dominus rursus ex benignitate sua per somnij uisum, Ecce, inquit, sano te, sed tu ubi surrexeris, crede. Vbi autem conualuisset rursus à morbo, non credidit. Itaque sano ipsi rursus Dominus apparet per somnium, conquerens de ipso ob quam causam non crederet. & promittit ipsi Dominus dicens, In certitudinem fidei si quod uolueris signum diuinum in nomine meo operari, inuoca me, & ego faciam. Erat autem quidam insanus in ciuitate, qui nudus per urbem circuibat, in Tiberiade uidelicet. & quum sæpe uestis indueretur ipsi, eam dilaniabat, uelut tales facere solent. Iosephus igitur uolens experiri uisionem, dubitans autem adhuc, uerecundia detinebatur. Assumit itaque hunc intrò, & præclusis foribus, acceptaq; aqua in manum, eaq; crucis signaculo signata, insanum hominem respersit, ac dixit, In nomine IESV Nazoræi crucifixi, egredere dæmonium ab ipso, & sanus fiat. Homo uero magno clamore edito, humum prolapsus, & multa spuma ab ore emissa lancinatus, ad multum tempus immotus permansit. Iosephus itaque putabat hominem mortuum esse. Ille uero post tempus, perfricta facie surrexit: & conspicatus suam nuditatem, seipsum occultauit, & manus pudendis prætendit, non amplius sustinens propriam nuditatem uidere. Itaque amiculo ex his quę apud ipsum Iosephum erant indutus, ad statum prudentiæ ac modestiæ deuenit, ipsiq; uiro ac Deo magnas gratias egit, gnarus quod per ipsum salus sibi contigisset, & uirum per urbem prædicabat. Et sanè hoc signum notum factum est Iudæis qui illic erant, & multus rumor sequebatur ex his qui dicebant: Iosephus Gazophylacijs apertis, & inuẽto nomine Dei scripto, eoq; lecto magna signa facit. Erat autem uerum quod ab ipsis dicebatur, sed non sic uelut ipsi suspicabantur. Adhuc uero permansit Iosephus obduratus corde. Sed benignus Deus occasiones semper præbens salutis bonas his qui ipsum diligunt, eas exhibet hominibus qui digni facti sunt uita æterna. Accidit enim ut postquam adoleuisset Iudas patriarcha, de quo antea diximus (fortassis enim hoc ipsi nomen erat) prẽmium ac remunerationem apostolatus Iosepho daret. Et hic cum epistolis ablegatur in Cilicum terram, illincq; reuersus ab unaquaque Ciliciæ ciuitate, decimas ac primitias de his qui in prouincia Iudæorum sunt, exegit. In hoc autem tempore propius se Ecclesiæ applicat, haud scio in qua ciuitate: in amicitiamq; uenit eius loci episcopi, qui clandestinè ab ipso Euangelia petiuit, ac legit. Quandoquidem igitur uelut apostolus, sic enim apud ipsos, uelut

dixi, dignitas appellatur: potentissimus esset, & ad constitutionem bonæ disciplinæ legis (sic enim se facere prætendebat) multos malos constitutos synagogæ principes, & sacerdotes ac presbyteros & Azanitas, quos ipsi diaconos aut ministros interpretantur, deponeret, & à dignitate amoueret, in multorum inuidiam deuenit. qui uelut ulcisci ipsum conantes, curiose hunc obseruare, & quæ ab ipso fiebant, inuestigare nõ parum studebant. Et ob hanc sanè causam curiosiores aceruatim in domum ipsius irruerunt, & deprehendunt ipsum Euangelia perlegentem, librumq; occupant, & uirum rapiunt humi trahentes, ac clamantes, & non uulgares torturas ipsi inferentes. & abducunt quidẽ ad synagogam, & flagris ipsum cædunt. & per legem hoc certamen primùm ipsi contigit. Institit autem episcopus ciuitatis & abstulit ipsum. Aliquando uero deprehendunt ipsum in itinere quodam, uelut ipse nobis narrauit, & proijciunt ipsum in Cydnum fluuium. Quum autem à fluctibus raperetur, cogitarunt ex coniectura ipsum submersum esse, ac perijsse. Verum ipse paulo pòst sacro lauacro adhibetur: seruatus enim fuit. Ascendit autem ad comitatum, & Constantini regis amicus euadit, & obtulit atq; exposuit omnem ipsi suarum rerum statum, quomodo eminentissimam apud Iudæos dignitatem habuisset, & quomodo uisiones Dei ipsi penitus apparuissent, CHRISTO ipsum uocante ad sanctam uocationem, & salutem fidei ac cognitionis suæ. At bonus ille Rex, quum CHRISTI seruus esset in ueritate, & zelum Dei inter reges post Dauidem & Ezechiam ac Iosiam haberet, honorem dat ipsi, uelut iam dixi, dignitatis in regno suo. Comitẽ enim ipsum constituit, iussitq; insuper petere quicquid uellet. Iosephus autem nihil petijt, præterquam ut maximum hoc beneficium à rege cõsequeretur, ut permitteretur ipsi per mandatũ regium, quo CHRISTO Ecclesias ædificaret in ciuitatibus ac uicis Iudæorum, ubi nunquam quisquam potuit ecclesias extruere, propterea quod neq; Græcus, neque Samarita, neque Christianus inter ipsos esset: & hoc maxime in Tiberiade, & in Diocæsarea, quæ & Sephurin appellatur, & in Nazaret, & in Capernaum. Obseruatur enim apud ipsos, ut non sit aliquis alterius gentis. Iosephus itaq; acceptis literis & potestate unà cum dignitate, in Tiberiadem uenit, habens etiam epistolas ut de regijs expensis sumptum faceret, imò etiam ipse stipendijs à rege honoratus erat. Incipit itaq; in Tiberiade ædificare. Templum autem maximum prius in urbe fuit, et puto Adrianium hoc fuisse uocatum. Quum uero hoc Adrianium imperfectum permansisset, ciues ad publicum balneum id instaurare conabãtur. quo comperto, Iosephus ex hoc occasionem habebat. Et ubi inuenisset id per lapides quatuor cubitorum ac quatuor pedum ad aliquam altitudinem euectum, hinc incipit facere Ecclesiæ structuram. Erat autem opus calce & alia materia. caminos itaq; extra urbem multos facere iussit, forte septem numero: fornaces autem uernacula lingua uocant. At uero callidi & omnia facere audentes Iudæi, à præstigijs apud ipsos fieri solitis non abstinuerunt. Incantationibus enim quibusdam ac curiosa sedulitate ignem ligare ac disperdere generosi illi aggressi sunt, sed non perfectè potuerunt. Cessabat itaque ignis, & non operabatur, sed extra propriam, ut ita dicam, naturam constitutus erat. Vbi autem hi qui combustilem materiam igni addere iussi erant, ligna uidelicet siue sarmẽta, nihil effecissent, Iosepho rem ipsam significauerunt. Commotus igitur uir ipse, & zelo erga Dominũ correptus, extra ciuitatem currit, & ubi aquam in uase afferri iussisset, accepto uase aquæ coram omnibus (multitudo enim ingens Iudæorum confluxerat ad spectaculum, euentum uidere cupidi, & quid Iosephus facturus esset) magna uoce crucis signaculum proprio suo digito uasi imposuit, & inuocato nomine IESV sic dixit: In nomine IESV Nazoræi, quem crucifixerunt patres mei, & omnium horum circumstantium, fiat uirtus in hac aqua, ad reprobationem omnis incantationis ac magiæ quam hi fecerunt, & ad efficaciam potentiæ ignis ad perficiendam domum Domini. Et sic accepit aquam in manum, & de

Azanitæ, diaconi dicti.

Ecclesiæ in Iudæorum urbibus à Iosepho extructæ.

Adrianium templum.

Iudæorum incantamenta.

Crucis signaculum.

aqua

aqua singulos fornaces respersit, & dissoluta sunt incantamenta, & ignis coram omnibus emersit. Turbæ uero præsentes clamore edito, Vnus Deus qui auxiliatur Christianis, secesserunt. Porrò quum sæpe illi uiro molesti essent, postea parte aliqua templi in Tiberiade extructa, & parua Ecclesia absoluta, sic illinc discessit. Ad Scythopolim uero digressus, illic permansit, uerum in Diocæsarea & alijs quibusdam urbibus perfecte ædificauit. Hæc autem facta à me hic relata sunt, librorū interpretationis gratia, quomodo à Græca lingua in Hebraicam Euangelium secundum Ioannem translatum est, itemq; Actus apostolorum. Et sit hic huius historiæ ac narrationis finis. Reuertar autem ad Ebionem. Nam propter Euangelium secundum Matthæum, sermonis progressus coègit me apponere consequentiam cognitionis ad nos perlatæ. Itaque in Euangelio apud ipsos secundum Matthæum appellato, non integro autem & pleno, sed corrupto ac mutilato (Hebraicum autem hoc appellant) habetur, quod fuerit quidam uir nomine IESVS, & ipse annorum circiter triginta, qui elegit nos, & uenit in Capernaum, ingressusq; est in domum Simonis appellati Petri, & aperto ore suo, prætereiens stagnum Tiberiadis dixit: Elegi Ioannem & Iacobū filios Zebedæi, & Simonem, & Andream, & Philippum ac Bartholomæum, & Iudam, & Thaddæum, & Thomam, & Simonem Zeloten, & Iudam Iscariotem, & te Matthæum sedentem in telonio uocaui, & secuutus es me. Vos igitur uolo esse duodecim apostolos, in testimonium Israël. Et erat Ioannes baptizans, & egressi sunt ad ipsum pharisæi, & baptizati sunt, & tota Hierosolyma. Et habebat Ioannes indumentum ex pilis cameli, et zonam coriaceā circū lumbos suos. Et cibus eius (inquit) mel syluestre, cuius sapor erat ipsius mannæ, uelut encris, hoc est aquosa dulcedo in oleo: quo uidelicet ueritatis sermonem in mendacium conuerterent, et pro acridis, id est locustæ uoce, encrida hoc est aquosam olei dulcedinem, in melle facerent. Principium autem Euangelij apud ipsos sic se habet. Factum est in diebus Herodis regis Iudææ, uenit Ioannes baptizans baptismum pœnitentiæ in Iordane fluuio, qui dicebatur esse ex genere Aaron sacerdotis, filius Zachariæ & Elizabeth, & egrediebantur ad ipsum omnes. Et postquā multa dixit, infert, quod populo baptizato, uenit etiam IESVS, & baptizatus est à Ioanne. & ut ascendit ab aqua, aperti sunt cœli, & uidit Spiritum Dei in specie columbæ descendentis & ingredientis in ipsum. & uox facta est ex cœlo, dicens, Tu es filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacitum est. Et rursus, Ego hodie genui te. Et statim circumfulsit locū lux magna. Quem ubi uidisset, inquit, Ioannes dicit ad ipsum, Tu quis es Domine? & rursus uox ex cœlo ad ipsum, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est. Et tunc (inquit) prolapsus Ioannes ante ipsum dicebat, Rogo te Domine, tu me baptiza. Ille uero prohibuit ipsum, dicens: Dimitte, quia sic est decorum omnia impleri. Vide uero mihi adulteratam apud ipsos undiquaq; doctrinam, quomodo omnia clauda, obliqua, & nullam rectitudinem habentia. Etenim Cerinthus & Carpocras eodem utentes Euangelio, ab initio Euangelij secundum Matthæum, per genealogiam uolunt declarare CHRISTVM ex semine Ioseph & Mariæ esse. Hi uero alia quædam cogitant. recisis enim genealogijs apud Matthæum, initium faciunt, uelut antea dixi, dicentes, Factum est in diebus Herodis regis Iudææ, & Caiphæ pontificis, uenit quidam Ioannes nomine, baptizans baptismum pœnitentiæ in Iordane fluuio, & cætera. Quandoquidem enim uolunt IESVM quidem reuera hominem esse, uelut antea dixi, CHRISTVM uero in ipso factum esse eum qui in specie columbæ descendit, quemadmodum iam etiam apud alias sectas inuenimus ipsi coniunctum, & esse ipsum CHRISTVM ex semine uiri & mulieris genitum: rursus negant ipsum esse hominem, nimirum à sermone quem dixit Saluator, quum annunciaretur ipsi, Ecce mater tua & fratres tui foris stant: nimirū Quę est mater mea, & qui sunt fratres mei? & extenta ad discipulos manu, dixit: Hi sunt fratres mei & mater mea,

Euangelium Matthæi apud Iudæos mutilatum est.

Encrides pro Acrides à Iudæis suppositum.

qui faciunt uoluntatem patris mei. Hinc, uelut dixi, omni nequitia refertus Ebion, per multas formas ostendit seipsum esse monstrosum, iuxta ea quæ suprà sunt à me relata. Vtuntur autem & alijs libris, nimirum circuitionibus Petri appellatis, per Clementem scriptis, multa corrumpentes in ipsis, & pauca uera relinquentes, uelut ipse Clemens ipsos per omnia redarguit in epistolis quas scripsit encyclicis, quæ in sanctis Ecclesijs leguntur: quod alium habeant characterem fides ipsius & sermo, ab his quæ ab illis sub nomine ipsius in circuitionibus corrupta sunt. Ipse enim uirginitatem docet, & illi non admittunt. Ipse enim laudibus uehit Heliam & Dauidem & Sampsonem, & omnes prophetas, quos illi abominantur. Itaque in circuitionibus totum in seipsos transtulerunt, mentientes contra Petrum multis modis, uelut ipse quotidiè se in aquam immerserit, purificationis gratia, uelut etiam ipsi. Ab animatis item & carnibus ipsum abstinuisse, & ab omni edulio alio ex carnibus facto dicunt, uelut etiam ipsi faciunt. Nam & ipse Ebion & Ebionitæ penitus ab his abstinent. Quum autem interrogaueris unum ex ipsis, qua de causa animatis non uescuntur, non habentes quod dicant, respondent imprudenter ac dicunt, propterea quod ex coitu & commixtione corporum talia sint, non uescimur. Quare ipsi toti ex permixtione uiri & mulieris producti abominabiles sunt, iuxta ea quæ ipsi ex ore suo, nugaciter euomunt. Baptisma porrò etiam ipsi accipiunt, præter hoc quod quotidie baptizantur, & in aquas se mergunt. Mysteria autem faciunt ad imitationem sanctorum in Ecclesia, ab anno in annum per azymos, hoc est non fermentatos panes. Et alteram mysterij partem per aquam solam. Duos uero quosdam constituunt ex Deo ordinatos, unum quidem CHRISTVM, alterum uero diabolum. Et CHRISTVM quidem dicunt futuri sæculi accepisse sortem. Diabolo uero hunc mundum concreditum esse, ex præcepto uidelicet omnipotentis, ad petitionem utriusque ipsorum. Et ea de causa IESVM genitum esse ex semine uiri dicunt, & electum, atque sic secundum electionem filium Dei uocatum, ab eo qui ex supernis in ipsum uenit CHRISTO in specie columbæ. Non dicunt autem ex Deo patre ipsum genitum esse, sed creatum, uelut unum archangelorum, uerum maiorem illis esse, ipsum uero dominari & angelis & omnibus ab omnipotente factis: & uenisse ac exposuisse, uelut Euangelium apud ipsos appellatum habet, nempe, Veni ut destruam sacrificia: & nisi cessaueritis à sacrificando, non cessabit à uobis ira. Et hæc atque eiusmodi sunt apud ipsos studia. Actus uero Apostolorum alios esse dicunt, in quibus multa habentur impietate ipsorum referta. Vnde non oscitanter se contra ueritatem armarunt. Scalas enim quasdam, & in ipsis scalis expositiones Iacobi proponunt, uelut qui exponat contra templum & sacrificia, contraq; ignem in altari, & alia multa uanitate plena. Nam & Paulum hic accusare non erubescunt, per conficta quædam uerba ex maleficio ac errore pseudapostolorum suorum: Tarsensem quidem ipsum, uelut etiam ipse confitetur, & non negat, dicentes: uerum ex Græcis ipsum esse asserentes, occasione accepta ex loco ob ueritatis studium ab ipso dicto, nempe, Tarsensis sum, non ignobilis urbis ciuis. Deinde asserunt ipsum esse Græcum, & ex patre Græco, ascendisse autem in Hierosolyma, & per tempus illic mansisse, concupiuisseq; filiam sacerdotis in uxorem accipere, & huius gratia proselytum & accessorium factum esse, & circumcisum esse. Deinde quum puellam assequutus non esset, ira cõcitatum esse, & contra circumcisionem scripsisse, & contra sabbatum ac legem. Cæterum omnibus modis sycophantam agit callidus ille serpens, & inops mentis. Ebion enim Hebræis inopem significat. Inops enim reuera & mente, & spe, & opere est, ut qui CHRISTVM nudum hominem putet, atque sic in inopia fidei spem de ipso habet. Profectò ipsi seipsos iactant, ac inopes asserunt, propterea quod, inquiunt, temporibus apostolorum uendiderint bona sua, & posuerint ad pedes apostolorũ, & ad inopiam

Circuitiones Petri, liber à Clemente scriptus.

Epistolæ clementis encyclicæ.

Mysteriorum Ecclesiæ ritus

Ebion Hebræis inops.

ac renunciationē uenerint, & ob id ab omnibus inopes uocentur. Sed neq; hoc uerum est apud ipsos, sed natura reuera Ebion uocabatur, iuxta prophetiam opinor, Inops & miser: nomen ex patre suo ac matre sua adeptus. Quot uero alia horrenda & adulterata improbitateq; referta apud ipsos exercentur? Quum enim quis ex ipsis, aut in morbum inciderit, aut à reptili morsus fuerit, descendit in aquas, & inuocat cognomina in Elxai relata, cœli ac terræ, salis & aquæ, uentorum & angelorum iusticiæ, inquiunt, & panis ac olei, & incipit dicere, opem ferte mihi, & remouete à me dolorem. Iam uerò etiam superius à me ostensum est, quod Ebion quidem hæc non nouit, uerum postea sodales eius coniuncti ipsi Elxai, habuerunt quidem Ebionis circumcisionem & sabbatum ac mores, ipsius autem Elxai imaginationem, ut putent CHRISTVM quidem esse imaginem uiro similem hominibus inuisibilem, miliariorum nonaginta sex longitudine, nimirum schœnorum uiginti quatuor, latitudine uero schœnorum sex, miliariorum uiginti quatuor, crassitudinem autem secundum aliam quandam mensurationem metiuntur. Coram ipso uerò stetisse etiam Spiritum sanctum in specie fœminæ inuisibiliter, & eundem eiusdem mensuræ esse. Et unde (inquit) cognoui mensuras, quoniam uidi à montibus, inquit, quia capita ipsorum præminebant. Et quum mensuram montiū didicissem, cognoui CHRISTI & Spiritus sancti mensuras. Iam uero mihi de his dictum est in Ossæorum hæresi. Nunc autem in digressione hæc recensui, ut ne quæ apud singulas gentes ac sectas sunt, & apud alios quoq; repertiuntur, per obliuionem à nobis repetita putentur. Hic igitur Ebion etiam ipse in Asia habuit prædicationem, & Romæ: radices autem spinosarum propaginum habent à Nabatea & Paneade ut plurimum, à Moabitideq;, & Cocaborum regione, in Basanitide terra, ultra Adraas. Sed & in Cypro. Cogunt autem adolescentes ad ducendas uxores præter ætatem, ex mandato uidelicet præceptorum apud ipsos. Seniores enim habent hi, & synagogæ principes. Synagogam autem appellant suam Ecclesiā, & non Ecclesiam. CHRISTI uero nomine solum gloriantur. Et non solum unis nuptijs coniunctionem facere permittunt, sed si quis uelit etiam prioribus nuptijs disiunctis, alteris copulari, usq; ad secundas ac tertias nuptias. Omnia enim apud ipsos licenter peraguntur. Abraam confitentur & Isaac ac Iacob, Mosemq; ac Aaron, Iesumq; Naue, qui simpliciter Mosi successerit, nihil autem fuerit. Post hos non amplius aliquem prophetam confitentur. Sed etiam reprobant ac subsannant Dauidem ac Solomonem. Similiter Esaiam & Hieremiam, & Danielem ac Ezechielem, Heliamq; ac Helissæum reprobant. Non enim assentiuntur ipsis, blasphemantes ipsorum prophetias. Sed & solum Euangelium suscipiunt, CHRISTVM autem prophetam ueritatis dicunt, & CHRISTVM filium Dei, iuxta profectum & coniunctionem cultus ac ductus qui ex supernis ipsi accessit. At uero prophetas intelligentiæ prophetas esse dicunt, et nō ueritatis. Ipsum autem solum uolunt esse prophetā, & hominem & filiū Dei, & CHRISTVM, & nudū hominem, uelut diximus. Verum ob uirtutē uitæ peruenisse ad hoc ut filius Dei uocet. Neq; enim totum quinq; librorum Mosis opus admittunt, sed uerba quædā reijciunt. Quum aūt ipsis dixeris de animatorū esu, quomodo Abraam apposuit angelis uitulū & lac: aut quomodo Noë comedit & audiuit à Deo dicēte, Macta & comede: & quomodo Isaac & Iacob immolarunt Deo: similiter & Moses in deserto: illis quidē fidem nō habet, & dicit, Quid opus est me legere ea quæ sunt in lege, quum uenerit Euangeliū? Vnde igitur tibi contigit de Mose & Abraam nosse? Noui enim quod confitemini ipsos esse iustos, & quod ipsos patres uestros inscribitis. Deinde respondet ac dicit, CHRISTVS mihi reuelauit, & pleraq; ex lege maledictis impetit, Sampsonem, Dauidem, Heliam, Samuelem, & alios. Redarguitur autem undiquaque circulator ille à Saluatore, qui palàm & in summa ex una dictione totam ipsius fraudulentam doctrinam confutat ac dicit: Venit Ioannes in uia iustitiæ, neque edens, neque bibens, & dicunt, Dæmonium

Christi et Spiritus sancti mēsura apud Elxai.

» nium habet. Venit filius hominis edens ac bibens. Et non omnino quod etiam vul-
» garia non ederit Ioannes, aut quod quidlibet ederit Saluator, ut suspicari quis pos-
sit, etiam de interdictis. Verũ Scriptura emphasim indicat veritatis, ut edacem ipsum
esse ac potorem, nihil aliud sit quàm carnes edere, ac vinum bibere. & non edere, ne-
que bibere, quod carnes non assumpsit & vinum, sed locustas solum & mel Ioannes
comedit. Manifestum est autem, quod & aquam assumpsit. Quis vero nõ novit Sal-
uatorem, ubi resurrexit à mortuis, edisse, velut sancta veritatis Euãgelia habent, quod
datus est ipsi panis, & frustum piscis assi: quibus acceptis comedit, & dedit discipulis:
velut etiam circa mare Tiberiadis fecit, ubi & edit, & distribuit. Et multa sunt quæ de
hoc dicere possim. Oportet autem me exacte ad confutationem verborum ipsorum
marcidorum ac putridorum, quæ ab ipsis prædicantur, pervenire, & ipsorum subver-
Christum nõ esse nudum hominem. sionem facere. Et primùm quidem de CHRISTO, quod nudus homo nõ sit, dicen-
dum est. Non potest enim is qui per omnia homo genitus est, signi gratia mundo da-
ri, velut de ipso prævaticinatus est Spiritus sanctus, quando ad Achaz dixit: Pete ti-
bi signum. & quum ille non petivisset, tunc inquit Propheta: Ipse Dominus dabit vo-
» bis signum, Ecce virgo in utero habebit. Virgo autem non appellatur, quæ viro con-
Virginis appellatio. iuncta est, & nuptijs copulata mulier. Sed illa proprie virgo dici poterit, quæ citra vi-
rum conceptionem Dei Verbi in veritate habuit. Velut etiam ipse Esaias in alio loco
» dicit: Vox clamoris ex urbe, vox ex templo, vox Domini retributionẽ reddentis ini-
» micis. Antequam parturiret peperit, priusquam veniret dolor partus, effugit, & pepe-
» rit masculum. Quis audivit tale, & quis vidit talia? Si parturijt terra in una die, & pepe
» rit gẽtem semel, quoniam parturijt Sion liberos suos. Ego autem dedi expectationem
» hanc, & non recordati sunt, dicit Dominus. Qualis autem expectatio, & qualis erudi-
tio, quàm virginem gignere citra dolores partus, id quod nusquam factum est: & pro
pter ipsum ab Elizabeth iuxta promissionem genitum esse filium Ioannem: etiamsi Io-
annes per dolores partus genitus est. Quomodo igitur hi ex semine nudũ hominem
» decernunt Saluatorem? Quomodo vero non cognoscetur, velut Hieremias de ipso di
cit: Homo est, & quis cognoscet ipsum? de ipso enim narrans Propheta dixit, Quis co
gnoscet ipsum? Si vero de nudo homine dixisset, omnino sanè & pater ipsum cogno-
visset, & mater, cognatiq; ac vicini, contubernalesq; ac conciues. At quoniam ex Ma-
ria est genimen ac fœtus, ex supernis vero venit Deus Verbum, non à semine viri, sed
ex Patre quidem ex supernis genitus in veritate, sine tempore, et sine principio, in extre
mis vero diebus in utero virginis nasci volens, & ex ipsa carnem in seipsum efforma-
re: ob id dicit Propheta, Et homo quidem est, quis vero cognoscet ipsum? quoniam
Deus ex supernis venit unigenitus, Deus Verbum. Multa porrò miseria est erroneo
rum illorum, dum prophetarum & angelorum testimonia obliterant, & Ebionis im
postoris admittunt, qui suam voluptatem explere vult, & Iudaica tractat, & à Iu-
dæis alienatus est. Velut quando Gabriel virgini bonum nuncium ferebat, ipsa di-
» cente, Quomodo erunt hæc, quia virum non cognosco: certitudinem compromit-
» tens dixit, Spiritus Domini superveniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, qua
propter & quod nascitur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. In eo enim quod dixit
Quod nascitur, ostendit carnem quidem ab ipsa, & aliam incarnationem: ex supernis
vero à cœlis, virtutem altissimi, et Spiritum sanctum obumbrare sanctæ virgini, & ex
supernis descendisse unigenitum Dei, Deum Verbum, & quomodo incarnatus est,
& quomodo ab ipsa in veritate natus. Quot vero alia huiusce modi sunt? Soleo au-
tem, velut promisi, non latius expatiari, ut ne opus mihi ad magnam molem excre-
scat. De alijs vero consequenter exponã, quæ & contra Petrum, & contra alios apo-
stolos emẽtiuntur. Dicit enim, quod Petrus singulis diebus immersionib. in aquas u-
sus sit, priusquã ipse panem assumeret. Et vide ipsorum calumniã, & sub dolam circu-

latoriæ

latoriæ ipſorum doctrinæ fraudem. Ab eo enim quod ipſi inquinati ſunt, & laſciuius ſæpe multa faciunt in terra, ad perſuaſionem ſuę certitudinis, aqua large utuntur, quo uidelicet ſeipſos decipiant, purificationes per immerſiones ſe habere putantes. Et hæc in apoſtolos debacchari non erubeſcunt, & quidem quum Dominus redarguat ipſorum improbitatem, in eo quod Petrus dixit, quãdo uenit ad lauandum pedes ipſius, Non lauabis pedes meos in æternũ. et illatio à Saluatore exijt, Niſi lauero pedes tuos, « non habes partẽ mecum. Et illo rurſus reſpondente, Non ſolum pedes, ſed & caput. « dicit Dominus, Qui lotus eſt ſemel, nõ opus habet niſi ut pedes ſolum lauet, eſt enim « mundus totus. Oſtendit igitur, quod non oportet immerſionibus uti, et moribus inutilibus, & præceptis ac doctrinis hominum. uelut etiam in altero Euangelio concordat cum Propheta, & dicit: Populus hic labijs me honorat, cor uero ipſorum procul « eſt à me. Fruſtra autem colunt me, docentes doctrinas præcepta hominum. Alioqui « qua de cauſa indignabatur phariſæis ac ſcribis, utentibus lotionibus urceorum ac poculorum, & aliorum uaſorum, & lauantibus manus crebrò? Et perfecte pronunciat, quod illotis manibus edere, non inquinat hominem. Quare non ſolum immerſiones horum ſubuertit, ſed etiam lauare manus ſuperfluum eſſe oſtendit. & uolenti manus lauare, nõ eſſe nociuum. Quomodo uero de eſu carnium nõ ſtatim ipſorum demen- *Eſus carnium.* tia redarguetur: primum quidem Domino edente paſcha Iudæorũ. paſcha autem Iu- *Paſcha Iudæorum.* dæorũ agnus erat, et azyma, hoc eſt panes nõ fermentati, & edebantur carnes agninę « igne aſſatæ, uelut etiã diſcipuli eius dicunt: Vbi uis ut paremus tibi ut edas paſcha? Et « ipſo Dominus dicit, Abite in ciuitatem, & inuenietis hominem portãtem amphoram « aquæ, & ſequimini ipſum quocunq; ingreſſus fuerit, & dicite patrifamiliãs, Vbi eſt di « uerſorium, ubi faciam paſcha cum diſcipulis meis? Et oſtendet uobis cœnaculũ ſtra- « tum, illic parate. Rurſus autem ipſe Dominus dicit: Deſiderio deſideraui hoc paſcha « comedere uobiſcũ. Et non dixit ſimpliciter paſcha, ſed hoc paſcha, ut ne quis ad ſuam « rapiat opinionem. Paſcha autem erat, uelut dixi, carnes aſſatæ igne, & aliæ. Verum ipſi diſſipata uerborum ueritatis conſequentia, dictum immutauerunt, id quod omnibus manifeſtum eſt ex coniunctis uerbis. Et diſcipulos quidem fecerunt dicentes, Vbi uis ut paremus tibi ut edas paſcha? Et ipſum uidelicet dicentem: Non deſiderio deſideraui carnes, hoc paſcha comedere uobiſcum. Vnde uero non deprehendetur ipſorum malicia, quum conſequentia clamet uocem Non eſſe appoſititiam. Nam pro eo quod dixit, Deſiderio deſideraui, ipſi appoſuerunt aduerbium Non. Ipſe uero reuera dicebat, Deſiderio deſideraui hoc paſcha comedere uobiſcum. At illi adſcripta uoce carnes, ſeipſos ſeduxerunt, malicioſe agentes ac dicentes, Non deſiderio deſideraui hoc paſcha carnes comedere uobiſcum. Clarè autem oſtenditur quod & paſcha perfecit, & carnes edit, uelut antea dixi. Sed & per uiſionem redarguuntur, quæ reuelata eſt ſancto Petro, per linteum habens omnes in ſe feras ac pecora, reptilia & uolatilia, & per uocem Domini dicentem: Surge, macta, & comede. Et quum « Petrus diceret, Nequaquam Domine, nihil inquinatum aut immundum ingreſ- « ſum eſt in os meum. dicit Dominus: Quæ Deus purificauit, tu ne inquines. Repe- « rietur enim ex duobus modis, ueritatis confirmatio. Si quidem enim dicent, contra omnia edulia ſanctum Petrum ſermonem extendere ac dicere, Nunquam inquinatum aut immundum introiuit in os meum, ut & boues & capras & oues & uolucres, inquinata apud ipſum dicantur, ſtatim redarguentur ex priore ipſius uita. Nam poſtquam uxorem duxiſſet, & liberos ſuſcepiſſet, & ſocrum haberet, cõuenit Saluatorem, ex Iudæis originem ducens. Iudæi autem & carnibus ueſcuntur, & carnis eſus apud ipſos non eſt abominabilis, neq; interdictus. Itaq; quum ipſe ab initio carnes ederit, aut etiãſi dixerim uſq; quo cum Saluatore conuerſationẽ incepit, oſtendetur quod nihil inquinatum duxit ex his quæ non inquinata dicuntur. Nam non contra omnia

produxit

produxit inquinatum & immundum, uerum de his quæ lex inquinata & immunda dixit. Quum autem hoc demonstratum sit, quod non de omnibus carnibus ipse dixit, uelut inquinatis & immundis, sed de his quæ in lege inquinatæ sunt & immundæ: Deus sanctæ CHRISTI Ecclesiæ characterem tradens, dixit ipsi, ut nihil inquinatum duceret. Omnia enim sunt munda, quæ cum gratiarum actione ac benedictione Dei accipiuntur. Imò etiam si de uocatione gentium ænigma habuit, ut ne putaret eos qui sunt in præputio inquinatos aut immundos, tamẽ indicatio Petri non de homine opinionem habuit, sed de interdictis in lege, id quod omnibus clarum est, & nugatoria ipsorum ratio undiquaque dilabitur. Apostolorum autem nomina ad persuasionem eorum qui ab ipsis decepti sunt, per prætextum suscipiunt: libros q; ex nominibus ipsorum fingentes, scripserunt ex persona Iacobi & Matthæi, & aliorum discipulorum, inter quæ nomina etiam Ioannis apostoli nomen recensent, ut undiquaque ipsorum dementia deprehendatur. Non solum enim redarguit ipsos omnibus modis, dum dicit, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. sed etiam quod sanctorum prophetarum testimonia, ex Spiritu sancto procedens, & ea quæ à Saluatore dicta sunt, exacte exponens, in singulis argumentis in CHRISTO impletis proponit. A' quibus prophetis hi seipsos abalienarũt. Et statim ostendit, quomodo his qui ad Ioannẽ Baptistã à pharisæis missi fuerant, ipse Ioannes respondet dicens: Ego uox clamantis in deserto, dirigite uiam Domini, quemadmodum dixit Esaias propheta. Et rursus ipse Ioannes dicit, testimonio à prophetis accepto, à Dauide inquã, quando Dominus mensas nummulariorũ euertit, ac dixit: Ne facite domum patris mei domũ emporij: memor eius quod scriptũ esset, Zelus domus tuæ exedit me. Et rursus ipse Ioannes dixit, quod Esaias uidit, quũ esset in Spiritu sancto. Rursus autem idem sanctus Ioannes prædicans in Asia, mirabile opus fecisse narratur ad ueritatis delineationem. Quum enim uitam degeret admirandam, & dignitatem ueritatis ipsius decentem, & penitus non lauaretur, coactus est à Spiritu sancto progredi usq; ad balneum, dixitq;, accipite mihi quæ pertinent ad balneum. & quum comites ipsum sequentes mirarentur, uenit ad ipsum balneum. & ubi peruenisset ad eum qui lauantium uestes suscipere solet, interrogauit, Quis est intus in balneo? At olearius seruandis uestibus inseruiens, (in gymnasijs enim hoc officium aliquorum est, quotidiani alimenti acquirendi gratia) ad Ioannem dixit, Ebion intus est. Ioannes uero statim intelligens Spiritus sancti ductum, ob quam causam impulisset ipsum usque ad balneum uenire, uelut dixi, memoriæ uidelicet gratia, ut relinqueret nobis ueritatis argumentum, qui sint serui CHRISTI & apostoli ac filij eiusdem ueritatis, qui uero uasa diaboli, & portæ inferni, non ualentes contra petram, & ædificatam supra ipsam sanctam Dei Ecclesiam: statim ubi seipsum turbasset, & leuiter fleuisset ut omnes audirent, in testimonium ac declarationem impollutæ ueritatis doctrinæ, Festinate, inquit, fratres, egrediamur hinc ne cadat balneum, & pereamus cum Ebione qui intus est in balneo, propter ipsius impietatem. Et nemo miretur de eo quod audit, Ioannem cum Ebione congressum esse. Multo enim tempore beatus Ioannes in uita permansit, & usque ad Traiani regnum durauit. Quod autem omnes apostoli auersentur Ebionis fidem, & alienam à sua prædicatione & ab apostolico charactere duxerint, omnibus manifestum est. Cæterum de sancto Paulo quomodo ipsum maledictis incessunt, multa dicere possum. primùm enim dicunt ipsum esse Græcum, & ex gentibus, proselytum autem factum esse postea. Quomodo igitur ipse dicit de seipso, Hebræus ex Hebræis, ex semine Abraam, de tribu Beniamin, iuxta legem pharisæus, abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum. Et in alio loco dicit: Israëlitæ sunt, & ego: semen Abraæ sunt, & ego. Et, circũcisus octauo die. Et, educatus ad pedes Gamalielis. Et, Hebręus ex Hebræis.

Miraculum à Ioanne editũ.

Paulus contra Ebionem defensus.

At

At ô horribilium reptilium horrendi ſuſurri, & draconiformes ſibili, & uanitatis uenena. Cuius uero teſtimonium recipiemus? Ebionis & ſodalium eius, aut ſancti Petri dicentis, Sicut ſcripſit uobis frater meus Paulus, quę nam ſunt profunda ac difficilia intellectu, quę indocti parumq; firmi detorquent per ſuam ignorantiam: Rurſus autem ſanctus Paulus etiam ipſe teſtatur de his quæ à Petro dicta ſunt, dicens: Et Iacobus & Ioannes & Cephas, qui uidebantur eſſe columnæ, dextras dederunt mihi & Barnabę ſocietatis. Etſi enim Tarſenſem ſeipſum dixit, non ex hoc omnino datur occaſio, his qui uoces uenantur ac obſeruant ad ſuam ipſorum et credentium ipſis ſubuerſionem, rem ita ſe habere. Nam & Barnabam dicit Ioſeph aliquando uocatum, Barnabam uero tranſnominatum, hoc eſt filium conſolationis, Leuiten, Cyprium genere: & non omnino quia Cyprius erat, non erat à Leui. Sic etiam ſanctus Paulus, etiamſi à Tarſo originem trahebat, non erat alienus ab Iſraël. Nam quum diſperſi eſſent multi temporibus Antiochi illuſtris, & alijs temporibus quando incidit bellum, captiui facti ac dati in obſidionem, qui quidem captiui abducti ſunt, perm nſerunt in quibuſdam locis: qui uero hac de cauſa receſſerunt, habitarunt ubi quiſque locū occupauit. Quemadmodum etiam ſanctus Hieremias de Iſraël dixit, uelut ſæpe hoc ipſum contigit, ut effugerint à facie hoſtiū. Ait enim: Et ad Citienſes ſi deueneris, neque illic tibi requies erit. Omnibus autem manifeſtum eſt, quod Citium Cypriorum inſula appellatur. Citij enim Cyprij ſunt, ac Rhodij. Sed et in Macedonia genus Cypriorū ac Rhodiorum habitauit. & ea de cauſa habetur in Macchabæis, quod exiuit ſemen ex terra Citienſium. nam ex ſemine Græcorū eſt Alexander Macedo. Cæterum loco & ſermone ita ferente, hiſtoriam de his recenſui, quod mutatione locorum & habitationis facta, multi ex ſemine Iſrael per ſucceſſionem alias regiones inhabitauerunt. Dicebantur enim etiam ſingulas regiones patrias habere. Quemadmodum etiam filiæ Iothor defenſionem Moſis patri nunciauerunt, quomodo remotis paſtoribus, pecora ipſarum potaſſet, & illæ profectæ de hoc proprio patri narrauerunt. Et quum ille diceret, Cur feſtinaſtis hodie uenire ad ipſum? dixerunt, Vir Ægyptius liberauit nos à paſtoribus, & hauſit aquā, & potauit pecora noſtra. Et ſtatim idem dixit ad ipſas, Cur non adduxiſtis ipſum huc ut ederet panem? Quis autem non nouit quod Moſes eſt filius Ambram & Iochabet, Ambram uero Chaath, Chaath Leui, Leui Iacob, Iacob Iſaac, Iſaac Abraam? Et non ab eo quod uocatus eſt Moſes Ægyptius, omnino nobilitatis ac ſeminis intercidit conſequentia. Hi igitur qui ab Ebione ſeducti ſunt, relicta uia, ad multas diſtortas uias & accliuem ſemitam mentem conuerterunt. Amplius autem circumciſionem ſe habere iactant, hoc eſſe putantes ſignaculum ac characterem patriarcharum ac iuſtorum qui ſecundum legem uixerunt, per quam illis ſe adæquatos eſſe opinantur: & ſanè à CHRISTO eius confirmationē ducere uolunt, uelut etiam Cerinthus. Nam & hi iuxta nugatorium illius ſermonem dicunt, Sufficiens eſt diſcipulo ut ſit ſicut magiſter eius. Circumciſus eſt enim, inquiunt, CHRISTVS, & tu circumcidere. Et ut per omnes modos cōfundantur erroris ſemina, quemadmodū fœnum mari ex Deo definitū eſt, clauſtraq; ac portæ arenæ terminus, & præceptū hoc, Hucuſq; progredieris, & nō tranſgredieris, ſed in teipſo conterent fluctus tui, inquit: Sic etiam hi in ſeipſis conſumentur. At illic quidem ex diuino præcepto ad bonū ordinem maris, ex Deo dicta eſt termini ratio. Hic uerò malicia & error à ſeipſo excæcans mentem, & piam rationem auerſans, contra ſeipſum uelut fluctus excitans, impias prius prædicatas ab ipſis opiniones alijs fluctibus in ſeipſo collidens, & in ſeipſo ſemper conterens, ſeipſum deſtruere anticipauit. Aut quemadmodū horrendum reptile quod ſeipſum uaſtat, & ad caudam conuertitur, hanc arrodens, & ſic ſeipſum conſumens. Hoc enim factū eſſe tradunt tempore quodam ab aſpidibus, concluſis in doliſs, ita ut ſingulæ alias cōſumpſerint, & quæ reliquis ſæuior ac magis immanis fuit, ſola relicta

Citienſes Cyprij dicuntur.

licta ſuperfuerit, quam fame coactam à propria cauda ſeipſam depaſcere incepiſſe, tradunt quidam naturalium rerum ſcriptores in Ægyptiorum regione. Vnde et congruenter nomen ipſi impoſuerunt, propter caput Gorgonis, Aſpidogorgona hanc appellantes. Sic etiam uana ſapientia præditus Ebion, & ſodales eius, ſeipſos conſcindunt, & ab initio illa deſtruunt, ob quæ etiam ſe iactant. CHRISTVS enim ſeipſum non circumcidit, puer enim erat. Gloria uero miſericordi Deo, quod ſeipſum propoſuit Ebion, ut uera non confiteretur, ut et hoc ipſi in confutationem cederet. Si enim dixiſſet ipſum Deum ex ſupernis ueniſſe, & circumciſum eſſe octauo die à Maria: quum tunc Deus eſſet, & permiſiſſet ex propria uoluntate, exhibuiſſet ſanè circulatori probabilem circumciſionis rationem. Quando uero nudum hominem ipſum natum eſſe, et ab hominibus circumciſum profert, non amplius cauſa eſt puer, etiamſi octauo die circumciſus eſt. Non enim ſeipſum circumcidit, ſed ab hominibus circumciſus eſt. Nam pueri nō circumcidunt ſeipſos, & neq; autores ſunt ſuæ circumciſionis, ſed parentes ipſorum. Illi enim quū parui ſunt, pueriliter ſe gerunt ex ignorantia, & neq; ſciunt quid ipſis à parentibus contingit. Nos autem & Deum ipſum dicimus de cœlo ueniſſe, & in utero uirginis Mariæ per tempus quantum pueri in utero geſtari ſolent, permanſiſſe, donec perfecte à uirgineo utero incarnationem et diſpenſationis myſterium ſibi ipſi diſponeret. per quod myſterium etiam circumciſus eſt uerè, & non in apparentia, octauo die. Venit enim ad implendum legem ac prophetas, & non ad diſſoluendum: & non ut legem alienam pronunciaret, ſed ex ipſo datam, & quæ uſq; ad ipſum in figuris permanſerit, quo in ipſo & per ipſum rurſus quod deficiebat in lege, impleretur, ut figuræ ad ſpiritualem perfectionem progreſſæ in ueritate, & ab ipſo, & ab apoſtolis ipſius prædicarētur, non amplius figuræ exiſtentes, ſed ueritas. In hoc enim implebatur id quod in lege dictum eſt, quod uſq; ad ipſius tempus durauit, & in ipſo ceſſauit, atque in complementum tranſmutatum eſt, quod uidelicet dixit Sepphura, ceſſauit ſanguis circumciſionis filij mei: & non dixit, circumciderunt puerum meum. Non enim diſponebat miſſus angelus ut circumciſio fieret, ſed neq; ſanguinem circumciſionis timens receſſit, ſed admonitionis gratia, quod puer ſanguinē circumciſionis ſedaturus eſſet, ubi quod audiuit, diſpoſuit, diſceſſit. Atq; audi qualis puer, præterquam de quo dixit Propheta? Et uolent quod fuiſſent igne combuſti, quia puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis: genitum quidem puerum oſtendens in ueritate, quo ueram incarnationem ſignificaret. Filius uero datus eſt nobis, inquit, ut oſtendat Dei uerbum ex ſupernis & filium Dei ipſum indicatū eſſe, & in utero incarnatū eſſe, & utraque habere, Deum & hominem, ipſum Deum, ipſum hominem, ipſum filiū ex ſupernis datum eſſe, ipſum puerum genitum eſſe, in quo ceſſauit circumciſionis ſanguis. uelut etiam in Euangelio dicit, quando ueniebant Græci uolentes ipſum uidere, & ueniebāt ad Philippum, & dicunt ad ipſum: Oſtende nobis IESVM. Et Philippus Andreæ, & Andreas IESV dixit: Quidam Græci uolunt te uidere. & ſtatim Dominus reſpondet dicens: Nunc uenit gloria Dei. ut oſtenderet circumciſionem quidem præteriiſſe, carnalem illam. & quæ figuræ inſeruiſt ad tempus. Verum in carne præputium habere in ſpiritu maiorem circumciſionem, quæ ſpeculatur CHRISTVM, & ipſum in ueritate cōprehendit. Si uero uolunt hi dicere, quomodo igitur CHRISTVS circumciſus eſt, audient, Iam ô uos ſeducti, oſtendimus uobis ob quam cauſam circumciſus eſt. Nam propter multas cauſas circumciſus eſt, & primum ut oſtenderet ſeipſum in ueritate carnem aſſumpſiſſe, propter Manichæum, & eos qui dicūt, in ſpecie ipſum apparuiſſe. Deinde ut oſtenderet quod nō eſſet coëſſentiale corpus deitati, uelut Apolinarius inquit: ſed neq; ipſum ex ſupernis detuliſſet, ſicut dicit Valentinus. & ut confirmaret circūciſionem, quam olim dederat, iuſtè inſeruiſſe uſq; ad ſuum aduentum. Et ut non haberent Iudæi excuſationem. Si enim non fuiſſet circumciſus, poterant dicere,

Aſpidogorgon.

Circumciſionis Chriſti cauſæ.

cere, Non potuimus CHRISTVM ſuſcipere. Et aliàs oportebat ipſum, qui præcepe
rat Abraam ut circumcideretur, ſignaculi apparentis gratia, dati uero ad figuram ueri
ac inuiſibilis: nunc circumcidi, & hoc ſignaculum confirmare. fiebat enim apparens
illa circumciſio propter hæſitationem ipſius Abraam, quando ſanctus & iuſtus ille in
dubitatione dixit, Num centum annos nato filius gignetur? &, Num Sarra anicula
gignet filium? Et ſtatim Dominus, Accipe mihi arietem triennem, & capram, & uac-
cam, & cætera. & circa ſolis occaſum ubi uidit faces ignis, & clibanum, & alia, dixit ipſi
Deus per increpationem: Semen tuum inquilinũ erit in terra aliena, & in ſeruitutem
adigent ipſum per annos trecentos, certitudinis gratia propter hæſitationem ob quam
dixiſti, Num centum annos nato filius gignetur? At ut ne ſeruitute preſſum ſemen, ab
idololatris ac incredulis Ægyptijs, obliuiſcatur Dei patrũ ipſius, impoſuit ipſi & ipſis
circũciſionem carnalem, ut uidentes recordentur ac reuereantur, & nõ negent ipſum.
Et durauit hæc uſq; ad CHRISTVM. & hac de cauſa etiam ipſe circumcidi uoluit, et
homo factus eſt in ueritate ex ſupernis progreſſus ex patre Deus uerbum. & non de-
poſuit deitatem, ſed carnem geſtauit in ueritate, perfectamq; incarnationem habuit, ac
circumciſus eſt, omnia diſponens in ueritate, ut & Iudæi, uelut dixi, excuſationem
non haberent, & Manichæi atq; alij redarguerentur. & ut circumciſus rationabiliter
circumciſionem diſſolueret, et aliam maiorem oſtenderet, non uelut qui non haberet,
& ſibijpſi conſtitueret, ſed qui haberet quidem, oſtenderet autem quod hac non am-
plius eſſet opus, ſed maiore. Et quod ſtatim genitus Deus erat, & non nudus homo,
Magi clarè oſtendunt. Nam poſt duorum annorum tempus, ut oſtenderunt Hero- *Magorum hiſtoria.*
di tempus ſtellæ, à bimatu, & infrà, progreſſi in Hieruſalem ijdem Magi ubi interro-
garunt & cognouerunt quod in Bethleem gignitur, rurſus exiuerunt ſtella deducen-
te ipſos, & uenerunt à Hieroſolymis in Bethleem, & ingreſſi inuenerunt ipſum cũ ma
tre ſua Maria, & prolapſi adorauerunt ipſum, & obtulerunt munera. Si itaque ſtatim
adoratur, non nudus homo eſt qui genitus eſt, ſed Deus. Et non poſt triginta annos,
& non poſt baptiſma, CHRISTVS fit: ſed ſtatim CHRISTVS natus eſt à Maria
uirgine, Deus & homo. Quapropter etiam angeli ſtatim hymnis celebrant dicentes,
Gloria in excelſis Deo, & in terra pax, inter homines bona uoluntas. & nunciant pa-
ſtoribus dicentes, Natus eſt uobis CHRISTVS Dominus hodie in ciuitate Dauid.
Et non ſolum hoc ô decepte Ebion oſtenditur, ſed etiam à duodecimo anno reperitur
ſedens in medio ſacerdotum ac ſeniorum, interrogans ipſos, & quærens cum ipſis, &
admirabantur ob ſermonem gratiæ qui progrediebatur ex ore ipſius. Et non poſt tri-
geſimum annum hoc faciebat, ut dicere poſſis, quod ex quo Spiritus uenit in ipſum,
CHRISTVS factus eſt. ſed ſtatim à duodecimo, uelut dixi, anno, quemadmodũ ſcri- "
ptum eſt in Lucæ Euangelio: imò etiam prius. Quum adhuc puer eſſet, inquit, aſcen-
debant Ioſeph & Maria in Hieruſalem, ut adorarent in feſto, & reflectebant, & reman
ſit IESVS, & quærebant ipſum in itinere, & inter cognatos ſuos, & non reperiebant.
Habebat enim Maria cognationem. Quum autem reflexiſſet & reperiſſet ipſum, dixit
ipſi: Quid nobis feciſti fili? ecce ego & pater tuus dolẽtes quærebamus te. in loco enim "
patris Ioſeph ipſi fuit. non enim erat ipſi pater ſecundum naturam. Deinde Dominus
ad ipſam dixit: Quid eſt quod quærebatis me? nõ ſciebatis quod in his quæ patris mei
ſunt, oportet me eſſe? ſignificans quod templũ in nomen Dei, hoc eſt patris ipſius ædi
ficatum eſt. Si itaq; à puero nouit templum, & patrem, non profectò nudus homo ge
nitus eſt: neq; poſt trigeſimum annum, poſtquam uenit in ipſum ſpecies columbæ, fi-
lius & CHRISTVS uocabatur, ſed ſtatim in his quæ Patris ipſius ſunt, ipſum eſſe o-
portere docuit. Quod autẽ Ioſeph non erat pater ipſius, ſed patris loco, audi eundem
Euangeliſtam dicentem, qui uidelicet antea ſcripſit, ex perſona Mariæ, Ego & pater
tuus dolentes quærebamus te; quomodo rurſus ſcribit, Erat autem IESVS incipiens "

» esse annorum circiter triginta, filius existẽs, uelut putabatur, ipsius Ioseph. In eo enim
» quod dicit, uelut putabatur, ostendit ipsum non esse filium ipsius, sed putari. Deficiet
me tempus exponere pergentem ea quæ pertinent ad declarationẽ ueritatis, & ad con-
futationem inaniter sapientis Ebionis, & adulteratæ ac uanæ ipsius doctrinæ. Vnde
enim non fuerit manifestum, quod non pater erat Ioseph, sed loco patris habebatur?
» Ecce enim (inquit) uirgo in utero habebit, & pariet filium. & non dixit, Ecce mulier.
» Et rursus in alio loco dicit: Et pariet iuuencula, & dicent, non peperit. Quãdoquidem
enim aliqui Manichæorum & Marcionistarum dicunt ipsum genitum non esse, ob
id pariet, & dicent, non peperit, quoniam non peperit Maria ex semine uiri. Et hi furio
si falsò dicunt ex semine uiri ipsam genuisse. Genuit igit̃ iuuencula in ueritate, & quod
iuuencula uirgo uocatur, & huius reliquiæ purificatio erant inquinatorũ, audi legem
Iuuencula pro uirgine. dicentem: Accipe mihi iuuenculã fuluam: ut electum uas Mariæ ostenderet, propter
igneum ruborem deitatis Saluatoris conceptum in uirgine. ignis enim est Deus (in-
quit) cõsumens. & dixit lex, Iuuenculam in qua iugum non ascendit super collum: ut
ostenderet uirginem iuuenculã, quæ nõ nosset iugum nuptiarũ uiri. Sed quid opus
est mihi plurima disputare, quomodo rursus Esaias ex persona Domini dixit, Accipe
tibi frustum chartæ nouæ magnæ: frustum quidem, propterea quod sit uirgo ex semi
ne uiri, resecta autem sit à mixtura uiri, & quod resecta sit à naturali hominum consue
tudine. Omnes enim homines ex semine uiri gignuntur. CHRISTI uero natiuitas,
secundũ naturam quidem ex muliere uirgine Maria incarnationem habuit. præter na
turam uero resecta est à cõsequentia secundũ humanitatem: uelut etiam Iacob de ipso
» dicit, Ex germine fili mi prodijsti: & non dixit, ex semine prodijsti. & hac de causa dicit
sanctus Esaias propheta, imò potius Dominus ipsi dicit, Accipe tibi frustum chartæ:
speciem consuetudinis significans, in qua omnia scribunt filij hominũ. uelut etiam in
» centesimo trigesimooctauo psalmo dicit, In librum tuum omnes scribentur, dies for-
Liber pro utero. mabuntur, & nemo in ipsis. Libro enim assimilauit uterum. Et ob id Dauid dicit, Im-
perfectionem meam uiderunt oculi tui, hoc est seminatũ priusquam ego effigiarer, co-
» gnouisti me, & adhuc priusquã ego seminatus essem. Hebræus porrò mirabiliter uer-
bum declarat. imperfectionẽ enim Golme uocauit, quod significat similaginis grumũ
siue granum, nimirũ quod nondũ in panem deuenit, ac pistum est, sed uelut à grano
frumenti sectus grumus, aut tenuis particula quæ ex similagine fit, sic æqualem speciei
formam quæ secatur ex homine ad seminationem exacte loquens ostendit, & dicit in
Græcam linguam sermone translato imperfectionem, hoc est nõ factam adhuc in ute
ro formationem, aut ante uterum, uiderunt oculi tui. Nouit enim omnia Deus priusq
quam fiant, uelut scriptum est. Cæterũ per librum & frustum, uterus significatur. Et
Chartæ nouæ magnæ frustum. non dixit, sume tibijpsi chartam, sed frustum, ob proprietatem præter hominum con
suetudinem: chartæ, propter aptitudinẽ uteri ad hoc ut inscribatur: nouæ, propter no
uitatem uirginis & impollutam integritatẽ: magnæ, magna enim reuera est Maria san
cta uirgo, coram Domino & hominibus. Quomodo enim non dixerimus hanc ma-
gnam, quæ incõprehensibilem concepit, quem cœlum & terra capere non potest? Ipse
autem quum incõprehensibilis sit, secundũ proprium propositum ac uoluntatem uo
lens comprehensus est, & non necessariò, nec coactus. Quapropter magnum est fru-
stum, & nouum: magnum, propter miraculũ: nouum, quia uirgo. Et scribe (inquit)
in ipsum stilo hominis: & non dixit, Scribet in ipsum quis stilo hominis. neq; dixit, scri
bet in ipsum homo: ut ne prætextũ reperiret Ebion. Si enim dixisset, scribet in ipsum
homo: habuisset quod diceret, homo Ioseph seminauit, & ex semine uiri genitus est
CHRISTVS. Verum Esaiæ ante septingentos quinquagintatres plus minus annos
dixit, scribe: ut à tempore interualli omnis ueritas conspiciatur, quod nemo potuit an-
te septingentos quinquagintatres annos seminare eum qui gigni deberet. Num igitur
frustra

frustra dicit prophetæ, Scribe: non, sed ut ostenderet Spiritum sanctū qui erat in propheta, ipsum effectorē fieri cōceptionis aduentus CHRISTI, in carnē in ueritate. Spiritus enim sanctus superueniet in te, inquit angelus Gabriel ad Mariam, &c. At uero stilo hominis, est imagine hominis. Homo autem est CHRISTVS IESVS mediator Dei & hominum. Nam ex supernis uenit Deus uerbum, ex Maria uero homo, nō de semine uiri genitus. Et propterea statim dicit propheta, Et ingressus sum ad prophetissam: ut ostendat prophetissam Mariam, & non uxorē Achaz. uelut quidam errant, propter Ezechiam dictum esse putantes. Iam enim Ezechias undecim annos natus erat. Nono enim anno regni patris sui hoc uerbum prædicebatur, Ecce uirgo in utero habebit. Et postquam mortuus esset Achaz, ubi quatuordecim annis regnasset, statim dicit Scriptura: Et regnauit Ezechias, & erat annorū uiginti, dum ipse regnabat. Quomodo igitur quum in regno patris sui, qui quatuordecim annis regnauit, prædicabatur Emanuel, qui ex uirgine gignitur, Ezechias gignetur, qui uiginti annorū regnauit post patrem suum: et non magis apparebit his qui ratione prædicti sunt, quod iam fuit natus, quando Propheta prædixit uerbū illud, tempore regni Achaz patris Ezechiæ: præsertim quum non fuerit prophetissa uxor Achaz, uelut omnibus manifestum est. Maria autem est quæ dixit, & uaticinata est, Ex hoc tempore beatam me dicent omnes generationes terræ. Ad quā ingressus est Gabriel, et nunciauit quod Spiritus uenturus esset in ipsam, qui in Esaia loquutus est: & gignet filium, Dominū nostrum IESVM CHRISTVM per Spiritum sanctum, & non à semine uiri, uelut illi desipientes & errantes maledica lingua effutiunt. Porrò confutatus est uani illius etiam sabbatismus, itemq; circumcisio, & quotidianæ in aquam demersiones ab ipso factæ. In sabbato enim plurima curare IESVS studet, & nō solum curat, sed etiam per duos modos medetur. præcipit enim curatis in sabbato, ut grabatū tollant, ac uadant. Sed & in sabbato lutum subegit, & cæci oculis imposuit. Est autem opus lutum subigere. Vnde gnari apostoli quod solutum esset sabbatum, ab ipsius cum ipsis conuersatione ac doctrina, uellunt spicas in sabbato, torrentq; ac edunt. Erat autem sabbatum secundarium primum, uelut habet Euangeliū. Varia enim sabbata decreuit lex. Aliud quidem, quod secundū septenariū dierum numerū reuoluitur, natura sabbatū: aliud uero propter subiacentes nouilunio secundū lunam, & consequentes festiuitates. uelut dies fixorum tentoriorum, & dies paschatis, quando agnum mactant, & azyma comedunt. Insuper autem unum ieiunium ieiunant in anno, quod dicitur magnū: & aliud quod appellant paruum. Quando enim incidunt hi dies, aut in secunda sabbatorum, aut in tertia, aut in quarta, sabbatū etiam ipsum ipsis decernitur. Quapropter post factam azymorum diem, & definitā sabbati diem, in sabbato ex natura, quod post azymorum diem in sabbatum computatum fuit, inuenti sunt transeuntes per sata, & euellebant spicas, & torrebant ac edebāt: ostendentes quod solutum esset uinculum in sabbato decretum, quum uenisset magnum sabbatum, hoc est CHRISTVS, qui quietos nos fecit à peccatis nostris. Cuius figura erat Noë, quem ubi pater eius genitum uidisset, iuxta prophetiam imponebat ipsi nomen Noë, dicens, Hic quietos faciet nos ex peccatis nostris, id est duris operibus nostris. Noë uero à peccatis quietos nō fecit, sed in CHRISTVM prophetauit Lamech, qui per Noë significat in ueritate. Noë enim requiē significat. Et Sebeth, quod sabbatū ac requiem interpreteris, est CHRISTVS, in quo quietus factus est Pater, & sanctus eius Spiritus, & omnes sancti homines in ipso quieti facti sunt, quiescentes à peccatis. Hic est magnum illud sabbatum, & perpetuū, cuius figura erat paruum sabbatū, quod inseruiebat usq; ad ipsius aduentū, præceptum ab ipso secundū legem, & solutum in ipso, & impletum in Euāgelio. Sic enim dixit, Dominus est filius hominis, etiam sabbati. Vnde discipuli confidenter sabbatū soluunt. Nam & sacerdotes ante ipsos sabbatū soluerant, mactantes & Deo uictimas

Esaiæ locus explicatus.

Sabbata uaria

Sabbatum magnum est Christus.

offerentes, ut ne ceſſaret uictima perpetua, & quæ quotidie offertur. Nõ ſolum autem ipſi ſacerdotes prędicebant ſoluendũ eſſe ſabbatum, per hoc quod non ceſſabant, ſed etiam ipſa circũciſio ſabbatum ſoluebat. Quum enim ſæpe gigneretur puer in ſabbato, ſublatio ac deſtructio ſabbati per circũciſionẽ fiebat. Sic utriſq; diſſolutio prædicebat. oſtẽditur enim, quod circũcidentes genitum in ſabbato, ſi exacte ſupputare uoluerint octauam diem, inuenientes ipſam incidentẽ in ſabbatum, & circũcidentes, opus penetrarunt, & ſabbatũ ſoluerunt. Si uero diſtulerũt, ut ne ſoluant ſabbatũ, nona deinceps peragunt circũciſionẽ, & ſoluerunt circumciſionẽ, & terminum præcepti octo dierũ de ipſa. Imò neq; erat perfecta prima circũciſio, ſed ſigni gratia data eſt, & ad cõmonefactionem ipſorũ poſtea, & propter hæſitationem ipſius Abraam, uelut dixi, obiurgati, & figurę gratia illius magnæ circũciſionis, quæ omnia ſecundum æqualitatẽ implet in his qui digni fiunt. Etenim ſi hæc ſanctificationis gratia erat & hæreditatis regni cœlorũ, ergo priuata eſt Sarra regno, & Rebecca, & Lia, & Rachel, & Iochabeth, & Maria ſoror Moſis, et omnes ſanctæ mulieres, & nõ poterunt eſſe hæredes regni cœlorũ, quum nõ potuerint circũciſionem Abraam habere, quam Deus ipſi dedit, iuxta horum rationẽ. Si uero non priuatæ ſunt hæ regno cœlorũ, quanquã non participes fuerint circũciſione: nihil ergo ualet nunc carnalis circũciſio. Quid uero iactat Ebion circumciſionem; quãdo etiam idololatrę & ſcelerati Ægyptij circumciſionẽ habent. Sed & Saraceni, qui & Iſmaëlitæ, circumciſionẽ habent. Et Samaritæ ac Iudæi, et Idumæi, & Homeritæ. Plericq; uero ex his nõ propter legem hoc faciunt, ſed temeraria quadam cõſuetudine. Et in ſumma multũ temporis conſumo, dum in huius nugis uerſor, propterea quod ipſe fruſtra nititur in hoc dicto, quod ipſe Saluator dixit: Sufficiens eſt diſcipulo ut ſit uelut magiſter eius: ut & ipſe iactare poſſit ſuam circumciſionẽ, propter ipſius CHRISTI circumciſionẽ, quæ ſanè in CHRISTO recte peracta eſt. Attamen quando beſtialis ille uult hunc ſermonẽ de imitatione CHRISTI accipere, nõ cunctabor oſtendere quod non propter hoc dictus eſt. Statim enim declarat Dominus, dicens, quod non propter hoc dixit, ſed propter perſecutiones & Iudæorũ in ipſum debacchationem. & dicit: Si me perſecuti ſunt, etiã uos perſequentur. Si me odio habuerunt, etiam uos odio habebunt. Nõ me dicitis dominũ & magiſtrum; & bene dicitis, ſum enim. Si igitur patrẽfamiliâs Beelzebul uocauerunt, quanto magis domeſticos ipſius? Et non poteſt ſeruus eſſe ſuper dominũ ſuum, neq; diſcipulus ſuper magiſtrũ ſuum. Sit aũt abſolutus per omnia diſcipulus uelut magiſter: hoc eſt paratus ad perſecutionem & maledictionẽ, et quicquid mali infertur. Vnde ſanctus Paulus dicit: Imitatores mei eſtote, quemadmodũ & ego CHRISTI. Et non quod ille dominũ ſuum imitabat uelut non oportebat, neq; enim dicebat, Deus ſum, aut filius Dei ſum, aut Deus Verbũ ſum: Sed ego ſum minimus apoſtolorũ. Et, Velut abortiuo uiſus eſt etiam mihi. Si uero tu Ebion hoc dictum accipis de imitatione CHRISTI, & à circumciſione quam inaniter iactas, uis eſſe uelut magiſter, imò magis uelut dominus: ne in circumciſione ipſi te aſſimila, non enim tibi proderit. Trãſtulit enim Dominus huius tempus, uelut per multos teſtes clarè demonſtrauimus. Venit enim & impleuit, data perfecta circũciſione myſteriorum ſuorũ, non in uno ſolo membro, ſed toto corpore obſignato ac circumciſo à peccatis, & nõ unam partem populi ſaluans, hoc eſt uiros ſolos, ſed etiam totum populũ Chriſtianorum in ueritate, uirosq; ac mulieres ſimul obſignans, & ad regni cœlorum hæreditatẽ, liberaliter & non defectuoſe uni ſolum uirorum ordini per imbecillitatẽ, ſignaculum exhibens, ſed uniuerſo populo per ſignaculũ mandatorum ac bonę doctrinę regnum cœlorũ reuelans. Si uero uelut Dominus eſſe uis ô Ebion, hoc eſt uelut magiſter, longe falleris. Ne in circũciſione illi aſſimilare, ſed euoca Lazarum ex monumento, aut alium mortuũ ſuſcita, leproſos munda, aut cæcis uiſum reſtitue, aut paralyſi reſolutũ ſana, ſi potes. Non potes autem, quia cõtrariè facis,

Circũciſio et ſabbatũ ſe mutuò deſtruebãt

Saraceni, Iſmaëlitæ.

incredulitate

incredulitate & uinculis carnis, & iustificationibus legis inexplebilibus occupatus. Si autem hæc facere non potes, ut non potes, propter tuam prauã fidem, non dico uelut CHRISTVS: nõ enim potes assimilari Deo, quũ corruptibilis homo sis, & errore deceptus: imò neq; nomen CHRISTI in diuinis signis inuocare poteris, & si inuocaueris, nihil efficies. Si uero etiam omnino operaris ut paralyticũ restituas, habuit utiq; id per nomen IESV quod surrexit, & intelligentiã ab ipso accepit, ut tuum sabbatũ non sufferat, sed per nomẽ eius qui ipsum sanauit, discat, Tolle grabatum tuum, & uade in domum tuam in sabbato. Iam uero à me relatũ est, quod diuersimode unusquisq; ipsorum de CHRISTO sentit ac pronunciat. Aliquando quidẽ idem Ebion ex affrictu nudum hominẽ ipsum genitum esse dicens. aliquando autem ab ipso appellati Ebionei, filium supernè ex Deo uirtutem adeptũ esse asserentes, & hunc in tempore Adam ipsum induisse ac exuisse. Quorum diuersas opiniones in uirtute Dei subuertimus. Et quid mihi opus est amplius cõmorari in importuosis & reciprocantẽ aquam habentibus locis: qui alicubi alluuntur, alicubi exsiccãtur, ex quibus piscium eruptiones sæpe fiunt, & pedibus eorum qui ripas horum locorũ adeunt, damnum uelut iam dictum est, inferunt: ex eo quod inter pisces reptilia quædã sint uenenum eiaculãtia, pastinacæ inquam, & dracænæ, carchariæq; ac murenæ. Præteribo itaq; locum, rursus Deo gratias agens, quod & hanc hæresim in tergũ reiecimus, non oscitanter, sed diligẽter confutatam. Ad alias autem deinceps nosipsos ô chariſſimi demus, diuino auxilio implorato, quo promissionis complementum ipse per nos perficiat.

Contra Valentinos, qui & Gnostici appellantur, XXXI hæresim.

Post hos Ebionæos appellatos, quorum improbitatem pertransiuimus, et per Dei uirtutem consequentes aliarum ferarum formas promisimus, uenena item reptilium ac morsus incutientes, utpote in doctrinis ipsorum, uelut in hiatu bestiæ uenenum eiaculantis, aut horrendi reptilis & basilisci cõceptas: ad Valentinorum hæresim explicandam transibo, confutationem ipsorum prouiribus facturus, qui sanè etiam Gnosticorum nomen sibi ipsis imponunt. Et horum quidem differentiæ sunt decem, in una plaga somnij ipsorum, & coniugationibus, & octonarijs, & masculorũ ac fœminarum seculis uicissim æqualiter percussis. Et non amplius quidem iuxta tempora ordinis successionem digeram, sed iuxta progressum ab altera ad alteram digrediar. In uno enim tempore hi omnes uelut fungi ex terra eruperunt, & uelut abominabilium ac graueolentium herbarum germina, & gramen spinosum, & uelut latebra multorum scorpiorum, ex uno omnes tempore in uitam excreuerunt. Et sicut antea dixi, instar fungorum sua deformitate sub unum contactum apparuerunt. Velut etiam sancto Irenæo iam de ipsis dictum est: contẽporanei enim hi fuerunt. Vnusquisq; autem ab altero malam occasionem colligentes, aliusq; ab alio ampliorẽ adhuc doctrinæ gratiam cupiens, sibi ipsi prauæ inuentionis differẽtiam effigiarunt, & omnes Gnosticos seipsos nominauerunt, Valentinus inquam, & qui ante ipsum fuerunt Gnostici, imò & Basilides, & Saturnilus, & Colorbasus, Ptolemæus item, & Secundus, atq; Carpocras, & alij complures. Cæterum etiamsi omnes hic nominauimus, propter exortus omnium in uno tempore cõiunctionem, tamen prauæ sationis uniuscuiusq; maleuolentiam priuatim ac seorsim explicabimus. Interim uero ad propositũ hæresiarcham & tragœdiæ portam deueniemus, Valentinum inquam, & ipsius doctrinam. Valentinus igitur hic tẽpore succedit his qui antepositi sunt, Basilidi & Saturnilo, Ebionique ac Cerintho & Merintho, & sodales eius. Hi enim omnes uno tempore in uitam exorti sunt, modico autem tempore præcesserunt Cerinthus et Merinthus ac Ebion, simul enim cum his qui ante ipsos indicati sunt, excreuerũt. Patriam equidem ipsius, aut unde natus sit, plerique ignorant: nulli enim scriptori curæ fuit huius locum ostendere. Ad nos autem per auditũ fama quædam peruenit. Quare non præteribimus, ut ne etiam

Valentinorum differentiæ decem.

huius natalem locū indicemus. In ambiguo quidem est, an uera dicturi simus, tamen famam ad nos perlatam silentio non præteribimus. Dicunt enim ipsum fuisse Phreboniten Ægypti maritimum, in Alexandria uero institutum esse Græcorum literis. Vnde & imitatio Theogoniæ Hesiodi, deorum triginta apud ipsum Hesiodum relatorum. Et ipse fabulosa gentium poësi in mente sua concepta, & ab his qui cum ipso & ante ipsum à ueritate exciderunt, opinionem adeptus, etiam ipse uelut Hesiodus, alijs nominibus in alia transmutatis, mundum decipere uoluit. Nam & hic triginta deos ac cœlos adducere uult, quorum primum est Profundum, uelut ipse mente delyrus dixit: quomodo sanè & opinionis ipsius fundator Hesiodus chaos primū deorum dixit. Cui autem non clarum est, chaos & profundum eandem significationem habere? Vide uero mihi circulatoris illius tragicam fabulam, & improbam doctrinā. Triginta enim hic, uelut dixi, sæcula adstruere uult, quæ & deos nominat, quindecim masculos & totidem fœminas esse dicens. Singula autem sęcula marem & fœminam, & iugum ac par, ipse & complices eius dicunt. Quindecim uero dualitates esse aiunt, quas coniugationes appellant, numero autem esse sæcula triginta. Vnamquanq; uero fœminam gignere ex masculo sequentia sæcula. Esse autem hæc, uelut subiectum est, fœmineo nomine semper ad masculum palàm appositō. Ampsiu, Auraan. Bucua, Tharthuu. Vbucua, Thardeadie. Merexa, Atarbarba. Vdua, Cesten. Vduuac, Eslem. Amphaim, Essumen. Vananin, Lamertade. Athamessumin, Allora. Cubiatha, Thamodan. Saddaria, Oren. Lanaphechudamphech, Emphibòche. Bara, Assi. Vchame, Belim. Dexariche, Masemon. Et sic quidem compositi sunt, uelut iuxta coniugationem maris & fœminæ. In consequentia uero iuxta successionem, sic. Ampsiu. Auraan. Bucua. Tharthuu. Vbucua. Thardeadie. Merexa. Atarbarba. Vdua. Cesten. Vduuac. Eslem. Amphaim, Essumen. Vananin. Lamertade. Athamessumin. Allora. Cubiatha. Thamodan. Saddaria. Oren. Lanaphechudamphech. Emphibòche. Bara. Assi. Vchame. Belim. Dexariche. Masemon. Horum nominum interpretationes hæ sunt. Profundum & Silentium. Mens & Veritas. Verbum & Vita. Homo et Ecclesia. Paracletus & Fides. Paternus et Spes. Maternus et Charitas. Sempermens & Intelligentia. Voluntas, quę etiam Lux et Beatitudo. Ecclesiasticus & Sapientia. Profundus & Mistio, siue Coitus. Ageratus, id est non senescēs, et Vnio. Per se naturalis & Cōmixtio. Vnigenitus & Vnitas. Immobilis & Voluptas. Iuxta numerum uero successionis & consequentię, à superinnominato patre, qui & Profundum apud ipsos nominatur, usque ad hoc quod iuxta nos est cœlum, numerus horum triginta sic se habet. Profundum. Silentium, Mens. Veritas. Verbum. Vita. Homo. Ecclesia. Paracletus. Fides. Paternus. Spes. Maternus. Charitas. Sempermens. Intelligentia. Voluntas, siue Lux. Beatitudo. Ecclesiasticus. Sapientia. Profundus. Mistio. Ageratus. Vnio. Per se naturalis. Commixtio. Vnigenitus. Vnitas. Immobilis. Voluptas. Atque hæc quidem est triginta sæculorum ab ipsis fabulose confictorum tragœdia, & iuxta coniugationem spiritualis uidelicet complementi Vaniloquium. Quæ si quis comparans his quæ apud Hesiodum & Stesichorum, & alios Græcos poëtas sunt, adponat, inuenerit sanè ex comparatione quod eadem sint, & nihil aliud. Et ex hoc cognoscet, quod nihil aliud admirandum illi miraculorum hæresiarchę mystice se dicere profitentur. Nihil enim aliud quàm confictā Græcorum poëticam fabulosi gentium erroris ac doctrinæ expresserunt, nulla mutatione facta, quàm adulteratæ apud ipsos barbaricæ nominū effictionis. Sic enim dicit & Hesiodus, Primū omniū fit Chaos, sic Profundū dicunt, deinde Nox. Erebus, Terra. Æther, Dies. Amor, Metis siue cōsiliū. Mors, ærumna. Fatū, Nemesis. Momus, amicitia. Interitus, discordia. Senectus, Ate. Desiderium, obliuio. Somnus, pugna. Voluptas, contumelia. Lętitia, splendor. Quies, fraus. Iucunditas, Lis. Et hic quidem numerus masculorum ac fœminarum sęcundum consequentiā, hoc modo numerum trigesimum habet. Si uero quis uelit in-

Hesiodi Theogonia.

Triginta sæcula Valētini.

Triginta sæcula Hesiodi.

ſpicere quomodo hi fingentes unū ad aliud coniungunt, is ſic cōpererit coniuncta ac cōiugata inter ſe prout poëtis uiſum fuit. Nam profundū nocti ac ſilentio coniunctū, terram genuiſſe fecerunt. Alij uero cœlū, quod etiam Hyperionem uocauerunt. Idem uero terræ coniunctū, mares ac fœminas genuiſſe dicunt, & eos qui ſequuntur ſimiliter, uſq; ad totam ipſorū productionem, uelut infinita & delira ipſius profundi nugacitas habet. Inuenias aūt ſic coniuncta ac coniugata, et hoc modo componi potentia. Chaos, Nox, Erebus, Terra, Æther, Dies, Amor, Metis, Mors, Ærumna, Fatū, Nemeſis, Momus, Amicitia, Interitus, Diſcordia, Senectus, Ate, Deſideriū, Obliuio, Somnus, pugna, Voluptas, Cōtumelia, Lętitia, Splēdor, Quies, Fraus, Iucūditas, Lis. Si uero quis ipſorū figmento attendat, & cognoſcere uelit quomodo à mūdanis ac Græcis poëmatis hi attoniti facti ſint, fruſtra uelut inſania correpti, excogitantes quæ nō oportet, ad uanū & inutilem laborē, is inuenerit ipſos tanto magis ſeductos. Vnde adhuc altius etiā perſcrutantes, putauerunt ſe ſua propria furioſa mente etiā defectum relictum excogitaſſe, quem relictū defectū, & omnipotentē, & opificem appellāt, & creatorem eſſentiarū. A' quo rurſus etiam poſteriorē octonarium poſt ſeptem cœlos dicūt ſecundū primum octonariū aſſimilatum creatum eſſe, quū ipſe fuerit in octonario, & ſeptē cœlos poſt ſeipſum fecerit. Et uelut defectui relicto impermixtū quoddam & nō effœminatū ſæculum coniungere uolunt, quod ad complementū hic uenerit, & ad inquiſitionem animæ, quæ ex ſupernis à materna ſapiētia uenit. Iam uero & Achamoth nomen exprimentes cōfingunt, quem etiam Saluatorē uocant, & terminū, & crucem, & finitorē, & traductorem, & IESVM qui per Mariā uelut per canalem pertranſiuit. Eſſe aūt ipſum lucē à ſuperno CHRISTO, & ob id patronymice ac denominatiue uocari lucem, propter ſupernā lucem: & CHRISTVM, propter ſupernū CHRISTVM: & uerbū, propter ſupernum uerbum: & mentem ſimiliter Saluatorē dici. Semper uero trāſgredi ſuum patrē, illum opificē. Simul autem ſecū ſurſum ferre obediētes ipſi, ad ſupernas cōplementi coniugationes. Et ô horū nugacitatē, et tantā uanitatem. Apponam aūt, uelut antea dixi, etiā uelut ipſi coniugarunt poëticis & gentilibus fabulamentis ſuam ipſorum nugacitatem. Poſt tricenariū autem numerum, unum nomen medium & non effœminatū, & poſt ipſum rurſus ſecundum coniugationem octonariū, inuentum ab opifice, qui rurſus ſic componi poteſt, & ſunt nomina hæc. primus Exepaphos. Porphyrio, Clotho. Rhyacus, Lacheſis. Epiphaon, Atropos. Hyperion, Aſterope. Et hæc quidem horū poëtarum ſcena eſt, habens & alias multas nomenclaturas deorū apud ipſos nominatorū, maſculorum ac fœmininorū, aliter atq; aliter apud quoſdā appellatorum, qui etiā trecentorū ſexagintaquinq; numerū efficere poſſunt, & amplius, in occaſionē ac prætextū aliarū ſectarum, quæ rurſum hoc tragicū argumentum ſomniātes aggreſſi ſunt ac inſtituerunt. Nam poſt prædicta nomina, Heſiodus et Orpheus ac Steſichorus genitū eſſe dicunt Cœlū & Tartarū, Saturnū & Rheam, Iouem & Iunonē, & Apollinem, Neptunūq; ac Plutonem, & innumeros deinceps qui apud ipſos nominātur. Multus eſt enim horum fraudulentus ex ſuſpicione error, qui ubi nominum uanitatem concepit ac excogitauit, multas fabulas confinxit. Et hic eſt qui mentem illorū deceptorum ſeducere uidetur. Ridicula uero ſtatim omnibus comperiuntur hæc qui ſecundū Deum illuminatā mentem habent. Porrò prætéritis his, rurſus ex ipſorum libris, ad uerbum, & iuxta dictionis ſeriem, lectionis inquam ac libri ipſorum, hic appoſitionem faciam, et ſunt hæc. Apud prudētes, apud animales, apud carnales, apud mundanos, Mens magnitudine inabolibilis, inabolibilibus ſalutem. Innominatorum ego et arcanorum ac ſupercœleſtium mentionem apud uos faciam, quę neq; à principatibus, neq; à poteſtatibus, neq; à ſubditis, neq; ab omnib. intelligi poſſunt. Verū ſoli immutabilis intellectui manifeſta ſunt. Neq; enim ab initio ipſe per ſe pater in ſeipſo complectebatur omnia, in ſeipſo in innotitia, quem quidam ſæcu

Achamoth.

Valentini epiſtola.

lum ageraton, id est non senescens appellant, semper iuuenẽ, masculum ac fœminam. Qui semper complectitur omnia, & non in aliquo continetur. Tunc intelligentia in ipso uoluit illam quam aliqui Notionem, siue Intelligentiã dixerunt, alij Gratiam propriè, propterea quod ipsa suppeditauit thesauros magnitudinis his qui sunt ex magnitudine. Qui autem uera dixerunt, Silentium appellauerunt: quia per cogitationem citra sermonem, omnia ipsa magnitudo perfecit. Sicut igitur antea dixi, incorrupta æternitas uolens uincula rumpere, magnitudinem effœminauit, ob appetentiam quietis ipsius. Et hæc ipsi mixta edidit patrem ueritatis, quem proprie perfecti Mentem nominauerunt, quoniam exemplar prius existentis ingeniti erat. Postea uero Silentium naturalem unitatem lucis protulit cum Mente. Erat autem ipsorum cõuentio, ipsum uelle: & edit ueritatem. Veritas autem à perfectis proprie nominata est, quia uerè similis erat matri suæ Silentio, ipso Silentio hoc uolente à diuisionibus lucis, tum masculi, tum fœminæ, æquale esse, quo per seipsas, et hęc in ipsis manifestaretur, his qui ex ipsa sunt, in ipsa insensibilia lumina diuisa. Postea Veritas maternam proferens lasciuiam, effœminauit patrem suum in seipsam, & coiuerunt sibi ipsis incorruptibili mixtione, & non senescente commixtione, & edit quaternarium spiritualem masculum & fœminam, exemplar prius existentis quaternarij, qui erat, Profundũ, Silentium, Pater, Veritas. Hic aũt quaternarius ex Patre & Veritate, est homo, Ecclesia, uerbum, uita. Tũc complectentis omnia profundi uoluntate, homo & Ecclesia paternorũ recordati uerborum, coiuerunt inter se, & edit hæc duodenarium lasciuorum, masculum & fœminam. Masculi itaq; sunt, Paracletus, Paternus, Maternus, Sempermens, Voluntas, id est lux: Ecclesiasticæ fœminæ uero, Fides, Spes, Charitas, Intelligentia, Beatitudo, Sapientia. Postea uero Verbum & Vita, etiam ipsi laudis donum effingentes, inter se communicauerunt. Erat autem ipsorum communicatio ipsa Voluntas, & congressi ediderunt Denarium lasciuorum etiam ipsorum, masculorũ ac fœminarum. Ex quibus mares sunt, Profundus, Ageratus, per se naturalis, Vnigenitus, Immobilis. Hi cognominationem in gloriam omnia complectentis fecerunt. Fœminæ uero, Mistio, Vnio, Commixtio, Vnitas, Voluptas. Et hę cognominationem in gloriam silentij asciuerunt. Perfecto igitur per patrem ueritatis tricenario numero, quem ignorãtes terreni numerant, & quum uenerint ad ipsum, non amplius numerũ inuenientes, ad circulum reuertũtur, rursus ipsum numerantes: est autem hic, Profundũ, Silentium, Pater, Veritas, homo, Ecclesia, Verbum, uita, paternus, Maternus, paracletus, Sempermens, Voluntas, Ecclesiasticus, Fides, Spes, Charitas, Intelligentia, Beatitudo, Sapientia, Profundus, Ageratus, per se naturalis, Vnigenitus, Immobilis, Mistio, unio, cõmixtio, Vnitas, uoluptas: Tunc is qui omnia cõplectitur, insuperabili prudentia docuit uocari alterum octonariũ, pro eo qui prius erat principalis octonarius, qui in tricenarij numero manet: Non enim erat magnitudinis prudentia, in numerum cadere: & cõstituit pro masculis masculos, Vnum, Tertium, Quintum, Septimum: Et fœminas, Binarium, quaternariũ, Senarium, Octonarium. Hic igitur Octonarius est, qui uocatus est pro eo qui prius erat octonario, profundo, patre, homine, uerbo & Silentio, ueritate, Ecclesia, uita: qui unitus est luminibus, & factus est tricenarius absolutus, & prior ille octonarius quietus. quando profundum egressum est per magnitudinis fulcimentũ uniri cum tricenario, hic tricenarius erat. Nam reuera Pater ueritatis cõuenit cum Ecclesia, & Maternus habuit uitã, & paracletus unitatẽ, & unitas uniebatur patri ueritatis, et pateueritatis erat cum Silentio. Verbũ uero spirituale cõmunicabat spiritui mistione & incorruptibili cõmixtione, faciens finẽ ipsius per se matris, indiuisibilem suã requiem. Tricenarius igit̃ absoluẽs profunda mysteria, penitus nuptiarũ exors, in incorruptibilib. uiros incorruptibiles edidit, q sanè Vnitatis filij nominati sunt, & delineari nequeuntes. Erãt itaq; ferè extra prudentiã, quiescentes sine intelligentia.

Octonarius alius pro principali constitutus.

Nam

Nam quod quis facit, si non de eo uniuersaliter cogitat, nō facit. Tunc sanè geniti sunt uiri, quorum multitudinem ad numerum effari necesse non est: cogitare uero facile est. unusquisq; enim proprium nomen sortitus est, propter arcanorum mysteriorū cognitionem. Silentium igitur uolens omnes ad electionē cognitionis impellere, cōmiscuit se secundo opposito octonario mistione incorruptibili, uoluntate autem intellectuali. Erat autē intellectualis ipsius uoluntas, Spiritus sanctus qui in medio est sanctarū Ecclesiarum. Hoc itaq; ad secundū octonarium demisso, persuasit etiam ipsum cum ipsa uniri. Nuptiæ igitur perficiebantur in octonarij partibus, ita ut uniretur sanctus Spiritus uni, & binarius tertio, & tertius senario, & octonarius septimo, & septimus binario, & senarius quinto. Totus autē octonarius conuenit cum uoluptate non senescente, & incorruptibili mistione. Nō enim erat separatio inter ipsos, uerum cōmixtio erat cum uoluptate irreprehensibili, & edidit Quinarium lasciuorū non effœminatorum. quorū nomina hæc sunt: Fructuarius, Finitor, Munerator, Emeritus, Traductor. Hi medietatis filij appellati sunt. Atq; hæc quidē ex parte librorū ipsius apposita, hucusq; à me dicta sint. Fecit autem hic prædicationē in Ægypto. Vnde sanè uelut reliquiæ ueteræ ossiū, adhuc in Ægypto sementis ipsius restat, in Atrabite, & Prosopite, & Arsenoite, & Thebaide, & inferioribus partibus regionis maritimæ, & Alexandriopolitæ præfectura. Sed & Romæ reuersus prædicauit. Verum ad Cyprum progressus, uelut naufragium natura corporaliter passus, à fide defecit, & mente motus est. Antea enim pietatis ac rectę fidei partē in prædictis locis habere putabatur. Verum in Cypro deinceps ad extremā impietatem deuenit, & seipsum in ea quam prædicabat improbitate penitus immersit. Dicit autē ipse & sodales eius, Dominū nostrū IESVM CHRISTVM, uelut dixi, & Saluatorē, & CHRISTVM, & Verbum, & crucem, et traductorem, & finitorē, & Terminum. Ex supernis uero corpus delatū esse asserunt, & uelut aquam per canalem, per Mariam uirginē penetrasse: nihil uero à uirgineo utero accepisse, sed ex supernis corpus habere, uelut dixi. Non esse autē ipsum primum uerbum, neq; CHRISTVM post uerbum, eum scilicet qui supernè est in supernis sæculis. Verum hunc asserūt datum esse ob nihil aliud, nisi solū ut ueniret & saluaret genus, quod ex supernis est spirituale. Cæterum mortuorum resurrectionē negāt, fabulosum quiddam ac nugatorium dicentes. Nō hoc corpus resurgere, sed aliud quidē ex ipso, quod sanè spirituale uocāt, uerum illorum solum qui apud ipsos spirituales atq; animales appellantur, si sanè animales iustè uixerint. At materiales & carnales & terrenos uocatos penitus perire, & omnino nō saluari, secedere uero unamquāq; essentiam ad proprios suos productores, ita ut materialis materiæ tradatur, carnalis & terrena terræ. Tres enim hominum ordines esse dicunt, spiritualium, animalium, carnalium. Ordinē autē spiritualem seipsos dicunt, quēadmodum etiam Gnosticos, et neq; labore opus habentes aliquo, quàm sola cognitione & arcanis mysteriorum suorum uerbis. Quisq; uero ipsorum quodcunq; uoluerit, intrepide facit, & nullius rei curiosus est. Omnino enim saluari suum ordinem dicunt, ut qui spiritualis existat. Alterum uero ordinem hominum in mundo, quem Animalem uocant, à seipso saluari non posse, nisi labore & iusta operatione seipsum saluauerit. Materialem autem hominum ordinem in uita, cognitionem capere non posse asserunt, neq; suscipere hanc, etiamsi uelit is qui ex hoc ordine procedit, uerum simul cum anima & corpore perire. Suum uero ordinem spiritualem saluari cum corpore, quod aliud quoddā interius est, & ipsi corpus spirituale imaginantes uocant. At animales fatigatos laboribus & opificem transgressos sursum dari angelis qui cum CHRISTO sunt, nihil corporum ferentes, sed solum animas in perfectione cognitionis ipsorum repertas, & has opificem transgressas dari angelis qui sunt cum CHRISTO in nymphas ac sponsas. Talis est ipsorum tragœdia, habens etiam plura his. ego uero solum ea quæ natura necessaria duxi, ut in propatulum

Hominum ordines tres.

uenirent

uenirent recenſui, prout cognitio ad nos deuenit, unde originem traxit, & quibus temporibus uixit, & à quibus occaſiones accepit, & quæ ſit ipſius doctrina, ſimulq; cũ quibus hoc malum in uitam exortum eſt, ex parte doctrinæ ipſius oſtendi. Reliquam uero ipſius nugacitatem non uolui à meipſo componere, quum repererim apud ſanctiſſimum Irenæum, priſcum illũ, opus contra ipſum conſcriptũ. Quum itaq; hactenus pauca hæc recenſuerim, quæ deinceps ſequuntur ex prædicto uiro ſeruo Dei, Irenæo inquam, integrè apponam. Habent autem ſic. Quidam emiſſi ad ueritatẽ, introducũt ſermones falſos, & genealogias uanas, quæ ſanè quęſtiones magis exhibẽt, uelut Apoſtolus dicit, quàm ædificationẽ Dei in fide: & per improbe collectam uim perſuadendi, mentem imperitiorum ſeducunt, ipſoſq; captiuos ducunt, malicioſe tractantes eloquia Domini, praui expoſitores probe dictorũ fientes: & multos ſubuertũt abducentes ipſos prætextu cognitionis, ab eo qui uniuerſa creauit ac ornauit, uelut qui altius quid ac maius habeant quod oſtendant, Deo qui cœlum & terram & omnia quæ in ipſis ſunt fecit, probabiliter quidem inducentes per uerborũ artificium ſimplices ad quærendi modum. Verũ improbo perdentes ipſos, in eo quod maledicã & impiam ipſorũ mentem efficiunt erga opificem, & in eo quod non dijudicare poſſunt mendacium à ueritate. Nam error per ſeipſum non oſtenditur, ut nedenudatus deprehendatur: ſed amiculo ſplendido callide ornatus, ut etiam ipſa ueritate ueriorem ſeipſum exhibere uideatur imperitioribus, per externã apparentiam, quemadmodũ à quodam præſtantiore nobis dictũ eſt de talibus: Quod precioſum lapidẽ ſmaragdum, & magnæ æſtimationis apud quoſdã, uitrum cõtumelia afficit per artem illi aſſimilatũ, ubi nõ affuerit qui probare poteſt. Quum uero ammixtum fuerit æs ad argẽtum, quis poterit facile hoc integre probare? Quo igitur nõ per noſtram culpã corripiantur aliqui, uelut oues à lupis, non noſcentes ipſos propter externas ouillæ pellis inſidias: quos cauere Dñs ipſe nobis præcepit, ſimilia quidem loquentes, diſſimilia uero ſentiens: neceſſarium arbitratus ſum, ubi incidiſſem in libros ac cõmentarios Valẽtini, uelut ipſi dicunt, diſcipulorũ, & ubi cum aliquibus ipſorum cõflictatus ſum, et opinionem ipſorum deprehẽdi ac proſtraui, ut ſignificarẽ tibi ô chariſſime, mõſtroſa et profunda myſteria, quæ nõ omnes capiunt, quoniã non omnes cerebrum exſpuerunt: quo & tu eadoctus, omnibus qui tecum ſunt, ipſa manifeſta facias, ipſoſq; admoneas ut demẽtiæ & in CHRISTVM blaſphemiæ profunditatẽ uitent. Et ſanè prout uires noſtræ tulerint, opinionẽ eorum qui nũc falſa docent, de Ptolemęo loquor, qui floſculus eſt ſcholæ Valentini, breuiter & darè recenſebimus. et occaſiones dabimus pro noſtra medio critate ad illam ſubuertendã, aliena eſſe & incõuenientia ueritati, ea quæ ab ipſis dicuntur, oſtenſuri, etiamſi aliàs ad ſcribendũ non ſimus adſueti, neq; in arte dicendi exercitati: ſed ipſa dilectio nos impellat ad ſignificandũ tibi, & omnibus qui tecum ſunt, ea quæ hactenus fuerunt occulta, nunc uero per gratiã Dei in apertum uenerũt dogmata. Nihil enim eſt occultũ quod non reuelabitur, & nihil abſconditũ quod nõ cognoſcetur. Nec uero requires à nobis qui in inter Celtas uerſamur, & circa barbaram linguam utplurimũ occupati ſumus, artem dicendi quam non didicimus, neq; facultatẽ ſcriptoris, in qua exercitati non ſumus, neq; fucum uerborum, neq; uim perſuadendi, quã nõ nouimus, ſed ſimpliciter & uerè ac uulgari more tibi ex amore ſcripta, tu amanter ſuſcipies, & ipſe apud teipſum ea augebis, utpote qui potẽtior nobis exiſtis, & hæc uelut ſemina ac principia à nobis accipis, et in mẽtis tuę amplitudine ad maiorẽ fructũ producendũ multiplicabis, ea quæ paucis à nobis ſunt relata: & potẽter declarabis his qui tecũ ſunt, ea quę debiliter à nobis ſunt prolata. Et ſicut nobis ſtudiũ fuit, cũ tu iam olim ipſorũ opinionẽ cognoſcere cupiueris, ut nõ ſolũ tibi ipſam manifeſtã faceremus, ſed etiã inſtructionẽ daremus, quo ipſam falſam oſtẽderemus: ſic etiã tu liberaliter alijs inſeruies, iuxta gratiã tibi à Dño datã, ad hoc ut non amplius diſtrahãtur homines ab ipſorum

Irenæi locus tranſſcriptus.

Cerebrum expuere.

Ptolemæus floſculus ſcholæ Valentini.

Irenæus inter Celtas.

ipsorum persuasionibus quæ tales sunt. Dicunt enim in inuisibilibus ac innominatis altitudinibus, quoddam esse sæculum perfectum præexistens. Hoc uero etiam primum patrem, & Profundum appellant. Esse autē ipsum incomprehensibile & inuisibile, sempiternumq; ac ingenitū, & in quiete ac requie multa per infinita temporum sæcula fuisse. Cum ipso autem esse & Intelligentiam, quam sanè etiam Gratiam & Silentium nominant. Et cogitasse aliquando hoc Profundum, à seipso omnium rerum principium producere ac emittere, et hanc emissionem quam emittere cogitauit, etiam uelut semen deposuisse, & hoc uelut in utero, in eo quod cum ipso est Silentio. Hoc uero suscepto semine eo, prægnans factum esse, & peperisse Mentem, similem & æqualem ei qui emisit ipsam, & quæ sola capiat magnitudinem patris. At Mentem hanc etiam unigenitum uocant, & patrem & principium omnium. Simul autem emissam esse cum ipsa ueritatem. & esse hunc primum & ab initio productum Pythagoricum quaternarium, quem etiam uniuersorum radicem uocant. Est enim Profundum & Silentium, postea Mens & Veritas: sensisseq; hunc unigenitum propter quę emissus esset, & emisisse etiam ipsum Verbum & Vitam, patrem omnium post ipsum futurorum, & principium & formationem totius complementi. Ex uerbo uero & uita emissum esse per coniugationem, hominem & Ecclesiam. & esse hunc primarium octonarium, radicem ac subbstātiam omnium, quatuor nominibus apud ipsos appellatum, profundi & mentis, & uerbi, & hominis. Esse enim unūquemq; ipsorum masculum & fœminam, hoc modo. primùm quidem, primū patrem unitum esse per coniugationem suæ intelligentiæ. Vnigenitū uero, hoc est Mentem, ueritati. Verbum autem uitæ, & hominem Ecclesiæ. Hæc uero sæcula in gloriā patris producta, uoluisse & ipsa de suo glorificare patrem, & emisisse emissiones in coniugatione, Verbum quidem & uitam post emissum hominem et Ecclesiam, alia decem sæcula emisisse, quorū nomina hæc dicūt. Profundus et Mistio, Ageratus et Vnio, Per se naturalis & Voluptas, Immobilis & Cōmixtio, Vnigenitus & Felicitas. Hæc sunt decē sæcula, quę item ex Verbo et uita emissa esse asserunt. Hominem uero etiā ipsum emisisse cum Ecclesia, sæcula duodecim, quibus hæc nomina tribuunt: Paracletus & fides, paternus & spes, maternus & charitas, Sempermens & intelligentia, Ecclesiasticus & beatitudo, Voluntas & sapientia. Hæc sunt triginta erroris ipsorum sæculà, quæ silentio occultantur, & non cognoscuntur. Hoc inuisibile & spirituale est secundū ipsos complementum, trifariam diuisum, in octonariū, & denarium, ac duodenariū. Et propterea dicunt Saluatorē (neq; enim Dominū appellare uolūt) triginta annis nihil in aperto fecisse, ostendentem horum sæculorū mysterium. Sed & in parabola operariorū in uineam missorum, triginta hæc sæcula manifestissime indicata esse asserunt. Mittuntur enim alij circa primā horam, alij circa tertiam, alij circa sextā, alij circa nonam, alij circa undecimā. Dum enim relatæ horæ inter se componuntur, tricenarium numerum explent. Vna enim, & tres & sex & nouem & undecim, triginta sunt. per horas autem sæcula indicata esse uolunt, & hæc esse magna & admiranda ac arcana mysteria, quæ colligunt ipsi: & sicubi quid ex his quæ in scripturis dicuntur, suo figmento adaptare ac assimilare possunt. Itaque primum Patrem à solo eo cognosci dicunt qui ex ipso natus est, unigenito uidelicet, hoc est Mente: reliquis uero omnibus inuisibilem ac incomprehensibilem esse. Mens autem sola, ex ipsorum sententia, delectabatur conspectu patris, & magnitudinis immensæ ipsius consideratione gaudebat, & reliquis quoq; sæculis magnitudinem patris cōmunicare meditabatur, qualis & quātus esset, & quod sine principio ac incomprehensibilis esset, & quod oculis percipi non posset. Detinebat autem ipsum Silentiū ex uoluntate Patris, propterea quod uellet omnia ipsa ad notionem & desideriū inquisitionis prędicti primi patris sui perducere. Et reliqua quidē sęcula similiter tacitè quodāmodo desiderabāt productorē seminis sui uidere, & radicē principio carentem

Pythagoricus quaternarius.

Triginta sæcula Valentini, per Christum approbata.

carentem cognoscere. plurimùm uero præ alijs impellebatur postremum & nouissimum duodenarij ab homine & Ecclesia producti sæculũ, hoc est ipsa sapientia. & pertulit affectum citra complexum coniugis sui, ipsius Voluntatis. Qui affectus initium quidem habuit in mente & ueritate, irruit autem in hoc seculum peruersum, per præteritum quidem dilectionis, per culpam uero temeritatis. propterea quod non cum patre perfecto societatem habuisset, uelut mens ipsa. Affectum autem esse inquisitionem patris. Volebat enim, uelut dicunt, magnitudinem ipsius comprehendere. Deinde quum nõ posset, propterea quod rem impossibilem aggrederetur, in ualde magna angustia fuisse, tum propter profunditatis magnitudinẽ, tum quod imperscrutabilis est pater. Itemq; ob amorem erga ipsum qui se semper ulterius præ dulcedine ipsius extendebat, ita ut postremum consumpta fuisset, & in uniuersam essentiam resoluta, nisi infulcientem, & (extra inenarrabilem magnitudinem) uniuersa conseruantẽ potentiam incidisset. Hanc autem potentiam etiam Terminum uocant, à qua conseruatum acsulcitum esse hoc seculum dicunt, ita ut uix redierit ad seipsum, & patrem incomprehensibilem esse crediderit, & priorem cogitationem deposuerit, cum affectu qui expertur bãta illa admiratione successerat. Quidam uero ex ipsis, ad affectum sapientiæ & conuersionem, fabulantur ipsam impossibilem et incomprehensibilem rem aggressam, peperisse essentiam informem, qualem natura fœminea parere poterat. quam ubi consideratam esse, propter partus imperfectionem: deinde timuisse, quum neque ipsum esse perfecte haberet. postea mentem motam esse ac desperasse, quærentem causam & quomodo absconderet id quod factum esset. Dum uero sic in affectibus uersaretur, accepisse conuersionem, & ad patrem decurrere tentasse, & aliquatenus hoc ausam uiribus defecisse, & supplicem patris factam esse. Cum ipsa uero etiam reliqua sæcula rogasse, & præsertim mentem ipsam. Hinc dicunt primùm initium habuisse essentiam ignorantiæ, & tristiciæ, & timoris, & admirationis. At pater prædictum terminum ob hæc per unigenitum emittit in imagine propria inconiugatum, in effœminatum. Illum enim aliquando cum coniuge Silentio, aliquando & super masculum & super fœminam esse uolunt. Hunc uero terminum, etiam crucem, et redemptorem, & fructuarium, & finitorem, & traductorem uocant. Verum per hunc terminum dicunt mundatam esse ac confirmatam sapientiam, & restitutam coniugio. Separata enim cogitatione ab ipsa unà cum accedẽte affectu, ipsam quidem intra complementum esse, cogitationem uero ipsius unà cum affectu separatã ac ablatam esse, & extra complementũ emotam, esse quidem spiritualem essentiam, quæ naturalis quædam concitatio existit, informem uero & sine specie. propterea quod nihil comprehendit, & ideo fructum debilem et fœminam ipsum dicunt. Postquam autem separata fuit hæc extra complementum sæculorum, materq; ipsius restituta est proprio coniugio, unigenitum rursus aliam coniugationem emisisse, iuxta prouidentiam Patris, ut ne quod sæculum similiter ut illud afficeretur, CHRISTVM & Spiritum sanctum, ad confirmationem ac fulcimentum complementi, à quibus absoluta esse sæcula. CHRISTVM enim docuisse ipsa coniugij naturam, ingeniti comprehensionem cognoscentia, idonea esse ad declarandum inter ipsa Patris agnitionem. Et quod neq; capi neq; cõprehendi potest, et quod neq; uidere neq; audire ipsum datur, sed per solum unigenitum cognoscitur. & causam quidem æternæ perpetuitatis ipsius Patris reliquis omnino incomprehensibilem esse. Verum generationis ipsius ac formationis comprehensibilem esse, per quam sanè æqualis est. Et hæc quidem iam emissus CHRISTVS inter ipsos operatus est. At uero Spiritus sanctus adæquata ipsa omnia gratias agere docuit, & ueram requiem induxit. Et sic forma ac sententia omnia sæcula æqualia constituta esse dicunt, ita omnia masculini sexus, Mentes, & uerba, & homines, & Christi euaserint: & omnia fœminini sexus similiter Veritates, & Vitę, & Spiritus, & Ecclesię.

Terminus, quæ sit potentia.

Confirma

Confirmata uerò in hoc omnia, & perfectè quieta facta, cum magno gaudio primum patrem hymnis celebrasse dicunt, & ipsum multæ lætitiæ participem. & pro hac beneficentia, una uoluntate ac sententia totum seculorum complementum, cõsentiente CHRISTO & Spiritu, & approbãte ipsorum patre, unumquodq; seculum quod pulcherrimum atq; florentissimũ in seipso habebat comportasse, & collationẽ fecisse: atque his cõcinne complicatis, & diligenter unitis, emisisse problemata, ac emissiones in honorem ac gloriam Profundi, perfectissimũ decorem & sidus complementi perfectum fructum IESVM, quem & Saluatorem appellatum esse, & CHRISTVM & Verbum, patronymicè ac denominatiuè, & secundùm omnia, propterea quod ab omnibus esset, satellitesq; ipsorum in honorem eorundem eiusdem generis angelos simul productos esse. Hæc quidem igitur est tractatio, quæ intra complementum ab ipsis dicitur, & affecti seculi ac ferè perditi uelut in materia propter inquisitionem patris calamitas: & Termini, ac crucis, & redemptoris, & fructuarij, & finitoris, & traductoris, sexangula compago: & primi CHRISTI cum Spiritu sancto expœnitentia à patre ipsorum posterior seculis generatio: & secundi CHRISTI, quem etiam Saluatorem dicunt, ex collatione composita cõstitutio. Hæc autẽ manifestè quidem dicta non esse, eo quod nõ omnes capiant cognitionẽ: per mysteria uerò à Saluatore indicata esse in parabolis, his qui intelligere possunt, hoc modo. Triginta quidẽ secula significata esse per triginta annos, uelut antea diximus, in quibus nihil in aperto Saluatorem fecisse dicunt: & per parabolam operariorum uineæ. Et Paulum manifestissimè dicũt sæpe nominare secula. Insuperq; etiam ordinem ipsorum seruasse, dum dixit: In omnes generationes seculorum seculi. Sed & nos dum in gratiarum actionibus dicimus, in secula seculorum, illa ipsa secula significare. Et ubicunque seculum aut secula nominantur, relationem ad illa esse uolunt. At duodenarij seculorum emissionem, significari per hoc quod Dominus duodecim annorum existens, disputauerit cum doctoribus legis: & per apostolorũ electionem, duodecim enim sunt apostoli. & reliqua decem & octo secula manifestari, per hoc quod dicũt, Post resurrectionem ex mortuis, decem & octo mensibus ipsum cum discipulis conuersatum esse. Sed & per primas nominis ipsius grecè scripti literas, per iota uidelicet & ita, octodecim secula significatè prout Græci numerãt significari. Similiter uerò & decem secula per literam iota, quæ in nomine ipsius prima est, significari dicunt. & propterea dixisse Saluatorem, Iota unum aut unus apex non præteribit donec omnia fiant. Cæterùm affectum qui circa duodecimum seculum cõtigit, significari dicunt per defectionem Iudæ, qui duodecimus erat apostolorum. Et quod duodecimo mense passus est. Vno enim anno uolunt ipsum post baptismum suum prædicasse. Insuper uerò & in ea quæ sanguinis fluxum patiebatur, manifestissimè hoc indicari. Nam ubi duodecim annos ipsa passa fuisset, per Saluatoris præsentiam curatam esse, ubi tetigisset fimbriam uestimenti ipsius. & propterea dixisse Saluatorem, Quis me tetigit? ut doceret discipulos, mysterium in seculis factum, & affecti seculi sanationẽ. Quæ enim duodecim annis passa est, illa uirtus est, dum extendebatur, & in infinitũ flueret essentia ipsius, uelut dicunt: & nisi attigisset uestimentum ipsius, hoc est ueritatem primi quaternarij, quæ per fimbriam significata est, resoluta fuisset in essentiam suam. Sed cessauit & sedatus est affectus. Nam egressa uirtus huius (esse autẽ hanc Terminum uolunt) curauit ipsam, & affectus ab ipsa secessit. At uerò Saluatorem ex omnibus existentem Omne esse, per hoc dictum ostendi dicunt, Omne masculinũ aperiens uuluã. Nam hic quum Omne esset, aperuit uuluam cogitationis affecti seculi, quæ extra complementum emota est: quàm sanè etiã secundum Octonarium uocant, de quo paulo pòst dicemus. Et à Paulo palàm ob hoc dictum esse asserunt, Et ipse est omnia. Et rursus, Omnia in ipsum, & ex ipso omnia. Et rursus, In ipso habitat omne complementum deitatis. Sed & omnia

Christi duo Valentino.

Scriptura quã nititur Valentinus.

instaurata esse in CHRISTO per Deum, ita dictum esse interpretantur, & si qua alia huiusmodi sunt. Postea uerò de Termino suo, quem pluribus nominibus appellant, duas ipsum habere actiones pronunciant, Confirmatiuam & Separatiuam, siue diuisiuam. Et quatenus quidem firmat ac fulcit, Crucem esse: quatenus uerò diuidit ac distinguit, Terminum. Et Saluatorem quidem sic dicũt actiones suas indicasse, & primùm Confirmatiuam in eo quod dicit, Qui nõ portat crucẽ suam, & sequitur me, discipulus meus esse non potest. Et rursus, Tollens crucem suam, & sequitur me. Diuisiuam uerò in eo quod dicit, Non ueni mittere pacem, sed gladium. Sed & Ioannẽ hoc ipsum significasse dicunt, dum dixit: Ventilabrũ in manu eius, & purgabit aream, & colliget frumentum in horreum suum, paleas uerò comburet igni inextinguibili. & per hoc actionẽ Termini indicasse. Ventilabrũ enim Crucem esse interpretantur, quæ consumat materialia omnia, uelut ignis paleas: purgat autem eos qui saluantur, uelut uentilabrum frumentũ. Paulum uerò apostolum etiã ipsum huius Crucis mentionẽ fecisse dicunt, hoc modo: Verbũ enim crucis his quidẽ qui pereunt stultitia est, nobis uerò qui saluamur, uirtus Dei. Et rursus, Mihi autem ne contingat in aliqua re gloriari, nisi in cruce CHRISTI, per quẽ mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Talia equidem de complemento suo & figmento omnes dicunt, adaptare enitentes ea quæ rectè dicta sunt, his quæ malè ab ipsis excogitata sunt. Et non solùm ex Euangelicis & Apostolicis scriptis demonstrationes facere conantur, peruertentes interpretationes, & malitiosè adulterantes expositiones: sed etiam ex lege & prophetis: nimirum quum multæ parabolæ ac allegoriæ in ipsis relatæ sint, & ipsarum ambiguitas ad multa per expositionem trahi possit, callidè ad figmentum suum ac dolosè adaptantes, captiuos abducunt à ueritate eos qui non firmam fidem in unum Deum patrem omnipotentem, & in unum Dominum IESVM CHRISTVM filium Dei conseruant. Cæterùm quæ extra complementum ab ipsis dicuntur, talia sunt: Cognitionem supernæ sapientiæ, quam etiam Achamoth uocant, emotã è complemento unà cum passione & affectu, dicunt in umbris & tectis locis efferbuisse per necessitatẽ. Extra lucem enim & complementũ edita est, informis & sine specie, uelut abortus, eo quod nihil comprehendit: misertumq; eius esse CHRISTVM, & per crucem propria uirtute extentũ formasse, formatione secundũ essentiã solùm, nõ etiã secundum scientiam ac cognitionem: & ubi hoc fecisset, recurrisse contracta sua uirtute, atq; illam reliquisse: quo percipiens afflictionem suam, propter emotionem è complemento, appetat præstantiora, habens odorẽ quendam incorruptibilitatis in se relictum à CHRISTO & spiritu sancto. Et propterea ipsam ambobus nominib. appellari, tum Sapientiã patronymicè: pater enim ipsius Sapiẽtia uocat: tum Spiritũ sanctum, à spiritu circa CHRISTVM: formatãq; ipsam ac sapientẽ factã esse, uerũ statim euacuatã, inuisibili cum ipsa cõuersante Verbo, hoc est CHRISTO, ad inquisitionẽ processisse lucis, quæ ipsam reliquerat, & nõ potuisse ipsam apprehendere, eo quod prohiberet à Termino: & hic Terminũ prohibentẽ ipsã ab ulteriori progressu dixisse Iao. Vnde Iao nomẽ factũ esse dicũt. Quũ autẽ nõ posset pertrãsire Terminũ, propterea quod affectui implicata esset, et sola foris relicta esset, omni afflictionis partiuariæ ac multiplicis existentis, ipsam succubuisse. & pertulisse tristitiã quidem, quod non comprehendit: timorẽ uerò, ne quemadmodũ ipsam lux, sic etiã uita ipsam destituat. Et ad hæc desperationẽ. Omnia uerò in ignorãtia. Et non uelut mater ipsius prima Sapientia & seculũ, alterationẽ in afflictionib. habuit, sed contrarietatẽ. Accidisse uerò ipsi etiã alterã affectionẽ, ex cõuersione uidelicet ad eũ qui compagẽ hanc uiuifi cauit. Et essentiã materiæ ipsam factam esse dicũt, ex qua mundus hic constitutus est. Ex conuersatione enim omnẽ mũdi & opificis animã generationẽ accepisse. Ex timore uerò & tristitia, reliqua initiũ habuisse. A lachrymis enim ipsius factã esse omnẽ humidam

Achamoth.

Iao nominis ratio.

midã essentiã. A' risu uerò lucidã. A' tristitia autẽ & perturbatione corporalia mundi elementa. Aliquando enim plorabat ac tristabatur, uelut dicunt, eo quod sola relicta esset in tenebris & euacuatione. Aliquando autẽ cogitans de luce quæ ipsam reliquisset, in lætitiã diffundebatur ac ridebat. Aliquãdo uerò rursus timebat. Aliquando desperabat, & mente mouebatur. Equidem multa hic deinceps tragœdia est ac imaginatio, uno quoq; ipsorum aliter atq; aliter audacter narrante, ex quali affectu, & ex quo elemento essentia generationẽ accepit. Quæ etiã meritò uidentur mihi nõ omnes uel le in aperto docere, sed solos illos qui magnas mercedes pro tantis mysterijs persoluere possunt. Non enim amplius hęc similia illis, de quibus Dominus noster dixit, Gratis accepistis, gratis date: sed remota & monstrosa ac profunda mysteria, quæ multo labore acquiruntur, ab his qui mendaciorũ sunt studiosi. Quis enim nõ impenderit omnia bona sua, ut discat quod è lachrymis cogitationis afflicti seculi, maria & flumina, & uniuersa aquosa essentia generationem acceperunt? Ex risu uerò ipsius, lux, & ex perturbatione ac desperatione, corporalia mundi elementa? Volo autem etiam ipse aliquid conferre ipsorum fertilitati. Quandoquidem enim uideo quasdam aquas dulces esse, uelut fontes & fluuios & hymbres, atq; huiusmodi: quæ uerò sunt in mari, salsas: cogito mecũ, nõ omnes ex lachrymis ipsius productas esse: propterea quòd lachrymæ salsæ sint qualitate. Manifestum igitur, quod salsæ aquæ hæ sunt ex lachrymis. Verisimile est autem ipsam in multa anxietate ac desperatione constitutam etiam sudasse. Hinc sanè iuxta argumentum ipsorum suspicari oportet, fontes & fluuios, & si quæ aliæ dulces sunt aquæ, generationem habuisse ex sudoribus ipsius. Incredibile enim est, quũ una sit qualitas lachrymarũ, alias salsas, alias dulces aquas ex ipsis prouenisse. Hoc autem magis credibile est, alteras esse è lachrymis, & alteras è sudoribus. Quandoquidem uerò & calidæ quædam & acres sunt aquę in mundo, cogitare quis potest, quid'nam fecit, & ex qua parte has emisit. Tales enim fructus argumento ipsorum conueniunt. Quum igitur pertransisset omnem afflictionem mater ipsorum, & uix præminuisset, ad supplicationem conuersam ipsam esse lucis, quæ ipsam reliquerat, hoc est CHRISTI, dicunt. Qui quum reuersus esset ad complementum, ipse quidem ut uerisimile est, piger erat ad hoc ut rursus descenderet: demisit autem paracletum ad ipsam, hoc est saluatorem, patre omnem uirtutem ipsi dante, & omnia sub potestatem tradente, & seculis rogantibus, ut per ipsum omnia crearentur uisibilia & inuisibilia, throni, deitates, dominationes. Emittitur autem ad ipsam cum coætaneis suis angelis. At uerò Achamoth ipsum reueritam esse dicunt, & primũ quidẽ tegmẽ & uelamen imposuisse ob uerecundiã: postea uerò ubi uidisset ipsum cum uniuersa fructuositate sua accurrisse ad ipsum, uirtute accepta ex conspectu eius. & ipsum formasse eam formatione secundũ cognitionẽ, & afflictionũ ipsius curationẽ fecisse, ita ut ipsas ab ipsa separaret, easq; nõ negligeret, (non enim possibile erat ipsas deleri, uelut illas priores, propterea quod in habitũ iam cessissent, & ualidæ essent) sed secerneret per discretionem, quo confunderet & stabiliret, & ex incorporali affectu in corporalem materiam ipsas transmutaret. Atq; sic aptitudinem & naturam induxisse ipsis, ut in compages ac corpora uenirent, ad hoc ut duæ essentiæ fierent, mala affectuum ac uitiorum, & affectuosa ex conuersione. Et propterea per uirtutem dicunt construxisse Saluatorem ipsam Achamoth, ut ab affectu liberata sit, & per gaudium speculationem luminũ in ipso conceperit, hoc est angelorum qui cum ipso erant. & ubi ipsos concepit, peperisse docent fructus secundùm imaginem, partũ spiritualẽ ad similitudinem satellitũ Saluatoris factum. Quum igitur tria hæc iam suppositia sint ex ipsorum sentẽtia, primũ quod ex affectu est, quod erat materia: secundũ quod ex conuersione, quod erat animale: tertiũ quod peperit, hoc est spirituale: sic conuersa est ad formationem ipsorũ. Verùm spirituale nõ potuisse ab ipsa formari, quoniam coëssentiale ipsi

fuit. Conuerſam autem eſſe ad formationẽ eſſentiæ ſuæ animalis factæ ex cõuerſione, propoſuiſſeq; doctrinas ex ſaluatore. Et primùm formaſſe ipſam ex animali eſſentia dicunt, Patrem & Regem omniũ, tum coëſſentialium ipſi, hoc eſt animaliũ, quæ ſanè dextra appellant: tum eorũ quæ ex affectu & materia ſunt, quæ ſiniſtra uocãt. Omnia enim quę circa ipſum ſunt, clandeſtinè formaſſe ipſum aſſerunt, cõmotũ à matre. Vn de etiã Metropatora, id eſt matrẽ ac patrẽ, & Apatora, id eſt patre carentẽ, & opificẽ ac patrem ipſum uocant: dextrorũ quidem patrem dicentes, hoc eſt animalium: ſiniſtrorũ uerò opificẽ, hoc eſt materialiũ: ſimul omniũ autem, regem. Etenim cogitationem hanc uoluiſſe omnia in honorẽ ſeculorũ facere, & imagines ipſorũ feciſſe dicũt. Imò potiùs ſaluatorem per ipſam feciſſe. Et ſeipſam quidem in imagine inuiſibilis patris ſeruaſſe, ut ne cognoſceretur ab opifice: illum uerò in imagine unigeniti filij. Archangelos autẽ & angelos ab his factos, in imagine reliquorũ ſeculorũ. Patrẽ igitur ac Deum ipſum factum eſſe dicunt, omniũ quæ extra complementũ ſunt animaliũ ac materialium factorem. Diſcreuiſſe enim ipſum duas eſſentias confuſas, & ex incorporeis corporales feciſſe, atq; ſic cœleſtia ac terreſtria creaſſe, & factum eſſe materialiũ ac animaliũ, dextrorũ ac ſiniſtrorũ opificem, leuiumq; ac grauiũ, & eorũ quæ ſurſum feruntur, & eorũ quæ deorſum ſubſidunt. Septẽ enim ipſum cœlos conſtruxiſſe, ſupra quos opificẽ eſſe dicunt, & propterea Septenariũ ipſum uocant. Matrem uerò Achamoth Octonariũ, conſeruantẽ numerũ primogeniti, ac primi octonarij ipſius cõplementi. At ſeptem cœlos non eſſe intelligibiles dicũt, uerùm angelos ipſos eſſe aſſerũt. Sed & ipſum opificem angelũ eſſe Deo ſimilem. Velut etiã Paradiſum, qui ſupra tertium cœlum eſt, quartũ angelũ uirtute ac potentia eſſe dicunt. Et ab hoc aliquid accepiſſe Adam conuerſatum in ipſo. Hæc autem dicunt opificem putaſſe à ſeipſo fabricare, uerùm feciſſe ipſa Achamoth producente. feciſſe enim cœlum, quum nõ noſſet cœlum: & formaſſe hominem, quum non noſſet hominem: & terram protuliſſe, quum ignoraret terram. Et ſic in omnibus ignoraſſe ipſum dicunt ideas ac formas eorum quæ faciebat, & ipſam quoque matrem. Seipſum autẽ ſolum putaſſe omnia eſſe. Cauſam uerò ipſi fuiſſe matrem huius opinionis dicunt, quæ ſic ipſum producere uoluerit, caput quidem ac principium propriæ eſſentiæ, dominũ uerò totius negocij. Hanc autem matrẽ etiã Octonariũ uocant, & Sapientiã, & Terrã, & Hieruſalem, & Spiritum ſanctum, & Dominũ maſculino genere. Habere uerò ipſam medietatis locum, & eſſe quidem ſupra opificem, infra uerò aũt extra complementum uſq; ad conſummationem. Quando quidem igitur materialem eſſentiam ex tribus affectibus conſtare dicunt, timore, triſtitia, & deſperatione: & ex timore quidem ac conuerſione animalia conſtitutionem accepiſſe: ex conuerſione quidem opificẽ generationẽ habuiſſe uolunt, ex timore uerò omnem reliquã animalem ſubſtantiam, uelut animas brutorũ animantiũ ac beſtiarum ac hominũ. ob id quum ipſe imbecillior fuerit ad cognoſcendum aliqua ſpiritualia, putaſſe ſe ſolũ Deum eſſe, & per prophetas dixiſſe, Ego Deus, & præter me nullus. Ex triſtitia uerò ſpirituales malitias factas eſſe docent: unde etiã diabolum generationem habuiſſe, quem etiam Dominũ mundi uocant, & dęmonia & angelos, & omnẽ ſpiritualem maliciei ſubſtantiam. Cęterùm opificem filiũ matris ipſorum dicunt, Mundi uerò dominum opificis creaturã. Et mundi dominũ ſcire ea quæ ſupra ipſum ſunt, quia ſpiritus eſt maliciei. Opificẽ uerò ignorare, utpote qui animalis ſit. Habitare autem matrem ipſorum in ſupercœleſti loco, hoc eſt in medietate. Opificẽ uerò in ſupercœleſti, hoc eſt in ſeptenario. Mundi dominum autem in mundo apud nos. Ex perturbatione deinde ac deſperatione, uelut ex ignobiliore, corporalia, uelut antea diximus, mundi elementa facta eſſe. Terram quidem circa perturbationis ſtatum. Aquam uerò circa timoris lachrymarum motum. Aërem circa triſtitię ſtabilitatem. Ignem autem ex omnibus ipſis proueniſſe, mortemq; ac corruptionem,

Dextra & ſiniſtra quæ.

Metropator & Apator.

Opificis ignorantia.

Matris Octonarij nomina.

quemad-

quemadmodum etiam ignorantiam in tribus his affectibus occultatam esse docent. Porrò ubi mundum creasset Opifex, fecisse ipsum etiam hominẽ Terreum, nõ ex hac arida terra, sed ad inuisibili essentia, ex diffusili ac fluxili materia acceptum, & in hunc insufflasse animalem decernunt. Et hunc esse eum qui ad imaginem ac similitudinem factus est. Iuxta imaginem quidem, materialem esse, similem quidem, sed non coessentialem Deo. Iuxta similitudinem uerò, Animalem. Vnde etiam Spiritum uitæ essentiam ipsius dictã esse, quum sit ex spiritali defluxione. Postea autem circundatam ipsi dicunt pelliceam tunicã, quam sensibilem carnem esse uolunt. Porrò partum matris ipsorum ipsius Achamoth, quem per speculationẽ angelorum, qui circa Saluatorem sunt peperit, coessentialem matri existentem spiritualem, & ipsum ignorasse opificem dicunt, & clandestinè depositum esse in ipsum, ipso non sciente, ut per ipsum in animam quæ ab ipso est seminatus, & in materiali hoc corpore gestatus, & in his etiam auctus, paratus fieret ad susceptionem perfecti. Latuit igitur, uelut dicunt, opificem, ille conseminatus, cum insufflatione ipsius spiritualis homo, per inenarrabilem prouidentiam ab ipsa Sapientia. Sicut enim matrem ignorasse, ita etiam semen eius dicunt, quod ipsum sanè Ecclesiam esse uolunt, exemplar supernæ Ecclesiæ: & hoc etiam in seipsis esse censent, ut habeant ipsi animam quidem ab opifice, corpus uerò à terra: & carnem à materia, spiritualem uerò hominem à matre Achamoth. Quum igitur tria sint, Materiale quidem quod etiam Sinistrum uocãt, necessariò perire dicunt, utpote quod nullam incorruptibilitatis spirationem ostendere possit. Animale uerò, quod & dextrum appellant, ut quod mediũ sit inter materiale & spirituale, eò secedere quocunque tandem inclinationem fecerit. Spirituale uerò emissum esse, quo hic animali coniunctum formetur, coëruditum ipsi in conuersatione. Atque hoc esse dicunt Sal & Lucẽ mundi. Opus enim habebat animalibus & sensibilibus disciplinis, per quas etiam mundum constructũ esse dicunt. Sed & Saluatorem ad hoc animale aduenisse: nam & liberum arbitriũ id habet, ut ipsum saluet. Quæ enim saluare uolebat, eorum primitias ipsum suscepisse dicunt. Ab Achamoth quidem spirituale, ab opifice uerò indutum esse animalem CHRISTVM, à dispensatione uerò circundatũ esse corpus animalem essentiã habens, uerùm arcano artificio constructum, ad hoc ut & inuisibilis & impalpabilis, ac afflictione exors factus sit. Materiale uerò nihil ipsum suscepisse dicunt. Non enim esse materiã capacem salutis. Perfectionem autem fore, quando formatum ac perfectum effectum fuerit cognitione omni spiritali, hoc est Spirituales homines perfectam cognitionem de Deo & de Achamoth habentes, & seipsos mysterijs initiatos hos esse asserunt. Eruditiuntur enim in animalibus rebus animales homines, qui per opera & nudam fidem confirmantur, & perfectam cognitionem non habent. Esse autem hos nos, qui ab Ecclesia sumus, dicunt. Quapropter etiam nobis bona opera necessaria esse pronunciant. aliter enim impossibile est saluari. Seipsos uerò non per opera, sed propterea quod ex natura spirituales sunt, penitus & omnino saluari docẽt. Quemadmodum enim terreum impossibile est particeps fieri salutis, non enim capax eius esse ipsi dicunt: sic rursus ijdem impossibile esse uolunt, spirituale corruptionem suscipere, in quibuscunq; tandem operationibus uersentur. Quo enim modo aurũ in cœno depositum non amittit pulchritudinẽ suam, sed propriam naturã conseruat, cœno nullam iniuriã auro inferente: sic etiam seipsos dicunt, in quibuscunq; materialibus actionibus uersentur, minime lædi, neque abijcere spiritualem substantiam. Quapropter sanè etiam interdicta omnia intrepide qui perfectissimi sunt faciunt, de quibus scripturæ affirmant, quod facientes ipsa regnum Dei non possidebunt. Etenim quæ simulachris dicata sunt, indifferẽter edunt, neque inquinari ab ipsis putantes. Et ad omnes festiuas gentium delicias ad honorem simulachrorum fientes, primi conueniunt, ut aliqui ipsorũ neque à spectaculo apud Deum & homines

Homo materialis & animalis.

Homo spiritualis.

Valentiniani omnia etiam interdicta faciunt.

mines odioso, eorum qui cum feris depugnant, & gladiatoriam artem in hominum cædem exercent, abstineant. Alij etiam uoluptatibus carnis ad satietatem inseruientes, carnalia carnalibus, & spiritualia spiritualibus attribui dicunt. Et quidam ex ipsis mulierculas, quæ clandestinè ab ipsis hac doctrina erudiuntur, corrumpunt: uelut sæpissimè ab aliquibus ipsorum deceptæ, & postea ad Ecclesiam Dei conuersæ fœminæ, etiam hoc ipsum cum reliquo errore confessæ sunt. Alij palàm omni pudore exuto, quascunq; amauerint fœminas, eas à maritis auulsas sibi uxores duxerunt. Alij rursus modeste ab initio, uelut cum sororibus se habitare simulantes, progressu temporis deprehensi sunt, prægnāte sorore à fratre facta. Sed & alia multa detestanda ac impia facientes, nobis qui propter timorem Dei etiam cogitatione ac uerbis peccare cauemus, insultant, uelut idiotis, & nihil scientibus. Seipsos uerò exaltant, perfectos se appellantes, & semina electionis. Nos enim in usu gratiā accipere dicūt, & propterea ipsa spoliari. Seipsos autem priuatim partam, quæ ex supernis ab inenarrabili & innominata coniugatione descendit, gratiam habere, & propterea adijci eam ipsis. Quapropter etiā omni modo oportere ipsos semper cōiugationis mysterium cogitare ac meditari. & hoc stupidis persuadēt his uerbis, sic dicētes: Quicunq; in mundo natus ac degens, uxorem nō amauerit, ut ipsi cōmixtus sit, nō est ex ueritate, & non procedet ad ueritatem. Qui uerò ex mundo natus est, & mixtus fuerit mulieri, nō procedet ad ueritatem, propterea quod in concupiscentia mixtus est mulieri. Ob id igitur bonos animales nos nominant, & ex mundo esse dicunt, & necessariam nobis continentiam & bona opera, ut per ipsa ueniamus ad medietatem. Ipsis autem spiritualibus ac perfectis appellatis, nequaquam. Non enim operatio ad complementum inducit, sed semen quod illinc paruum emittitur, & hic perficitur. Quum uerò omne semen perfectum factū fuerit, Achamoth matrem suam discedere de medio loco dicunt, & intra complementū ingredi, & recipere sponsum suū Saluatorē, eum qui ex omnibus factus est, ut coniugatio fiat Saluatoris & Sapientiæ, ipsius Achamoth uidelicet. & hoc esse sponsum & sponsam, nuptiarum uerò domum totum complementum. At uerò spirituales ubi animas exuerunt, & spiritus intellectuales facti sunt, inuisibiliter & incomprehensibiliter intra complementum ingressos, sponsas attribui angelis qui sunt circa Saluatorem. Opificē uerò etiam ipsum transire in matris Sapientiæ locum, hoc est in medietatem, iustorum item animas requiescere etiā ipsas in medietatis loco. Nihil enim animale intra complementum transire. His autem sic factis, ignem latitantem in mundo ubi effulsit & exarsit, omnemq; materiam cōsumpsit, simul cum ipsa consumptum iri, & ad hoc ut non amplius sit secessurum esse dicunt. Cæterùm opificem nihil horum nouisse pronunciant ante Saluatoris aduentum. Sunt autem qui dicunt emisisse ipsum, etiam CHRISTVM filium propriū, sed animalem. & de hoc per prophetas loquutum esse. Esse autē hunc qui per Mariam transiuit, quemadmodū aqua per canalem transit. Et in hunc in baptismate descendisse illum qui est ex cōplemento ex omnibus Saluatorem in specie columbæ: fuisse autem in ipso idem semen ipsius Achamoth spiritale. Itaq; Dominum nōstrum ex quatuor his compositū fuisse dicūt, conseruantem figurā primogeniti ac primarij quaternarij: ex spirituali, quod erat ab Achamoth: ex animali, quod erat ab opifice: ex dispensatione, quod erat constructū arcana arte: & ex Saluatore, quod erat columba quæ in ipsum descendit. Et hoc quidem afflictionis exors permansisse. Non enim possibile erat ipsum pati, quum non apprehensibilis & inuisibilis esset. & propterea quū adduceretur ipse ad Pilatum, depositum in ipsum CHRISTI spiritū sublatū esse. Imò neq; semen à matre passum esse dicunt. Læsionis enim expers est, & inuisibile, quod est spirituale, etiam ipsi opifici. Passus est igitur ex ipsorū sentētia animalis CHRISTVS, & qui ex dispēsatione arcano modo cōstructus est: quo ostenderet ipsius mater figurā superni CHRISTI,

Mundi cōsumptio per ignē.

Christus qualis passus sit.

illius

illius qui extentus est in cruce, & formauit Achamoth formatione secundum essentiam. Omnia enim hæc figuras illorum esse dicunt. At animas quæ habuerunt semen Achamoth, meliores fuisse dicũt quàm reliquas, & ideo plus dilectas fuisse ab opifice, ignorante causam, & ab ipso tales esse putante. Quapropter & in prophetas cõstituit ipsas, & sacerdotes ac reges. Et multa ab hoc semine dicta esse per prophetas narrant, utpote quorum animæ altioris sint naturæ. Multa uerò etiã matrem de superioribus dixisse ferunt, sed & per hoc semen, & per animas ab hoc factas. Et deinceps diuidũt prophetias, aliquid à matre dictũ esse uolẽtes, aliquid à semine, aliquid ab opifice. Sed & IESVM similiter, aliud à Saluatore dixisse, aliud à matre, aliud ab opifice. uelut in progressu orationis ostẽdemus. Opificẽ uerò, ut qui ea quæ supra ipsum sunt ignoret, moueri quidem propter ea quæ dicũtur, cõtempsisse uerò ipsos, quũ aliàs aliã causam putasset, quàm spiritũ qui prædicit, habens & ipse propriũ quendã motum, aut hominem, aut manuũ complexũ. Et sic ignorantẽ permansisse usq; ad aduentum Domini. Vbi uerò uenisset Saluator, didicisse ipsum ab illo omnia dicũt, & beneuolũ ad ipsum accessisse cum omni uirtute sua. Et ipsum esse Centurionẽ in Euangelio, qui dicit ad Saluatorẽ: Nam & ego sub potestate mea habeo milites & seruos, & quodcunq; mandauero faciũt. Absoluturũ porrò ipsum esse gubernationẽ mundi usq; ad opportunum tempus, maximè uerò propter Ecclesiæ curam. Imò etiã propter cognitionem præparati ipsi præmij, quia in matris locũ transibit. At uerò hominũ tria genera cõstituunt, Spiritale, Terreũ, Animale: quemadmodum fuerũt, Cain, Abel, Seth. & ex his tres naturas non amplius in uno, sed in genere. Et Terreum quidem in corruptionem transire. Animale uerò si meliora eligat, in medietatis loco quiescere. si uerò deteriora, transiturũ esse etiam ipsum ad similia. Spiritualia autẽ quæ seminauerit Achamoth, ex eo tempore usq; in præsens, à iustis animis erudita hic, & enutrita, propterea quod parua sunt emissa, posteaq; perfectione digna facta, sponsas attribui angelis Saluatoris docent: quũ animalia hominũ genera necessariò in medietate cum opifice requiescant in æternum. Et ipsos sanè Animales homines rursus subdiuidentes, dicũt alios natura bonos esse, alios natura malos. & bonos quidem esse hos qui seminis capaces fiunt: uerùm natura malos nunquam illud semen suscipere posse. Quum igitur talis sit ipsorum doctrina, quam neque prophetæ prædicauerunt, neq; Dominus docuit, neq; apostoli tradiderunt, quam de uniuersis iactant se plus alijs cognouisse, ex non scriptis legẽtes, & quod dici solet, ex arena funiculos nectere studentes: ad faciendam fidem conantur prædictis adaptare, aut parabolas dominicas, aut sermones prophe-ticos, aut dicta apostolica, quo figmentum ipsorum nõ testibus carere uideatur, ordinem & seriem scripturarũ transilientes, & quantum in ipsis est membra ueritatis soluentes. Transferũt enim & transformant, & aliud ex alio facientes, multos decipiunt per male compositam Dominicorũ uerborũ adaptatorum sapientiam. Quemadmodum si quis regiæ imaginis pulchræ, ex preciosis lapidibus fabricatæ à sapiente artifice, subiectam hominis formã soluat, & lapillos illos transferat & accõmodet ac faciat formam canis aut uulpeculæ, atq; hanc male fabricatam. Deinde præscribat ac dicat, hanc esse regis imaginem illam pulchrã, quam sapiens artifex fabricauit, ostendens lapillos illos à primo artifice probè in regis imaginem compositos, uerùm malè à posteriore in canis formam translatos, & per lapillorũ apparentiam seducat imperitiores, qui regiæ formæ notionem non habent, & persuadeat quod hæc putrida uulpeculæ forma, sit pulchra illa regis imago. Ad eundem sanè modum etiam hi anicularum fabulas consuentes, deinde uerba & dictiones & parabolas undecunq; detrahentes, adaptare uolunt fabulamẽtis suis eloquia Dei. Et quæ quidem intra complementum adaptant, diximus. Quæ uerò his quæ extra complementum ipsorum sunt, adaptare & accommodare conãtur ex Scripturis, sunt huiusmodi. Dominum in no-

Centurio in Euangelio.

Hominum genera tria.

Ex arena funiculum nectere.

Simile.

uiſſimis mundi temporibus propter hoc ad paſſionem ueniſſe dicunt, ut oſtenderet afflictionem circa poſtremum ſeculum factam, & per ſuum finem declararet finem totius negocij circa ipſa ſecula. Virginem autē illam duodecim annorum archiſynagogi filiam, quam præſens Dominus ex mortuis ſuſcitauit, figurā ipſius Achamoth eſſe narrant, quam extentus CHRISTVS ipſorum formauit, & ad præceptionem lucis, quæ ipſam reliquerat, perduxit. Quod autem apparuerit ipſi Saluator extra complementum exiſtenti in abortus ſorte, Paulum dixiſſe dicunt in prima ad Corinthios
» epiſtola: Poſtremum autem omniū uelut abortiuo uiſus eſt etiam mihi. Et aduentum Saluatoris cum coætaneis ad ipſam Achamoth, ſimiliter ipſum manifeſtaſſe in eadem
Scriptura detorta. epiſtola, dum dixit: Oportet mulierem uelamen habere in capite, propter angelos. Et quod ueniente Saluatore ad ipſam, Achamoth ob uerecundiā uelamen impoſuerit, Moſen manifeſtū feciſſe, dum uelamen poſuit ſuper faciem ſuā. Et afflictiones ipſius quæ paſſa eſt, ſignificaſſe Dominū dicūt in cruce. Et in eo quidem quod dixit, Deus
» meus cur dereliquiſti me: ſignificaſſe ipſum, quod relicta fuit à Luce ipſa Sapientia, & prohibita eſt à Termino ab ulteriore progreſſu. Triſtitiā uerò ipſius ſignificaſſe, dum
» dixit: Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem. Timorem autē, dum dixit: Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat à me poculum hoc. Sed & deſperationem ſimiliter in eo quod dixit:
» Et quid dicam non ſcio. At tria hominū genera ſic ipſum demonſtraſſe docent. Ma-
» teriale quidē in eo quod dixit ad eum qui interrogauerat, ſequar te: Non habet filius hominis, ubi caput reclinet. Animale uerò in eo quod dixit ad eū qui dixerat, Sequar
» te, uerum permitte mihi primum domeſticis meis: Nemo admota aratro manu in ter-
» gum reſpiciens, idoneus eſt regno cœlorū. Hunc enim dicunt medium eſſe, & illum ſimiliter qui plurimas iuſtitiæ partes confeſſus eſt ſe feciſſe, & poſtea ſequi noluit, à diuitijs uictus, ut non perfectus euaderet. nam & hunc animalis generis fuiſſe uolunt.
» Spirituale uerò in eo quod dixit: Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos, tu autem
» uade, & annuncia regnum Dei. Et dum ad Zacchæum publicanum dixit: Feſtinus
» deſcende, nam hodie in domo tua oportet me manere. Hos enim ſpiritualis generis fuiſſe prædicant. Et fermenti parabolam, quod mulier in farinæ ſata tria abſcōdiſſe dicitur, tria hominum genera ſignificare dicunt. Mulierem enim ſapientiā dici docent, farinæ uerò tria ſata, tria hominū genera, Spiritale, Animale, Terreum. Fermentum autem, ipſum Saluatorē dictum eſſe docent. Et Paulum dixiſſe, Terreos, Animales,
» Spirituales. nunc quidem: Qualis Terreus, tales & Terrei. nunc uerò: Animalis uerò
» homo non ſuſcipit ea quæ Spiritus ſunt. Alibi autē: Spiritualis indagat omnia. Cæterùm illud, Animalis nō ſuſcipit ea quæ Spiritus ſunt: de opifice dictū eſſe pronūciāt, qui quū animalis ſit, nō nouerit neq; matrē ſpiritualē exiſtentē, neq; ſemen ipſius, neq; ea quæ in complemento ſunt ſecula. Et quod eorū quos ſaluare uolebat Saluator pri-
» mitias aſſumpſit, Paulū dixiſſe: Et erat primitiæ ſanctæ, & ipſa maſſa: primitias quidē ſpirituale dictū eſſe docētes, maſſam uerò nos, hoc eſt animalē eccleſiā. Cuius maſſam ipſum aſſumpſiſſe dicunt, & in ſeipſo contraxiſſe, quoniam ipſe fermentū erat. Quod autem Achamoth extra complementum errauerit, & à CHRISTO formata ſit, & à Saluatore requiſita, ipſum indicare dicunt, in eo quod dixit, ſeipſum ueniſſe ad erroneam ouiculā. Ouiculam enim erroneā, matrem ipſorū dici exponūt, ex qua Eccleſiā hic ſeminatā eſſe uolūt. Errorem autē extra complementū, in affectibus cōmorari, ex quibus materiā factā eſſe aſſerunt. At uerò mulierem uerrentē domū, & inuenientem drachmam, ſupernā Sapientiā dici narrāt: quæ ubi amiſiſſet cogitationē ſuam, poſtea purgatis omnibus per Saluatoris aduentū, reperit ipſam, quapropter & hāc reſtitutā eſſe ex ipſorū ſentētia, intra cōplementū. Symeonē porrò qui in ulnas accepit CHRI
» STVM, & gratias egit ipſi, ac dixit: Nunc dimittis ſeruū tuum Domine, ſecundū uerbum tuū in pace: figurā opificis eſſe dicūt, qui ubi ueniſſet Saluator, didicit tranſpoſi-

tionem

tionem ſuam,& gratias egit Profundo.Et per Annam prophetiſſam quæ in Euange
lio prædicatur ſeptem annis cum uiro uixiſſe, reliquo uero omni tempore uidua per-
manſiſſe,donec cõſpecto Saluatore agnouit ipſum, & loquebatur de ipſo ad omnes,
manifeſtiſſimè Achamoth ipſam ſignificari aſſerunt: quæ cum modico tempore Sal-
uatorem cum coætaneis ſuis uidiſſet, reliquo uniuerſo tempore in medietate exiſtẽs,
expectabat ipſum quando uenturus eſſet,& ipſam cõiugationi ſuæ reſtituturus. Sed
& nomen ipſius indicatum eſſe à Saluatore, dum dixit: Et iuſtificata eſt ſapientia à fi-
liis ſuis. & à Paulo itidem ſic: Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Quin &
coniugationes intra complementum Paulum dixiſſe aſtruunt, oſtenſione in uno fa-
cta. De coniugatione enim circa uitam ſcribens, dixit: Myſterium hoc magnum eſt,
Ego autem dico in CHRISTVM & Eccleſiã. Inſuper & Ioannem diſcipulum Do-
mini docent primum Octonarium indicaſſe, hæc uerba proferentes hoc modo: Ioan
nes diſcipulus Domini uolens dicere uniuerſorum generationem, per quam omnia
produxit pater, principium quoddam proponit, quod primum generatũ eſt à Deo,
quod ſanè & filium unigenitum & Deum uocauit, in quo pater omnia produxit ſemi
nario modo. Ab hoc autem dicit Verbum productum eſſe, & in ipſo uniuerſam ſecu
lorum eſſentiam, quam ipſum Verbum poſtea formauit. Quoniam igitur de prima
generatione dicit, rectè à principio, hoc eſt Deo & Verbo doctrinã facit. dicit autem
ſic: In principio erat Verbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.
Hoc erat in principio apud Deũ. Prius diſtinxit tria, Deum, & Principiũ, & Verbũ:
& rurſus ipſa unit, quo & productionẽ amborũ ipſorũ oſtendat, tum Filij, tum Ver-
bi: & ſimul unionem inter ipſos mutuã, & ad patrem. In patre enim, & ex patre princi
pium: in principio autem, & ex principio Verbum. rectè igitur dixit, In principio erat
Verbum: erat enim in filio. Et Verbum erat apud Deum, nam in principio. Et Deus
erat Verbũ: conſequẽter omnino, nam quod ex Deo genitum eſt, Deus eſt. Hoc erat
in principio apud Deum: oſtendit productionis ordinem. Omnia per ipſum facta
ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil: omnibus enim poſt ipſum ſeculis formæ & genera-
tionis autor Verbum factũ eſt. Sed quod factum eſt in ipſo, inquit, uita eſt. Hic etiam
coniugationẽ indicauit: uniuerſa enim per ipſum facta eſſe dixit, uitam uerò in ipſo.
Hæc igitur quæ in ipſo facta eſt, cõiunctior eſt ipſi, quàm ea quę per ipſum facta ſunt.
Cum ipſo enim eſt, & per ipſum fructum facit. Quandoquidem enim infert, Et uita
erat lux hominum: Vbi hominem nunc dixit, etiam Eccleſiam æquiuoce cum homi-
ne indicauit, quo per unum nomen indicaret cõiugationis ſocietatẽ. Ex Verbo enim
& Vita, homo gignitur & Eccleſia. Lucem autem dixit hominum ipſam Vitam. pro-
pterea quod illuminati ſunt ab ipſa, hoc eſt formati & manifeſtati. Hoc uerò etiã Pau-
lus dicit: Omne enim quod manifeſtatũ, Lux eſt. Quando itaq; manifeſtauit & genuit
Vita hominem & Eccleſiam, Lux ipſorum dicta eſt. Clarè igitur indicauit Ioãnes per
hæc uerba cum alia, tum ſecundum quaternariũ, Verbum uidelicet & Vitam, Homi
nem & Eccleſiam. Imò & primum quaternarium ſignificauit. Narrans enim de Sal-
uatore, & dicens omnia extra complementũ per ipſum formata eſſe, fructum eſſe di
cit ipſum totius complementi. Etenim Lucem dixit ipſum quæ in tenebris lucet, &
non apprehenſa eſt ab ipſis, quoniam omnia quæ facta ſunt ex affectu & afflictione
concinnauit, & ignoratus eſt ab ipſis tenebris. Sed & Filium & Veritatem & Vitam
appellat ipſum, & Verbum carnem factum, cuius gloriã uidimus, inquit, & erat glo-
ria ipſius, uelut unigeniti à patre ipſi data, plena gratia & ueritate. Dicit autem ſic: Et
Verbum caro factum eſt, & habitauit inter nos, & uidimus gloriam eius, gloriam
quaſi unigeniti à patre, plenum gratia & ueritate. Exacte igitur etiã primum indicauit
quaternarium, ubi patrem dixit, & Gratiam, & Vnigenitum, & Veritatem. Sic Ioan
nes de primo, & omnium ſeculorum matre, Octonario dixit. Patrem enim dixit, &

Euãgelij Ioan nis tortura.

Gra

Gratiam,& Vnigenitũ,& Veritatem,& Verbum,& Vitam,& Hominem,& Ecclesiam. Vides ô chariſſime, uiam & methodum qua utentes ſeipſos decipiunt, calumniantes ſcripturas, figmentum ſuum ex ipſis confirmare conantes. Ob hoc enim & ipſe appoſui ipſorum uerba, quo ex ipſis intelligas inſidiarum improbam fraudem, & erroris maliciam. Primum equidem ſi propoſuiſſet Ioãnes ſupernum Octonariũ oſtendere, ordinem utiq; ſeruaſſet productionis: & primum quaternarium, qui ueneran-

Euangelij Ioannis ratio.

diſſimus eſt, uelut dicunt, inter prima nomina poſuiſſet, atq; ſic ſecundum cõiunxiſſet, ut per nominum ordinem Octonarij ordo oſtenderetur: & non poſt tantum interuallum uelut oblitus, & poſtea recordatus, in extremis primi quaternarij mẽtionem feciſſet. Deinde ſi etiam coniugationes ſignificare uoluiſſet, Eccleſiæ nomen non ſanè reliquiſſet, aut etiam in reliquis coniugationibus maſculorum appellatione cõtentus fuiſſet, quum etiam illæ aliæ ſimiliter adintelligi poſſint, quo per omnia unitatem conſeruaſſet. Aut ſi reliquorum coniuges recenſuit, etiam hominis coniugem indicaſſet, & nõ dimiſiſſet ex uaticinatione nos nomen ipſius accipere. Manifeſtè igitur eſt adulterata expoſitio. Quum enim Ioãnes unum Deum omnipotentẽ, & unum unigenitũ CHRISTVM IESVM prædicet, per quem omnia facta eſſe dicit, hunc filiũ Dei, hunc unigenitũ, hunc omnium factorem, hunc lucem ueram illuminantem omnem hominẽ, hunc mundi creatorẽ, hũc eum qui in propria uenit, hunc eundem carnem factum, & qui habitauit inter nos: Illi peruertentes iuxta ueriſimilẽm expoſitionem, alium unigenitũ eſſe uolunt iuxta productionem, quem ſanè & principium uocant: & alium Saluatorẽ fuiſſe uolunt, & alium Verbũ filium unigeniti: & alium CHRISTVM ad correctionem complementi emiſſum, & unumquodq; ex relatis à ueritate ſublatum, abutentes nominibus ad proprium propoſitum tranſtulerunt. Quare ſecundùm ipſos inter tot nomina Ioãnes domini IESV CHRISTI mentionem non fecit. Si enim Patrem dixit, & Gratiã, & Vnigenitum, & Veritatẽ, & Verbum, & Vitam, & Hominem, & Eccleſiã: iuxta illorum argumentũ de primo octonario dixit, in qua nondum IESVS, nondum CHRISTVS Ioannis magiſter. Quod autem non de coniugationibus ipſorum apoſtolus Ioannes dixit, ſed de Domino noſtro IESV CHRISTO, quem & Verbum Dei eſſe nouit, ipſe manifeſtum fecit. Repetitionem enim faciens de Verbo ab ipſo ſupra in principio relato, inſuper exponit, Et Verbum caro factum eſt, & habitauit inter nos. At ſecundùm illorũ argumentum, non Verbum caro factum eſt, quod ſanè neq; uenit unquam extra complementum, ſed ille diſpẽſationis Saluator Verbo poſterior. Diſcite igitur uos ſtupidi, quod IESVS qui paſſus eſt pro nobis, qui habitauit inter nos, hic idem eſt uerbum Dei. Si enim aliud quoddam ſeculum pro ſalute noſtra caro factum eſſet, ueriſimile eſſet de alio Apoſtolum dixiſſe. Si uerò uerbum illud Patris idem eſt quod deſcẽdit & aſcendit, ille unius Dei unigenitus filius, ſecundùm uoluntatẽ patris caro factus pro hominibus: non de alio quodam, neq; de Octonario, Ioãnes ſermonẽ fecit, ſed de Domino IESV CHRISTO. Neq; enim Verbũ ſecundùm ipſos principaliter caro factum eſt. Dicunt enim, Saluatorem induiſſe corpus animale ex diſpenſatione conſtructum arcana prouidentia, ad hoc ut inuiſibilis & impalpabilis fieret. Caro autem eſt uetus illa ex terra ſecundùm Adam facta formatio à Deo, quam uere factum eſſe Verbum Dei, Ioannes ſignificauit. Et diſſoluta eſt ipſorum primus atq; ab initio genitus Octonarius. Quum enim unum & idem oſtendatur Verbum, & Vnigenitus, & Vita, & Lux, & Saluator, & CHRISTVS, & filius Dei, & hoc idem caro factũ ſit pro nobis, ſoluta eſt Octonarij illorum compago. Hac autẽ ſoluta, intercidit uniuerſa ipſorum tractatio, quam falſo ſomniantes impetunt ſcripturas, propriũ argumentũ effingentes. Deinde dictiones & nomina ſparſim poſita colligẽtes, transferũt (uelut antea diximus) ex eo quod ſecundùm naturam eſt, in id quod eſt cõtra naturam: ſimilia facientes

cientes his qui argumenta utcunq; occurrentia ſibijpſis proponunt, & poſtea ex Homeri poëmatis ipſa tractare conantur, ut imperitiores putẽt de illo ex propinquo tractato argumento Homerum uerſus feciſſe, & multi corripiantur ac ſeducantur per compoſitam uerborum cõſequentiam, tanquam hos ſic Homerus feciſſet. Quemadmodum fecit ille, qui Herculem ab Euriſthæo ad canem in orco miſſum, per Homericos uerſus deſcribit hoc modo. Nihil enim prohibet, exempli gratia etiã horũ mentionem feciſſe, quum ſimilis & idem ſit utrorumq; conatus. *Simile.* *Homericorũ uerſuũ cento ad oſtentationem cõſutus.*

Hæc ubi dicta dedit, dimiſit ab ædibus illum
Suſpirantem alte, magnarum nomine rerum
Amphitryoniaden geſtarum ſæpe coruſcum,
Euryſtheus Stheneli natus ualde inclytus heros,
Ducturum ex Erebo & triſti de limine Ditis
Cerberum, ut in ſuperis latratus ederet auris.
Ille autem mediam permenſus fortiter urbem,
Montanus ueluti leo abibat, robore nixus.
Aſt illum comites cuncti poſt terga ſequuti,
Et pueri, & ſponſæ forma præſtante, ſeneſq;
Lugebant, ueluti qui mortis limina adiret.
At Maia genitus, Pallas quoque cæſia, euntem
Deducunt, ut quò tendebat, cautior iret.
Norat enim affectus fraterni pectoris ipſa.

Quis nam ex ſimplicioribus non corripiatur ab his uerſibus? & non putarit ſic ipſos Homerum de tali argumẽto feciſſe? Verùm qui expertus eſt Homericæ poëſis tractationẽ, ipſos agnoſcet, gnarus quod partim de Vlyſſe dicti ſunt, partim de ipſo Hercule, partim de Priamo, partim de Menelao & Agamemnone. & ſublatis ipſis, ſingulisq; in proprios locos reſtitutis, totam argumenti tractationem è medio tollet. Sic ueròetiã qui regulam ueritatis immobilem in ſeipſo tenet, quam per baptiſmũ accepit, nomina quidem & uoces ac parabolas ex ſcripturis agnoſcet, uerũ blaſphemum hoc argumentum non agnoſcet. Etſi enim lapillos cognoſcet, tamen uulpeculam pro regia imagine non recipiet. Sed ſingulis dictis in proprios locos relatis, & ueritatis corpuſculo adoptatis, ipſorum figmentum denudabit, & ex rerum natura auferet. Quando quidem uerò huic ſcenæ deeſt refugium, & quò euadat non habet: quo quis ipſorum imitationem tranſgreſſus doctrinam deſtructoriã inferre poſſit: rectè fieri à nobis putauimus, ut oſtenderemus prius in quibus huius fabulæ patres inter ſeipſos diſſentiunt, ut qui ex diuerſis ſpiritibus erroris exiſtunt. Nam ex hoc exactè cognoſcere continget, etiam ante demonſtrationem, firmam eſſe eam quæ ab Eccleſia prædicatur Veritatem, & mendaciũ illud quod ab his eſt falſo cõfictum. Eccleſia enim quanquam per uniuerſum orbem terrarum uſque ad fines terræ diſperſa, ab apoſtolis & ipſorum diſcipulis fidẽ accepit, quæ eſt in unũ Deum omnipotentẽ, qui fecit cœlum & terram, & maria, & omnia quæ in eis ſunt. Et in unum CHRISTVM IESVM filium Dei incarnatum pro noſtra ſalute. Et in Spiritum ſanctum, qui per prophetas prædicauit diſpenſationis myſteria, & aduẽtus, & ex uirgine natiuitatẽ, & paſſionẽ, & reſurrectionem ex mortuis, & in carne ad cœlos aſſumptionem dilecti CHRISTI IESV Domini noſtri, & ipſius ex cœlis in gloria patris aduentum ad inſtauranda omnia, & excitandã omnẽ totius humani generis carnem: quo CHRISTO IESV Domino noſtro, & Deo, & Saluatori & regi, iuxta uoluntatẽ patris inuiſibilis, omne genu flectatur, cœleſtiũ & terreſtriũ, ac infernorũ: & omnis lingua cõfiteatur ipſi: & iudicium iuſtum in omnibus faciat: & ſpiritualia quidem nequiciei, & angelos tranſgreſſos ac deſertores factos, & impios ac iniuſtos, & iniquos ac blaſphemos homines *Fides uera quæ ſit.*

in

in ignem æternum mittat: iustis uerò & sanctis, & qui mandata ipsius seruarunt, & in dilectione ipsius permanserunt, partim ab initio, partim ex pœnitentia, uitam largitus incorruptibilitatem donet, & gloriam æternam tribuat. Hanc prædicationem & hanc fidem Ecclesia (uelut dixi) adepta, quanquam per totum mundum dispersa, diligenter conseruat, quasi unam domum inhabitans, & similiter his credit, uelut unam animam, & idem cor habens, & consonè hæc prædicat & docet, ac tradit, uelut uno ore prædita. nam linguæ in mundo dissimiles sunt, uerùm uirtus traditionis una & eadem est. Et neque in Germanijs fundatæ Ecclesiæ aliter credunt, aut aliter tradunt, neque in Hispanijs, neque in Celtis, neque in Oriente, neque in Ægypto, neque in Libya, neque hæ quæ in medio mundo constitutæ sunt. Sed quemadmodũ sol creatura Dei, in toto mundo unus & idem est: sic etiam prædicatio ueritatis ubiq; lucet, & illuminat omnes homines ad cognitionem ueritatis uenire uolentes. Et neque qui ualde potens est in dicendo ex Ecclesiæ præfectis, alia ab his dicet. Nemo enim est super magistrum: neque debilis in dicendo hanc traditionem imminuet. Quum enim una & eadem fides sit, neque is qui multum de ipsa dicere potest, plus quàm oportet dicit: neque qui parum, ipsam imminuit. At uerò plus atque minus iuxta intelligentiam aliquos nosse, non in alterando idem argumentum contingit, & in excogitando alium Deum præter opificem & creatorem & nutritorem huius uniuersi, ita ut hoc non sis contentus: aut alium CHRISTVM, aut alium unigenitum. Sed in eo ut quæ in parabolis dicta sunt amplius explices, & ad fidei propositum accommodes, & ut tractationem & dispensationem Dei in genere humano factam enarres: & quod longanimis fuerit Deus propter transgressorũ angelorũ defectionem, & ob hominũ inobedientiam declares: & ut cur alia temporalia, alia æterna, & alia cœlestia, alia terrestria, unus & idem Deus fecit, annuncies: & quur quũ inuisibilis sit Deus, prophetis apparuerit, non in una forma, sed aliter alijs, intelligas: & ut cur plura testamenta hominibus tradita sint, significes: & quis sit uniuscuiusq; testamẽti character doceas: & ut cur cõclusit omnia Deus in inobedientiã, ut omnium misereretur perscruteris: & cur Verbum Dei caro factum est, & passum est, gratias agas: & cur in nouissimis temporibus aduentus filij Dei apparuerit, hoc est principium in fine, denuncies: & de fine atque de futuris, quæ in scripturis habentur, explices: & quare desperatas gentes, cohæredes & eiusdem corporis, & participes sanctorum Deus fecit, ne taceas: & quomodo mortalis hæc caruncula induet immortalitatem, & corruptibilis incorruptibilitatẽ prædices: & quomodo non populus, est populus: & nõ dilecta, dilecta: & quomodo plures eius quæ deserta est liberi, q̃ eius quæ uirum habet, doceas (Ob hæc enim & similia ipsis, exclamauit Apostolus: O altitudo diuitiarum, & sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm imperscrutabilia sunt iudicia eius, & imperuestigabiles uiæ ipsius) & non in eo ut super creatorem & opificem illorum matrem, & ipsius cogitationem seculi errantis excogites, & ad tantam blasphemiam deuenias: neque ut rursus complementum super ipsam, nunc triginta, nunc innumerabilium seculorum gentem ementiaris: quemadmodum hi dicunt, reuera diuina intelligentia destituti doctores, quum ea quæ est Ecclesia uniuersa unam & eandem fidem habeat per totum mundũ, uelut diximus. Videamus porrò nunc inconstantem etiam horum sententiam, quum sint duo uel tres, quomodo de ijsdem non eadem dicunt, sed & rebus & uerbis contraria pronunciant. Nam Valentinus, qui primus à Gnostica appellata secta principia ad proprium doctrinæ characterem adaptauit, sic protulit: Dualitatem siue binarium innominabilem esse decernens, cuius altera pars appelletur Inenarrabilis, altera Silentium. Deinde ex hoc binario secundum binarium productum esse, cuius alteram partem Patrem nominat, alteram Veritatem. Ex hoc autem quaternario productum esse Verbum & Vitam, Hominem & Ecclesiam: essecq; hunc Octonariũ primum.

Plus aut minus eruditi in fide qui dicantur.

Valentinianorum dogmatum inconstantia.

mum. Et à uerbo quidem ac uita, decem Virtutes productas esse dicit, uelut antea diximus. Ab Homine uero & Ecclesia duodecim. ex quibus unam defectricem ac discedentem reliquam tractationē fecisse. Terminos item duos asseruit, alterum inter profundum ac reliquum complementum, distinguentem genita sæcula ab ingenito patre, alterum separantē ipsorum Matrem à complemento. Sed & CHRISTVM non à sæculis quæ in complemento sunt, emissum esse, sed à matre extra constituta ex præstantiorum sententia genitum esse cum umbra quadam. Et hunc quidem ut qui masculus esset, à seipso umbram dissecuisse, & ad complementum recurrisse: Matrem uero relictam cum umbra, euacuatam spiritali substātia, alium filium protulisse. Et hunc esse opificem, quem etiam omnipotentem dicit, subiectorum. Simul autem prolatum esse cum ipso etiam sinistrum principem docuit, similiter uelut Gnostici falsò appellati, de quibus à nobis dicetur. Et IESVM aliquando quidem ab eo qui separatus est à Matre ipsorum, & uniuersis ammixtus, hoc est à uoluntate, productum esse dicit. Aliquando uero ab eo qui in complementum recurrit, hoc est CHRISTO. Aliquando autem ab Homine & Ecclesia. Sed & Spiritum sanctum ab Ecclesia dicit productum esse, ad indagationem ac fructificationē sæculorum inuisibiliter in ipsa ingressum, per quem sæcula plantas ueritatis proferunt. Hactenus Irenæus. Et hæc quidem atque huiuscemodi prædictus uir senex Irenæus, per omnia ex Spiritu sancto ornatus, uelut generosus athleta à Domino prolatus, & cœlestibus gratijs ac donis illitus, secundum ueram fidem ac scientiam luctatus, contra uniuersum ipsorum delirum argumentum decertauit, & ea quæ uanè ab ipsis proferuntur, ad uerbum recensuit. Exactissime uero ipsos in secundo libro suo ac reliquis confutauit, uolens quodammodo humi prostratum ac deuictum trahere, & coram omnibus in triumphū ducere, & impudentem ac debilem uanæ opinionis prouocationē atq; illecebras in ipso prostrato deprehendere. Nos autem his paucis à nobis dictis contenti, & his quæ ab illis ueritatis scriptoribus relata sunt ac composita, & uidentes quod alij elaborauerūt, Clemens inquam, & Irenæus, & Hippolytus, & alij plures qui etiam mirabiliter ipsorum fecerunt subuersionem, non ualde quid amplius labori apponere, uelut diximus, uoluimus, contenti prædictis uiris, & hoc ipsum cogitantes, quod omni rationis compoti etiam ex ipsis in doctrinis ipsorum uerbis euersio ipsorum contra ipsos apparebit. Primùm quidem quod diuersæ sunt apud ipsos opiniones, & alter alterius dogmata dissoluere profitetur. Deinde quod inconstantia & non cohærentia sunt ipsorum fabulamenta, quum neq; Scriptura usquā talia referat, neq; Mosis lex, neq; aliquis prophetā post Mosen, imò neq; Saluator, neq; ipsius Euangelistæ, neq; Apostoli. Si enim hęc uera essent, Dominus qui ad illuminandum orbem terrarum uenit, & prophetæ ante ipsum, deinde etiam Apostoli qui redarguerunt idololatriam, & omnem iniquam actionem, & non timuerunt scribere contra omnem iniquam doctrinam ac aduersitatem, darè utiq; talia nobis annunciassent, & maxime quum ipse Saluator dicat, Externis quidem in parabolis, Vobis autem parabolæ ad interpretationem regni cœlorum dicendæ sunt. Quascunq; igitur parabolas in Euangelijs dixit, statim interpretatus esse uidetur. Profectò dixit et quod sit granum sinapis, & quod fermentum, & quæ mulier quæ fermentū in tria sata coniecit, quæ uinea, quæ ficus, quis seminator, quæ optima terra. Et frustra hi insaniunt à dæmonibus agitati. De quibus sanctissimus apostolus Paulus inquit: In nouissimis tēporibus deficient aliqui à doctrina, intenti fabulis ac doctrinis dæmonū. Et rursus sanctus Iacobus de tali doctrina dicens: Non est hęc sapientia quæ ex supernis descendit, sed terrestris, animalis, diabolica: superna uero sapientia primùm quidem pura est, deinde pacifica, tractabilis, absq; hæsitatione ac dijudicatione, plena misericordia & fructib. bonis, & cætera. Cuius nullus fructus in prædictis reperitur. Apud ipsos enim est inconstantia, & omne iniquum negotiū, dæmo

Clemens.
Hippolytus.

numq; fœtus, ac sibili draconū, aliàs aliter & aliud unoquoq; ipsorū loquente. Apud quos non misericordia, non cōmiseratio reperitur, sed disceptiones et dissidia. & nusquam puritates, nusquam pax, nusquā modestia. Volo autem coactus à sermonis progressu, etiamsi me desiturū esse pollicitus sum, pauca ab ipsis dicta in memoriam reuocata subuertere. Non enim artificiosi sermonis mihi cura est, sed legentiū utilitatis. Dicunt itaq; quod duodecimū sæculum, illud in defectione constitutū, penitus è numero illorum duodecim excidit, & perditur numerus duodenarius. Hoc autem factum esse dicunt, eo quod Iudas qui duodecimus erat, excidit. Et sic duodenariū numerum dissipatum esse. Similiter autem de ea quæ ex sanguinis profluuio laborabat. Et de ea quæ unam drachmam de decem perdiderat. Ostenditur autem quod neq; duodecimum sæculū Iudæ personam habere poterit, uelut antea à sanctissimo Irenæo dictum est. Iudas enim penitus perijt. Duodecimum uero sæculum iuxta ipsorum figmētum non euacuatū est. Stetit enim coram ipso traductor siue finitor, dixitq; ad ipsum Iao, uelut ipsi dicunt, & sic firmatum est. Neq; quæ duodecim annis sanguinis profluuio laborauit, ipsorū dramati ac fabulæ assimilabitur. Seruata est enim post duodecim annos, in quibus sanguinis fluxus ab ipsa ferebatur. Nō enim per undecim annos ab afflictione libera degebat, & in duodecimo seruata est. Neq; quæ decem drachmas habuit, unam in totum perdidit, ut sæculum materiæ perditum apud ipsos fingatur. Accendit enim lucernam, & inuenit drachmā. Ex duabus itaq; his aut tribus rationibus, omnia ipsorum statim confutata relinquentur fabulamenta, uelut inefficacia ac putrida, à prudentiæ filijs ac liberis sanctæ Dei catholicæ Ecclesiæ: Vt ne enim ipsos impetendo, rem in immensam longitudinem extendam, hucusq; facta narratione, & tantæ ipsorum improbitati fine imposito, ad sequentes transibo, Deum inuocans ducem & auxiliatorē nostræ debilitatis, ut ab hac & prędictis sectis seruemur, itemq; ab his quas postea demonstrabimus studiosis, & uanitatum ac inconstantium dogmatū in mundo exactā cognitionē habere uolentibus. Nam in multos hic sua somnia disseminans, & gnosticum, hoc est cognitorem ac scientem, seipsum appellās, multos, ut ita dicam, scorpios uelut unam catenam connexuit, quemadmodū uetus & euidens fabula habet. Quod scorpij alter alteri implexus catenam nectentes, decem aut plures, de tecto siue domo seipsos demittunt, & sic cum dolo perniciem hominibus inducunt. Sic & hic, et qui ab ipso originē duxerunt Gnostici appellati, erroris principes ac duces facti sunt, & occasionibus ab ipso acceptis, alter ab altero doctus, post pręceptorem erroris additionem fecit, & aliam hæresim induxit ex priore dependentem. Et sic per successionem in diuersas hæreses ipsi appellati gnostici diuisi sunt, à Valentino tamen, uelut dixi, & antecessoribus eius occasionib. acceptis. Attamen prædictæ hæreses unà cum huius Valentini secta, per ueritatis doctrinam conculcatæ à nobis dimittantur. Nos uero persequentes in uirtute Dei considerabimus.

Fabula scorpionum catenæ.

Contra Secundianos, quibus coniunctus est Epiphanes, & Isidorus, hæresim XXXII.

PRæterita Valentini hęresi, & multis laboribus in spinosa ipsius satione exhaustis, per multum, ut ita dicam, laborem & agricolationis afflictionem, ad reliquias spinosæ ipsius sationis et serpiginosæ ipsius bestiarū ac reptiliū formationis deueniemus, sanctum Spiritū à CHRISTO petentes, quo per ipsum animas diuina doctrina ac sancto uerbo attrahamus, & uenena ab his qui præoccupati sunt, extrahere possimus. Incipiam autem de his dicere iuxta successionem, quis alijs successerit, ex his qui ab ipso originem traxerunt, & aliam præter illius sationem docuerūt. Secundus itaq; quidam ex ipsis existens, & amplius quid sapere uolens, omnia quidem secundū Valentinum exponit, uerum ampliorem sonitū in aures attonitorum immisit. Hic enim quum sit secundum Valentinum, uelut dixi, super Valentinum autem sentiat, primum Octona-

Secundus.

rium

rium dicit esse quaternarium dextrum, & quaternarium sinistrum: sic uocari tradens, alterum quidē lucem, alterum uero tenebras. Virtutem uero quæ defecit & relicta est, nō esse à triginta sæculis, sed post triginta sæcula, ut sit ab his quæ post alterum octonarium posterius facta sunt. At de CHRISTO & alijs dogmatib. similiter uelut princeps eius, & ueneni dator Valentinus docet. Quum autem nō multa sint quæ ab ipso diuersimode ac nouè dicta sunt, cōtentos nos esse oportere putaui prædictis, habentibus ex seipsis subuersionē. Et tamē etiam de ipso pauca dicam, ut ne ob penuriā ipsum præterijsse uidear. Si enim quaternarij dextri ac sinistri apud ipsos statuūtur, inuenietur quid quod quæretur medium inter dextrum ac sinistrū. Quicquid enim dextros ac sinistros ordines habet, medium cōsistit inter sinistra ac dextra sua. Et nusquam poterit esse dextrum aut sinistrum, nisi interueniēte corpore, utriusq; partis discretio fiat. Itaq; ô stolide Secunde, & qui à te decepti sunt, id quod medium est, à quo sanè & dextra & sinistra subsident, unum quiddā erit, et non poterit alienum esse ab uno aliquo, id quod ex ipso subsidet dextrū ac sinistrum. Et necessariò reducet totum in id quod unum est, suprà quod nihil ascendit, neq; descendit, & quod nihil inferius habet, nisi quæ ab ipso sunt creata. Et erit hoc manifestum his qui ueritatē considerant, quoniam unus est Deus Pater & Filius & Spiritus sanctus. Si uero unus Deus est, ex quo omnia: neq; quid sinistrum est in ipso, neq; alia imminutio, neq; quid inferius, præter creaturas ab ipso factas. Quæ uero post Patrem & Filium & Spiritum sanctum sunt, omnia bene creata sunt, & ad constitutionem ab ipso splendide ac recte producta. Si uero rursus talis dicet nobis alius progressus serpens, quod dextra quidē ac sinistra ex uno sunt, ipse uero medius est, et sibijpsi adducit dextra, atq; his delectatur: dextra autem uocat etiam lucem, sinistra uero uelut aliena à se, & in sinistra sita repellit: dicat mihi unde accipit hanc geometriam, ut probe concinnet intransmutabilem dextram ac sinistram: Apud nos enim dextra aut sinistra meritò nominātur à membris in corpore fixis, in quibus nunquā alteratio contingit. Quæ uero extra nos sunt, aliquando dextra esse possunt, aliquando sinistra. Omni enim ad orientē intuenti, Auster siue Meridies dextra uocabitur, regio uero Aquilonaris aut septentrionalis, sinistra. Et uice uersa, si ad occidentales partes conuersus fuerit homo aliquis, alteratis nominibus regiones inuenientur, & quæ ante horam dextra fuit, australisq; ac meridiana, in sinistram rursus mutata: & quæ borealis antea septētrionalisq; ac sinistra, in dextram mutata. Vbi itaq; excogitauit sibijpsi impostor ille geometriā secundum Deum? Et ô ingentem illam nugacitatem omnia confundentem. Asserit enim post defectionem trigesimi sæculi, posteriorem uirtutem genitam esse. Vnde igitur defectionis naturā deprehendisti, o bone, aut uirtutem quæ defecit, dic mihi? Si enim inuenisti hanc à germine superiorum non creatam, sed genitam: quandoquidē tibi & præsidi tuo non creata, sed genita decernuntur ea quæ creata sunt, & à participatione uniuscuiusq; naturæ ab unaquaq; accipientis ea quæ rursus gignuntur enasci: profectò iuxta ipsius rationē contra teipsum armaris. Si enim à superioribus & posterior uirtus, & defectio genita est, nataq; ac instar germinis producta, participat igitur supernis donis, quoniam communicat cum complemento posterior uirtus, & complementum cum posteriori uirtute, & nihil differet hoc ab illa, neq; illa ab hoc, quum ambo iuxta extremitates inter se communicent. Et ex omni ratione redargueris, ex seminio diaboli erroris tui ornatum habere, ô omnium miserabilium miserrime. Quo uero non relinquam aliquid eorum quæ à quibusdam fiunt ac dicuntur, quum in unaquaq; hæresi multi sint principes, alia pro alijs super magistros suos se reperisse iactantes: adhuc perseuerabo in narrando de his qui in hac secta sunt. Verum alia ab his dicunt, de Epiphane inquam, ac Isidoro, qui ex occasione orationis exhortatoriæ seipsum in ampliorem miseriæ profunditatem immersit: reuera autem à Carpocrate proprio suo patre secundum carnem, Epiphanes occasiones accepit, uerum prędicti Secundi hæresi cōiunctus, etiam ipse Secundianus fuit.

Dextri ac sinistri ratio.

Genita & creata confuse duci uicissim.

Multa est enim errantium alterius ad alterum differentia, & multiplex ac impura ina-
Epiphanes Carpocratis filius. nium uocū mixtura. Hic enim Epiphanes filius, uelut dixi, Carpocratis, ex matre Alexandria appellata, his cōnectitur, uelut dixi, à Cephalenia paternum genus habēs, qui septem supra decem annos natus, citius è uita decessit, Domino ipso malos uelut spinas submouente, & melius quid de orbe terrarum prouidente. Post mortem autem ipsius, hi qui ab ipso seducti sunt, à plaga ipsis ab illo incussa non abstinuerunt. In Samo enim uelut Deus adhuc in hūcusq; diem colitur. nam regionis indigenæ delubro ipsi constructo, sacrificia ac festiuitates celebrant per nouilunium. Aras item ipsi erexerunt, & Museum celebre in nomen ipsius constituerunt, quod sanè Epiphanis Mu-
Museum Epiphanis. seum uocatur. Sacrificant enim ipsi Cephallenes ad tantū errorē perducti, et libant, & in constructo ipsi delubro conuiuantur, hymnosq; ipsi canunt. Cæterum propter excellentiam eruditionis in omnibus disciplinis, & præcipuè Platonica, uniuersa deceptio ex ipso contigit circa prædictos, tum iuxta heresim, tum iuxta reliquum errorem, insanum uidelicet simulachri eius cultum, quo illius regionis homines sunt attriti. Sequebatur itaq; hic Epiphanes Secundum, & complices eius. Veneni enim sui eiaculationem ipsi affricauit, serpiginosæ inquam corruptionis inaniloquentiā. Isidorum uero dicunt in oratione Paræneticaper exhortationis modū, improbitatis suæ autorem fuisse. An autem etiam ipse eadem senserit, & ex ipsis originem duxerit, aut ex philosophis didicerit, & ipse exhortatorium dicendi genus exercuerit, non ita clarè de Isidoro cognoscere potuimus. Verumtamen hi omnes æquale opus consuunt. Primùm quidem quod ipse Epiphanes cum patre suo et sectæ antistite Carpocrate ac sodalib. eius,
Vxores communes. communes esse hominū uxores sanciuit, ex Platonis de Republica libris occasionem nactus, & propriam concupiscentiam perficiens. Hinc autem initium facit, dicens uelut in Euangelio habetur, Saluatore dicente: Triplices eunuchos esse, eum qui ab hominibus castratur, & eum qui ex natiuitate, & eum qui seipsum propter regnum cœlorum uoluntariè castrauit: & inquit, Alij itaq; ex necessitate, & non pro ratione eunuchi fiunt, alij uero regni cœlorum gratia seipsos castrāt: quapropter ea quæ ex nuptijs contingunt, supputationem uidelicet rerum necessariarum, & negotiorum occupationem formidantes, Melius est matrimonium contrahere quàm uri, ne in ignem immittas animam tuam, Apostolum dicere ait, die ac nocte resistens ac timens ne à continentia excidas. Nam dum in resistēdo uertitur anima, à spe diuiditur. Sustine igitur,
Isidorus. (uelut iam antea dixi, exhortationis in medium proferens orationem) Isidorus ad uerbum in Moralibus inquit, pugnacem uxorem, ut ne abstraharis à gratia Dei, ignemq; per semen eijciens cum bona conscientia Deum adora. Quum autem, inquit, gratiarum actio & benignitas Dei in petitionem tuam inciderit, & steteris de cætero nō peragens cum uirtute, ut ne offendaris, nuptias cōtrahe. Deinde rursus dicit: At iuuenis quis est, aut pauper, aut prodiuis in Venerem, hoc est debilis, & non uult nuptias contrahere secundum rationem, hic à fratre ne separetur: turpes autem quasdam suspiciones sibijpsi exquirens miser, ille fabulam cōfingit. dicat itaq; inquit, Ingressus sum ego ad sancta, nihil possum facere. Si uero suspicionem habuerit, dicat, Frater impone mihi manum ut ne peccem, & accipiet auxilium sensibile ac intelligibile. Velit solum absoluere bonum, & adsequetur. Deinde rursus dicit: Aliquando ore quidem dicamus, non uoluimus peccare, cogitatio uero incumbit ad peccādum. Talis propter timorem non facit quod uult, ut ne supplicium ipsi imputetur. Cæterum humanum genus habet necessaria quædam & naturalia sola. Habet amiciri necessarium, ac naturale. Naturale autem est & uenereis rebus uti. Necessariò uero has apposui uoces ad hos redarguendos, quum non recte uiuant nec Basilidiani, nec Carpocratiani, nec Valentini aut Epiphanis sectatores. Cui sanè Epiphani coniunctus est prædictus Secundus. Inter se enim connexi, ita ut aut hic illi tradiderit, aut ille huic errorem impertierit, etiamsi aliqua parte inter se differāt, tamen in una hæresi seipsos collocarunt. Quare etiam po-

testatem

teſtatem habere peccandi docuerunt, quum propter perfectionē omnia naturalia ſint ſeruanda, et ſi peccent, propter naturaliter inſitam electionem id faciant. Alioqui neq; eadem ipſis facere permittunt primi horum dogmatū parentes. Tradunt præterea etiam hi uelut ad ſublimiorē cognitionem ac ſcientiam progreſſi, primum quaternionem ſic. Eſt quoddā pre omnibus proprincipiū præincogitabile, inenarrabileq; ac innominatum, quod ego ſingularitatē nomino. Huic ſingularitati adeſt uirtus, quam etiam ipſam Vnitatem appello. Hæc unitas & illa ſingularitas, quum unum ſint, emiſerunt nō dimittentes principium in omnibus, intelligibile ac inuiſibile, quod principiū doctrinæ ratio Monadem uocat. Huic Monadi adeſt uirtus coeſſentialis ipſi, quam & ipſam Vnum nomino. Hæ uirtutes, Vnitas, Singularitas, Monas, & Vnum, reliquas ſęculorum emiſſiones produxerunt. Deinde qui recte ſcripſerunt de ueritate, horum ueſaniam in ſcriptis ſuis redarguerunt: Clemens uidelicet, quem quidam Alexandrinum, alij Athenienſem dicunt. Sed & ſacer Irenæus, deridens ipſos ob prędicta, tragicum illud in medium adduxit, Iu iu (inquit) & heu heu: tragicum enim hoc reuera ob talem calamitatē proferre licet eorum, qui ridicula hæc nominum figmenta ſcripſerunt, & eius qui tanta audacia citra omnem ruborē mendacio ſuo nomina impoſuit. In eo enim quod dicit, Eſt quoddā proprincipiū præ omnibus præincogitabile, quod ſingularitatem nomino. Et rurſus, Huic Singularitati adeſt uirtus, quam etiam ipſam Vnitatem appello: manifeſtiſſime confeſſus eſt, quod relata figmentum ſuum ſunt, & quod ipſe nomina figmento impoſuerit, à nullo alio prius poſita. & clarum eſt, quod ipſe hæc nomina effingere auſus fuit. Et niſi ipſe affuiſſet in uita, non ſanè ueritas nomen habuiſſet. Nihil igitur prohibet, etiam alium quendā in eodem argumento ſic nomina præſcribere. Deinde idem beatus epiſcopus Irenæus in hæc, uelut diximus, ridicula uerba, etiā ipſe à ſeipſo aliam nomenclaturā appoſuit: uelut dignam ac conferendam ipſorum nugacibus deliramentis, nimirum peponum & cucumerorū ac cucurbitarum generibus, uelut de ſubiectis aliquibus confictis, uelut ſtudioſis ex his quæ prius legerunt clarum fuerit. Alij uero rurſus ex ipſis primum ac principalem octonarium his nominibus appellant. primo Proprincipiū, deinde Incogitabilem, tertio Inenarrabilem, quarto Inuiſibilem. Et ex primo quidem Proprincipio productū eſſ , primo & quinto loco Principium. Ex Incogitabili uero ſecundo ac ſexto loco Incomprehenſibilem . Ex Inenarrabili autē, tertio ac ſeptimo loco Innominabilem. Ex Inuiſibili uero quarto & octauo loco Ingenitum . Atq; hoc eſt complementum primi octonarij. Et has Virtutes uolunt eſſe ante Profundum & Silentium, ut perfectis perfectiores eſſe uideātur, ac gnoſticis magis Gnoſtici, hoc eſt ſciētes: quibus meritò quis acclamarit, ô deliri ſophiſtæ. Nam de ipſo Profundo multæ ac diuerſæ apud ipſos ſunt ſententiæ. Alij enim ipſum inconiugatum dicunt, & neq; maſculum, neq; fœminam, neq; omnino quid eſſe. Aliqui uero maſculum & fœminam ipſum eſſe dicunt, hermaphroditæ naturam ipſi attribuentes . Alij rurſus Silentium ipſi coniugē adiungunt, ut prima cōiugatio fiat. Et ex hoc & hac reliqua ſæcula ad eundem modum effingunt, & ingentia quædā ſunt in ipſis ſomnia, quę mentem ipſorū in altiſs. ſomnum deprimūt. Et quid opus eſt me diutius in his tempus terere: quum facile deprehenſu ſit ipſorū argumentum, itemq; cōfutatio ac ſubuerſio facilis ex prædictis, ſi quis uelit ueritate inhærere, & nō uanis fabulis ſeduci. Cæterū hæc mihi de his dicta ſint. Præterita autem hac ſecta, ad cōſequentes uiam mihi ſecurā ac callem leuem explorabo, quo horum improbitatem recenſens ac redarguens, meipſum & audientes in uirtute Dei conſeruem, per Domini noſtri doctrinā & ueram ſpeculationem. Nunc uero fœda hac uipera multis aliįs uiperis ſimili conculcata per Euangelij doctrinā, ſequentes conſiderabimus.

Clemens Alexādrinus, uel Athenienſis.

Contra Ptolemaitas, XXXIII hæreſim.

SEcundo & Epiphani, qui Iſidori exhortatoriam orationem in ſuam opinionem traxit, ſucceſſit Ptolemæus, ex eadem Gnoſticorū appellatorum ſecta exiſtens, & de

numero Valentinianorũ cum alijs quibuſdam, uerum alia præter magiſtros ſuos aſ-
ſerens. cuius etiã nomen iactant hi qui ipſi obediunt, Ptolemæi uocati. Hic igitur Pto-
lemæus & ſocij eius, adhuc maiori experientia quàm præceptoris eius nobis proceſſit,
ut qui ad illorum narrationem exceſſus quoſdam additionis excogitauit. Duos enim
hic coniuges, Deo apud ipſos Profundo appellato, excogitauit ac donauit: has uero
etiam diſpoſitiones ſiue affectiones appellauit, Intelligentiã & Voluntatem. Et Intelli-
gentiam quidem ſemper affuiſſe in ipſo, cogitantem ſemper aliquid emittere. Volun-
tatẽ uero in ipſo ſucceſſiſſe, primũ enim cogitauit emittere, deinde (inquit) uoluit. Qua
propter etiã duabus his affectionibus ſiue uirtutibus (Virtutes enim rurſus ipſas uo-
cat) Intelligentia ſcilicet ac uoluntate, uelut inter ſe cõmixtis, Vnigeniti & Veritatis e-
miſſio per coniugationẽ facta eſt, quas formas quaſdam & imagines duarum affectio-
num patris inuiſibilis uiſibiles proceſſiſſe uolunt, Voluntatis quidem Veritatem, In-
telligentiæ uero Mentem. Et propterea Voluntatis, Ingenitæ eſſentiæ imago maſcula
facta eſt, fœminea uero intelligentiæ. Voluntas enim uirtus facta eſt Intelligentię. Co
gitabat enim Intelligentia emiſſionẽ. Non tamen emittere ipſa per ſeipſam poterat quę
cogitabat. Quando autem uolũtatis uirtus acceſſit, tunc quod cogitarat produxit. Et
heu uanam illorum ac delirã nugacitatem. Hoc enim neq; de homine aliquis ſana men
Homerus quo modo Iouis affectiones depinxit. te præditus acceperit, nedum de Deo. Videtur autẽ mihi prudentior ipſo eſſe Home-
rus, in eo quod Iouem curam ſecum in animo uoluentem deſcribit, ſolicitum & ægre-
ferentem, & per totam noctem ſine ſomno perſeuerantem, quo Achiuis inſidias ſtruc
ret, quum Thetis ipſum rogaſſet, ut pœnas darent Græcorum principes, atq; ipſi Græ
ci, propter contumeliã ac iniuriam Achilli illatam. Nihil enim hic Ptolemæus in glo-
riam patris uniuerſorũ, quem etiam Profundũ appellat, magis rationi cõſentaneũ ex-
cogitauit, quã ſunt ea quę de Ioue Homerus dixit. Imò ipſum potius comprehendit Io
uem, ut qui ex Homero notionem accepit. Magis enim Homericã ſententiam de Ioue
& Achiuis meritò dixerit, qui tantam ſuam audaciã euomuit, quàm de uniuerſorũ do
mino: qui ſimul ut cogitat, etiam perficit hoc quod uoluit, & ſimul ut uult, etiam hoc
meditatur quod uoluit: hoc meditans quod & uult, & hoc uolens quod & cogitat:
quũ totus ſit cogitatus, totus mens, totus lux, totus oculus, totus auditus, totus fons
omnium bonorum, & in nullo affectu hæreat. Deus enim eſt, & non curans & hæſi-
tans uelut Profundum ſiue Iupiter, de quo dicentem Homerum Ptolemæus de Pro-
fundo ſuo loquens imitatus eſt. Cæterum ad ampliorem confutationẽ impoſtoris il-
lius, conſequenter apponam quæ ab ipſo Ptolemæo ad Floram quandam fœminam
ſcripta ſunt, blanda penitus ac uenenoſa uerba, ut ne quis putet nos ex auditu ſolũ de-
ceptorem illum redarguere, ut qui nõ prius legerimus adulteratam ipſius doctrinam.
Nam ſupra prædicta etiam legem Dei per Moſem datam blaſphemijs inceſſere non
erubeſcit. Sunt autem uerba ipſius hæc.

Ptolemæus ad Floram.

Quod legem per Moſem datam, ſoror mea optima Flora, multi præoccuparint, ne
que fundamentũ ipſius ſcientes, neq; præceptorum eius gnari, exacte puto etiam
tibi conſpicuũ fore, ubi diſcordes de ipſa ſententias didiceris. Alij enim à Deo & patre
Legis Moſaicæ ratio. datam dicunt. Alij uero cõtraria uia progreſſi, ab aduerſario corruptionis autore dia-
bolo, hanc datam eſſe affirmant: uelut etiam mundi creationem ipſi attribuũt, patrem
ac creatorem hunc eſſe dicentes. Verum in hoc omnino errarunt hi, & utriq; à propo-
ſita ueritate diſceſſerũt. Neq; enim à perfecto Deo ac patre hãc latam eſſe apparet, cum
imperfecta ſit, & cõpletione egeat, habeatq; mandata incongrua talis Dei naturæ ac
menti. Neq; rurſus aduerſarij iniquitati legem attribuere conuenit, ut cuius propoſitũ
ſit iniuſtitiã exercere, & hoc ſanè fuerit eorum qui nõ intelligunt ea quæ à Saluatore di
cta ſunt: Domus enim aut ciuitas diuiſa in ſeipſam ſtare non poteſt, Saluator noſter
pronũciauit. Inſuper mundi creationẽ propriam Verbi eſſe, & per ipſum omnia facta

eſſe,

esse, & sine ipso factum est nihil, apostolus Ioannes inquit, non subsistentem falsa dicentium sapientiam remouens, & illam non corruptionem inducentis, sed iusti & malos odio habentis Dei esse asserens. Verum contra sentire, hominũ dementium est, et causam prouidentiæ opificis non habentiũ, & non solum animæ oculis, sed etiam corporis excæcatorũ. Quod quidem igitur hi aberrarint à ueritate, ex relatis tibi manifestum est. Accidit autẽ hoc utrisq; ipsorum peculiariter, alteris quidẽ eo quod ignorant iustitiæ Deum, alteris uero quod ignorant uniuersorũ patrem, quem solus ille qui uenit, ac solus nouit, manifestauit. Supereſt itaq; nobis, qui amborum errorẽ cognitum habemus, exponere tibi ac declarare ipsam legem qualis sit, & legislatorẽ à quo sancita est, ita ut dicendorum à nobis demonstrationes ex Saluatoris nostri uerbis proposituri simus, per quæ solum citra errorem ad ueritatis cõprehensionem deduci datur. Primũ igitur discendũ, quod uniuersa illa lex quæ in quinq; libris Mosis continetur, non ab uno aliquo sancita est, dico sanè, non à solo Deo. Sed sunt quædam ipsarum præcepta etiam ab hominibus lata. Et trifariam hanc diuisam esse, Saluatoris uerba nos docent. Nam in ipsum Deum & eius legislationem diuiditur, & in Mosem: non quemadmodum per ipsum legem dat Deus, sed sicut ex propria intelligentia procedens, etiam Moses aliqua sanciuit: & in seniores populi, qui primi comperiuntur mandata quædam propria proposuisse. Quomodo igitur hoc ita se habeat, ex Saluatoris uerbis ostenditur. Didiceris autem hoc sic. Saluator alicubi disputans aduersus eos qui de repudio ipsum interrogabãt, quod sanè repudium licitum esse sancitum est, dixit ad ipsos: Moses ob duriciam cordis uestri permisit dimittere uxorẽ, ab initio enim non sic factum est. Deus enim (inquit) coniunxit hanc coniugationem: & quod coniunxit Deus, homo ne separet, inquit. Hic alteram Dei ostendit legem, prohibentẽ separari uxorem à uiro suo: alteram Mosis, quæ ob duriciã permittit hoc iugum separari. Et profectò in hoc contraria Deo sancit Moses: contrariũ enim est non debere seiungi. Si tamen & Mosis sententiã iuxta quam hoc sanciuit, expẽderimus, inuenietur hoc non iuxta suum propriũ propositũ, sed iuxta necessitatẽ sanciuisse, propter legem pressorum debilitatẽ. Quandoquidẽ enim Dei uoluntatẽ seruare non poterant hi, in eo quo nõ licebat ipsis repudiare suas uxores, quæ cum ipsis iniucunde cohabitabãt, & periclitabantur ne ex hoc amplius peruerterent ad iniustitiam, & ex hac ad interitum: hãc iucunditatem ipsorũ exscindere uolens Moses, per quam futurũ erat ut perirẽt, secundam quandam uelut iuxta circumstantiã minus malam, pro maiori permutans, repudij legem à seipso ipsis tulit: quo si illam seruare non possint, uel hanc seruarent, et non ad iniustitias ac malicias conuerterent, per quas certissimus interitus sequuturus ipsos erat. Hæc quidẽ huius sententia fuit, iuxta quam cõtra Deum legem tulisse cõperitur. Verũtamen quod ipsius Mosis lex hic alia ostenditur præter legem Dei, minime ambiguum est, etiamsi per unam saltem nunc id demonstrauerimus. Quod uero etiã seniorum quædam sint traditiones legi implicatę, etiam hoc Saluator declarat. Deus enim (inquit) dixit, Honora patrem tuum & matrẽ tuam, ut tibi bene fiat. Vos autem dixistis (inquit, ad seniores loquẽs) Quicunq; dixerit patri & matri, donũ quodcunq; ex me in tuum uertitur cõmodum, &c. & irritam feciſtis legem Dei per traditiones seniorum uestrorũ. Hoc autẽ Esaias exclamauit dicens: Populus hic labijs me honorat, cor uero ipsorũ longe abest à me: frustra autẽ colunt me, docentes doctrinas, præcepta hominum. Manifeste igitur ex his uniuersa lex trifariã diuisa ostenditur. Nam et ipsius Mosis, & seniorũ, & ipsius Dei, legislationẽ in ipsa comperimus. Hæc quidẽ igitur diuisio uniuersę illius legis hic à nobis facta, ueritatẽ in ipsa ostendit. Rursus aũt una hęc pars, ipsius Dei lex in tres partes diuiditur. In puram legislationem nihil mali implexum habentem, quę etiam proprie lex dicitur, quã non uenit ut dissolueret Saluator, sed ut impleret. Non enim erat alienus ab ipsa quam impleuit: non enim habebat perfectionẽ. & in eam quæ implicata est deteriori, ac in iniustitiã, quam sustulit Saluator, ut quæ

Lex trifariam diuisa.

Lex Dei trifariam diuisa.

incongrua erat ſuæ naturæ. Diuiditur autem & in figuratam & ſignificatiuã, quæ ſecundum ſimilitudinem eorum quæ iuxta ſimilitudinem prę ſtantiora ſunt, ſancita eſt. Hanc tranſtulit Saluator à ſenſibili & apparente, ad ſpiritualem & inuiſibilem. Et eſt quidem Dei lex pura illa & nihil mali implexũ habens, ipſa decalogus, decem illæ ſententiæ in duabus laminis ſeparatæ, & ad ſublationem interdictorum, & ad præceptionem faciendorum, quæ uelut puram habentes legislationẽ, non autem habentes perfectionem, indigebant impletione à Saluatore. Quæ uero implicata eſt iniuſtitiæ, eſt ea quæ ad uindictã ac retributionem eorum qui prius iniuriam intulerũt, lata eſt, Oculum pro oculo, & dentem pro dente elidi iubens, & cædem pro cæde retribuere. Nihil autem minus etiam is qui ſecundus iniuriã infert, iniurius eſt, ordine ſolum immutato idem opus operans. Hoc autem præceptũ iuſtum quidem aliàs & erat & eſt, propter debilitatẽ eorum quibus lex poſita eſt, in tranſgreſſione puræ legis latum: uerum incongruum patris uniuerſorũ naturæ ac bonitati. fortaſſis autem hoc cõueniens, uerum magis neceſſariũ. Qui enim unam cædem fieri non uult, in eo quod dicit, Non occides: is ubi imperauit occiſorẽ uiciſſim occidi, ſecundã legem ferens, & duabus cædibus ſanciens, nõ animaduertit ſeipſum à neceſſitate abductum. Quapropter ſanè filius qui ab illo ad nos acceſſit, hanc legis partem ſuſtulit, confeſſus & ipſe eſſe Dei, & tum inter alia connumerat ueteri ſententiæ, tum ubi dixit, Deus quum dixit, Qui maledicit patri aut matri, morte moriatur. At uero pars ipſius figurata eſt, quę ad ſimilitudinem ſpiritualiũ ac præſtantiorũ poſita eſt, quæ uidelicet in oblationibus & circumciſione, ſabbatoq; ac ieiunio, & paſchate ac azymis, & eiuſmodi ſancita eſt. Hæc enim omnia quum imagines ſint figuræq; ac ſigna, ueritate manifeſtata translata ſunt: & ut iuxta id quod apparet, ac corporaliter perficiãtur, ſublata ſunt, iuxta id uero quod ſpirituale eſt aſſumpta, nominibus quidem ijſdem manentibus, rebus autem permutatis. Etenim oblationes offerre præcepit nobis Saluator, ſed non per bruta animantia, aut ſuffitus, ſed per ſpirituales laudes & glorias & gratiarumactiones, & per diſtributionem ac beneficentiam erga propinquos. Et circumciſione nos uult circumcidi, ſed non pręputij corporalis, uerum cordis ſpiritualis. Et ſabbatum ſeruare, uult enim nos ocioſos eſſe ab operibus malis. Quin et ieiunare: ſed non corporale uult ieiunium nos ieiunare, ſed ſpirituale, in quo eſt abſtinentia ab omnibus uitijs. Seruatur tamen & apud noſtros ieiunium quod apparet. Nam & animæ aliquid conferre poteſt hæc; ſi cum ratione fiat, quãdo neq; propter imitationẽ aliquorum fit, neq; propter conſuetudinem, neq; propter diem, uelut dies hoc præſcribat: & ſimul ad recordationẽ ueri ieiunij, ut hi qui nondũ illud ieiunare poſſunt, ab apparente ieiunio ipſius recordationem habeant. Sed et paſcha ſimiliter, itemq; azyma quod imagines fuerint, oſtendit etiam Paulus apoſtolus: Paſcha autem noſtrũ (inquit) immolatus eſt CHRISTVS. & (Vt ſitis (inquit) azymi non participantes fermento (fermentũ nunc maliciã dicit) ſed ſitis noua cõſperſio. Hæc itaq; ipſa quam Dei legem eſſe confitemur, in tres partes diuiditur. in eam quæ impletur à Saluatore: nam Non occides, non adulterium committes, nõ peierabis: in eo quod neq; iraſci nos debere, neq; concupiſcere iuſſit, comprehenſum eſt. & in eam quę perfecte ſublata eſt: nam oculum pro oculo, & dentem prodente, implicatum iniuſtitiæ, etiam ipſum iniuſtitiæ opus habens, ſublatum eſt à Saluatore per contraria (Contraria autem mutuò ſe perimunt) Ego enim dico uobis, ut ne omnino reſiſtatis improbo, ſed ſi quis tibi alapã incuſſerit, obuerte ipſi etiã alteram maxillam. Figuratur autẽ & in hanc quæ translata eſt ac alterata à corporali in ſpiritualem, ſignificatiuã uidelicet ac figuratam partem, ad ſimilitudinem atque imaginem præſtantiorum ſancitam. Imagines enim ac ſigna quum alias res exhibeant, recte fiebant uſquequo non aderat ueritas. præſente autem ueritate, ea quæ ſunt ueritatis facere oportet, non quæ imaginis. Hæc uero & diſcipuli ipſius, & apoſtolus Paulus oſtendit, dum imagines quidem, uelut iam antea diximus, per paſcha & azyma demonſtrat

Figuratorum præceptorum rationes.

Ieiunij ratio.

demõstrat: partem uero legis iniustitię implicatam, ubi dixit, Legem mandatorũ in do
ctrinis abolitã esse: partem autem nihil mali implexum habentẽ, ubi ait, Lex quidẽ san
cta, & mandatũ sanctum ac iustum & bonum. Quantum igitur compendio dici po
test, sufficienter arbitror tibi demonstratũ esse, et legislationem ex hominibus introdu
ctam esse, & ipsam Dei legem trifariã diuidi. Supereſt autẽ nobis, ut quid est hic Deus
qui legem tulit, dicamus. Sed & hoc puto tibi in prædictis demonstratũ esse, si diligen
ter auscultasti. Si enim neq; ab ipso perfecto Deo hæc lata est, uelut ostendimus, neq; à
diabolo (quod neq; dicere phas est) alius est præter hos hic qui legem posuit. Hic uero
Opifex et creator totius huius mundi est, & eorum quę in ipso sunt, qui alius est ab ho
rum essentijs, & medius horũ consistens, meritò etiam medietatis nomen tulerit. Et si
perfectus Deus bonus est secundũ suam naturam, uelut etiam est: unum enim solũ es
se bonum Deum patrem suum, Saluator noster pronũciauit, quem ipse manifestauit.
Est autem & is qui aduersarię naturæ est, malus ac improbus, & in iniustitia delinea
tur. Qui igit medius cõsistit, & neq; bonus est, neq; malus, neq; iniustus, propriè utiq;
iustus dici poterit, ut qui suæ iustitiæ sit procurator, & erit quidem inferior perfecto
Deo, & minor illius iustitia hic Deus, utpote & genitus existens, & nõ ingenitus. V
nus enim est ingenitus pater, ex quo omnia, omnibus propriè pendentib. ab ipso. Ma
ior uero & principalior aduersario fiet, et alterius essentiæ ac naturæ ab utriusq; horũ
essentia. Etenim aduersarij essentia est corruptio ac tenebrę. Materialis enim hic est, &
multifidus. Verum patris uniuersorũ ingeniti essentia, est incorruptibilitas & lux per
se existens, simplexq; ac uniformis. At uero horũ essentia duplicem quandã uirtutem
produxit. Ipse uero melioris est imago. Neq; te nunc hoc perturbet scire cupidã, quo
modo ab uno principio uniuersorũ ingeniti ac incorruptibilis, quod & est, et nos con
fitemur ac credimus esse bonũ, constitutæ sunt & hæ naturæ, tum corruptionis, tum
medietatis, nõ eiusdem essentiæ existentes, quum bonũ naturam habeat, similia sui ip
sius & coessentialia generare ac proferre. Discces enim cõsequenter, Deo dante, etiã hu
ius principiũ ac generationem, ubi digna facta fueris apostolica traditione, quã etiam
nos ex successione accepimus, unà cũ hoc quod regulabimus omnes sermones per Sal
uatoris doctrinam. Hæc tibi ô soror mea Flora, paucis recensere nõ cunctatus sum, ac
cõpendiose perscripsi, & simul propositũ sufficienter declaraui. quæ etiã ad cõsequen
tia magnopere tibi cõducent, si modo uelut pulchra ac bona terra, fœcunda semina na
cta, fructũ per ipsa produxeris. Hactenus Ptolemæus. Quis uero horũ uerborum
huius impostoris, ac sodaliũ eius insaniam sufferet? Ptolemęi inquã, ac sociorum eius
usqueadeò miscentiũ ac consuentium figmenta? Neq; enim quispiã ex ueteribus tragi
cis poëtis, neq; qui secuti sunt imitatorijs moribus prædiți, Philistionẽ dico & Dioge
nem, qui incredibilia scripsit, aut alij omnes qui fabulas cõscripserunt ac decantarunt,
tantum mendaciũ effingere potuerunt, uelut hi audacter cõtra suam ipsorũ uitam du
cti, horrenda sibijpsis cõstruxerunt, & mentem hominũ ipsis credentiũ in stultas quæ
stiones & genealogias nunquã finiendas cõiecerunt, ipsi ea quæ in manibus sunt non
scientes, & cœlestia mensuris quibusdã dimetiri promittentes, & quarundã obstetri
cantium matrum uelut cœlestiũ matrum, & non existentiũ uelut quæ sint, scientias su
scipientes. At ubi quis audierit ab his, siquidẽ ex desipientissimis fuerit, per mendaciũ,
putans se sublime aliquid apud ipsos cognouisse, facile subducetur: quoniã omnis aui
cula secundũ genus congregatur, & simili uir agglutinabitur, inquit Scriptura. Si ue
ro quis cõtigerit ipsis ex prudentibus, & rectam ratiocinationẽ habentibus, deridebit
quidem tantam nugacitatẽ. Ab ipso uero argumento eorum quę ab ipsis dicunt, euer
sionẽ ipsorũ cognoscet. Redarguunt enim hi omnino cõtra seipsos uanitatis suæ men
dacijs armati. Vnde enim uobis, ô uos Ptolemæi ac Ptolemęæ, profundi mensura, et
partuum obstetricationes, et generatiuarũ rationum cognitio? Nam uelut qui affuisse
tis, & cœlestium naturas conspexissetis, & uelut ipsi ante Profundum apud uos appel

Legis dator qui sit.

Philistion cõmicus. Diogenes poëta.

latum

latum fueritis, cognitionẽ nobis oſtendere promittitis: quum nullus unquã prophe-
ta hoc dixerit, nõ ipſe Moſes, non quia ante ipſum, non qui poſt ipſum fuerunt, non
Euãgeliſtæ, non Apoſtoli. niſi forte fabuloſa gentium poëmata dixeris Orphei ac He-
ſiodi, et Steſichori, apud quos hominum generationes transformatæ ſunt in deorum
cognominationes, & quæ inter homines facta ſunt, poëticè compoſita ſunt. Nam &
illi ſic ſenſerunt, dum deos fecerunt Iouem & Rheam, & Iunonem, et Mineruam, atq;
Apollinem, et Venerẽ, & horum maliciei ſobolem coluerunt, atq; ſic mundum in ima
ginationem multitudinis deorum ac cultus ſimulachrorum immiſerunt. At non am-
plius mihi multa neceſſitas impendebit, ad te ô Ptolemæe ſubuertẽdum, ac confutan-
dum ſodales tuos, cum iam primi parentes tui ſatis ſint à me cõfutati. Verum propter
prædictorum ex te confuſionẽ, recenſebo aliorum errorẽ, Deum inuocãs mediocrita-
tis noſtræ auxiliatorẽ, quo argumentum apud ſingulas gentes male excogitatum de-
prehendã, ac in triumphum ducam, ob ſtudij promiſſionẽ à Deo gratiã petens. Quo
uero nõ inexaminatæ ſint tres tuæ dictiones, quas ad Florã mulierculã ſcribens iactas,
o Ptolomæe (ſemper enim ſerpentinæ doctrinæ mulierculas peccatis onuſtas decipi
unt, iuxta Apoſtoli ſermonẽ) ipſas ſanè dictiones hic proprie adponã, & ipſarum de-
ſtructionẽ, quæ neceſſaria eſt, ut ne relinquat zizanioſæ tuæ ſationis aliqua radix, de-
Lex nõ eſt tri fariam diuiſa. inceps cõſequenter faciam. Dicis igit o bone, legem trifariã diuiſam eſſe, & habere ali-
quid ex Deo, aliquid ex Moſe, aliquid ex ſenioribus. Et quod quidẽ ex ſenioribus pu
tas, nõ potes alicubi ſcriptum oſtendere, hoc manifeſtum eſt. Nuſquã enim in lege ha-
bentur ſeniorum traditiones. Sed ignorãs & libros & ueritatẽ, calumniando ſeducis,
Seniorum traditiones ſiue expoſitiones quadruplices. cõſequentias etiam uniuſcuiuſq; exactæ cognitionis ignorans. Nam traditiones ſenio
rum, expoſitiones apud Iudæos appellant. Sunt autem hæ quatuor. una quæ Moſis
nomine fertur. altera eius qui uocatur Rabbiaciba. tertia Adda ſiue Iuda. quarta filio-
rum Aſamonæi. Nam ubi potes tu cõtentioſe ac inſtabili mente prædite, oſtendere in
quinq; libris & legislationis Dei, quod relatus eſt ſermo qui à Saluatore dictus eſt: Si
„ quis dixerit patri ſuo corban, hoc eſt donũ quodcunq; ex me in tuum cedet cõmodũ,
„ Sed nõ potes oſtendere. Itaq; excidit ſermo tuus, cum uerbum hoc nuſquã in quinq; li
bris Moſis habeat, & fruſtra deceptæ à te Floræ illuſiſti. Quæ uero à Moſe, neq; ipſa
extra Deum ſancita ſunt, ſed ex Deo per Moſen: id quod ex ipſa Saluatoris reſpõſio-
ne oſtendit. Ipſa enim quę produxiſti teſtimonia, cõtra teipſum collegiſti. Dicit enim
„ Dñs in Euangelio, Moſes ſcripſit ſecundum duritiã cordis ueſtri. Quod uero ſcripſit
Moſes, nõ extra uoluntatẽ Dei ſcripſit, ſed ex Spiritu ſancto ſanciuit. Dicit enim Do-
„ minus in Euãgelio: Quod Deus cõiunxit, homo ne ſeparet. et quomodo cõiunxit, uer
„ bum declarauit, ut diſcamus, dicẽs: Iccirco relinquet homo patrẽ ſuum et matrẽ ſuam,
„ & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carnẽ unam. Deinde infert dicens, Quod igi-
tur Deus coniunxit, homo ne ſeparet. Quanquã Dominus hoc nuſquã dixerit, quan
do Adam & Euam formauit, ſed ſolum, Faciamus ipſi ſecundum ipſum auxiliarium.
Verum hoc ab ipſo Adam dictum eſt, quãdo ſurrexit ex ſomno, & dixit: Hoc nũc os
ex oſſibus meis, & caro ex carne mea, hæc uocabit mulier, quoniã ex uiro ſuo hæc de-
ſumpta eſt. Deinde dicit, Propterea relinquet homo patrem ſuum & matrẽ ſuam, &
adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carnem unã. Non igitur Deus hoc loquutus eſt,
ſed Adam. Dominus autem teſtatur in Euangelio, Dei uerbum eſſe quod per Adam
dictum eſt: & ab hoc ipſo argumẽto oſtendit, quod illic quidẽ Adam dixit, uerum uo
luntas Dei loquebatur. Et hic Moſes legem tulit, Deo ipſi annunciãti legislationem.
Et hæ quidem iam duæ tuæ dictiones interciderunt, & non eminus, ſed ab ipſo uſu.
Et quod legislatio Dei eſt, manifeſtum eſt. Vbique enim Deus lege ſancit, alia in tem
pora, alia in figuras, alia in reuelationem futurorum bonorum, quorum expletionem
Dominus noſter IESVS CHRISTVS ubi aduenisſet, in Euangelio oſtendit. Porrò
aliam Deorũ diuiſionem, rurſus trifariã partitã apud te, repetam, & ipſam à te per ca-

lumniam

lumniam excogitatã esse ostendam, & non aliud hoc opus esse, quàm impostoris declarabo. Qualis enim nobis tertius adest Deus, ex duabus imaginibus constitutus, et neuter ex duabus existens, neq; malicià habens ac iniustitiam, uelut dixisti, neq; bonitatem, & lucidam essentiam, uerum medius existens iustus? Etenim cum reuera alienus sis ab omni iustitia, meritò ignoras quid est iustitia, aliam ipsam præter bonitatem putãs. Multũ uero redargueris ô falsarie, et à ueritate aliene. ex nullo enim alio fit iustitia quàm ex bonitate. Et neq; aliter quis fiet bonus, si nõ fuerit iustus. Vnde & Dominus laudans legem & iustos ipsius, dixit: Ornatis sepulchra prophetarũ, & ædificatis monumenta iustorum, & patres uestri ipsos occiderunt. Vnde autem facti sunt prophetæ ac iusti, quàm à patre bonitatis? Et ut ostenderet quod in parte bonitatis iustus consistit, dixit: Similes fiatis patri uestro qui in cœlis est, quoniam exoriri facit solem suum super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos: quo ostendat iustum, bonum. & bonum, iustum. & malum, iniustum. & iniustum, malum. At uero implicationem legis quam dixisti, non potes ostendere. Manifestus enim factus es calumniari legem, implicationem quandam ipsi attribuens, propterea quod lex dixit: Oculum pro oculo, & dentem pro dente: & eo quod lex occidit homicidã. Verum ex ipsa Domini nostri IESV CHRISTI tractatione ostendetur, quod nõ implicatio quædam erat, sed ipsa eadem erat legislatio, et idem efficit quod mandatũ à Saluatore dictum, nempe, Si quis te percusserit in dextram maxillam, obuerte ipsi etiam alterã. Et lex ipsa olim hoc asseruit dicens, Oculum pro oculo, hoc est ob erte illi maxillam. Quo enim effugeret quæ pateretur si percuteret, exhibuit uerberanti maxillã, gnarus quod si auferret oculum, eadem passurus sit propter legem. Quemadmodum enim pater uult castigare liberos, et unicuiq; ætati congruam affert castigationẽ, & non æqualiter paruum puerũ castigat & adolescentẽ, neq; adolescentem similiter ut iuuenẽ, neq; iuuenem ut perfectũ uirum. Sed ei qui sub mamma heret, per digitum castigatio contingit: puero uero maiori, per alapam manus: adolescenti autem per lorum, iuueni uero per uirgam: uiro autem ultio maiorum delictorũ gladius per legem: Sic etiam Dominus consequenter unicuiq; generationi conuenientia sanciuit. Illos enim timore castigauit, uelut pueris paruis colloquens, & ignorãtibus uirtutem Spiritus sancti. Perfectos aũt perfectis mysterijs dignatus est. Nam in Euangelio sic quodãmodo dicit discipulis, in multis locis: Nescitis quid facio, cognoscetis aũt postea, hoc est quum perfecti facti fueritis. Et rursus, Non nouerunt quod resurrexisset ex mortuis. Paulus uero, Nondũ enim potuistis, sed neq; amplius potuistis: ostendens quod progressu temporis perfectiora sunt mandata, quũ sint quidem eadem, mutentur autem in alium habitũ, & iuuenibus qui dem aliter formentur, aliter uero perfectioribus. Etenim lex ubi sanciuit Oculum pro oculo, non dixit ipsis, Eijcite oculum pro oculo: sed si quis eiecerit oculũ, eijcietur oculus eius qui eiecit. Vnusquisq; autem parcens proprio corpori, maxillã uerberandam exhibebat, & nõ uerberabat, & ab eo tempore seruabãtur, quæ nunc in Euangelio dicta sunt: quũ tunc quidem necessariò castigarentur uelut iuuenes, nunc aũt ex uoluntate obediant, utpote perfecti. Si uero dicis complicationẽ esse hanc, dicere oculũ pro oculo, & homicidam occidi: ecce & de die iudicij uideamus Saluatorem dicentẽ, quod ueniet ipsius dominus. Hoc autem de seipso dixit, quũ ipse omnium sit Dominus. & inquit: Et diuidet ipsum seruũ, & partem eius cum infidelibus ponet. Igitur & contra Saluatorem arma induis, ut rursus uerba eius calumnieris, & dicas hunc non esse bonum? & quidem quum ex bono patre genitus sit, & bonus, & iustus, & neque alius præter patrem. Poteris igitur etiam ipsum à patris essentia abalienare, ô tu qui nobis rursus diuisor ac geometra prodijsti, omnia legum trifariam diuidens. Et quod quidem dixisti, quod ad figuras significatiue quædam in lege scripta sunt, modice attigisti ueritatem, quo per modica possis etiam ad alia deceptione uti.

Iustitiæ ac bonitatis ratio.

Oculum pro oculo, quomodo accipiendũ

Etenim

Etenim reuera illis figurate contigit. Nobis autem scripta est ad commonefactionem, ad quos fines sæculorū peruenerunt, inquit sanctissimus Apostolus, de circumcisione ac sabbato atq; alijs loquens. Vtinam autem omnia uerè dixisses, & non adhuc tertium Deum medium, qui non est, nobis protulisses, imò potius tibiipsi & his qui à te decepti sunt. Arbitror autem & in præsens sufficienter contradictiones tuas ô circulator dictum esse, quarum confutatione facta ad sequentes hæreses procedam, eundem Deum consueto more inuocans in auxilium nostræ mediocritatis, ut uniuscuiusq; sectæ adulteratæ confutationem deprehendamus. Nam quod sibilis tuis, uelut carcharias à mari reuersus & uiperam prouocans, floram per literas & alios cum ipsa decepisti, in relatis demonstratum est. Cæterum quum in ueritatis sagena, cuius ænigma Dominus in Euangelio regnum cœlorum esse pronunciauit, hunc inuoluerimus, & unum ex improbis ac uenenatis piscibus ipsum esse declarauerimus, per hoc quod uerba ipsius improba, deprehensu facilia per ueræ fidei doctrinam fecimus: & in uirtute Dei hunc contriuerimus: ipsi quidem Deo gratias agamus, uerum ad consequentes sectas similiter, uelut antea dixi, procedere tentemus.

Carcharias uiperam sibilo prouocat.

FINIS SECVNDI TOMI PRIMI LIBRI.

Tertij

TERTII TOMI PRIMI LIBRI EPIPHANII HAERESES XIII SVNT,

Et hæc in ipso habentur.

1 *Marcosij. Marcus quidam fuit Colorbasi cõdiscipulus, duo principia & ipse introducens. Reprobat autem mortuorum resurrectionem. Imaginationes uero quasdam per pocula ex incantatione in cæruleum ac purpureum colorem transmutans, deceptas mulierculas ad sacra sua pelliciebat. Sed & ipse per uigintiquatuor literas uult per omnia assimilari Valentinò.*

2 *Colorbasij. Et hic Colorbasus similiter eadem narrãs, in aliqua uero parte differens ab alijs sectis, à Marco inquam ac Valentino, emissiones & octonarios aliter docuit.*

3 *Heracleonitæ. Et ipsi octonariorum fabulamento ducuntur, aliter uero præter Marcum & Ptolemæum ac Valentinum & alios. Sed et ad finem eos qui apud ipsos moriuntur, similiter ut Marcus redimunt, per oleum & balsami succum, & aquæ lotiones ac affusiones quasdam, Hebraïca uerba admurmurantes, super caput uidelicet eius qui liberatur.*

4 *Ophitæ, sunt qui serpentem glorificant, & hunc Christum putant, habent autem naturale hoc reptile in cista quadam.*

5 *Caiani similiter cum prioribus legem, & eum qui loquutus est in lege reprobant, carnisq; resurrectionem negant. Et Cain glorificant, fortioris uirtutis ipsum esse dicentes. Simul autem & Iudam demirantur ac laudant, simulq; & Core, & Dathan, & Abiron. Imò etiam Sodomitas.*

6 *Sethiani. Hi rursus ipsum Seth glorificant, dicentes eum esse ex superna matre quæ pœnitentiam egit, propterea quod Cain produxisset: & postea ubi abiectus esset Cain, & occisus Abel, superno patri cõgressa est, & purum semen ipsum Seth fecit, à quo deinceps deductum est omnium hominum genus. Sed & ipsi principatus & potestates, & quæcunq; alij docent, docuerunt.*

7 *Archontici. Hi rursus ad multos principes uniuersum referunt, & quæ facta sunt ex his facta esse dicunt. Deprehenduntur autem & capti in turpitudine quadam. Carnis resurrectionẽ negant. Vetus Testamentum calumniantur. Vtuntur autem et ueteri & nouo Testamento, singula uerba ad suam ipsorum sententiã falsò trahentes.*

8 *Cerdoniani, à Cerdone erroris participationem susceperunt, sicut hic ab Heracleone. uerùm fraudem auxit, et ex Syria Romam digressus, prædicationem suam exposuit, in temporibus Hygini episcopi. Duo autem principia hic prædicat inter se contraria. Non esse uero Christum genitum. Similiterq; mortuorum resurrectionem negat, itemq; ea quæ habentur in ueteri Testamento.*

9 *Marcionistæ. Marcion à Ponto originem ducens, episcopi quidem filius erat: uerum ubi uirginem corrupisset, aufugit, propterea quod expelleretur à proprio patre ex Ecclesia. Quum autem Rhomam adijsset, & pœnitentiam ac ueniam petijsset ab his qui illo tempore isthic erant, et assequutus non esset, elatus est contra fidem, & tria principia induxit ac docuit, Bonum, & Iustum, & Malum. Essẽq; nouum Testamentum alienum à ueteri, & eo qui in ipso loquutus est. Carnis resurrectionẽ negat. baptisma dat nõ solum unum, sed etiam tria post lapsum. Pro mortuis autem in fide instructis*

alij apud ipsos baptisantur. Intrepidè aũt etiam mulieribus permittit, ut lauacrũ dent.

10 Lucianistæ. Lucianus quidam antiquus, non is qui nunc temporibus Constantini uixit, omnia secundum Marcionem docuit. Et ad hæc alia quædam præter Marcionem, & ipse nimirum abundantius docet.

11 Apelleiani. Et hic Apelles similiter ut Marcion & Lucianus, uituperat omnẽ creationem, et ipsum creatorem. Nõ autem similiter his tria principia introduxit, sed unum principium, & unum Deum, qui sit summus & innominatus. Ipsum autem unum fecisse alium, & hic factus improbus compertus, mundum in sua malicia fecit.

12 Seueriani. Seuerus quidam rursus Apellem sequens, uinũ reijcit. Et uitem ex draconiformi satana ac terra inter se congressis, productam esse fabulatur. Mulierem autem auersatur, sinistræ uirtutis ipsam esse asserens. Nomenclaturas uero quasdã principum, & libros quosdam apocryphos introducit. Similiter item uelut alij, carnis resurrectionem negat, itemq; uetus Testamentum.

13 Tatiani. Tatianus hic eodem tempore cum Iustino martyre et philosopho uixit, post mortẽ autem Iustini martyris ac philosophi, corruptus est Marcionis dogmatis, discipulusq; ipsius fuit, eademq; quæ ipse docuit, alijs etiã præter ipsum appositis. Dicebatur autem à Mesopotamia originem ducere.

TERTIVS TOMVS PRIMI
LIBRI EPIPHANII.
Contra Marcosios, hæresim XXXIIII.

Marcus. Marcosij.

MARCVS autem quidam, à quo Marcosij appellati, ab his progressus, & alia præter hos ausus, mala in mundum euomuit. His enim successit, Secundo inquã, et Epiphani Ptolemæoq; ac Valentino, uerum in maiorem circulatoriam collectionem euectus est. Mulierculas enim & uiros ab ipso seductos allexit, quum putaretur miser ille prædictorum deceptorum corrector esse, magicæ impostura expertissimus existens. Prædictos autem & prædictas omnes decepit, ut ipsi uelut scientissimo intenderent, & qui uirtutem maximam ab inuisibilibus ac innominatis locis haberet. atq; sic Antichristi præcursor reuera ostẽsus est. Nam Anaxilai ludicra cum Magorum appellatorum uafricia cõmiscuit, et per ipsa illudens, ac magicam artem exercens, in admirationẽ sui uidentes & credẽtes ipsi perduxit: uelut etiam sodales eius usq; in hunc diem faciunt. Qui uero opera curiositatis uident, putant uirtutes aliquas in manibus ipsius perfici, et eorum qui apud ipsos hæc faciunt. Quum enim mentem etiam ipsi amiserint, non uident, neq; probare nouerunt, quod ex incantatione ludicri, ut ita dicam, ipsius cõstitutio perficitur. Ipsi enim attoniti penitus facti sunt, mala quadã suspicione abducti. Aiunt enim, tria pocula ex uitro albo apud ipsos parari mixta uino albo: & in ea quę perficitur ab ipso incantatione, & gratiarum actio esse putatur, statim transmutari, unumq; fieri rubrum uelut sanguinem, alterum purpureũ, tertium cœruleum. Ego itaq; ut ne in secundum laborẽ meipsum immitterem, contentum esse oportere duxi, his quæ à beatiss. ac sanctiss. Irenæo contra ipsum Marcum, & qui ex ipso processerunt, tractata sunt: quæ sanè hic ad uerbum exponere uolui, & sunt hæc. Dicit enim de ipsis Irenæus ille sanctus, in declarando ea quæ ab ipsis dicunt, sic loquens:

Irenæi locus.

Pocula uino mixta simulans se gratias agere, & diutius extendens sermonẽ inuocationis, purpurea ac rubicunda apparere facit, ut putetur gratia ab his quæ sunt super uniuersa, sanguinem suum instillare in illud poculum, per inuocationẽ ipsius, & ualde cu

piant

piant prẽsentes ex illo poculo gustare, ut & in ipsos instillet gratia quę per magũ hunc inuocatur. Rursus autem mulierculis tradens pocula uino mixta, ipsas gratias agere iubet se præsente, & quum hoc fit, ipse aliud poculũ multò maius illo super quo decepta illa gratias egit afferens, & à minore super quo mulierc ula gratias egit, in hoc quod ab ipso adornatũ est transfundens, simul ita dicit: Gratia quæ est ante uniuersa, illa cogitatione incomprehensibilis & inenarrabilis, impleat tuum internum hominẽ, & multiplicet in te agnitionem suam, cõseminans in te granum sinapis in bonã terram. Et talia quædam loquutus, ubi miserã illam ad insaniam exstimulauit, miraculorũ editor appareat, dum magnum poculum expletur ex minore, ut etiam ex ipso superfundatur. Et alia quædã his similia faciens, multos decepit, et post te traxit. Verisimile est aũt ipsum etiam dæmonẽ quendam assessorem habere, per quem & ipse prophetare ac uaticinari uidetur: & quas dignas putat ut participes fiant gratiæ eius, uaticinari facit. maxime enim circa mulieres occupatus est, atq; has præminentis loci & purpuratas ac ditissimas. quibus sæpe imponere studens, ad ipsas per assentationẽ dicit: Volo tibi imperti rigratiã meam, quoniã pater uniuersorũ angelum tuum semper uidet ante faciẽ suam. Locus aũt magnitudinis tuæ in nobis est. Oportet nos unum efficere. Accipe primũ à me, & per me gratiã: para te uelut sponsa expectãs sponsum suum, ut sis quod ego, et ego quod tu. colloca in thalamo tuo semen lucis. Accipe à me sponsum, & suscipe ipsum, et suscipere in ipso. Ecce gratia descendit in te. Aperi os tuum, & uaticinare. Quũ autem mulier responderit, Nunquã uaticinata sum, & nõ noui uaticinari: rursus inuocationes quasdã faciens ad stuporẽ eius quæ seducitur, dicit ad ipsam: Aperi os tuum, & loquere quæcunq;, & uaticinaberis. Illa uero emollita ac facile impulsa à prædictis uerbis, & animo calefacta præ spe uaticinandi, corde plus quàm decet palpitante, deliraloqui audet, & omnia prout incidunt uanè ac cõfidenter, utpote ab inani spiritu calefacta, quemadmodũ quidam præstantior nobis de talibus dixit: Audax et impudẽs res est, anima quæ inani aëre calescit. Et hinc de cætero prophetissam seipsam putat, & gratias agit Marco, qui propriã gratiam ipsi contribuit. & talionem rependere ipsi conatur, nõ solum per possessionum largitionẽ, unde etiam immensam pecuniarũ uim comportauit: sed etiam per corporis societatẽ, per omnia ipsi uniri cupiẽs, ut cum ipso in unum deueniat. Iam uero quædã fideliores mulieres timorẽ Dei habentes, & nõ deceptæ, quas similiter ut reliquas seducere studuit, iubens ipsas uaticinari, conspuentes ac detestantes ipsum, à tali congregatione discesserunt, probè gnaræ quod uaticinari nõ à Marco mago hominibus contingit, sed quibus Deus ex supernis gratiã suam demiserit. hi à Deo datã habent prophetiam, & tunc loquunt, ubi et quando Deus uult, & nõ quando Marcus iubet. Nam quod iubet, maius ac principalius est eo quod iubetur. illud enim dominatur, hoc uero subditum est. Si igitur Marcus, aut alius quispiã iubet, uelut in cœnis opulentiæ hi semper ludere solent, & se mutuò uaticinari iubere, & ad proprias cõcupiscentias sibiipsis futura prædicere: erit is qui iubet, maior & principalior prophetico spiritu, quũ sit homo, quod impossibile est. Verum tales spiritus qui ab ipsis iubentur, & loquuntur quando ipsi uolunt, putidi ac inualidi sunt, audaces uero et impudentes, ut qui à satana emittuntur ad deceptionẽ ac perniciem eorum qui nõ firmam fidem, quã ab initio per Ecclesiã acceperunt, custodiunt. Quod autem & amatoria illectamẽta, ad hoc ut corporibus ipsarum contumeliã inferat, hic Marcus quibusdã mulieribus, etiãsi non omnibus inducit, hæ ipsę sæpe ad Ecclesiam Dei conuersæ, confessæ sunt, & corpore se ab ipso uitiatas esse, & se ualde amanter ipsum amasse. Quare etiã diaconus quidam ex nostris in Asia, qui excepit ipsum in domũ suam, in hanc calamitatẽ incidit, quũ uxor ipsius speciosa esset, et mente ac corpore ab hoc Mago corrupta, ita ut ipsum multo tempore sit sequuta. Postea uero ubi cũ magno labore fratres ipsam cõuertissent, per uniuersum uitæ tempus hæc in confessione perseuerauit, lugens ac lamentãs propter corruptionem quã à Mago passa fuit. Sed & discipu-

li eius aliqui in ĩſdẽ locis diuagantes, multas mulierculas ſeduxerunt ac corruperunt, perfectos ſeipſos uocantes, uelut nemo poſſit magnitudini cognitionis ipſorum adæquari, nec ſi Paulum aut Petrum dicas, aut alium quendã ex Apoſtolis: & plura omnibus ſe cognouiſſe iactantes, & magnitudinẽ cognitionis inenarrabilis illius uirtutis ſe ſolos deuoraſſe, eſſeq; ſe in altitudine ſuper omnem uirtutẽ. Quapropter etiã liberè ſe omnia facere, nullũ timorem in ulla aliqua re habentes. Nam propter redemptionem incomprehenſibiles ac inuiſibiles ſe fieri iudici. Si uero etiam apprehenderit ipſos, conſtituti apud ipſum cum redemptione hæc dixerint: O aſſeſſor Dei, & myſtici ante ſæcula Silentij, qua magnitudines ſemper faciem patris uidentes, duce ac ductore te utentes, ſubtrahũt ſurſum formas ſuas, quas illa magica audacia prædita, imaginatione ducta propter bonitatẽ primi patris produxit nos imagines, tunc cogitationẽ rerum ſupernarum uelut inſomniũ habens: ecce iudex prope, et præco iubet me rationem reddere. Tu uero uelut ſciens utrorumq; res, pro nobis utriſq; rationẽ, uelut quę una ſit, iudici affer. Mater uero ſtatim ubi audiuit hos, Homericã Orci galeam ipſis imponit, ut inuiſibiliter iudicem effugiant, & eueſtigiò ſubtractos ipſos in thalamum inducit, et ſponſis ſuis tribuit. Talia ſanè dicentes ac facientes, etiam in noſtris regionibus Rhodamuſiæ terræ multas mulierculas ſeduxerunt, quæ cauterio inuſtam conſcientiã habentes, partim manifeſtè cõfitentur: partim hoc facere uerentes, tacite quodãmodo apud ſeipſas de uita Dei deſperant. et aliquæ quidem penitus diſceſſerunt, aliquæ uero inter utrumq; ambigunt: & quod prouerbiũ dicit, faciunt, neq; foris neq; intus exiſtentes, hunc fructũ ſeminis filiorum cognitionis habentes. Hic Marcus uterũ & receptaculum Colorbaſi introduxit, ſeipſum ſolũ genitũ fuiſſe dicens, utpote unigenitus ipſi exiſtens, & ſemen defectionis in ipſum depoſitũ in hunc modum peperit. Ipſum, inquit, ſupremũ ab inuiſibilibus ac innominatis locis quaternariũ, in figura mulieris ad ipſum deſcendiſſe: quoniam, inquit, maſculum eius mundus ferre non potuit. et hanc quaternitatẽ indicaſſe, quæ ipſa eſſet: & uniuerſorũ generationem, quam nulli unquã neq; de Deo, neq; homini reuelauit, huic ſoli expoſuiſſe, ita loquutã. Quando primùm pater ille cogitatione incõprehenſibilis, & eſſentiam nõ habens, qui neq; maſculus eſt, neq; fœmina parturiebat, & arcanũ ſuum generari uolebat, & inuiſibile formari, aperuit os, & emiſit Verbum ſimile ipſi, quod aſtans oſtendebat ipſi quid eſſet, ipſum inuiſibilis illius forma apparens. Pronunciatio autem nominis talis facta eſt. Loquutus eſt uerbum primum nominis ſui, quod erat principiũ. Et erat comprehenſio eius ſyllabica elementorũ quatuor. & adiunxit ſecundã, et erat etiam ipſa elementorũ quatuor. conſequenter loquutus eſt tertiam, & erat ipſa ſyllabica cõprehenſio elementorum decem. & poſtea aliã loquutus eſt, & erat ipſa elementorũ duodecim. Facta igitur eſt pronunciatio totius nominis, elementorũ quidem triginta, ſyllabicarum uero cõprehenſionum quatuor. Singula autẽ elementa proprias literas, & proprium characterẽ, & propriã pronunciationem, & figuras ac imagines habere dixit. & nullum ipſorum eſſe quod illius conſpiciat formam, cuius ipſe elementũ eſt. Sed neq; cognoſcunt ipſum. Neq; uero proximi ſui unumquodq; pronunciationem obſidet. ſed idem pronunciat, ut totum pronunciantis, totum nominare putent. Vnumquodq; enim ipſorum quum pars ſit totius, proprium ſonum uelut totum nominare, & non ceſſare ſonum edentia uſqquo ad extremã literam uniuſcuiuſq; elementi una lingua utentis deueniant. Tunc autem et reſtaurationẽ uniuerſorum fore dixit, quum omnes ad unam literã digreſſæ, unam & eandem enunciationẽ ſonuerint. cuius enunciationis imaginẽ eſſe protulit, quum nos ſimul Amen dicimus. Sonos autem eſſe eos qui formant eſſentiam, nõ habens & ingenitũ ſæculum: & eſſe hos formas, quas Dominus angelos dixit, quæ aſſiduè uident faciem patris. Nomina uero elementorum cõmunia, et quę dici poſſunt, ſæcula, & uerba, & radices, & ſemina, & cõplemẽta, & fructus uocauit. Singula autem ipſorũ nomina, et uniuſcuiuſq; propria, in nomine Eccleſię cõprehenſa intelligi

Orci galea, prouerbium.

Rhodamuſia regio.

Neq; foris, neque intus, prouerbium.

telligi dixit. Quorum elementorum postrema litera uocem suam emisit, cuius sonus egressus, ad imaginem elementorū propria elementa generauit. Ex quibus & ea quæ hic sunt, redimita esse dixit: & quæ ante hæc sunt, generata esse. Ipsam uero literam, cuius erat sonus, consequentem sonum deorsum, à syllaba sua sursum susceptam esse dicit, ad completionem uniuersi: mansisse autem sonum infernè, uelut extrà proiectum. Elementum uero ipsum, à quo litera, cum enunciatione sua descendisse infrà, quod literarum triginta esse dicit: & unumquamq; de triginta literis, in seipsa habere alias literas, per quas nomen literæ nominatur. & rursus alias per alias nominari literas, & alias per alias, ut in infinitum multitudo literarum dilabatur. Sic porrò clarius didiceris quod dicitur. Δέλτα elementum literas in seipso quinq; habet, ipsum δ, & ε, & λ, & τ, & α. Et hæ rursus literæ per alias scribuntur literas, & aliæ per alias. Si igitur universa substantia ipsius δέλτα in infinitum dilabitur, dum semper aliæ literæ alias generant, & inter semutuò succedunt: quanto magis illius elementi maius esse literarū pelagus putandum est? Et si una litera sic infinita est, uide totius nominis literarum profunditatem, ex quibus primum patrem, ipsum Marci Silentium constare docuit. Qua propter etiam patrem scientem incomprehensibilitatem suam dedisse elementis, quæ etiam sæcula uocat, unicuique ipsorum propriam enunciationem proferre, propterea quod non possit unum enunciare totum. Hæc ubi declarasset ipsi Quaternitas, dixisse amplius ipsam: Volo autem tibi etiam ipsam ostendere ueritatem, deduxi enim ipsam ex supernis domibus, ut inspicias ipsam nudam, et pulchritudinem ipsius consideres, imò etiam audias ipsam loquentem, & prudentiam eius admireris. Vide igitur caput supernè, α̅ & ω̅. Collum, β̅ & ψ̅. Humeros unà cum manibus, γ̅ & χ̅. pectus, δ̅ & φ. Septum transuersum, ε̅ & υ̅. dorsum, ζ̅ & τ̅. Ventrem, η̅ & σ̅. fœmora, θ̅ & ϱ̅. Genua, ι̅ & π̅. tibias, κ̅ & ο̅. talos, λ̅ & ξ̅. pedes, μ̅ & ν̅. Hoc est corpus Veritatis secundum magum. hæc figura elementi. hic character literæ. Et uocat elementum hoc hominem, esseq; fontem ipsum dicit omnis uerbi, & principiū totius uocis, & omnis inenarrabilis narrationem, & taciti Silentij os: & hoc quidem corpus ipsius est. tu uero sublimius mentis intelligentia eleuata, genitorem & patris datorem ipsum Verbum ab ore Veritatis audi. Vbi autem ipsa hæc dixisset, Veritatem intuitam ipsum, aperto ore dixisse uerbum, Verbum autem nomen factum esse, & nomen factū esse hoc quod cognoscimus & loquimur CHRISTVM IESVM: quod etiā ubi nominasset, ipsam statim conticuisse. Expectante autem Marco ipsam amplius quid dicturam, rursus Quaternitas in medium progressa dixit, Quàm contemptibile putasti uerbum quod ex ore Veritatis audiuisti. Non hoc quod nouisti & putas, uetus nomen est. Vocem enim solum habes, uirtutem uero ipsius ignoras. IESVS enim est insigne nomen, sex literas habens ιησοῦς, quod ab omnibus qui ex uocatione sunt, cognoscitur. Quod uero apud sæcula complementi multarū partium est, alterius formæ est & alterius figuræ, & cognoscitur ab illius cognatis, quorū magnitudines apud ipsum sunt semper. Has igitur apud uos uigintiquatuor literas, defluxiones esse scito triū uirtutum imaginarias, quæ totum supernū elementorum numerum complectuntur. Et enim mutas literas nouē esse puta, ipsius patris & Veritatis, propterea quod muti sint ipsi, hoc est inenarrabiles et ineffabiles. Semiuocales uero octo esse ipsius Verbi ac Vitæ, eo quod uelut mediæ sint inter mutas & uocales, & suscipiāt supernarum quidem defluxionem, infernarum uero relationem. Vocales autem & ipsas septem hominis et Ecclesiæ esse, quoniam uox per hominē progressa formauit uniuersa. Sonus enim uocis formam ipsis induxit. Habet igitur Verbum & uita octo literas, Homo uero & Ecclesia septem, pater autem & Veritas nouem. Quādo uero pro defectus ratione firmatus in patre descēdit, missus ad eum à quo separatus est ob correctionē peractorum, ut cōplementorum unitas æqualitatē habens fructificet unam in omnibus eam quæ ex omnibus est uirtutē: sic numerus illarum septem, uirtutem accepit ipsarū octo, et facti

Veritatis imago.

ιησοῦς nominis ratio.

Literarū græcarum ratio.

sunt loci similes numeris, octonarij existētes: qui tres in seipsos redacti, uiginticquatuor numerum produxerunt. tria uero elementa quę dicit ipse in coniugatione trium uirtutum esse, quæ sunt sex, à quibus defluxerunt uiginticquatuor elementa, quadruplicata inenarrabilis quaternarij ratione, eundem numerū faciunt: quæ sanè dicit innominati esse, ferri autē ipsa à tribus uirtutib. ad similitudinē inuisibilis: quorū elementorū imagines imaginū esse duplices apud Grecos literas: quæ cōnumeratæ uiginticquatuor elementis, iuxta potestatē eorum quę iuxta proportionē fiunt, tricenariū numerū faciūt. Huius rationis atq; huius dispēsationis fructū, in similitudine imaginis apparuisse dicit illū, qui post sex dies quartus ascendit in montē, & factus est sextus, & detentus est ac descendit in septenario, quū insignis octonarius esset, & haberet in seipso omnē elementorum numerū, quem manifestauit ipso ueniente ad baptisma columbę descēsus, quæ est ω & α. Numerus enim ipsius uocis columbæ apud Græcos, nimirū περιστερὰ, est unū & octingenta. Et propterea Mosem in sexta die hominē factum esse dixisse. Et iuxta dispensationē in sexta die quæ est parasceue, postremū hominē in regenerationē primi hominis apparuisse: cuius dispensationis principiū & finem sextā horam esse, in qua affixus est ligno. Perfectā enim mentem quū sciret senarium numerū uim faciēdi ac regenerādi habere, manifestasse filijs lucis regenerationē, quæ facta est in ipsum insignem numerū per ipsam. Vnde etiā duplices literas numerum insignē habere dicit. Insignis enim numerus cōmixtus uiginticquatuor elemētis, nomen triginta literarū efficit. Vsus est aūt ministro, septenarij numeri magnitudine, uelut Marci Silentiū dicit: quo cōsilij per se excogitati fructus manifestaret. Insignē uero hunc numerū in pręsenti dicit eum qui in insigni formatus est, intellige eum qui uelut diuisus est aut dissectus, & foris māsit: qui sua ipsius uirtute et prudētia, per emissionē à seipso, hunc septē uirtutum mundū, ad imitationē potentiæ septenarij animauit: & animā posuit esse uniuersi totius uisibilis. Vsus est igit & ipse hic hoc opere, uelut uoluntarie ab ipso facto. Aliquauero ministrāt ac exequūt cogitationē ipsius matris, ut quæ sint inimitabiliū imitamenta. Et primū quidē cœlū loquit ā. Secundū uero ē. Tertiū ă. Quartū aūt et mediū inter septē cœlos, uirtutē ipsius ī enunciat. Quintū ō. Sextū ū. Septimū uero & quartum à medio, elementū ω exclamat: quēadmodū Marci Silentiū, quod multa nugat, & nihil ueri dicit, cōfirmat. Quæ sanè uirtutes simul omnes, inquit, inter se mutuò implicatæ, sonāt ac glorificāt illum à quo producta sunt atq; emissa. Gloria aūt sonitus demittit ad primum parentē. Huius uero glorificationis sonitū in terrā delatū, dicit plasten ac formatorē factum esse, genitorēq; eorum quæ sunt in terra. Porrò demōstrationem affert à recēs editis pueris, quorū anima simul ut de utero processit, uniuscuiusq; horum elemētorum sonum exclamat. Quēadmodum igit septē uirtutes, inquit, glorificant Verbū, sic anima in pueris plorās ac lamentās, Marcū ipsum glorificat. propterea q; etiā Dauidē dixisse, Ex ore infantium & lactētium perfeciſti laudē. Et rursus, Cœli cœlorum enarrāt gloriā Dei. Et ideo Anima in laboribus ac ærumnis cōstituta, in releuationē suā pronunciat ō in signum laudationis, qua superna illa anima cognationē ipsius agnoscēs, auxiliariū ipsi demittat. Et de nomine quidē uniuersi quod est triginta literarū, et de Profundo ex huius literis augescēte, insuperq; de ueritatis corpore duodecim mēbra habente, ita ut unūquodq; ex duabus literis cōstet, & de uoce ipsius quā protulit in cōuersatione, & de solutione nominis nō prolati, et de mūdi ac hominis anima, quēadmodum habent dispensationē secundū imaginē, hoc modò delirauit. consequenter autē quomodo ex nominib. æqualis numeri uirtutē Quaternitas ipsi ostendit, referemus, quo nihil lateat te ô charissime, de his quæ ab ipso dicta ad nos peruenerunt, uelut sepe à nobis expetiuisti. Sic igit declarauit ipsi Sapientissimū illud Silentiū uiginticquatuor elementorū generationē. Singularitati coadesse unitatē: ex quib. duæ emissiones, uelut antea dictū est, Singularitas & Vnū progressæ, quatuor factæ sunt. Bis enim duo, sunt quatuor. Et rursus duæ & quatuor in idem cōpositæ, senarium numerum manifestauerunt. Senarius aūt numerus quadruplicatus uiginticquatuor for

Senarij numeri ratio.

περιστερὰ uox supputatur ex numero literarum.

Insignis numerus senarius.

Cœli septem, septem uocales enunciant.

mas peperit. Et primi quidē quaternarij nomina, ſancta ſanctorū intelligi, & nō poſſe dici, cognoſci aūt à ſolo filio quæ pater nouit quæ ſint. Quæ uero reuerēda ſunt, & cum fide apud ipſum nominanē, hęc ſunt. ἄῤῥητος et σιγὴ, πατὴρ & ἀλήθεια, hoc eſt Inenarrabilis & Silentiū, Pater & Veritas. huius autē quaternarij uniuerſus numerus eſt elementorū uigintiquatuor. ἄῤῥητος enim nomē literas ſeptē in ſe habet. σιγὴ uero quinq. πατὴρ quinq. ἀλήθεια ſeptē. quæ cōpoſitæ in idē bis quinq, & bis ſeptē, uigintiquatuor numerū impleuerūt. Eodē modo etiā ſecundus Quaternarius, λόγος & ζωὴ, ἄνθρωπος et ἐκκλησία, hoc eſt Verbū & Vita, Homo & Eccleſia, eundē elementorū numerū oſtenderunt. Et Saluatoris nomen narrabile illud ἰησοῦς literarū ſex eſſe, Inenarrabile uero ipſius literarū uigintiquatuor. Et υἱὸς χριστὸς, hoc eſt filius CHRISTVS, literarū duodecim. Quod uero in CHRISTO ineffabile eſt, literarū triginta. et propter hoc dicit ipſum τ & ω. ut πτερυγιὰ, hoc eſt columbā indicet, quū hęc auis hunc numerū habeat. At uero IESVS hanc habet, inquit, arcanā generationē. A matre enim uniuerſorū prima Quaternitate, in filiæ modū proceſſit ſecunda Quaternitas, & factus eſt octonarius. conſequenter proceſſit denarius, ſic factus eſt denarius & octonarius. Denarius igit cū octonario cōgreſſus, & decuplū ipſum faciens, octogenariū numerū produxit: & octogenarium rurſus decuplās, octingentorū numerū generauit: ut ſit uniuerſus literarū numerus ab octonario in denariū progreſſus. τ & φ & ω. hoc eſt octo, & octoaginta, ut octingēta. Nomē enim IESVS iuxta numerū in literis, octingentas octoagintaocto literas clarè habet, et ſupercœleſtē IESV ſecundū ipſos generationē. Quapropter etiam alphabetū Græcorum habere unitates octo, denarios octo, centenarios octo, ita & octingentorum octoagintaocto numerū demonſtret, hoc eſt IESVM ex omnibus numeris conflatū. Et propterea τ & ω ipſum nominari, ut ſignificet ex omnibus generationē. Et rurſus ſic primo quaternario iuxta numeri progreſſum in ſeipſum cōpoſito, denarius numerus reſiluit. Vnū enim & duo & tria ac quatuor in idem cōpoſita, decē fiunt, hoc eſt ι, atq; hoc IESVM eſſe uolunt. Sed et χριστὸς inquit, quū literarū octo ſit, primum octonariū ſignificat, qui denario cōplicatus ἰησοῦν, id eſt IESVM peperit. Dicit autem, inquit, & υἱὸς χριστὸς, hoc eſt duodenarius. υἱὸς enim nomen literarū quatuor eſt, χριστὸς uero octo, quę cōpoſitę duodenarij magnitudinē oſtenderūt. Priuſquā igitur, inquit, huius noīs inſigne appareret, hoc eſt ipſe IESVS, in magna ignorātia & errore hominēs erāt. Quādo uero manifeſtatū eſt hoc ſex literarū nomen ἰησοῦς, qui carnē induit ut ad ſenſum hoīs deſcēderet, habens in ſeipſo & ſex, & uigintiquatuor: tunc cognito eo ceſſauit ignorātia. Ex morte uero in uitā redierūt, nomine ipſis uia ac duce facto ad patrē ueritatis. Voluiſſe em patrē uniuerſorū ſoluere ignorātiā, & deſtruere mortē. Ignorantię aūt ſolutio, cognitio ipſius facta eſt. Et propterea electū eſſe iuxta uoluntatē ipſius, ſecundū imaginē ſuperne uirtutis diſpoſitū hoīem. A quaternario em proceſſerūt ſęcula. Erat aūt in quaternario, homo & Eccleſia, Verbū et Vita. Ab his igit Virtutes, inquit, profluxerūt, et generauerunt qui in terra apparuit IESVM. Et Verbi quidē locū expleuiſſe angelū Gabriel. Vitæ aūt Spiritū ſanctū. Hoīs uero, uirtutē altiſſimi. Eccleſiæ aūt locū uirgo oſtendit. Atq; ſic ſecundū diſpenſationē per Mariā gignit apud ipſum homo, quē pater uniuerſorū pergreſſum per uterū, elegit per uerbū ad ſui cognitionē. Vbi uero ueniſſet ipſe ad aquā, deſcendiſſe in ipſum uelut columbā, eum qui ſurſum recurrit, & duodenariū numerū impleuit, in quo eſt ſemē eorū qui cū ipſo ſeminati ſunt, & ſimul deſcenderūt ac ſimul aſcenderūt. Ipſam uero uirtutē quæ deſcendit, ſemen patris eſſe dicit, quod habet in ſeipſo & patrē & filiū, & uirtutē Silētij innominabilem, quæ per hos cognoſcit, & omnia ſæcula. Et hoc eſſe Spiritū, qui loquutus eſt per IESVM, & cōfeſſus eſt ſeipſum filiū hominis, et patrē manifeſtauit: qui deſcendit quidē in IESVM, unitus eſt aūt ipſi. Et deſtruxit quidē mortē, inquit, Saluator ex diſpenſatione, notū aūt fecit patrem CHRISTVM. Eſſe igit IESVM nomen dicit ex hominis diſpenſatione, poſitum uero eſſe in aſſimilationem & formationem deſcenſuri in ipſum

Ieſus nominis numerus.

Chriſti nominis numerus.

hominis,eum qui ipsum capit. habuisse autem ipsum,& hominẽ, & ipsum Verbum, & Patrem,& Inenarrabilem,& Silentium,& ueritatem,& Ecclesiam atq; uitam. Hæc sanè iam super Iu & heu sunt,& omnem tragicam exclamationem ac cõmiserationem excedunt. Quis enim non oderit tantorum mendaciorũ malum compositorem poẽtam? quum Veritatẽ quidem uideat simulachrum à Marco factam,atq; hoc alphabeti literis recens notatã, ad hoc quod ab initio est, heri ac nudiustertius, quod dici solet. Græci confitentur se à Cadmo primum sedecim literas accepisse. Deinde temporibus progredientibus seipsos excogitasse aliquando aspiratas,aliquando duplices. Postremum uero omniũ Palamedem aiunt longas his apposuisse. Priusquam igitur hæc facta sunt à Græcis, Veritas non erat. Corpus enim ipsius secundum te,ô Marce,posterius est Cadmo,& his qui ante ipsum fuerunt. posterius item his qui reliqua elementa apposuerunt. posterius etiam teipso. tu enim solus simulachrũ induxisti,eam quę à te ueritas dicitur. Quis uero feret tuum Silentiũ, quod tanta nugatur, quod innominatum nominat, & inenarrabilem exponit, & imperuestigabilẽ enarrat? Et aperuisse os dicis eum quem incorporeũ & forma carentem dicis, & protulisse uerbũ uelut unum aliquod ex compositis animalibus, uerbumq; ipsius simile existẽs ei qui ipsum emisit, & formam inuisibilis factum, elementorum quidem esse triginta. syllabarũ uero quatuor. Erit igitur secundũ similitudinem uerbi pater omnium,uelut tu dicis, elementorum quidem triginta,syllabarum uero quatuor. Et rursus quis feret te in figuras ac numeros,aliquãdo triginta,aliquando uigintiquatuor,aliquando sex solum,concludentem uniuersorum conditorẽ ac opificem & creatorem Verbum Dei? & concidentem ipsum in syllabas quatuor,elementa uero triginta? & uniuersorũ Dominum qui firmauit cœlos, in octingentorum octuagintaocto numerũ deducentẽ, ita ut similis alphabeto factus sit? Et patrem qui omnia complectitur,a ipse incõprehensibilis est,in quaternarium & octonarium,& denarium ac duodenariũ diuidentem? & per tales multiplicationes id quod inenarrabile et cogitatione incomprehensibile est,uelut tu dicis,in patre exponentem? Et quem incorporeum & essentiam non habentem nominas, eius essentiam ac substantiam ex multis literis,alijs ex alijs nascentibus,fabricas ipse Dædalus mendax & faber malus fiens sublimissimæ uirtutis. Et quem indiuisibilem dicis esse, in mutas & uocales ac semiuocales sonos subdiuidens, & mutum esse de ipso uniuersorum patre ac Intelligẽtia filij ementiens, ad summam blasphemiam & maximam impietatem perduxisti omnes tibi credentes. Quapropter etiam iuste ac congrue, tali tuæ temeritati diuinus senex ac ueritatis præco concinnus acclamauit, sic loquutus: Simulachrorum fictor Marce,& monstrorum spectator, astrologicę ac magicæ artis experte, per quas erroris dogmata corroboras, signa ostendens his qui à te seducuntur, uirtutis eius quæ defecit aggressiones, quas tibi pater tuus satanas suppeditat, ut per uirtutem Azazel operationes facias, habens te præcursorem maliciæ quæ est contra Deum. Et hæc quidem amator Dei senex. Nos uero reliqua mysteria ipsorum quæ longa sunt, breuibus exequi ac recensere conabimur, & quæ multo tempore delitescunt in apertũ proferre. Sic enim ab omnibus facile coargui poterint. Generationem igitur sæculorum,& errorem ouis,eiusdemq; inuentionẽ,in idem unientes, magis mystice conantur hi prædicare, qui omnia ad numeros deducunt, & ex unitate ac dualitate uniuersa constare asserunt,& ab unitate usq; ad quatuor numerantes, sic denarium generant. Vnum enim, & duo & tria ac quatuor composita in idem, decem sæculorum numerum pepererunt. Rursus dualitas à seipsa progressa usq; ad senarium, uerbi gratia, duo & quatuor & sex, duodenarium produxit. Et rursus à dualitate similiter numerantibus nobis usque ad denarium, tricenarius productus est, in quo sunt octo, & decem,& duodecim. Duodenarium igitur affectionem appellant, propterea quod Senarius ipsum conseruauit, eo quod Senarius ipsum sit insequutus. Et ob id circa duodenarium numerum errore cõtingente, ouem præ lasciuia profugam errasse.

Heri ac nudiustertius, prouerbium.

Literarũ Græcarum inuentionis ratio.

Numeris scripturam constare.

erraſſe. Nam defectionē à duodenario factam eſſe dicunt. Eodem modo etiam à duodenario unam uirtutem diſceſſiſſe ac periſſe uaticinantur. Et hanc eſſe mulierem quę perdidit drachmam, & accendit lucernam, & inuenit ipſam. Sic igitur etiam numeros relictos, in drachma quidem nouem, & oue uero undecim, ubi mutuò interſe implicantur, numerum nonagintanouem parere. Nam nouies undecim, & uiciſſim undecies nouem, nonagintanouem ſunt. Quapropter etiam uocem ἀμὴν, id eſt Amen, hunc numerū habere dicunt. Non cunctabor aūt tibi etiā aliter ipſos exponentes declarare, ut undiquaq; fructum ipſorum cōſideres. Literam enim κ̄, ſi inter ipſas literas ſenarij nota ϛ̄ cōnumeretur, octonarium eſſe uolunt, quum à prima octauo poſita ſit loco. Deinde rurſus citra ſenarij notam ipſorum elementorum numerum ſupputantes, & cōponentes uſq; ad ν̄, Tricenarium producunt. Auſpicatus enim ab α̅, & deſinens in ν̄, ita ut ex numero elementorum ſenarij notam ϛ̄ eximas, & incrementum literarum componas, inuenies tricenarium numerū. Nam uſq; ad elementum τ̄ quindecim fiunt: deinde appoſitus ipſis ſeptenarius numerus, uigintiduo efficit. ubi autem his acceſſit κ̄, hoc eſt octonarius, admirandum illum tricenarium implet. Et hinc demonſtrant, octonarium matrem eſſe triginta ſæculorum. Quādoquidem igitur ex triginta uirtutibus unitus eſt tricenarius numerus, & ter ipſe repetitus, nonaginta fecit: ter enim triginta, nonaginta ſunt: ſed & ipſe ternarius in ſeipſum cōpoſitus, nouem genuit: Hoc modo ſanè octonarius nonarium apud ipſos numerum peperit. Et quandoquidem duodecimum ſæculum, facta defectione ſuperna, undecim reliquit, conuenientem figuram literarum figuræ λόγου, id eſt uerbi poſitam eſſe dicunt. Vndecimum enim inter literas poſitum eſt ipſum lambda, quod eſt numerus tricenarius: & ad imaginem poſitā eſſe ſupernæ diſpoſitionis. Nam ab α̅ citra ſenarij notam, numerus ipſarum literarum uſq; ad λ̄ compoſitus, iuxta incrementum literarum unà cum λ̄, nonagintanouem numerū facit. Quod autem λ̄, quæ undecima in ordine litera eſt, ad ſui ſimilis inquiſitionem deſcendit, ut duodecimū numerum expleret, & inuento ipſo impletus ſit, manifeſtum eſſe dicūt ex ipſa elementi figura, ex duobus μ̄ compoſita. Duo enim μ̄ ipſum μ̄ conſtituunt. Quapropter etiam fugiſſe ipſum per cognitionē, eam quæ nonagintanouem erat regionem, hoc eſt reliquias & defectum, figuram ſiniſtræ manus: perſequutum autem eſſe unum, quod nonagintanouem appoſitū, in dextram ſuam manum tranſtulit. Tu quidem ô chariſſime, ubi hęc legeris, ſatis ſcio, ride bis multum, talem ipſorum ſapientem ſe putantem ſtultitiam. Digni uero ſunt luctu, qui tantam pietatem, & magnitudinē ueritatis inenarrabilis uirtutis, & tantas diſpenſationes Dei, per alpha & beta, & per numeros, adeò frigide ac uiolenter diſtrahunt. Qui uero ab Eccleſia diſcedunt, & anilibus hiſce fabulis credunt, reuera per ſe condemnati ſunt. quos Paulus iubet nos poſt unam atq; alterā admonitionē deuitare. Ioannes autem CHRISTI diſcipulus auxit ipſorum condemnationē, ne ſalutem quidem à nobis dici ipſis uolens: Qui enim ipſis (inquit) ſalutem dicit, particeps fit operū ipſorum malorum. Et meritò, Nō eſt enim ſalus impijs, dicit Dominus. Impij uero ſuper omnem impietatē hi ſunt, qui creatorem cœli & terræ ſolum Deum omnipotentē, ſuper quem alius Deus nō eſt, ex defectu, qui etiam ipſe ex alio defectu natus eſt, productum eſſe dicunt: ut ſecundum ipſos ſit ipſe emiſſio tertij defectus. Qua ſententia uerè exploſa ac reprobata, oportet nos procul ac longe ab ipſis fugere: & quanto plus affirmant, ac gaudent ſuis inuentis, tanto magis ſcire amplius ipſos à prauorum ſpirituum octonario agitari. Quemadmodū enim qui in phrenitidem affectionem ſunt illapſi, quāto plus rident & ualere ſe putāt, & omnia uelut ſani faciunt, quædā uero etiam ſuprà quàm qui ſani ſunt, tanto magis male habent. Similiter & hi quanto magis excellenter ſapere ſibi uidentur, & ſeipſos eneruant ſupra uires iaculantes, tanto magis non ſapiunt. Egreſſus enim immundus ignorātiæ ſpiritus, deinde uacantes ipſos non Deo, ſed mundanis queſtionib. reperiens, aſſumptis alijs ſeptē improbioribus ſeipſo,

Amen uocis numerus.

Literæ κ̄ poſitus ratio.

Literarum mira expenſio.

ubi

ubi mentem ipſorum emolliuit, uelut qui poſſint ea quę ſuper Deum ſunt intelligere, & idoneos ipſos ad errorem fecit, octonarium ignorantiæ prauorũ ſpirituum in ipſos immiſit. Volo autẽ tibi etiam referre, quomodo ipſam creationẽ ſecundum imaginem inuiſibilium, ab opifice uelut ignorante eo, per matrem factam eſſe dicunt. Primũ qui dem quatuor elementa dicunt (ignem, aquam, terrã, aërem) ad imaginem producta eſſe ſuperni primi quaternarij, itemq; actiones ipſorum cõnumeratas, hoc eſt calidum & frigidum, ſiccumq; ac humidum, exacte exprimere imaginẽ octonarij. Conſequen ter decem uirtutes ſic enumerant. Septem quidẽ corpora circularia, quæ etiam cœlos uocant: deinde circulũ ipſa cõtinentem ac ambientẽ, quem etiam octauum cœlum no minant. & ad hæc Solem & Lunam. Hæc quum ſint decem numero, imagines eſſe di cunt inuiſibilis denarij, qui à uerbo & uita prodijt. Duodenarium uero ſignificari per zodiacum appellatũ circulum. Duodecim enim animalia manifeſtiſſime duodenariũ hominis & Eccleſiæ filiam adumbrare dicunt. Et quoniã è contrario cõiugatus eſt (in quiunt) ad uniuerſorum lationem uelociſſimã exiſtentem ipſe Saturnus, qui ſuo cor pore grauat, & uiciſſim ponderat illorum uelocitatẽ ſua tarditate, ut ipſe in triginta an nis circuitum à ſigno in ſignum faciat: imaginẽ ipſum dicunt Termini, qui matrẽ ipſo rum triginta nomina habentẽ ambit. Et Lunam rurſus ſuum cœlum circũeuntem in triginta diebus, per dies numerum triginta ſæculorum ſignificare uolunt. Sed & So lem in duodecim menſibus circumeuntẽ, & circularẽ ſuam reſtitutionem abſoluentẽ, per duodecim menſes duodenarium manifeſtum facere. At uero dies duodecim hora rum menſurã habentes, lucidi duodenarij figuram eſſe. Quin & horam duodecimã diei partem, ex triginta partibus adornatã eſſe dicunt, propter imaginem Tricenarij. Sed & ipſius zodiaci circuli menſurã in ambitu eſſe partium trecentarum ſexaginta. unumquodq; enim animal partes habere triginta. Sic autẽ & per circulum, imaginẽ coniunctionis duodecim ad triginta conſeruatã eſſe dicunt. Inſuper & terrã in duode cim regiones diuiſam eſſe dicentes, & in unaquaq; regione uirtutẽ ex cœlis iuxta per pendiculum ſuſcipientẽ, & ſimiles liberos ei quæ defluxionẽ demiſit uirtuti parientẽ, figuram eſſe duodenarij & liberorũ eius, manifeſtiſſime affirmant. Ad hæc inquiunt, quum uoluiſſet opifex ſuperni octonarij infinitatẽ & æternitatẽ, neq; terminum, neq; tempus habentẽ imitari, & non potuiſſet durabilitatem ipſius ac ſempiternitatẽ expri mere, propterea quòd fructus ſit defectus: in tempora & ſpacia, multorũq; annorum numeros, æternitatem ipſius depoſuiſſe, ut qui putabat in temporum multitudine in finitatem eius ſe imitari. Atq; hic dicunt, quum effugiſſet ipſum ueritas, inſequutũ eſſe mẽdacium, & propterea deſtructionẽ accepturum eſſe ipſius opus temporibus com pletis. Et de creatione quidem talia dicẽtes, unuſquiſq; ipſorum quotidie prout poteſt, recentius quid excogitat ac gignit. Perfectus enim nemo eſt, qui nõ magna mendacia apud ipſos producit. Cæterum quæ ex propheticis transformant, ea neceſſarium eſt indicare, & ipſos confutare. Moſes enim (inquiunt) incipiens opus creationis, ſtatim in principio tractationis matrem uniuerſorũ oſtendit, dum ait: In principio fecit Deus cœlum & terram. Quatuor igitur hæc nominans, principium, Deum, cœlum & ter ram: quaternarium ipſorum, uelut ipſi dicunt, expreſſit. Et inuiſibilẽ ipſius ac occulta tum (inquiunt) indicaſſe, dum dixit: Terra autẽ erat inuiſibilis & inornata. Secundũ uero quaternarium primi quaternarij progeniẽ, ſic ipſum dixiſſe uolũt, dum abyſſum nominat & tenebras, & in ipſis aquã, & Spiritum qui ſuper aquas fertur. Poſtea uero denarij ipſum mentionẽ facere, ac clarè dicere, & diem & noctem, firmamentumq; ac ueſperam, & quod uocatur mane, aridamq; ac mare, inſuperq; herbã, ac fructum, & de cimo loco lignũ. Atq; ſic per decẽ nomina decẽ ſęcula indicaſſe. Duodenarij autẽ uim ſic apud eum imagine expreſſam eſſe. Solẽ enim dicere & Lunã, et ſtellas, & tempora, & annos, et cete, & piſces, & reptilia, & uolatilia, & quadrupeda, & feras beſtias, & po ſtea duodecimũ hominem. Atq; ſic à Spiritu tricenariũ per Moſen dictum eſſe docẽt.

Creationis rerum ſtolida ratio.

Zodiaci circuli ratio.

Scriptura falſo detorta.

Sed

Sed & formatũ hominẽ ſecundũ imaginem ſupernæ uirtutis, habere in ſeipſo ab uno fonte uirtutẽ, conſtitutam aũt eſſe hanc in cerebro, à qua defluere uirtutes quatuor ad imaginẽ ſuperni quaternariĩ uocatas, uiſum, auditũ, olfactũ, & quartã guſtum. Octonarium uero ſignificari dicunt per hominẽ ſic, ut qui aures duas habeat, & oculos totidem, inſuperq; olfactus foramina duo, & duplicẽ guſtum amari ac dulcis. Totum autem hominẽ totam Tricenariĩ imaginẽ ſic habere docent. In manibus quidem per digitos denariũ geſtare, in toto uero corpore in duodecim membra diuiſo duodenariũ. Diuidunt autẽ ipſum, quemadmodũ ueritatis corpus apud ipſos diuiſum eſt, de quo antea diximus. Octonariũ igiẽ qui inuiſibilis & inenarrabilis eſt, in uiſceribus abſconditum intelligi. Solem porrò rurſus, magnũ illud luminare, in quarta die factum eſſe, propter quaternariĩ numerũ dicunt. Tentoriĩ item ſiue tabernaculi à Moſe cõſtructi atria, ex byſſo, & hyacintho, purpuraq; ac coccino facta, eãdem apud ipſos imaginem oſtenderunt. Veſtẽ quoq; ſacerdotis talarem quatuor ordinibus lapidũ precioſorum ornatam, quaternariũ ſignificare decernunt. Et ſi qua alia huiuſmodi in ſcripturis habentur, quæ ad quaternariũ numerum trahi poſſunt, propter ſuum quaternariũ facta eſſe dicunt. Octonariũ uero rurſus oſtendi ſic. In octaua die hominẽ formatum eſſe dicunt. Aliquando enim in ſexta ipſum factũ eſſe uolunt, aliquando uero in octaua. Niſi fortaſſis terreũ quidem in ſexta die formatũ eſſe dicunt, carnalem uero in octaua. Diſtincta enim ſunt hæc apud ipſos. Aliqui uero alium eſſe uolunt ſecundũ imaginem et ſimilitudinẽ factum maſculũ ac fœminam hominẽ, & hunc eſſe ſpiritualem. Aliũ item qui formatus eſt ex terra. Sed & arcæ myſteriũ in diluuio, in qua octo homines ſeruati ſunt, manifeſtiſſimè ſalutarẽ octonarium ſignificare aiunt. Eundem ſignificare etiam ipſum Dauidem, qui octauus eſt natiuitate inter fratres ſuos. Inſuper & circũciſionem octauo die fientem, circũciſionem ſuperni octonariĩ declarare. Et in ſumma, quæcũq; inueniuntur in Scripturis quę ad octonariũ numerum trahi poſſunt, ea octonariĩ myſterium explere dicunt. Quin & Denarium ſignificari per decem gentes dicunt, quas Deus promiſit ſe Abraã in poſſeſſionem daturũ eſſe. Sed & myſterium circa Saram, quod poſt decẽ annos dat ipſi ſuam ancillã Agar, ut ex ipſa liberos ſuſcipiat, eundẽ ſignificare. Seruus item Abraam miſſus ad Rebeccã, et iuxta puteum largitus ipſi armillas aureas decẽ: & fratres ipſius detinentes ipſam ad decem dies, idem apud ipſos ſignificant. Inſuperq; Roboam qui decẽ ſceptra accepit, & decem tabernaculi atria, & columnæ decem cubitorũ, & decem filiĩ Iacob ad mercaturã frumenti primùm in Ægyptũ miſſi, & decem Apoſtoli quibus manifeſtatur poſt reſurrectionẽ Dominus, Thoma non præſente, inuiſibilẽ denariũ ex ipſorũ ſententia exprimebant. At uero Duodenariũ, circa quẽ myſteriũ afflictionis ipſius defectus factum eſſe uolũt, & ex qua afflictione uiſibilia omnia conſtructa eſſe aſſerunt, clarè & manifeſte ubiq; poſitũ eſſe dicunt. Velut duodecim filios Iacob, ex quibus etiã duodecim tribus. Et poculũ uarium duodecim lapillos habẽs. & duodecim tintinabula, et duodecim lapides à Moſe ſub monte poſitos. Similiter etiã eos qui à IESV in flumine poſiti ſunt, & alios qui ultra flumen. Et eos qui geſtant arcã Teſtamẽti. Et eos qui ab Helia poſiti ſunt in exuſtione uituli. Sed & numerũ Apoſtolorum. Et in ſumma, omnia quæ duodenariũ numerũ ſeruant, ipſorũ duodenarium delineare dicunt. Cæterũ horum omniũ unitionem, quæ Tricenarius appellat, per arcam Noë altitudinis triginta cubitorũ, & per Samuelẽ qui fugit ipſum Saul inter triginta uocatos primũ, & per Dauidẽ quando per triginta dies latebat in agro. & per eos qui ingreſſi ſunt cum ipſo in ſpeluncam. & quod longitudo ſancti tabernaculi fuit triginta cubitorũ. et ſi qua alia eiuſdem numeri reperiunt, Tricenariũ ſuũ per talia oſtendi contendunt. Porrò neceſſariũ arbitratus ſum, apponere his etiã ea quę de primo patre ſuo, qui incognitus erat omnibus ante aduentũ CHRISTI, ex ſcripturis eligẽtes perſuadere conant, quo oſtendãt Dñm noſtrũ aliũ prędicare patrẽ, præter

Hominis formatio ſtolide expenſa.

præter uniuersi creatorem: quem uelut antea diximus, impiè blasphemi defectus fructum esse dicunt. Itaq; prophetam Esaiam ubi dixit, Israël autem me non cognouit, & populus me non intellexit: inuisibilis illius Profundi ignorantiam dixisse accommodant. & per Oseam dictum, Nō est in ipsis ueritas, neq; agnitio Dei: in idem tendere cogunt. Et hoc, Non est qui intelligat ac requirat Deum, omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt: de Profundi ignorantia ponunt. Sed & hoc quod à Mose dictū est, Nemo uidebit Deum, & uiuet: ad illum referri credunt. Creatorem enim à prophetis uisum esse mentientes dicunt. hoc uero, Nemo uidebit Deum, & uiuet: de inuisibili & omnibus ignota magnitudine dictum esse uolūt. Et quod quidem de inuisibili patre ac creatore uniuersorum dictum est, Nemo uidebit Deum: omnibus nobis manifestum est. Quod uero non de Profundo ab ipsis excogitato, sed de opifice, qui & ipse est inuisibilis Deus, ostendetur in sermonis progressu. Sed & Danielem idem hoc significare dicunt, in eo quod interrogat angelum interpretationes parabolarum, uelut non sciens, sed & Angelum abscondentē ab ipso magnum mysterium ipsius Profundi, dicere ipsi, Fuge Daniel, hi enim sermones obturati sunt, donec intelligentes intelligant, & albi inalbentur. & seipsos esse albos ac bene intelligentes gloriantur. Supra hæc uero immensam multitudinem apocryphorum et spuriarum scripturarum, quas ipsi finxerunt, ad stuporem stolidorum afferunt, & ut admirentur hi qui ueritatis literas non nouerunt. Assumunt autem ad hoc etiam illam uersutiam. Quod quum puer esset Dominus, & literas disceret, præceptorq; ad ipsum, uelut moris est, dixisset, Dic alpha: respondisse ipsum alpha. & quum rursus beta præceptor dicere iussisset, respondisse Dominum, Tu dic mihi prius quid est alpha, & tunc dicam tibi quid est beta. Et hoc exponūt, uelut ipse solus quod incognitum est norit, quod ipsum in figura ipsius Alpha manifestauit. Quædam uero etiam ex Euangelijs in hunc characterem accommodant. uelut responsionem ad matrem suam quum duodecim annorum esset, Nescitis quod in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? quem nō nouerant (inquiunt) Patrem ipsis denunciabat. Et propterea misisse discipulos ad duodecim tribus prædicantes ipsis ignotū Deum. Et ad eum qui dixit ipsi, Magister bone: eum qui uere bonus est Deus, ipsum cōfessum esse dum dixit, Quid me dicis bonum? unus est bonus, Pater qui in cœlis est. Cœlos autem nunc sæcula dicta esse asserunt. Et per hoc quod non respondit his qui dixerunt ad ipsum, In qua uirtute hæc facis: sed contraria interrogatione ipsos consternauit, inenarrabilem uirtutem patris ipsum demonstrasse, in hoc quod non dixerit, exponunt. Sed & in hoc quod dixit, Sæpe concupiui audire unum ex sermonibus istis, & non habui qui diceret: ostendisse dicunt per unum, reuera unum deum, quem non nouerint. Insuper in eo quod appropinquauit urbi Hierosolymis, & fleuit super ipsam, ac dixit, Si nouisses et tu hodie quę ad pacem pertinent, uerum abscondita sunt à te: per uerbum abscondita sunt, Absconditum profundum ipsum indicasse uolūt. Et rursus quum dixit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos, & discite à me: ueritatis patrem ipsis promisisse dicunt. Quod enim non nouerant, hoc ipsis promittebat. Demonstrationem autem supremam, & uelut coronidem sui propositi, hæc afferunt. Gratias ago tibi pater Domine cœli & terræ, quod abscondisti hæc à sapientibus, ac prudentibus, & reuelasti ea paruulis, certe pater sic fuit bona uoluntas apud te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo, & nemo nouit filium nisi pater, neq; patrem quisquā nouit nisi filius, & cuicunq; filius reuelauerit. In his palàm aiunt ipsum ostendisse, quod patrem ueritatis ab ipsis excogitatum, nemo nouit ante aduentum ipsius: & asserere uolunt, quod creator & conditor semper ab omnibus cognitus sit. Atq; hæc Dominum dixisse de ignoto omnibus patre, quem ipsi prædicant. At redemptionis ipsorum traditionem, inuisibilem & incomprehensibilem esse contigit, ut quæ inuisibiliū ac incomprehensibiliū ma-

Redemptio mater inuisibilium,

ter sit.

ter sit. Et propterea quod instabilis est, non simpliciter, neq; una ratione, proferri potest, eo quod unusquisq; ipsorum uelut ipsi uolunt de ea tradant. Quotquot enim sunt huius opinionis mystæ, tot etiam redemptiones. Et quod quidem in abnegationem baptismatis regenerationis in Deum, & totius fidei destructionem, immissa est hæc species à Satana, in cõuenienti loco redarguentes ipsos referemus. Dicunt autem ipsam necessariam esse his qui perfectam cognitionem acceperunt, ut in uirtutem quę super omnia est, sint regenerati. Aliter enim impossibile est intra cõplementum ingredi. Nam hæc est quæ in profunditatẽ ipsos deducit. Baptisma enim apparentis IESV, esse remissionis peccatorum. Redemptionem autem CHRISTI, qui in ipso descendit ad perfectionem. Et illud quidem animale, hanc uero spiritualem esse promittunt. Et baptisma quidem prædicatum esse à Ioanne ad pœnitentiam, Redemptionem autem à IESV inuectam esse ad perfectionem. Et hoc esse de quo dicit, Et aliud baptisma habeo baptizari, & ualde festino ad ipsum. Sed & filijs Zebedæi, matre ipsorum rogante, ut locaret ipsos è dextris ac sinistris in regno, hanc redemptionem proposuisse Dominũ dicũt, dum dixit: Potestis baptismate baptizari, quo ego baptizabor? Et Paulũ apertè asserunt redemptionẽ in CHRISTO IESV sæpe indicasse, et esse hanc quæ uarie ab ipsis & incõsonanter traditur. Aliqui enim ipsorum thalamum nuptialem adparant, & sacrorum initiationem perficiunt cum uocum admurmurationibus super his qui sacrãtur. Et spirituales nuptias esse dicunt id quod ab ipsis iuxta similitudinem superiarum coniugationum. Alij uero ducunt ad aquã, et baptizantes ita dicunt: In nomen ignoti patris uniuersorum, in Veritatem matrem omnium, in eum qui descẽdit IESVM, in unitionem & redemptionem ac societatem uirturum. Alij uero Hebraica quædam nomina adijciunt, quo magis admirationi sint his qui initiãtur, hoc modo: Basema, Chamosse, Baæanocra, mistadia, ruada, custa, babophor, calachthi. Horum interpretatio hęc est, Super omnem uirtutem patris inuoco id quod nominatur Lux, & Spiritus bonus, & Vita, quia in corpore regnasti. Alij rursus redemptionem adijciunt his uerbis. Nomen absconditũ ab omni deitate & dominatione ac ueritate, quod induit IESVS Nazarenus in uita Lucis CHRISTI, CHRISTI uiuẽtis per Spiritum sanctum in redemptionem angelicam, Nomen restitutionis, Messia, Vphareg, Namempsæman, Chaldæan, Mosomedaëa, Acphranæ, Pseuua, IESV Nazaria. Et horum interpretatio hæc est. CHRISTI non diuido spiritum, cor, & supercœlestem uirtutem misericordem. Vtinã fruar nomine tuo Saluator ueritatis. Et hæc quidem Verba dicunt hi qui initiant. Qui uero initiatus est, respõdet, Firmatus sum et redemptus, & redimo animam meam à sæculo hoc, & omnibus qui cum ipso sunt, in nomine Iao, qui redemit animam suam in redemptionem in CHRISTO uiuente. Deinde acclamant omnes præsentes: Pax omnibus super quos nomen hoc requiescit. Deinde inunguntinitiatum succo balsami. Hoc enim ungentum figuram fragrantiæ super uniuersa esse dicunt. Quidam uero ipsorum ad aquam ducere superfluum arbitrantur, uerum oleum & aquam simul permixta, unà cum additione similium uelut diximus uerborum, in caput eorum qui initiãtur, fundunt: & hoc redemptionem esse uolunt. Vnguntautem ipsi balsamo. Alij uero hæc omnia auersantes dicunt, nõ oportere inenarrabilis ac inuisibilis uirtutis mysterium, per uisibiles ac corruptibiles creaturas perfici, & eorum quæ mente concipi non possunt, & incorporalia sunt, per sensibilia ac corporalia. Esse autem perfectã redemptionem, ipsam cognitionem inenarrabilis magnitudinis. Quum enim defectus & afflictio facta sint præ ignorantia, per cognitionem dissolui omnem ex ignorantia cõstitutionem: ut sit cognitio, liberatio ac redemptio interni hominis, & neq; corporalis sit, corruptibile enim est corpus: neq; animalis, nam & anima ex defectu est, & est uelut habitaculũ patris. Spiritualem igitur oportet etiam redemptionem esse: redimi enim per cognitionem internum hominem spiritalem, &

Baptismi forma Marci & sodalium eius.

contentos ipſos eſſe uniuerſorum cognitione. atq; hanc eſſe redemptionem ueram.

Hactenus Irenæus. Hanc uniuerſam & exactam perſcrutationem beatus ſenex Irenæus fecit, iuxta ordinis ſeriem omnem exponens adulteratam ipſorum doctrinam. Quapropter ſanè uelut etiam antea à nobis indicatum eſt, his quæ ab ipſo elaborata ſunt contenti, omnia ad uerbū, uelut apud ipſum habentur, appoſuimus. Subuertentur enim ex ipſis quæ à ſancto uiro, aduerſus ipſorum improbitatèm dicta ſunt. Nos enim credimus, ſicut penitus ueritas apparet, & recta cogitatio ſuggerit, & ueluti pietatis regulæ conſentaneum eſt, legiq; ac prophetis, et ab origine iuxta ſucceſſionem patriarchis, ipſiusq; Saluatoris noſtri doctrinæ, quū etiam Apoſtoli ipſius manifeſte doceant, unum confiteri Deum patrem omnipotentem uniuerſorum, & Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM, & ſanctum eius Spiritum, unam ſanctam Trinitatem increatam, ita ut alia omnia ex nihilo facta ſint, poſt Patrem & Filium & Spiritum ſanctum. Quum autem hoc ab omnibus prædictis ſanctis prophetis & Euangeliſtis atq; Apoſtolis clarè creditum ſit, & ijdem hoc ipſum manifeſte confeſſi ſint, non utiq; potuerit aliqua fraudulenta uerſutia obſiſtere aduerſus radiū ueritatis, uelut à nobis iam ſæpe diffuſe in tractatione aduerſus ſingulas hæreſes dictum eſt. ut undiquaq; deprehendatur etiam hic mortifer circulator, ſimiliter ut prædicti, qui oſtentationis & nimiæ curioſitatis gratia, magna hæc mala cōſuit ac excogitauit. Verum præterita etiam huius improbitate, & his qui ab ipſo Marcoſij appellantur, ad conſequentes ô chariſſimi feſtinemus, ipſarum radices rurſus perſcrutantes, & fructuum ipſarum amaritudinem abolentes, cuerſionēq; ac omnia quæ contra ipſos ſunt, oſtendentes, non ad detrimentum legentium, ſed ad auertendū eos, ut nullam ex prædictis ſectis aut poſterioribus accedant: ſed cognitis his quæ apud ipſos ſcripta ſunt, & auditis his quæ decātantur, condemnatoq; uniuſcuiuſq; ipſorum errore, ac ſerpentina improbitate, fugiant, & uelut dixi, ne accedant. Qui rerum hiſtorias ſcripſerunt, Dipſadem tradunt quendā ſerpentem talem ueneni perniciem inducere. Etenim in locis quibuſdam, ubi fontes ſunt in petris, aut uenæ, ſiue riuuli parui aquarum, quæ à petris fundūtur in receptaculum aliquod, ipſa dipſas aquam reperiens ac bibens, poſtquam bibit uenenum immittit in prædictas aquarum ſtationes, ut omne animal quod acceſſit, & potu ſe ſatiauit, uideatur quidem ſibi utilitatem percepiſſe ex participatione aquæ: ſtatim uero circa aquarū receptaculū, ex ueneno dipſadis ſuſcepto cadat ac moriatur. Quin & ſi aliquē percuſſerit eadem dipſas, affectio doloris ex ueneno ipſius uehemētiori ui uſtoria prædito, ad ſitim & appetentiam potus urget, ſemper ad bibendum acingerendum potū irritans. At percuſſus putat ſe aliquid utilitatis accipere ad perniciem, quoties in lethali hoc dolore potum ſumit. Verum in ipſo potu expleto uentre, et non amplius ſuſcipiente, poſtea unà cum potu animā emittit. Sic etiam hic per poculum mortem operatur, ac propinat ab ipſo ſeductis. A' quo ueneno per uirtutē Dei liberati, ad cōſequentes eamus.

Fidei confeſſio.

Dipſadis natura.

Contra Colorbaſios, ſectam XXXV.

Colorbaſus.

Poſt hos ſequitur Colorbaſus, qui de prædicti Marci pręſtigijs collectionem fecit. imò etiam à Ptolemæi radice inſtar ſpinoſi aculei exortus eſt, & alia rurſus præter hos, quibus uelut aculeis mundum uexaret, excogitauit: nimirum maiorem imaginationem uelut ex ſupernis ueniens commentus. Et primum quidem quando cum Marco in eadem opinione degebat, ſecta ipſorum inſtar bicipitis ſerpentis erat: poſtea uero uelut caput à corpore reptilis reſectū, et adhuc ſpirans, multos deleuit, & iniuria affecit, uelut maius quid & compertius præter ſocios ſuos et priores docens. Dicit enim primū octonariū, non iuxta conſequentiā alio ab alio ſęculo emiſſo, productū eſſe: ſed ſimul ac ſemel ſex ſæculorum emiſſionem à primo patre & Intelligentia generatam eſſe ac productam, uelut ipſe obſtetricatus affirmat. Et non ex Verbo & uita, hominem & Eccleſiam: aut uelut alij uolunt, ex homine & Eccleſia, Verbum & uitā genita eſſe; ipſe ac

ipſe acſodales ipſius dicunt, ſed alio modo hoc tradũt. Nempe id quod cogitauit producere primus Pater, hoc Pater uocatum eſt. quoniã autem quod produxit, Veritas erat, hoc Veritas appellatum eſt. Quãdo igitur oſtendere uoluit hoc ipſum, homo dictum eſt. Quãdo uero produxit quos prædelegit, hoc Eccleſia nominatum eſt. Et homo Verbum produxit, hic eſt primogenitus filius. conſequitur aũt ad uerbum etiam Vita, & ſic primus octonarius completus eſt. Multa uero contentio eſt apud ipſos etiam de Saluatore. Quidam enim ex omnibus ipſum factum eſſe dicunt, & ideo bene complacentem uocari, quoniam uniuerſo complemento bene complacuit. Alij uero à ſolis decem ſæculis, à uerbo acuita emiſſis, ipſum productũ eſſe uolunt, progenitorum nomina conſeruantem. Alij ex duodecim ſæculis ab homine & Eccleſia genitis, productum aiunt, et ob id filium hominis ipſum ſe confiteri, uelut ex homine natum. Alij à CHRISTO et ſancto Spiritu, in fulcimentum complementi, genitum ipſum dicunt. Et propterea CHRISTVM dici ipſum, patris à quo editus eſt, appellationẽ conſeruantem. Alij uero quidam ex ipſis nugatores, primum patrem uniuerſorum, & primum principium, & primum incõprehenſibile, hominem uocari dicunt, atq; hoc eſſe magnum ac abſconditum myſterium, quod Virtus quæ ſuper uniuerſa eſt, & omnia complectitur, homo uocatur. Et propterea filium hominis Saluatorem ſeipſum dicere. Hæc eſt Colorbaſi inanis & imaginaria per ſtrepitus uocum uanitas. quam ſi quis conſideraverit, erit ex prioribus uelut ambitioſa quædam iactantia uniuſcuiuſq; illorum opinionis. Vnuſquiſq; enim uana gloria captus, & ſibijpſi congregationem in ſe quentem ipſum colligere cupidus, quæ in mentem uenerunt, cõmentus eſt, neq; ſecundum prophetiam loquens: non enim Spiritus ſanctus in ipſis loquutus eſt, neq; ex prophetarum ac Euangeliſtarũ ueritate uel unicam occaſionem adeptus. Subuerſio uero huius falſi nominis ſcientiæ, eſt idẽ ueritatis qui contra primos dictus eſt ſermo. Quũ enim ex Valentini & priorum ipſo ſchola hi omnes ſint, & opinionẽ illorum alius aliter exponat, æqualem cum ipſis turpitudinem ac confuſionẽ ſubire debent. Magnam enim nobis inanium uerborum impoſturã etiam hic Colorbaſus induxit. propoſuit enim nobis nomen hominis, de incõprehenſibili & inuiſibili ac ſancto deo patre uniuerſorum conflictum, ut ſuo errore coniungat Saluatoris ſermonẽ, ſeipſum filium hominis dicentis. & abducat mentem eorum qui ipſi attendunt à uera & euidentiſſima CHRISTI de ſeipſo confeſſione, ad difficultatem & uocum inanitatem, ita ut quærendum putent in cœleſtibus eſſe quod non eſt. Demus enim ipſum, eo quod pater eius homo uocatur, filium hominis ſeipſum nominare, & non à carne quam de uirgineo utero accepit, hoc eſt à Maria ſancta, genitus per Spiritũ ſanctum: id quod miſerille Colorbaſus dicit. Quid nã dixerit de eo quod ipſe Dominus noſter IESVS CHRISTVS ad Iudæos dixit: Nunc autem quæritis me occidere hominem qui ueritatẽ uobis dixi, quam audiui à patre meo. Et non hic amplius dixit, ab homine patre meo, ſed de patre quidem confitens, Deum ipſum uniuerſorũ ſignificauit. De ſe ipſo uero quia homo factus fuit, in ueritate hominẽ ſeipſum dixit, uelut etiam Apoſtoli dicunt, ut ueritas undiquaq; confirmetur, & cognoſcatur unde ſunt Domino nomina attributa: IESVM uirum approbatũ erga nos ſignis ac miraculis, &c. Quid itaq; ad hæc dixeris ô omnium hominũ miſerrime? Quando quidẽ ex ſupernis uenis afferens nobis nouas nomenclaturas, & iactas te ob id quod hominis nomen ipſi uniuerſorũ Domino & omnũ patri attribuere auſus es, ut ex hoc uocet Dominus ipſe filius hominis, eo quod pater homo uocatur, inuenias etiã nobis aliam quandã appellationem patri cõuenientem, iuxta hoc quod Dominus uir eſt approbatus. Verum nunquam inuenire poteris. Etſi enim uir homo eſt, & ad diſtinctionem mulieris hominem uirum uocamus, tamen non etiam in hoc aliquid cõminiſci poteris. Nam ſine figuris ac membris, tum occultis, tum uiſibilibus, uir uocari non poteſt. Dicimus enim etiam mulierem hominẽ,

De Saluatore opiniones diuerſæ ac uariæ.

Hominis appellatio.

ſed non uirum: quapropter etiam hic homo, & hæc homo dicimus. Verum diuidentes genus proprie, fœminã quidem mulierem uocamus, maſculũ uero uirum. Hoc enim eſt diſcrimen generis maſculi ac fœminę, nempe Vir & Mulier, generũ habitu diuiſo. æquiuoce aũt homo & uir & mulier uocatur. Hæc itaq; quum ſic habeant, uenite mihi omnes ſerui Dei, uos ueritatis amatores, & deridete impoſtorẽ ac circulatorẽ Colorbaſum. Imò potius lugete deceptos, qui & ſeipſos & multos perdiderunt. Nos autẽ Deo gratias agamus, quod per pauca ac ſimplicia uerba, ueritas filios ſuos ad rectam uiam deducere ſolet, et impia ac faſtuoſa per multam artem fucata diſpergit, euertitq; ac delet placide incedens, uelut clare uidere eſt ex prophetico ſermone. Accuſans enim propheta eos qui horrenda curioſe ſciſcitantur, & nugas ad ſuam ipſorum fraudem ac pernicię excogitant, dixit: Propterea quod nõ uoluiſtis uos aquam Siloam placide procedentẽ, produxit ſuper uos Dominus aquam fluminis, regem Aſſyriorum. Aqua enim Siloam, eſt doctrina eius qui miſſus eſt. Quis autẽ fuerit hic, quàm Dominus noſter IESVS à Deo patre miſſus: placide aũt procedit, eo quod nihil inane, nihil confictũ, ſed in ueritate ſanctam ſuã ſponſam docet, quæ ab ipſo columba, propter innocentiam & manſuetudinẽ ac puriſſimam uitam, in canticis Solomonis appellatur. Et ſanè mirari licet, alias quidem quæ non ſunt ipſius, uerum nomine ipſius ſeipſas appellauerunt, pellices nominauit & reginas, propter regium nomen, quod unaquæq; ſibi ipſi CHRISTVM inſcribens iactat. Cæterum etiamſi octoaginta ſint pellices, quæ ſanè ſunt ipſæ hæreſes, deinde uero puellę quarum nõ eſt numerus, inquit: una eſt columba mea, perfecta mea, hoc eſt ipſa ſancta ſponſa catholica Eccleſia. Columba quidem, uelut dixi, propter manſuetudinẽ innocentiamq; ac uitæ puritatem: perfecta uero, propterea quod perfectam ex Deo accepit gratiam ac ſcientiam ab ipſo Saluatore per Spiritum ſanctum. Ipſe igitur ſponſus, quem interpretamur miſſum, hoc eſt Siloam, aquam habet placide procedentem, hoc eſt doctrinã nullum ſonitum, nullum ſtrepitum facientem, minimeq; fraudulentam ac faſtuoſam. Sponſa autem ipſius etiã ipſa placida columba, neq; uenenum habẽs, neq; loquacitatẽ, neq; aculeos, uelut hi omnes ſerpentiũ forma prædĭti, & uenenum exhalantes, dum unuſquiſq; uenenum mundo præparare conatur, & credentes ipſi inficere. Ex quorum numero etiam hic unus exiſtit, cuius deprehẽdendi per diuinum uerbum ac ſupernum auxilium, mihi hic ſtudiũ fuit, cõterendiq; inſtar phalangĭj tetragnathi appellati, aut confringendi per firmã contentionem, uelut caput ab Amphisbæna bicipiti ſerpente reſectũ. Præterito autẽ hoc, rurſus cõſequentes conſiderabo, & per preces orabo, ut dũ has perſequor, ueritatẽ quidem in ipſis eloquar, neminem uero offendam, & neq; ipſe offendar aut lædar.

Veritatis uis.

Aqua Siloam placidè procedens, quæ ſit.

Phalangiũ tetragnathum. Amphisbæna

Contra Heracleonitas, XXXVI hæreſim.

HEracleon quidã huic Colorbaſo ſucceſſit, à quo Heracleonitæ appellati: nihil minus in uerborũ uanitate exercitatus. Et quæ quidẽ illi dicunt, etiam hic decernit omni modo, utpote ex ipſis originem ducens, et qui ab ipſis uenenũ affricuit. Verum excellentius quædã ſuper illos in ſeipſo expreſſit, & illos excedere conatus eſt, ut etiam ſibĭipſi collectionem ſeductorum faceret. Hi enim omnes in corpus centum capita habens, ſeipſos efformarunt: aut Centimanũ illum aliquando à Græcorum poëtis conſictum imitati ſunt, Cottum uidelicet ſiue Briareũ, quem etiam Egæonem uocant, aut Gypen: aut Argum illũ multis oculis prædĭtũ. Qualiter enim illi in ſuis ſcriptis monſtroſe confingunt, & dicunt habere illum centum manus, et aliquando quinquaginta capita, aliquando centum, hunc uero centum oculos: & ea de cauſa dicunt Mercurĭũ uocari Argiphontẽ, ut qui Argum multis oculis prędĭtũ occidit: ſic etiam horum qui libet cupiens ſibĭipſi principatũ conſtituere, caput nominauit ſeipſum, aliam introducens præter præceptorũ ſuorum uanum laborem ac furioſam doctrinã. Quo uero nõ in multam longitudinẽ præfationis compoſitionem extendam, ad propoſitum deueniam.

Centimanus fabuloſus. Argus cẽtum oculos habẽs.

niam. Hic itaq; Heracleon, & qui ab ipso Heracleonitæ appellati sunt, uelut dixi, similiter ut Marcus & quidam ante ipsum, de octonarijs sentit, de superno inquã, & infermo. Deinde etiam coniugationes triginta ſeculorũ similiter docet. Hominem uero etiã ipse esse dicit supernũ uniuersorũ patrem, quem etiam Profundum appellauit. Vult autem etiam ipse neq; masculũ, neq; fœminã, ipsum dicere. Ex ipso autem esse uniuersorum matrem, quam & Silentium nominat & Veritatem. Ab ipsa uero esse secundã matrem quæ in obliuione genita est, quam & ipse Achamoth uocat. Ex qua de cętero omnia in defectu constituta sunt. Vult aũt plura prædecessoribus suis etiam hic dicere, quæ sunt hæc. Eos qui moriuntur de ipsis, & ad ipsum uitę exitum deuenerunt, accepta à Marco occasione, non amplius uelut ille redimit, sed aliter hic rem tractat, redimens uidelicet ad finem uitæ eos qui ab ipso seducti sunt. Quandoq; enim aliqui ex ipsis, oleum aqua mixtum capiti defuncti immittũt. Alij uero ungentum quod balsami succus dicitur, & aquam: Inuocationem tamen cõmunem habentes, uelut etiam ante ipsum Marcus faciebat, cum quorundam nominũ additamento. Inuocatio autẽ hæc est: Messia, Vphareg, Namempsæman, Chaldæan, Mosomedaëa, Acplirane, Pseua, Iesu Nazaria. Hoc autẽ faciunt, ut hi qui has inuocationes in uitę exitu accipiunt, cum aqua & oleo aut ungento permixtis, incõprehensibiles fiant & inuisibiles supernis principatibus ac potestatibus, ut inuisibiliter transgrediatur internus ipsorum homo: tanquã corpora hęc in creatura relinquantur, anima uero ipsorũ opifici adstet superne in defectu cõstituto, ut & illic maneãt apud ipsum, transcendat aũt (uelut dixi) interior ipsorum homo, animam & corpore interior, quem sanè uolunt dicere ex supernо cõplemento descendisse. Præcipiunt autem his quibus sic illuserunt, Si ueneris (inquiunt) ad principatus & potestates, habe in memoria ut post decessum hinc dicas: Ego filius à patre, patris qui prius erat, filius autem in prę senti, ueni ut uideam omnia aliena & propria, & nõ aliena omnino, sed ipsius Achamoth, quæ est fœmina, & hæc sibijpsi fecit. Deduco autẽ genus ex eo qui prius erat, & uado rursus ad propria unde ueni. Et ubi hæc dixerit, effugere ipsum potestates, uenire autem ad opificem superne circa primum octonarium (uolunt enim etiam ipsi post opificem infrà esse septenariũ, ipsum uero esse in septenario octauum, uerum in defectu & ignorãtia) & è uita egressum dicere his qui sunt circa opificem, Vas sum precio sum magis quàm fœmina quæ fecit uos: Si mater uestra ignorat suam radicem, Ego noui meipsum, & cognosco unde sum. Et inuoco incorruptibilẽ Sapientiã, quæ est in patre: mater uero est matris uestræ, quę patrem nõ habet, imò neq; coniugem masculum. fœmina uero à fœmina edita fecit uos, ignorans etiam matrem suam, & putans seipsam esse solam. Ego autem inuoco ipsius matrem. Hæc ubi audierint qui sunt circa opificem, ipsos ualde turbari, & reprehendere radicem suam & genus matris. Hunc uero abire in propria, abiecto uinculo suo, & angelo, hoc est anima. Putant enim post corpus & animam, esse & aliud quid in homine. Et de redẽptione quidem hæc sunt quæ ad nos deuenerunt. Cæterũ prudentes audita ampliori ipsorũ nugacitate, deriserint utiq; stolidam imitationis rationem, quomodo unusquisque ipsorũ alia ab alio fancit prout uult, & ab audacia sua non desistit, sed quæcunq; potest quisq; excogitat. Et quum usq; in hunc gignantur apud ipsos ac subnascantur, qui quotidie inueniunt quid noui quod dicant, & illectos seducant, difficile est omnia ipsorum studia inquirere aut tradere. Vnde cõtentus ero rursus & de hac secta relatis, quæ ad nos peruenerunt. Talis autem doctrina cui non manifesta fuerit quod fabula est ac nugacitas tota tractatio? Vnde enim ô bone tu, aut qui ante te fuerunt, corpus accepistis? Animam item unde? & intimum hominem unde? Et si quidem ex supernis à superno spirituali, uelut fabulã fingens dicis, & promissione spei eos qui à te seducti sunt, elatos facis, ut scopo quodã elati, per præstigiosum fabulamentum tuum distrahantur, dic quæ est societas superni spiritualis ad materia-

Achamoth.

Redẽptio stulta mortuorũ.

le? Quæ uero materialis ad animale? Quomodo autem opifex ea quæ non ſua erant, condebat? Quomodo uero ſupernus ille uirtutẽ de ſe ſpiritualem exhibuit opifici, qui non bene operatus eſt, Quomodo autem opifex ubi permiſcuit ſuũ animale cum materiali, magis materiæ uoluit ſuam uirtutem illigare? Si autem ſuam uirtutem uult immiſcere, non ergo aliena eſt materia. Si uero etiam eſt aliena, quis ipſi exhibuit materiæ poteſtatem? Et primum dic mihi ô impoſtor, utrum odio habens animã illigauit ipſam materiæ, aut ignorans futurum? Verum ſcio quod neutrum horum dices. Mate

Materiæ ſignificatio in Scriptura.

riam enim non dicimus corpus, abſit: neq; Dei creaturas, ſed materiam quandam nouit Scriptura, poſt hanc uitioſam & unicuiq; arti ad ſupellectilem ſtructuræ atq; operationis propoſitam, aliam inquam quandã nouit Scriptura, ex mente naſcentem ſordidam cogitationem, & cœnoſas ratiocinationes peccati. Naſcuntur enim uelut à luto graueolentia, & impurus peſtilensq; ac cœnoſus odor. Velut beatus Dauid dum perſecutionibus ac uituperijs ab improbis hominibus impeteretur, dixit: Infixus ſum in materiam profundi, & cætera. Quandoquidem uero uidetur tibi ô Heracleon hoc, materiam dici hominum corpora, & mundum hunc uniuerſum: qua intentione propoſita opifex ſuam animam materiæ immiſcuit? Si quidem malum ignorans, non poteſt creare qui non cognoſcit quod uult creare. Neq; enim nos quid facimus in ſingulis artibus operantes, quod nõ intelligimus. Nam et animo prius meditamur id quod facere uolumus, et nouimus priuſquam faciamus, id quod perficere propoſuimus: & quidem quum nos debiles ſimus, et multum à uirtute Dei abſimus. Verum per dona tam hominibus ab ipſo prudentiam, nouimus ac intelligimus. Contigit autem tibi ô Heracleon, prudentia ex Deo in detrimentũ. Quia non ſecundum Deum ipſam exerces, ſed iuxta prauum inſtitutum. Adhuc autem rurſus interrogo, Vnde ſpiritualis ipſius mixtura animali ac materiali contigit? quod ſanè ſpirituale apud te internus homo dicitur, ſecundo ac tertio externo homini coniunctum, animæ inquam ac corpori. Et ſi quidem ex uoluntate ſupernæ uirtutis uniuerſorum patris, profundi uidelicet, iuxta tuam ſententiam: Igitur nonnihil cõmune habet cum ſupernis creatura, quæ circa nos eſt, compermixta per patris ſuperni bonam uoluntatẽ, & ſcintillam ex ſuperis ab ipſo demiſſam, quæ ſcintilla iuxta tuam opinionem Spiritualis eſt ac intimus homo. Si uero dicis, opificem qui eſt in imminutione ac defectu, aut Matrem quam uocas Achamoth, accepiſſe uirtutem ex ſupernis, hoc eſt ſpirituale: non amplius in defectu et ignorãtia eſt opifex, neque ea quæ à te Mater appellatur. Quomodo enim quis in ignorantia fuerit eius quod concupiſcit? Si enim omnino quod melius eſt appetit, nouit ſanè quod pulchrum eſt & bonum. Et qui bonum nouit, & hoc non odit, ſed appetit, non eſt alienus à bono. Et ut ne tempus cõteram circa machinationes huius circulatoris occupatus, hic cõtentus ero. Omnis enim ipſius cecidit nugacitas, ab eo quod omnes palàm confitentur uniuerſorum Dominum bonum eſſe, & præſcire, & omnia facere poſſe, & quod ab ipſo omnis natura quæ creata eſt, bene facta eſt. Neq; enim poſſibile eſt ſine Deo quid eſſe, præterquam ſolum peccatum, quod radicem non habet, neq; in finem manet, ſed in nobis inductitio modo fit, & à nobis rurſus ceſſat: quemadmodum ubiq; contra omnes hæreſes uerba faciens demõſtraui, quod unus eſt Deus qui omnia fecit ac creauit, pater Domini noſtri IESV CHRISTI: & unus unigenitus ipſius filius, Dominus noſter et Saluator ac Deus: et unus ſanctus ipſius Spiritus, Trinitas ſancta & coeſſentialis. Ex qua omnia bene creata, nõ mala quædam ſunt, ſed bona, iuxta eam cui ſic cõplacuit bonitatem, ex nihilo ad eſſe uocata. Cui Deo honor & gloria & imperium, Patri in filio, Filio in patre, cum ſancto Spiritu, in ſæcula ſæculorum, Amen. Porrò quum rurſus huius fecerim ſubuerſionem quàm pauciſſimis, adſequentes progrediar, ſingularum pro uiribus facturus confutationem, atq; ſic perniciioſæ ipſorum improbitatis abſoluturus deſtructionem. Seps equidem hic meritò di-

Peccati radix nulla.

ci po-

ci poterit, qui est reptile quadrupes stellioni similis. Cuius morsus detrimentū pro nihilo reputatur. Sputum autem in cibum aut potum eiaculatum, statim mortem assumentibus inducit. Qualis sanè est etiam huius doctrina. Cæterum quando & huius uenenum deprehendimus, & per uirtutem Domini à faucibus ac labijs eorum qui lædi poterant, deterſimus, consequentes (uelut diximus) persequamur, detriment. ipsorum confutationem facientes. *Sepis natura.*

Contra Ophitas, XXXVII hæresim.

QVemadmodum igitur per Dei uirtutē promisimus, ita Deo opitulante, hæresim Ophitarum ad relatas uanitatū opiniones consequentem deinceps exponemus, quæ partim per eadem fertur, partim uariat, moribus inquam, & habitu eorum qui ipsa utuntur, uelut ex sublimi dissensionis ipsorum errore omnibus manifestum fiet. Errore enim ducuntur, nō ueritate. Deprehendetur autem nunc & confutabitur ipsorum dementia. Ophitę equidem occasiones acceperunt à Nicolao et Gnosticis, & sectis prioribus. Vocantur autem Ophitæ propter Ophim, id est serpentem, quem glorificant. Absurda enim etiam hi eructant ex prædicto graueolentię esu repleti, & uelut à nouo dæmone decepti hi, serpentem, uelut dixi, colunt. Et uide ad quātam malignitatis artem processit serpēs qui hos decepit. Quemadmodum enim ab initio Euam & Adām decepit: sic etiam nunc occultans seipsum, & in præsenti, & in tempore Iudæorum, usq; ad CHRISTI aduentum. Deinde etiam progressu temporū, homines gu losos esu per ipsum ex inobediētia facto ac assumpto adhuc subiens ac irritans, ad ampliorem seductionem à uero Deo abducit: multa quidem pollicēs semper, uelut etiam ab initio. Nam & tunc decepit dicens, Eritis sicut dij. Deinde progredientibus temporibus multiformem & monstrosam imaginationem ipsis induxit. Ab uno enim uero Deo ipsos abduxit, & olim blasphemam idololatriæ ac multitudinis deorum uanitatem ipsis immisit. Nunquam enim fuerunt dij, sicut neq; sunt: sed Deus. Prius aūt insseuit insanum simulachrorū cultum, & deorum multitudinē, ac fraudulentā mentē. Non aūt erat autor solus serpens qui apparebat, sed serpens qui in serpēte locutus est, hoc est diabolus, & qui aures hominis per mulierem turbauit. Et neq; lignum erat peccatum, Deus enim nihil mali plantat: uerum cognitionem induxit lignum ad sciendū bonum ac malū. & non propter cognitionem mors, sed propter inobedientiā. Nam tota tunc aduersarij machinatio non cibi gratia facta est, sed ut operaretur in ipsis inobedientiam. Vnde qui tunc inobedientes fuerunt, ex paradiso expulsi sunt, iustissime obiurgati, non per odium, sed per studium ac curam Dei. Dixit enim ad ipsos Dominus, Terra es, & in terram reuerteris. Oportebat enim eum qui ūere artifex erat, instar figuli curam gerere proprij per manus suas facti figmenti ac uasis, & hoc postea in imminutione constitutum propter inobedientiam, nō sic sinere, sed in antiquam massam transmutare: quo rursus in regeneratione repararet uas in resurrectione ad antiquā claritudinem, & adhuc ampliorem: hoc est corpora eorū qui iniustissima fecerunt, & pœnitentiam egerunt, & à proprijs erroribus destiterunt, & in cognitione Domini nostri IESV CHRISTI perfecti sunt, quo fiat massæ resurrectio ex terra, & uelut massa ab artifice emollita, rursus ad priscam & adhuc meliorem effigiationem construatur. Huiusmodi quidem erant serpentis aduersus Euam insidiæ. Ab initio enim gulosa humana natura, & semper uanitatis dogmatibus, ac inanibus promissionibus seducta. Et olim quidem idem suæ eiaculationis ueneni finem non declarabat. Postea uero post aduentum CHRISTI in carnem, euomuit, & expuit omnem suam ueneni eiaculationē, & improbā malignitatis uersutiā. Hic enim seipsum in mentem deceptorum immisit, quo glorificetur uelut Deus, & prior intelligatur. Cognoscitur autem idem serpens, & per hanc scholā suam, & per sensibilem serpentē deceptionem inducere. Serpentem autem diuina Scriptura uocat diabolū, non quod omnino talis sit for- *Ophitæ unde dicti.* *Serpentis fraus.* *Serpens diabolus.*

ma,ſed propter apparentem hominibus obliquitatem, & eam quæ in primis facta eſt per ſerpentem fraudis ſtructuram. Proinde apud ueritatem cognoſcentes ridiculũ eſt hoc dogma, itemq; qui ipſi addicti ſerpentẽ uelut Deum colunt. Quum enim nõ poſſit diabolus uirilem mentem,quæ à Domino uim ueritatis accepit,decipere:conuerti tur ad fœminã,hoc eſt hominum ignorantiam, & eos qui ſunt in ignorãtia perſuadet, quando ſolidam rationem fallere non poteſt. fœmineos enim ſemper cogitatus adit,
Ignorantiæ malum. uoluptatemq; ac concupiſcentiã,hoc eſt ignorantiam in hominibus effœminatam: & non ſolidam rationẽ,quæ omnia prudenter conſiderat,& Deum ex naturali lege conſiderat. Nam ſerpens apud ipſos ſeipſum CHRISTVM eſſe dicit.Imò non ipſe, non enim loqui poteſt: ſed qui ipſorum mentem ſic ſentire fecit,diabolus. Quis igitur conſpecto ſerpente non agnoſcet inimicum,ac fugiet? Hac enim de cauſa etiam Dominus ipſum hunc ſerpentem in humani generis inimicitiã conſtituit, quoniam omnino uas diaboli factus eſt,ut qui pecus ſit, et per ipſum diabolus hominem in paradiſo decepit, ut huius ſenſibilis ſerpentis inimicitia conſpecta fraudis inſidias effugiant, & auerſentur etiam figuram ipſis,ut ita dicam,aſpicere. Attribuunt autem & hi Ophitæ appellati,huic ſerpenti omnem cognitionem,dicentes quod hic principiũ fuit cognitionis hominibus:fabuloſe introducentes ea quæ ab ipſis putantur myſteria,quũ ſint inania figmenta, nugis ac uana ſapientia referta.Reuera enim hæ fabulæ ſunt.Dicunt enim à ſu
Ialdabaoth. Prunicus. perno ſæculo producta eſſe ſæcula, et poſterius genitum eſſe Ialdabaoth,hunc autem editum eſſe per imbecillitatem ac ignorantiam propriæ matris,hoc eſt ſuperni Prunici.Hanc autem prunicum aiunt deſcendiſſe in aquas, & ipſis permixtã fuiſſe,& nõ potuiſſe ad ſuperna procedere, eo quod grauitati materiæ permixta eſſet.Nam ubi aquis & materiæ permixta fuit, amplius ſecedere nõ potuit. Leuauit autem ſeipſam per uim ad ſuperiora,& ſeipſam extendit,atq; ſic facta eſt ſuperius cœlum,& ſic ſtabilita inuenta eſt non amplius potens neq; ſurſum aſcendere, neq; infrà deſcendere, ſed in mediofixa ac extenta permanſit.Infrà enim deferri non potuit,quia nõ erat cognata.Surſum autem procedere non potuit, eo quod ex materia quam aſſumpſit,grauaretur. At per ignorãtiam ipſius editus Ialdabaoth,uenit ad infima,& fecit ſibiipſi ſeptã filios,qui ſanè ſeipſos ſeptẽ cœlos fecerũt.Ipſe uero cõcluſit ea quæ ſunt ſupra ipſum,et occultauit, ut ſeptem ab ipſo editi filij non cognoſcerent ea quæ ſunt ſupra ipſum,quum ſint ipſo inferiores,ſed ipſum ſolummodo. Et hic Ialdabaoth (inquiunt) eſt Deus Iudæorum: ſed non eſt ita, Abſit. ſed iudicaturus eſt ipſos Deus omnipotens, qui Deus eſt & Iudæorum & Chriſtianorum & omnium,& non Ialdabaoth quiſpiam eſt,iuxta delirũ ipſorum fabulamentũ. Deinde aiunt, Concluſis ſupernis per Ialdabaoth uerſutiam, hi ſeptẽ ab ipſo geniti filij, ſiue ſæcula, ſiue Dei, ſiue Angeli (diuerſis enim nominibus
Hominis formatio delira. apud ipſos appellantur) iuxta formam patris ſui Ialdabaoth formauerunt hominem, non facile, neq; cito, ſed eodem modo quo etiam priores ſectæ in ſua uerborum uanitate excogitauerunt. Dicunt enim etiam hi, Reptile erat homo uelut uermis, non potens neq; ſurſum flecti, neq; erigi. Verum ad inſidias ipſius Ialdabaoth, ſuperna mater Prunicus appellata,uolens euacuare ipſum Ialdabaoth potẽtia,cuius ex ipſa particeps fuit,operata eſt in ipſo,ut in hominẽ à filijs ipſius formatum potentiã ipſius euacuaret, & ab ipſo ſcintillam demitteret in hominẽ,animam uidelicet. Et tunc ſtetit (inquiunt) homo erectus in pedes,& tranſgreſſus eſt mẽte octo cœlos,& cognouit ac laudauit ſupernũ patrẽ,qui eſt ſupra Ialdabaoth. Ialdabaoth aũt dolore ductus, propterea quod cognita eſſent ea quę ſupra ipſum eſſent,reſpexit infrà in amarulẽtia ad materiæ fecẽ,& genuit uirtutẽ ſerpentiformẽ ſpeciẽ habentẽ, quã etiã filiũ ipſius uocãt. Et hic,inquiũt, demiſſus eſt,& decepit Euã. Illa uero audiuit ipſum,& credidit uelut filio Dei, & perſuaſa edit de ligno cognitionis.Deinde ubi hanc ſtultitiã expoſuerunt,et ridiculã hanc profeſſionẽ,ac tragicam concordiã ac conſonantiã,ut ita dicam,cõcinnauerunt, comi-

camq;

camq; hanc ſcenam: incipiunt nobis aliqua oſtendere ad confirmationẽ falſorum ab ip
ſis dictorũ deorum. Nempe, nónne & inteſtina noſtra per quę uiuimus ac nutrimur,
ſerpentiformia exiſtunt? Sed & alia quædã deceptis introducunt ad errorem ac delirã
ſuam opinionem. Propter hãc autem (inquiunt) cauſam, ſerpentẽ colimus, quoniam
Deus autor cognitionis multitudini factus eſt. Ialdabaoth uero aiunt, nõ uoluit com-
memorare ſupernam matrem, neq; ſupernũ patrem hominibus. poſtea autem ſerpens
& cognitionem intulit, & hominem ac mulierẽ, omnem ſupernorum myſteriorũ cog
nitionem docuit. Quapropter pater, id eſt Ialdabaoth iratus, propterea quod homini
bus cognitionẽ oſtendit, deiecit ipſum de cœlo. Et hinc regem de cœlo Serpentem di-
cunt, qui portionẽ ſerpentis & nihil aliud poſſident. Colunt igitur ipſum propter hãc *Serpentis cultus.*
(uelut inquiunt) cognitionẽ, & panem ipſi offerunt (habent enim naturalem ſerpentẽ
quem in ciſta quadam alunt) quem circa tempus ipſorũ myſteriorum latibulo offeren
tes, & alios panes in menſa diſponentes, ſerpentẽ prouocant. aperto autẽ latibulo pro-
cedit, & ſic progreſſus iuxta ipſorum ſtultitiã, aſcendit in menſam, & panibus inuolui
tur. Et hoc perfectũ ſacrificium eſſe uolunt. Vnde etiam uelut à quodam audiui, nõ ſo
lum frangunt panes in quibus idẽ ſerpens obuolutus eſt, & accipientibus tradunt: ſed
etiam unuſquiſq; ſalutat ſerpentẽ, ac oſculatur ex ore, ſiue per præſtigias quaſdam ſer
pente ad manſuetudinẽ incantato, ſiue ex alia diaboli operatione ad hos decipiendos
ipſo animalculo blandiente. Adorant autem hunc, & hanc gratiarum actionẽ dicunt,
quæ per ipſum inuolutũ facta eſt. Et rurſus per ipſum, ut aiũt, ſuperno patri hymnum
ſurſum mittentes, ſic myſteria ſua perficiunt. Stultitiã autem dixerit quis hoc ludibrio
plenam, ita ut neque euerſio à diuina Scriptura requiratur ad hoc, ſed ipſum per ſeipſum
ei qui mentem ſecundũ Deum ſanam habet, ridiculum uidebitur. Statim enim omnis
ipſorum uerborũ uanitas delira reperietur. Si enim prunicũ dicunt eſſe, quomodo ab
ipſo nomine nõ putiditas mẽtis ipſorũ deprehendet, uelut iam antea dixi? Quicquid
enim prunici uocem refert, inutile eſt. Si uero inutile, non inter prę ferenda locandum *Prunicus quid ſit.*
eſt. Et quomodo laudabile fuerit, quod inutile eſt? Quomodo uero nõ fabuloſum eſt
dicere, quod prunicus Ialdabaoth euacuauit? & ſcintilla ad inferiora deſcendit ab eua-
cuato? In ſupernis autem conſtitutus homo, cognouit eum qui ſuperior eſt euacuato?
Et miraculum magnum eſt, quomodo homo in quo minima ſcintilla eſt, cognoſcit ſu
per Angelos qui ipſum formauerunt. Nam qui fecerunt hominem, Angeli, ſiue filij p
ſius Ialdabaoth, non cognouerunt ea quæ ſunt ſupra Ialdabaoth. Qui uero ab ipſo ge
nitus eſt per ſcintillam, cognouit. Ipſi itaq; ſeipſos euertunt per propria dogmata, nũc
quidem ſerpentem glorificantes, nunc uero deceptorem ipſum erga Euam factum di-
centes, in eo quod dicunt, Euam decepit: & modo CHRISTVM ipſum eſſe præ di-
cant, modo filium ſuperioris Ialdabaoth, qui filios iniuria affecit, eo quod ſupernam
cognitionem ab ipſis concluſit, & matrẽ ignominia affecit, itemq; ſupernum patrem,
eo quod non permiſit à ſe genitos filios ſuperiorem ipſo patrem glorificare. Quomo-
do igitur rex cœleſtis eſt Serpens, ſi contra patrem excitatus eſt? Quomodo uero ſi co
gnitionem dat, in fraude Euam decepiſſe prædicatur? Qui autem per deceptionem co
gnitionem indit, non amplius cognitionem dat, ſed pro cognitione ignorãtiam. Qua
re reuera uidere eſt quod hoc in ipſis perficitur. Ignorantiam enim habentes, cognitio- ee
nem hanc putãt: in hoc errantes, quod ſuam deceptionem ac ignorantiã cognitionem
dicunt. Proferunt autem & alia teſtimonia, quod etiam Moyſes in deſerto ſerpentem *Serpẽs æreus Moſis.*
æreum exaltauit, in hoc erectum ut medela eſſet his qui à ſerpente morſi eſſent. Hanc
enim ſpeciem, morſus curatiuam eſſe dicunt. Rurſus autem contra ſeipſos hæc decer-
nunt. Si enim ſerpentium erant morſus, atque hi nociui, ergo ſerpens non eſt bonus.
Quod uero tunc exaltatũ eſt à Moſe, per inſpectionem faciebat ſanationẽ, nõ propter
ſerpentis naturam, ſed bonam Dei uoluntatem, qui per ſerpentem tunc commorſis

uelut

uelut remedium operabatur. Nihil uero miri est, si quis per quæ læsus est, per ea curationem assequitur. Et ne quis uituperet creaturam Dei, uelut rursus alij errantes dicunt. Præfigurabatur autem hoc his qui in deserto degebant, propter causam quam
» Dominus ubi uenit in Euangelio dicit, Sicut exaltauit Moses serpentem in deserto,
» sic exaltari oportet filium hominis: quod & factum est. Nam instar serpentis Dominum Saluatorem ignominia afficiebant, & ex insidijs serpentis iniuriam inferebant: dico autem diaboli. Et quemadmodum in exaltatione serpentis sanatio commorsis fiebat, sic in crucifixione CHRISTI redemptio facta est animis nostris, à morsibus peccati nobis illatis. Afferunt autem & hoc ipsum dictum in testimonium ijdem di-
» centes: Non uides quod dixit Saluator, Quomodo exaltauit Moses serpentem in deserto, sic exaltari oportet filium hominis. Et ob id etiam, in alio loco (inquiunt)
» dicit: Estote prudentes uelut serpentes, & simplices ut columbæ: & quæ in signa doctrinæ ex Deo recte usurpata sunt, ea hi ad suam ipsorum fraudulentam uersutiam trahunt. Dominus enim noster IESVS CHRISTVS & Deus uerbum, ex Patre ante omnia sæcula, sine principio, sine tempore genitus, non est serpens: absit. Sed contra serpentem ipse uenit. Si autem dixit, Estote prudentes ut serpens, & simplices ut columba: oportet nos interrogare ac cognoscere, cur duas has personas, tum columbæ, tum serpentis, nobis in doctrinam introduxit. Nulla est autem in serpente prudentia, præter duas has: primam quod dum persecutionem patitur, cognoscens quod in capite ipsius tota uita eius existit, & timens superius præceptum ad ipsum à
» Deo propter hominem dictum, nimirum, Custodies caput ab ipso, & ipse calcaneum à te: ubi totum corpus inuoluit in caput suum, occultat quidem craneum suum, tradit autem reliquum corpus, per excellentem calliditatem. Sic uult nos unigenitus ille Deus ex patre progressus, in tempore persecutionis & in tempore tentationis, omnia nostra tradere gladio ac igni, custodire autem nostrũ ipsorum caput, hoc est CHRI-
» STVM nõ negare. Nam caput omnis uiri CHRISTVS, Mulieris autem caput uir,
» caput uero CHRISTI Deus, iuxta Apostolũ. Alteram rursus prudentiam habet serpens, uelut naturæ rerum docti de hoc animali tradunt. Quando enim siti pressus à latibulo procedit ad aquam ut bibat, non simul accipit secum uenenum, sed in latibulo relinquit, & sic progressus potum aquarum sumit. Proinde & ipsi hoc imitemur, ut quando ad sanctã Dei Ecclesiã, aut ad preces, aut ad mysteria uenerimus, malicia aut uoluptatem, aut inimicitiã, aut aliud quid, in cogitationibus nostris nobiscũ neferamus. Alioqui quomodo poterimus & columbã imitari, nõ à malicia remoti? Quanq; columbę genus in multis rebus non laudetur. petulans est enim columbarum genus, & à multiplici mixtione non alienum, lasciuumq;, & per omne tempus uoluptati deditum. ad hæc uero debile & infirmum. At uero propter innocentiam, & longanimitatem, & malorum in hoc animali obliuionem, insuper & propterea quod in columbæ specie apparuit Spiritus sanctus: imitari nos uult diuinus sermo sancti Spiritus uoluntatem, & innocentis columbæ innocentiam, ut simus quidem prudentes ad bonum, simplices uero ad malum. Et dissolutum est uniuersum ipsorum scenicum figmentum. Statim enim sanctus Apostolus improbitatem & insidias non diffinit amplius, quàm contra diabolum & serpentem, dicens: Timeo ne forte uelut serpens Euam decepit in uafricia sua, ita corrumpantur cogitationes uestræ à simplicitate & puritate CHRISTI ac iustitiæ. Vides ut corruptionem pronunciauit Apostolus, & uafriciam uehementem ac deceptionem, ea quæ à serpente aduersus Euam peracta sunt, & non laudabile quid ab ipso factũ ostendit. Itaq; horum dementia undiquaq; facilis deprehensu ac manifesta est, omnibus qui ueritatis doctrinã, & Spiritus sancti cognitionem scire uolũnt. Quo uero nõ consumam tempus, etiam hac molesta & ægre naui-
» gabili pelagi tempestate concussa, ad alias marinas profectiones scapham armabo,

Serpentis prudentia duplex

Columba cur laudata.

per uir-

per uirtutem Dei & preces ſanctorũ diligenter obturans collum, quo præternauigantes ſpeculemur ferarum undarum eleuationem, & beſtiarum in pelago uirus eiaculantium formas. Verum à murænarum & paſtinacæ dracænæq; ac Carcharij & Scorpenæ ueneno illæſi pertranſire, & ſerenum ueritatis portum per preces ac ſupplicationes aſſequi poſſimus, ut impleatur etiam in nobis dictum illud: Qui deſcendũt in mare, uirtutes Domini narrabunt. Proinde ad aliam conſequenter hæreſim profectionem faciam, eamq; ſimiliter exponam. cc

Contra Caianos, XXXVIII hæreſim.

CAiani quidam appellantur, ab ipſo Cain cognomine hæreſeos accepto. Hi enim Cain laudãt, & patrem ſuum hunc faciunt. Et ipſi, ut ita dicam, uelut à diuerſa undarum inſolentia profecti, non extra eundem fluctum ac maris turbationem conſtituti, & uelut à ſpinoſa ſylua exorti, non extra omnem ſpinarum aceruum conſiſtentes, etiamſi nomine ſint diuerſi. Spinarum enim genera multa ſunt, in omnibus tamen malicia aculeatæ iniquitatis ineſt. Hi dicunt Cain ex fortiore uirtute eſſe, & ex ſuperna autoritate, imò etiam Eſau et Core & Sodomitas. Abel uero ex debiliore uirtute eſſe. Eſſe autem hos omnes apud ipſos laudatos, & ſuos cognatos. Gloriãtur enim ſe cognatos eſſe ipſius Cain, & Sodomitarum et Eſau, & Core. Et hi (inquiunt) perfectæ ac ſupernæ cognitionis ſunt. Quapropter etiam creatorẽ mũdi huius aiunt, circa ipſorum ſublationem ac deletionem occupatum, nihil potuiſſe ipſos lædere. Occultati enim ſunt ab ipſo, & trãslati ad ſupernum ſæculum, unde fortis Virtus eſt. Sapientia enim ipſos ad ſeipſam adduxit, ut qui proprij ipſius ſint. Et ea de cauſa ludam exacte de his cognouiſſe dicunt. Nam & hunc cognatum ſuum eſſe uolunt, & in cognitionis exceſſu eundem cõnumerant, ut etiam libellum quendam ex nomine ipſius inſcriptum ferant, quem Euangelium Iudæ uocãt. Sed & alia quædam ſcripta eodem modo confingunt, contra uterum quem hyſteram uocant, eamq; hyſteram creatorem uniuerſæ huius molis cœli ac terræ appellant. Et non poſſe, aiunt, aliquos ſaluari, niſi per omnia proceſſerint, uelut etiam Carpocrates dicit. Vnuſquiſq; enim ipſorum ob hanc nimirum cauſam nepharia faciens, & turpes actiones perficiens, & quæcunq; peccata faciens, uniuſcuiuſq; angeli nomen inuocat, tum eorum qui ſunt angeli, tum eorum qui ficte ab ipſis Angeli dicuntur, & unicuiq; horum attribuit nephariũ quoddam peccatorum in terra opus, propriam actionem ad nomen angeli cuius uult referens. Et quũ hęc faciunt, ſic dicunt, ô tu Angele utor tuo opere, ô tu poteſtas ago tuã actionem: Et hoc eſt quod perfecta cognitio apud ipſos dicitur. Nam intrepidè ad nephariaſ turpeſq; actiones procedẽdi occaſiones à prędictis matribus ac patribus ſectis, Gnoſticis inquam, & Nicolao ac ſodalibus ipſius, Valentinoq; ac Carpocrate habent. Iam uero peruenit ad nos etiam liber, in quo finxerunt uerba quædã plena impietatis, hæc in ſe habens. Hic eſt, inquit, angelus qui Moſem excęcauit. Et hi ſunt angeli qui Core & Dathan & Abiron occultauerunt ac trãſtulerunt. Rurſus autem alium libellum finxerunt ex nomine Pauli apoſtoli, nepharijs actionibus refertum, quo etiam Gnoſtici appellati utuntur, quem Aſcenſum Pauli uocant, occaſione inuenta ab eo quod Apoſtolus dicit ſe aſcendiſſe uſq; ad tertium cœlum, ac audiuiſſe uerba arcana, quæ non licet homini loqui. Et hæc (inquiunt) ſunt arcana uerba. Docent autem hæc & talia malos colentes, & bonos reprobantes. Eſſe enim, uelut dixi, Cain fortioris uirtutis, Abel uero debilioris. Has autem uirtutes Euæ implexas generaſſe Cain & Abel, & eſſe alterius Cain, alterius Abel. Eſſe autem Adam & Euam à talibus Virtutibus ſiue Angelis generatos. Et genitos filios, Cain inquam, ac Abel contendiſſe inter ſe, & eum qui genitus fuit à fortiori uirtute, occidiſſe eum qui à minore ac debiliori genitus fuit. Eaſdem uero fabulas adiũgunt hi etiã, dum per exhibitionem ignorantiæ eorundem uenenorum, credentibus inſidiantur, quod uidelicet oportet

Cain laudatus

Euangelium Iudæ.

Hyſtera creator cœli ac terræ.

Aſcenſus Pauli liber.

omnem

omnem hominem ſibijpſi eligere fortiorem uirtutem, & à minori ac infirma ſeparari, hoc eſt ea quæ cœlum fecit, & carnem & mundum: & tranſgredi ad ſuprema per crucifixionem CHRISTI. propter hoc enim, inquiunt, uenit ex ſupernis, ut in ipſo perficeretur Virtus fortis, cõtra debiliorem uirtutem trophæum erigens, & corpus tradens. Et quidam ex ipſis hoc dicunt. Alij uero alia. Aliqui enim dicunt eo quod malus eſſet CHRISTVS, traditum eſſe ipſum à Iuda, quum uellet peruertere doctrinã legis. Lau-
Iudas laudatus dant enim ipſum Cain & Iudam, uelut dixi, & dicunt: Ea de cauſa tradidit ipſum, quoniam uolebat diſſoluere ea quæ recte tradita erant. Alij uero ex ipſis non, inquiunt, ſed quum bonus eſſet, tradidit ipſum iuxta cœleſtem cognitionem. Nouerunt enim, inquiunt, principes, quod ſi CHRISTVS traditus eſſet cruci, debilis ipſorũ uirtus euacuaretur. Et hoc aiunt, quum noſſet Iudas, feſtinauit, & omnia commouit ut traderet ipſum, bonũ opus faciens nobis ad ſalutem. Et oportet nos laudare, ac laudem ipſi retribuere, quoniam per ipſum parata eſt nobis crucis ſalus, & per hoc propoſitũ ſupernorum reuelatio. Cæterum omni modo hi ſeducti ſunt, quod non bonum quendam colunt ac laudant. Palàm eſt autem quod hæc ex diabolo ipſis inſita ſunt, ignorãtia ui
» delicet & ſeductio. Impletur autem in ipſis id quod ſcriptum eſt: Vę his qui dicunt bo
» num malum, & malum bonum: qui dicunt tenebras lucem, & lucem tenebras. qui di-
» cunt dulce amarum, & amarum dulce. Vndiquaq; enim uetus & nouum Teſtamentum pronunciat, impietatem ipſius Cain prædicans. Hi uero quum tenebrarum ſint amatores, & malefactorum imitatores, ipſum Abel odio habent, Cain uero diligunt. Et Iudę laudem tribuunt. Corruptã autem cognitionem habent duas uirtutes ponentes, debiliorem & potentiorẽ: inter ſe uero pugnantes, facientes autem in mundo non mentis alterationem, ſed genitorum. & alios quidem ſecundum naturam à malicia eſſentiam habere, alios uero à bonitate. Nullum autem iuxta mentem bonũ aut malum dicunt, ſed iuxta naturam. Et primũ quidem uideamus de Cain, quomodo uetus Te
» ſtamentum dicit: Maledictus tu à terra, quæ aperuit os ſuum, ut ſuſciperet ſanguinem
» fratris tui ex manu tua. Et rurſus, Maledictus tu in operibus tuis, & eris gemens ac tre-
mens in terra. Conſona autem ueteri Teſtamento Dominus in Euangelio de hoc dicit, quando Iudęi dicebant, Nos patrem habemus Deum: Dominus uero ad ipſos di
» xit, Vos filij eſtis patris ueſtri diaboli, quia mendax eſt. Nam & pater ipſius mendax e-
Pater diaboli quis ſit. rat: ille homicida erat, & in ueritate non manſit. Quum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia pater ipſius mendax erat. Vnde etiam aliæ hæreſes ubi audiuerũt uerbum hoc, patrem quidem Iudæorum diabolum eſſe dicunt. Habere autem patrem alium, & ipſius patrem rurſus patrem. Verum effreni lingua loquuntur, mente cæcutientes. Nam ad omnium Dominum Deum Iudæorum ac Chriſtianorum atq; omnium, cognationem illius referunt, hunc patrem illius patris eſſe dicentes, eum uidelicet qui legem dedit per Moſem, & tot miracula fecit. Non eſt autem hoc ô chariſſime. Ipſe enim Dominus ſtatim dicit, in omnibus noſtri curam habens, ut ne à propoſito digrediamur, alia pro alijs comminiſcentes ac excogitantes, patrem ipſorum eſſe dia-
» bolũ, ad diſcipulos loquens: Nónne duodecim uos elegi: & unus ex uobis diabolus
» eſt. Non diabolus dicens natura, ſed mente. Rurſus autem in alio loco dicit: Pater Do
» mine cœli & terrę, ſerua hos quos dediſti mihi. Quando eram cum ipſis, ſeruaui ipſos,
» & nullus ex ipſis perijt, niſi filius perditionis. Rurſus alibi dicit, Oportet filium homi-
» nis tradi iuxta id quod ſcriptum eſt de ipſo, Væ autem per quem tradetur, expediret
» enim ipſi ſi nunquã natus eſſet, &c. Proinde omnino nouimus, quod de Iuda loquutus eſt ad Iudæos. Nam à quo quis ſuperatus eſt, ab eo etiam in ſeruitutẽ redactus eſt.
Diabolus eſt ipſe Iudas. Et cui quis credit, hũc patrem habet ac principem & ducem ſuę perſuaſionis. Dicitur igitur Dominus, Vos filij patris ueſtri diaboli eſtis. nam pro CHRISTO Iudæ crediderunt, quemadmodum ab initio Eua à Deo declinans, ſerpenti credidit. Deinde quod non

non ſolum mendax erat, ſed etiam fur, iuxta id quod in Euãgelio dictum eſt: Quapro- ‹‹
pter etiam ipſi tradidit marſupiũ, ut inexcuſabilis eſſet, qui propter auaritiam propriũ
Dominum tradidit in manus hominũ. Quis igitur huius pater, qui ante ipſum men- *Cain Iudæ pater.*
dax erat, quàm Cain, cuius imitator eſt Iudas? Ille enim mentitus fratri, uelut ex frater-
na charitate decepit ipſum, & per mendacium ſeduxit: & ubi eduxiſſet ipſum in cam-
pum, eleuata manu occidit. Sic etiam Iudas, Quid uultis mihi (inquit) dare, & ego ip- ‹‹
ſum tradam uobis? Et quem oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete ipſum. Et quũ ueniſſet pro
ditor, Aue rabbi, dixit labijs colens, cor autem lõge remotum à Deo habens. Itaq; hic
Iudas pater ipſorum factus, iuxta abnegationem Dei & proditionem, ſatanas exiſtens
ac diabolus non natura, ſed mente, filius fuit ipſius Cain, iuxta imitationem homicidę
illius ac mendacis. Nam & pater ipſius ante ipſum mendax erat, nõ Adam, ſed diabo- *Cain filius diaboli.*
lus, cuius imitationem habuit in fraterna cæde, & odio, ac mendacio, & contradictio-
ne aduerſus Deum, dum dixit: Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? nõ noui ubi eſt. ‹‹
Sic etiam diabolus Domino dicit, Nunquid gratis colit Iob Deum? Quandoquidem
enim ipſe diabolus per mendaciũ decepit Euam & Adam, alia pro alijs dicens, & ami
citiam cum creatore oſtendens, Eritis ſicut dij, & non moriemini: hunc imitans Cain ‹‹
prætextu fraternæ charitatis fratrem decepit dicens, Exeamus in in campum. Quapro
pter etiam ſanctus Ioannes dixit: Qui odit fratrẽ ſuum, hic non eſt perfectus in charita ‹‹
te, ſed ex Cain eſt, qui occidit fratrem ſuum. Et cur ipſum occidit? quia mala erant ope- ‹‹
ra ipſius, & æmulatus eſt opera illius, quia bona erant. Sic etiam hi magis inuidentes
ipſi Abel bona opera habenti, ipſum uero Cain colentes, quomodo non redarguunt?
quum ipſe Saluator expreſſe dicat, & duram ſententiam ipſis decernat: Quod requi- ‹‹
retur à generatione hac omnis ſanguis iuſtus, effuſus ab Abel iuſto, uſq; ad Zachariã ‹‹
prophetã, quem occidiſtis in medio templi & altaris, &c. Non igitur uelut hi dicunt,
propter cognitionem Iudas tradidit Saluatorem: neq; Iudęi mercedem habent quod
crucifixerunt Dominũ: etiamſi per crucem nos ſalutem habeamus. Non enim tradi-
dit ipſum Iudas ut cederet nobis ad ſalutem, ſed per ignorantiam & æmulationem &
auaritiam, & Dei abnegationẽ. Nam tametſi dicat Scriptura, CHRISTVM uoluiſſe
cruci tradi: aut etiamſi dicat diuina Scriptura, abſurditates in extremis diebus per nos
perficiendas: non tamen omnino aliquis ex nobis qui iniqua facimus, excuſationem
inuenerit, Scripturæ teſtimonium producens, uaticinantis hæc futura eſſe. Non e-
nim quia dixit Scriptura facimus, ſed quia facturi eramus, Scriptura prædixit propter
Dei prænotionem: & ut Deus qui bonus eſt, iram autem contra peccantes infert, non *Prædictionẽ in Scriptura quæ ſit ratio.*
ſuſpectus fiat uelut qui affectibus obnoxius ſit. Ira eñ Dei aduerſus ſingulos peccan-
tes, non ab affectu proficiſcitur: affectus enim expers eſt numen, infert autẽ iram con
tra hominem, non affectu indignationis correptum, neq; ira ſuperatum. Oſtendit au
tem affectus exortem ſe Deus præuaticinatus futurum iudicium, ac iuſtum ſuppliciũ
fore, quo deitatem affectus exortem oſtendat. Prædixit itaq; Scriptura iuxta pręcogni
tionem nos pręmuniens ac docens, ut ne incidamus in iram Dei immedicabilem, non
ex affectu decretam, neq; ex eo quod ab affectibus ſuperatus ſit contingentem, ſed ho-
minibus peccatum facientibus iuſtiſſime præparatam, & his qui non agunt pœniten-
tiam ex ueritate. Sic etiã de cruce, non quia dixit diuina Scriptura, Iudęi crucifixerunt,
& Iudas prodidit Saluatorem: ſed quia traditurus erat Iudas, & Iudæi crucifixuri, ea
de cauſa Scriptura prædixit in ueteri Teſtamento, & Dominus in Euangelio. Quare
non ex cognitione futuræ mundo beneficentiæ, prodidit Dominũ Iudas, uelut illi di-
cunt: ſed gnarus quidem ſuum Dominũ eſſe, ignarus autem quod ſalus mundo fu-
turus eſſet. Quomodo enim humanæ ſalutis curam geſſerit, qui ab ipſo Saluatore fi-
lius perditionis uocatur? Et hoc audit, Conferret ipſi ſi nunq; natus eſſet. Et hoc, Ami- ‹‹
ce ad quid ades? & hoc, Vnus ex uobis me tradet. &, Qui edit mecum panem, leuauit ‹‹

contra me calcaneum: uelut habet Euãgelium ex præcedente teſtimonio Pſalterij. Et,
» Væ per quem filius hominis traditur. Nam ipſe Iudas de ſeipſo omnia detexit, & laudantium ipſum atq; ſuam ipſius dementiam redarguit, etiamſi inuitus. attamen ubi accepit precium triginta argenteos, poſtea pœnitentia ductus, et argenteos auerſatus, uelut qui malum aliquod perpetraſſet, malum quidem ſibijpſi, malũ uero etiam his qui crucifixerunt. At uero Dominus bonum per ſeipſum perficiens nobis & mundo, ſeipſum tradidit, ut contingeret nobis ſalus. Proinde non Iudæ proditori gratiã agimus, ſed miſericordi Saluatori, qui animã poſuit pro nobis proprijs ſuis ouibus, uelut ipſe dixit: Quomodo enim qui putaſſet ſe bonũ quid perfeciſſe, poſtea dicit? Pœnitet me, quia tradidi ſanguinem innocentem. & auerſatus eſt triginta argenteos precium æſtimati à filijs Iſraël. Et rurſus in alio Propheta: Si iuſtum eſt uobis, date mercedẽ meam,
» aut renunciate. Et rurſus in alio Propheta, Et dederunt argentum precium æſtimati.
» & dixerunt, Pone ipſum in fornacem, & uide an ſincerum ſit, uelut probatum eſt à filijs Iſraël. Et quot colligere licet ex diuina Scriptura de his quæ perfecta ſunt in Domino noſtro? non per Iudæ operationem ad bonum, ſed per Saluatoris noſtri ac Domini IESV CHRISTI, pro nobis non ex neceſſitate, ſed ex uoluntate, ſuijpſius traditionem, & diſpenſationem crucis pro ſalute noſtra. Scio me magnam teſtimoniorum molem coaceruare. Verum uelut rurſus alius Propheta dicit, Fiat caula ipſius deſerta,
» & epiſcopatum ipſius accipiat alter: hic pronus factus crepuit medius, & effuſa ſunt omnia inteſtina ipſius, & ad finem laqueo uſus, oſtendit ſe totam ſalutem ſuam perdidiſſe, eo quod exciderit à ſpe, per ſuas inordinatas ac proclíues contra Dominũ ſuum inſidias, & propter auariciam in abnegationem Dei. Quare etiam Apoſtoli pro ipſo in ſuum numerum conſtituerunt Matthiam, dicentes: Ex quo tranſgreſſus eſt Iudas ut abierit in proprium locum. Qualem uero hunc præterquam quem Saluator ipſi pronuciauit, dicens quod eſt filius perditionis. Hic enim decretus eſt ipſi locus, perditionis uidelicet. Porrò quum de hoc ſufficere putemus relata, conſequenter rurſus ad aliam ſectam tranſeamus ô chariſſimi, obliqua & uenenata dogmata reuelantes, eorum qui ex conficta diabolica uerſutia, mundo corruptionis gratia immiſſi ſunt. Ta-
Bupreſtes & Cantharus. lium enim mentem deteriora appetentem, generi bupreſtæ ac canthari ſimilem, quum reuelauerimus, & nociuam exiſtentem per uirtutem Dei contriuerimus, ad aliorum perſcrutationẽ mentem adijcientes, Deum adiutorem ô filij CHRISTI, inuocemus.

Contra Sethianos, XXXIX hæreſim.

SEthiani rurſus hæreſis alia ſic appellata. Non autem ubiq; hæc reperitur, neque ea quæ hanc præceſſit Caianorum appellata. Fortaſſis aũt iam pleræq; harũ eradicatæ ſunt è mundo. Quod enim non ex Deo eſt, non ſtabit, ſed tempore quidem uiget,
Sethiani. uerum in finem non durabiliter permanet. Arbitror aũt in Ægyptiorum regione me forte in hanc hęreſim incidiſſe. Non enim exacte memini regionis, in qua cũ ipſis congreſſus ſum. Et quędã ſanè ex perluſtratione & proprio aſpectu de hac cognouimus, aliqua uero ex libris. Hi enim Sethiani à Seth filio Adam ſe genus ducere gloriantur. Ipſum autem glorificant, & ad ipſum omnia quæ uirtutis ſunt, referunt, & uirtutis ſigna, & iuſtitiæ, & quæcunq; talia ſunt. Quin & CHRISTVM ipſum nominant, & ipſum eſſe IESVM affirmant. Docent autem doctrinam ſuam ſic. Ex angelis, inquiunt, Facta ſunt omnia, & non ex ſuperna uirtute. Hi enim conſona dicunt priori ſectæ Caianorum hac parte. Factos eſſe ab initio ſtatim duos homines. Et ex his duobus eſſe Cain & Abel. De his autem ſeditioſos factos angelos inter ſe diſceptaſſe, ſicq; feciſſe
» ut Abel à Cain occideretur. Erat enim ſeditio Angelis contendentibus de generibus
» hominum horum duorum, eius qui genuit Cain, & eius qui genuit Abel. Obtinuiſſe

uero

uero ſupernam uirtutem, quam Matrem dicunt ac fœminam. Videtur enim ipſis mã
tres eſſe ſuperne & fœminas & maſculos, & parum abeſt ut etiam cognationes & pa-
triarchias dicant. Quandoquidem igitur præualuit, inquiunt, Mater & fœmina ap-
pellata, gnara quod occiſus eſſet Abel, id animo uoluens fecit generari ipſum Seth: &
in hoc poſuit ſuam uirtutem, quum ſuſcepiſſet in ſeipſam ſemen ſupernæ uirtutis, &
ſcintillam ex ſupernis miſſam in primam deiectionem ſeminis ac conſtitutionis. Et eſ-
ſe hanc conſtitutionem iuſtitiæ, & electionem ſeminis ac generis, quo per hanc conſti-
tutionem & hoc ſemen, deſtruantur uirtutes Angelorum qui mundum fecerunt, &
duos ab initio homines. Ob hanc igitur cauſam, etiam genus ipſius Seth ſegregatum
hinc deducitur, ut quod electionis eſt, & ab alio genere diſcretum. Progredientibus
autem temporibus, inquiunt, & ſimul exiſtentibus duobus generibus, tum ipſius
Cain, tum Abel, in idem congreſſis per magnam maliciam, ſimulq; mixtis: ubi inſpe-
xiſſet illa omnium Mater, purum ſemen hominum uoluit efficere, uelut dixi, eo quod
Abel occiſus eſſet, & hunc Seth delegit, ac purum edidit, & in hoc ſolo genus uirtu- *Seth puritas.*
tis ac puritatis ſuæ depoſuit. Quum autem uidiſſet rurſus multam permixtionem, &
inordinatum impetum Angelorum & hominum, ad permixtionem duobus generi-
bus progreſſus, & ſeditiones quaſdam generum tumultuatione ac confuſione ipſo-
rum inducente: profecta rurſus eadem Mater ac fœmina, diluuium induxit, & perdi
dit omnem ſeditionem hominis uniuerſi generis contrarij, quo uidelicet purum ge-
nus à Seth & iuſtum ſolum maneret in mundo ad conſtitutionem generis ex ſuper-
nis, & ſcintillę iuſtitiæ. Fefellerunt autem ipſam rurſus Angeli, & impoſuerunt ipſum
Cham in arcam qui de ſemine ipſorum erat. Quum enim octo animæ ſeruatæ ſint in
arca Noë, ſeptem quidem eſſe puri generis dicũt, unum autem eſſe Cham alterius uir-
tutis, qui ingreſſus eſt clàm matre ſuperna. Ab angelis autem hoc conſtructum, ſic ef-
fectum eſſe. Quandoquidem enim ſciebant, inquiunt, Angeli quod uniuerſum ipſo-
rum ſemen delendum eſſet in diluuio: per calliditatem quandam prædictum Cham
ad cõſeruationẽ creati ab ipſis generis maliciei clandeſtinè immiſerunt. Et ex hoc obli
uio & error circa homines, & confuſi peccatorum impetus, & multiplex uitiorum mi
xtura facta ſunt. Et ſic mundus ad priſcam confuſionem rurſus reflexit, & impletus eſt
malis, uelut ab initio ante diluuium. At à Seth ſecundum ſemen & generis ſucceſſio- *Seth eſſe*
nem ipſe IESVS CHRISTVS uenit, non ſecundum genera, ſed mirabiliter in mun- *Chriſtum.*
do apparens, qui eſt ipſe Seth, qui tunc fuit, & nunc CHRISTVS hominum generi
acceſſit, à matre ex ſupernis demiſſus. Hæc omnia ſic facta eſſe dicũt illi. Stultas autem
& inefficaces ac uanitatis plenas eſſe tales prædicationes, omnibus manifeſtũ eſt. Non
enim duo homines formati ſunt, ſed unus ille Adã, & ex Adam Cain & Abel ac Seth.
& non amplius ex duobus hominibus, ſed ex uno, uſque ad diluuium uniuerſum ge-
nus ipſius Adam conſtitutiones in mundo habet. A diluuio uero ex Noë rurſus uno
homine, & non ex diuerſis hominibus, ſed uno Noë, qui per ſucceſſionem ex ſemine
Seth fuit, totum hominum genus nõ in duo diuiſum, ſed in unum genus, à quo etiam
Noë & ipſius uxor, & Sem & Cham & Iapheth, filij ipſius, & tres uxores filiorũ eius,
ab ipſo Seth omnes genus deducunt, & non à duobus hominibus qui non ſunt facti,
iuxta horum fabulamentum. Libros porrò quoſdam ex magnorum uirorum nomi- *Libri Sethia-*
nibus conſcribunt. Ex nomine quidem Seth ſeptem libros eſſe dicentes, alios uero li- *norum.*
bros alienigenas, ſic enim uocant. Alium autem ex nomine Abraam, quem & reuela-
tionem eſſe dicunt, omni malicia refertum. Alios item ex nomine Moſis, & alios alio-
rum. Cæterum ad multam ſtultitiam mentem ſuam deducentes, mulierem quandam
formoſam uxorem ipſius Seth eſſe dicunt. Vide uero mihi ô chariſſime, horũ demen-
tiam, quo per omnes modos ipſorum ſcenica figmenta, fabuloſamq; inanem ſapien-
tiam ac conficta deliramenta cognoſcas. Sunt etenim aliæ quædam hæreſes quæ uirtu

tem quandam esse dicunt, quam nominatim Formosam uocant. Quæ itaque apud alios uirtus formosa putatur ac appellatur, eam hi uxorem ipsius Seth dicunt. Vnde possumus demonstrare, uelut scitis charissimi, & natura hominem ipsum Seth, & nō ex supernis quid alteratum, & fratrem natura ipsius Cain & Abel, ex uno patre atque
» una matre. Cognouit enim (inquit Scriptura) Adam Euam uxorem suam, & concepit ac peperit Cain, & imposuit ipsi nomen Cain, quod est possessio, dicens: Possedi
» filium per Deū. Et rursus, Cognouit Adam uxorē suam Euam, & cōcepit ac peperit filium, & uocauit nomē ipsius Abel. Et longe postea ubi mortuus esset Abel: Et cog-
» nouit Adam Euam uxorem suam, & concepit ac peperit filium, & uocauit nomen ipsius Seth, quod significat permutationem. Restituit enim mihi Deus semen pro Abel quem occidit Cain. At uero, Possedi per Deum: &, Restituit mihi Deus: unū Deum ostendit omnium creatorem, & genitorum datorem. Quod autem hi habuerunt uxores, tum Cain, tum Seth, manifestum est. Abel enim iunior occisus est nondum uxo-
Iobelæi, Geneſis exacte explicatæ liber. re ducta. Quemadmodum autem in Iobelæis reperitur, quæ etiam Genesis exacte explicata appellatur: etiam nomina uxorum Cain & Seth, is liber continet. ut omni modo hi confundantur, qui fabulas uitæ inuexerunt. Quum enim Adam genuerit filios & filias, necesse fuit illo tempore filios proprios sororibus copulari. Nō enim erat hoc iniquum, quoniam nullū aliud genus erat. Nam & ipse Adam propriæ, ut ita dicam, filiæ ferè ex corpore ipsius formatæ copulatus est, quæ ad coniugium ipsi à Deo formata fuit, & non erat iniquum. Et ipsius filij copulati sunt, Cain sorori maiori Saue appellatæ. Seth uero tertius filius post Abel genitus, Azūræ sorori suæ uocatæ. Geniti sunt autē ipsi Adam & alij filij, uelut Geneſis exacte explicata habet, nouem post hos tres, ut sint ipsius filiæ quidem duæ, masculi uero duodecim, unus quidem occisus, undecim uero relicti in uita. Habes autem & horum declarationem in generatio-
» ne mundi, & primo libro Mosis sic dicente: Et uixit Adam annis nongentis triginta, & genuit filios ac filias, & mortuus est. Ampliatis autem hominibus, & generatione Adam extenta, sinceritas iuxta nuptias pudicas dilatabatur consequenter procedens. Et quandoquidem geniti sunt filij Adam, & filij filiorum, & ex his filiæ per generis successionem genitæ sunt, de cætero non amplius sorores suas in uxores duxerunt. Sed ad bonam legem deuenit, etiam ante conscriptam per Mosem legem, pudicarum nuptiarum ritus. & ex patruis suis uxores sibi ducebant. & sic dilatatis iam hominibus, mixta sunt duo genera, ipsius Cain ad genus Seth, & ipsius Seth ad alterū, et reliqua filiorum Adam genera. Hinc deinceps quum diluuium omnem hominum statum funditus perdidisset, conseruatus est solus Noë, qui inuenit gratiam apud Deum, iustus inuentus in illius temporis generatione. Arcam autem uelut iam ante à nobis dictum est, construxit sibijpsi ex præcepto Dei, uelut uerę Scripturę habent. In qua conseruatū esse idem ueritatis liber dicit, ipsum, & cum ipso prædictas septē animas, coniugem inquam ipsius propriam, & tres filios, uxoresq; horum itidem tres. Ex hoc autem reliquias humanæ constitutionis in mundo genitas esse, rursus ueritas ipsa confirmat. Vnde iuxta generationum progressum, & per successionem filio patri succedente, mundus ad quinque generationes deuenit. Et facta est illo tempore Babylonis extructio in terra Assyriorum, & turris quæ tunc ab ipsis est ædificata. Erant autem circa hoc tempus, uelut iam in superioribus sectis exposui, iuxta seriem generationum supra à me tractatarum, omnes uiri septuagintaduo numero duces ac capitanei, de genere Cham trigintaduo: de genere Sem quindecim: de Iapheth uigintiquinque. Et sic turris & ipsa Babylon facta est. Ex his dispersæ sunt per omnem
Linguarum diuisio. terram tribus & linguæ. Et quandoquidem septuagintaduo tunc turrim ædificantes, linguis dissipati sunt, confusi, & ab una quam nouerant ex uoluntate Dei inspirati, alius aliam habuit. Ex quibus sanè hucusque constitutio linguarum perdurat: ut si

quis

quis uelit singulos principes uniuscuiusque linguę inuenire possit. Sic Ionan quidem Græcam habuit, ex quo etiam Iones appellati sunt, qui ueterem Græcorum linguam habent: Theras autem Thracum, Mosoch Mossynœcorū linguam, Thobel Thessalorum, Elud Lydorum, Gephar Gasphenorum, Mistrem Ægyptiorum, Psus Axumitarum, Armot Araborum. Et ut ne singulatim recenseam, unicuique propria inspirata est lingua. & sic uniuscuiusq; linguæ successio in mundo dilatata est. Vnde igitur hi ementiti sunt sua uerba, interponentes sua fabulamenta, imaginantes ac somniantes ea quæ non sunt uelut quæ sunt, & quæ sunt ex sententia sua dissipantes. Verum hoc totum propositum diabolus hominum animis inseuit. Videre autem licet ac admirari, quomodo in multis absurditatibus hominem decepit, & ad iniquitatem distraxit, ad scortationes & adulteria ac lasciuias, & ad simulachrorum insanos cultus & præstigias, & sanguinis effusiones, rapinasq; ac insatiabilitates, ludosq; ac uoracitates, & quæcunque huiuscemodi. Nusquam uero ante CHRISTI aduentum ausus est in dominum suum blasphemum aliquod uerbum loqui, aut contra elationem cogitare. Expectauit enim CHRISTI aduentum, uelut dicit: De te scriptū est, Angelis suis mandabit de te, & in manibus portabunt te. Audiuit enim semper prophetas annunciantes CHRISTI aduentum, redemptionem futurum eorum qui peccauerūt, & per CHRISTVM pœnitentiam agunt. putauitq; se misericordiam aliquam assequuturum esse. Quando autem miser ille uidit CHRISTVM non suscepisse de salute ipsius curam, aperto ore contra proprium Dominum blasphemiam euomuit, hominibus opinionem immittens, ut negent quidem quæ sunt, quæ uero nō sunt quærant. Sic itaque & hi redarguentur omni modo decepti. Seth enim mortuus est, & anni ipsius descripti sunt. Quum enim uixisset annos nongentos duodecim, debitum naturæ persoluit, ubi genuisset filios & filias, uelut diuina Scriptura ait: Per successionem autem filius huius Enos nomine, etiam ipse ubi uixisset annos nonagintaquinq;, exhac uita decessit, genitis filijs ac filiabus, uelut idem ueritatis liber habet. Vnde igitur Seth qui tunc mortuus est, cuius etiam filij ubi per successionem uixerunt, è uita decesserunt, inuenietur ille dominus, qui à Maria semper uirgine genitus est, ex bona uoluntate in hominum uita, qui genitus est sine tempore, qui semper est apud patrem, in substantia Deus Verbum: Venit autem in extremis diebus, & in seipsum efformauit ex uirgineo utero carnem, & animam humanam accepit, atque sic perfectissime homo factus est, prædicauitq; nobis mysteria uitæ, iustitiæq; operatores discipulos suos constituit, & doctrinam suam per seipsum & per ipsos, humanū genus edocuit. Non quæ Sethiani sentiunt reuelans, neque Seth seipsum nominans, uelut hi delirantes, ac ebrietate quadam grauati, à ueritate exciderunt. Cæterum quum nunc contracta sit ipsorum hæresis, & non opus habeam extendere contra ipsam confutationem longiorem, contentus sum præsentibus his solis. Sauciatu enim facilis est horum dementia, & quæ potest seipsam redarguere ac manifestare, non solum in proposita & per calumniam excogitata CHRISTI uita, quod uidelicet Seth ipsum putant, & esse affirmant, sed etiā in argumento de duobus hominibus. Si enim uirtutes ex supernis principium habent, non sanè citra unam, quam etiam Matrem uniuersorum esse dicunt, facta ac peracta sunt ea quæ à duobus perpetrata sunt. Inuenitur enim una causa duarum uirtutum, & sine ipsa nihil eorum quæ facta sunt, factum esse. Et recurrent rursus ad hoc, ut confiteantur unum esse Dominum omnium, & opificem ac creatorem uniuersorum, ubi semel unum principium est ostensum. At postquam etiam de hac hæresi hæc diximus, & uenenum serpentinæ ipsorum ex aspidibus prognatæ sobolis reuelauimus, ad aliam rursus ô charissimi iuxta eandem tractationis cōsequentiam pergamus.

Diaboli insidiæ post Christi aduentum.

Contra Archonticos, XL hæresim.

ARchonticorum hæresis quædā hos sequitur. Verum non in multis locis hæc apparet, sed solum in Palæstinorum prouincia. Transtulerunt & uenenum suum iam alicubi in magnam Armeniā. Sed & in parua Armenia hoc zizanium iam conseminatum est à uiro quodā ab Armenia ad Palæstinorū terram profecto, temporibus Constantij circa obitū ipsius, cui Eutactus nomen fuit, quum Atactus potius appellandus esset ob incōpositos mores. qui sanè didicit hanc malam doctrinā, & deinde reuersus ad propria docuit. Trāssumpsit aūt, uelut dixi in Palæstina, uelut ab aspide uenenum, à Petro quodā sene indignè Petro appellato: qui habitabat in uicinia Eleutheropolis Hierusalē, tribus signis ultra Cherbon, Cabarbaricha ciuitatem uocant. Hic senex primum habuit indumentū admirandū, simulatione plenum. forinsecus enim reuera pelle ouilla indutus erat, & intrinsecus lupus rapax esse ignorabatur. Anachoreta enim uidebatur esse, ut qui ab hominibus secesserat in spelunca quadam desidens. Qui multos profectò ad renunciationē congregauit. Et pater sanè ob senectā ac habitū uocabatur, & bona sua pauperibus distribuebat, & quotidie eleemosynas faciebat. In prima autem ætate sua in multis sectis examinatus est. Verum Aëtij episcopi tempore accusatus, ac tunc Gnosticorū hæresim exercere conuictus, depositus est à presbyterio. Erat enim aliquando constitutus presbyter loci: sed postquā de hæresi conuictus fuit, ab Aëtio persecutionē passus est. Et digressus habitauit in Arabia in Cochaba, ubi Ebionæorū & Nazoræorū radices pullularūt, uelut in multis sectis de hoc loco indicaui. Postea uero uelut modestus factus ad senectā, rursus redijt, afferens secū hanc ueneni iaculationē occulte, & apud omnes ignotus, donec postremū ex uerbis quę in aures quorundā insusurrauerat, talis conuictus à nobis excōmunicatus est, & per nostrā tenuitatem confutatus. Et consedit in spelunca de cætero contemptus ab omnibus, & à fraternitate destitutus, & à plerisq; qui uitę suæ curam gerunt. Ad hunc senem perductus prædictus Eutactus ab Ægypto profectus, & malæ senis doctrinæ particeps factus, hoc uenenum uelut magnam mercem acceptum, in patriam suam auexit. Erat enim, uelut dixi, originis ex parua Armenia, ex locis prope Satalen. Reuersus itaque ad suam patriam multos eiusdem paruæ Armeniæ polluit, corruptis quibusdam diuitibus, & quodam Senatorij ordinis, & multis spectabilibus uiris: per quos illustres homines multos illic perdidit. Verum Dominus citius ipsum è uita sustulit, prętерquam quod zizanium suum seminauit. Attamen hi quoq; libros sibijpsis confictos scripserunt apocryphos ac reiectos, quorum nomina hæc sunt. Alterum enim symphoniam paruam, paruum nimirū libellum uocant. alterum uero magnum, magnā symphoniam. Sed & alios quosdam libros apud se accumulant, quo in congressibus uideantur suum errorem per multos confirmare, & in mediū afferre. Quin & alienigenis appellatis utuntur: Sunt enim libri sic appellati. Accipiunt autem occasiones ab ascensu Esaiæ, insuperq; alijs quibusdam apocryphis. In summa ex libro Symphonia dicto, octonarium quendam esse dicunt cœlum, & septenarium. Esse autem in singulis cœlis principes, & hos quidem esse in septem cœlis, ita ut in unoquoq; cœlo unus sit princeps. Ordines autem esse unicuiq; principi. Et Matrem lucidam superne in octauo esse, uelut etiam aliæ hæreses. Et aliqui ipsorum corpora petulantia polluta habent. Alij uero simulatum ieiunium præ se ferunt. Decipiunt autem simpliciores homines habitu solitariè degentium, renunciationem quandam iactantes. Aiunt autem esse in unoquoq; cœlo, uelut dixi, principatū & potestatem, & angelica quædā ministeria, quum unusquisq; princeps sibijpsi ministerium generauit ac fecit. Non autem esse carnis resurrectionem, sed solum animæ. Execrantur sacrum lauacrum, etiamsi sint quidam ex ipsis præoccupati ac baptizati. Mysteriorum quoq; participationem ac bonitatem reprobant, uelut quæ sit aliena, & in nomen Sabaoth facta, Hunc enim uolunt esse secundum

Eutactus Armenus.

Petrus Anachoreta.

Symphonia parua & magna, librorum nomina.

Libri alienigenæ.

cundum quaſdam alias hæreſes, eum qui in ſeptimo cœlo dominatur, & qui in alios imperium obtinet. Cibum autem principatuum ac poteſtatum eſſe dicunt animam, ſi ne ipſa uero non poſſe illas uiuere, propterea quod ex humore ſuperno ſit ipſa, et uires illis præbeat. Vbi uero hæc in cognitione fuerit, & baptiſma Eccleſiæ fugerit, & nomẽ Sabaoth eius qui legem dedit: tunc per unũquodq; cœlum aſcendere, et excuſationem apud ſingulas poteſtates facere, atq; ſic eam tranſgredi ad ſuperiorem matrem, ac patrem uniuerſorum, unde ſanè deſcendit in hunc mundum. Iam uero dixi, quod baptiſmum deteſtantur, uelut muſcæ immorientes, & olei odorati compoſitionẽ uitiantes. Quemadmodũ de his & ſimilibus ipſis, parabola apud Eccleſiaſten dicta eſt. Muſcæ enim reuera ſunt interficientes ac mortificantes, ac putidum facientes aromaticũ ac ungentarium oleum, ipſa ſancta Dei myſteria in lauacro nobis in peccatorũ remiſſionem donata. Admiretur porrò quis meritò ubi reperit & apud naturæ rerum doctos aliqua utilitate plena, apis prudẽtiæ aſſimilatus, quæ omnibus quidẽ germinibus inſidet, utilia uero ſibi ipſi colligit. Prudẽs enim homo nuſquã damnũ patitur, ſed ubiq; & undiquaq; lucrũ fert. Imprudens aũt damnũ patietur, uelut ſanctus Propheta dicit: Quis prudens & intelliget hæc? Et cui uerbum Domini eſt, & cognoſcet ipſa, quoniã rectæ uiæ Domini, impij uero debilitabuntur in ipſis. Inuenimus enim apud naturæ rerũ doctos phyſiologos appellatos, imò potius nos ipſi uidemus, quod cantharorũ, hoc eſt ſcarabæorum genus, quod à quibuſdam pilularium uocatur, cõſuetudinem habet, ut in fœtore ac ſtercore uolutetur, & hoc eſt ipſorum alimentum & opera. Et alijs quidem idem ſtercus graueolens & abominabile eſt, apibus autem hoc ſtercus & graueolentia mors eſt. Et ſcarabęorum quidem opera ac tractatio eſt graueolentia. apibus autem uice uerſa bonus odor & flores, & ungenta, in refrigerationem creationemq; ac cibum, & in operam ac tractationem. Verum ſcarabeis prędictis talia contraria. Cuius rei ſi quis experimentum facere uelit, de ungento ſucci balſami aut nardi ſumat, et ſcarabæis afferat, et mortem ipſis inducet, uelut phyſici teſtantur. Statim enim moriuntur, non ferentes bonum odorem. Sic etiam hi tranquillitatem & ſcortationem ac uitia appetentes, in mala ſpem ſuam habent. Vbi uero ſacro lauacro ac bono odori appropinquarint, moriuntur in Deũ maledicta effundentes, et ipſius dominationẽ reprobãtes. Cæterũ ex uno aut duobus teſtimonijs ipſos ſubuertemus. Si emm & principatus ſunt & poteſtates, nõ extra Deũ maxime hi ſunt in cœlis. Nouit enim Scriptura dicere Angelos & archangelos non in contrarietatẽ locatos, ſed miniſtratorios ſpiritus qui ad miniſterium demittuntur, propter eos qui aſſequuturi ſunt ſalutẽ. Nam & in terra in ſingulis regnis multi ſunt principatus, ſed ſub uno rege. Quæ emm ſunt poteſtates, à Deo ordinatæ ſunt, Apoſtolus dicit. Quare qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Principes enim non ſunt contra bonum, ſed pro bono, & non ſunt contra ueritatem. Vis autem, inquit, poteſtatem non timere? bonum facito, & habebis laudem ex ipſa. Nõ enim fruſtra gladium geſtat. Miniſter enim eſt ad hoc ipſum à Deo ordinatus ei qui malum facit. Et uides quod poteſtas hæc mundana ex Deo ordinata eſt, & gladij poteſtatem accepit, nõ autem aliunde, ſed ex Deo, ad ultionem. Et nõ poſſumus dicere, eo quod ſunt principatus & poteſtates in mundo, regem horũ non eſſe regem. Sed eſſe principatus & poteſtates in mũdo. Eſſe autem & horũ regem. Quemadmodũ igitur in terra uidemus principatus non contrarios regi, ſed ſubditos in adminiſtrationẽ totius regni, et ad bonam ordinationẽ terræ, ubi cædes & pugnæ, ignorantiæq; ac doctrinæ, bonæ item leges ac iniquitates, & hac de cauſa ſunt poteſtates, ut ad bonũ ordinem gubernationis uniuerſi mundi omnia ex Deo bene diſponãtur ac adminiſtrentur. Sic etiam in cœlo, maxime uero præciſe illic ubi non inuidia, non æmulatio, nõ iniquitas, nõ cõtrarietas, nõ ſeditio, non iuſiurandũ, non rapina, neq; aliud quid tale, poteſtates ob aliud negotiũ ordinatę ſunt, quale aũt inquam, q̃ propter modulationẽ laudis,

Anima cibus poteſtatum.

Scarabæi pilularij.

Poteſtatum mundanarũ ac cœleſtiũ ratio

propter ſupernam immortalem glorificationem: propter quam uoluit liberalis noſter Deus & rex largiri unicuiq; ex his quæ facta ſunt ab ipſo gloriam conuenientem, quo regni ipſius claritudo ac iucunditas ſemper glorificetur. Manifeſte igitur illi errant, do num Dei ignorãtes. Dicunt autem hi uelut etiam ſuprà à me indicatum eſt, diabolum eſſe filium ſeptimæ poteſtatis, hoc eſt ipſius Sabaoth. Eſſe autem Sabaoth Deum lu dæorum. Diabolũ uero malum eius filium, qui quum ſit in terra, aduerſetur proprio patri. Et ipſius patrẽ neq; talem eſſe, neq; rurſus eſſe incomprehenſibilẽ Deum, quẽ pa trem uocant, ſed ſiniſtræ eſſe poteſtatis. Porrò rurſus aliam fabulam hi narrant. Dia bolus, inquiunt, progreſſus ad Euam, copulatus eſt ipſi uelut uir mulieri, & genuit ex ipſa & Cain & Abel. quapropter reſtitit alter alteri, propter æmulationem quam mutuò exercebant, non eo quod complacuit Abel Deo, uelut ueritas ipſa habet, ſed aliam errantes rationem afferunt: quoniam, inquiunt, amabant ambo ſororem ſuam propriam, ea de cauſa inſurrexit Cain aduerſus Abel, & occidit ipſum. Ex natura enim dicunt ipſos ex ſemine diaboli, uelut dixi, natos eſſe. Producunt autem teſtimonia ubi aliquos decipere uoluerint, ex diuinis libris. uelut etiam in alia ſecta hoc à me dictum

Diabolus filius Sabaoth.

» eſt, Saluator ad Iudæos dixit, Vos ex ſatana eſtis, & quum loquitur mendacium, ex
» propriis loquitur. nam & pater ipſius mendax erat: quo uidelicet dicant diabolum eſſe ipſum Cain, quoniam dixit quod ab initio homicida erat: & ut oſtendãt, patrem quidem ipſius eſſe diabolum. Diaboli uero eſſe patrem principem mendacem, quem maledictis impetentes contra ſuum ipſorum caput, dicunt ipſum eſſe Sabaoth, ſtolidi putantes nomen eſſe Dei uocem Sabaoth, uelut etiam antea in ſuperioribus ſectis per longum à nobis de Sabaoth, et aliorum nominum interpretationibus, à nobis tracta tũ eſt. Velut ſunt Eli, & Eloim, et El, & Saddai, & Elion, & Rabboni, et Ia, & Adonai, & Iabe. Nam nomenclaturæ ſunt glorificationum, quæ omnes interpretationem ha bent, & non ſunt nomina adoptata, ut ita dicam, deitati, quę ſanè etiam hic explicabun tur. El enim eſt deus. Eloim, deus ſemper. Eli, deus meus. Saddai, ſufficiens. Rabboni, dominus. Ia, dominus. Adonai, qui eſt dominus. Iabe, qui erat, & eſt, & ſemper eſt: Si cut interpretatur Moſi, Qui eſt miſit me, dices ad ipſos. Elion, altiſſimus. Sabaoth uir tutum interpretationem habet. Dominus igitur Sabaoth, dominus uirtutũ eſt. Om nibus enim expoſitum eſt, quod ubi Scriptura nomen Sabaoth uſurpat, nõ ſolum id pronũciat ut diceret, dixit mihi Sabaoth, aut locutus eſt Sabaoth, ſed ſtatim dicit Do minus Sabaoth, hoc eſt dominus uirtutum. Et poſtea apud ipſos & ſimiles per men tis ipſorum cæcitatem, ea quæ recte dicta ſunt, in calumniam rapiũtur. Neq; enim de diabolo à Saluatore in ſermone ad Iudæos dictum eſt, uelut omnibus qui ueritatem ſe quuntur clarum exiſtit. Sed propter Iudam ipſis hoc uerbum dixit. Nõ enim erant fi lij Abraam, qui ipſum ante aduentũ eius in carnem ſub quercũ Mambræ ſuſcepit, ſed condemnarunt ſeipſos ut filij fierent proditionis Iudę, qui à Domino ſatanas ac diabo
» lus eſt appellatus, dũ dicit: Nõne duodecim uos elegi, & unus ex uobis diabolus eſt? & ea gratia malignos ipſius mores interpretãs Dominus dixit: Quum loquitur men
» dacium, ex propriis loquitur. Et uelut alibi Euangelium dicit, Fur erat, & marſupium ipſe portabat. Hic igitur diabolus uocatus Iudas, patrem habuit Cain, qui per menda cium fratrẽ decepit ſuum Abel, & occidit. Qui etiam interrogatus à Domino, Vbi eſt Abel frater tuus? mentiens dixit, Neſcio. Meritò igitur & hic natura diabolum mori bus imitatus, filius eius à Domino dictus eſt. Nam à quo quis ſuperatur, eius etiã ſer uus eſt. Et unuſquiq; noſtrũ quicquid tandẽ fecerit, eos qui prius id fecerunt, imitatus
» patres habebit. Clarè itaq; dictus eſt ſermo à Domino prolatus: Vos filij diaboli eſtis.
» Et rurſus, Quũ loquitur mendaciũ, ex propriis loquitur, quia pater ipſius mẽdax eſt. ut di cat primũ Iudam & Cain: deinde, Nã & pater ipſius mendax eſt, ut dicat ipſum diabo lum, propter ea quę ab unoquoq; horum perpetrata ſunt. Inſpiratione enim per os ſer

Sabaoth quid ſit.

Iudæi filij facti ſunt proditoris Iudæ.

pentis

pentis facta, omnia falsa loquutus est diabolus. Et sic tunc decepit Euam, & sublata est erronea horum fabula: etiamsi dicat Scriptura, quod Cain occidit fratrem suum, quia ex diabolo erat. Ostensum enim est omnino, non eo quod Eua ex semine diaboli conceperit, & quod per nuptiarum coniugium ac corporum coniunctionem Cain & Abel genuerit, uelut his uidetur: sed propter morum similitudinem, & malignitatis diaboli imitationem, filius ipsius appellatus est. Porrò ijdem rursus dicunt, Adam copulatum Euæ propriæ uxori genuisse Seth, natura proprium filium suum. Et tunc inquiunt supernam uirtutem cum ministris boni Dei angelis descendisse, ac rapuisse ipsum Seth, quem etiam alienigenam uocant, & euexisse sursum alicubi, & multo tempore educasse, ut ne occideretur: & post multũ tempus rursus detulisse in hunc mundum, & spiritualem fecisse ipsum ac corporalem, ut non posset contra ipsum præualere, neque ipse, neque aliæ potestates ac principatus mundi fabricatoris Dei. Dicunt autem ipsum non amplius cultum præstitisse creatori atque opifici. Verum cognouisse innominabilem uirtutem & supernum bonum Deum, eiq; cultum præstitisse, & contra creatorem mundi & principatus ac potestates multa reuelasse. Quare etiam libros quosdam efformarunt in nomen ipsius Seth conscriptos, ab ipso eos editos esse dicentes. Alios item in nomen ipsius & septem filiorum eius. Dicunt enim ipsum genuisse septem alienigenas appellatos, uelut etiam in alijs sectis diximus, Gnosticorum inquam & Sethianorum. Hi etiam alios prophetas esse dicunt, Martiadem quendam & Marsianum, raptos in cœlos, & qui per triduum descenderint. Et multa sunt quæ fabulose fingentes edunt, & blasphema faciunt contra uerum Deum omnipotentem patrem Domini nostri IESV CHRISTI, uelut qui princeps sit & inuentor prauitatis, id quod ex libris ipsorum deprehenditur. Si enim malorum inuentor est ac maleficus, quomodo non statim bonus inuenietur, uelut etiam in alijs sectis diximus, qui contra scortationes & adulteria, rapinasq; ac auaritiam legem tulit? Deum enim Iudæorum ipsum etiam ipsi dicunt. Iudæis autem legem dedit, in qua omnia hæc interdixit, quorum inuentorem ipsum esse dicunt. Quomodo autem pater satanæ uocari poterit, qui contra ipsum tot ac tanta designauit? Et si alienus est à superno apud ipsos appellato Deo, & nõ ipse est Deus omnipotens rex & Dominus noster IESVS CHRISTVS, quomodo in lege & in Euangelijs, & in prophetis ac Apostolis, ipse Deus Dominus, pater autem Domini nostri IESV CHRISTI appellatur? uelut clare nos ipse Dominus docet in Euangelio dicens: Gratias ago tibi pater Domine cœli ac terræ: quo ostendat patrem suum Deum uniuersorum. Et de mortuorum resurrectione, indicans ipsam futuram esse, rursus dicit: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo ipsum. Templum autem dixit proprium corpus, solutum quidem per manus hominum, hoc est occisum. At uero id quod corpus nõ est, sed in apparentia putatur, uelut hi rursus dicunt: non utique poterit in manus uenire, excitaq; tertia die, uelut promisit. Ostensa itaque clarè est per talem dispensationem mortuorum resurrectio, quod nihil ipsi contradici potest. Et neque opus est animæ ut excusationem prætendat apud unamquamq; potestatem: nam & hoc hi cõfingunt, uelut dictum est: sed ut Domini beneficentiam habeat per opera & fidem confirmatam. quemadmodum sanctissimus Paulus dicit, scribens ad Timotheum hęc uerba: Vt cognoscas quomodo oportet in domo Domini ambulare, quæ est Ecclesia Dei uiuẽtis, columna & fundamentũ ueritatis, quapleriq; dimissa ad fabulas ac stultos sermones conuersi sunt, non intelligentes neque quæ dicunt, neque de quibus affirmant. Quorum de numero est Phygellus & Hermogenes. Sed & in secunda epistola, Hymenæum ac Philetum circa ueritatem aberrasse dicit, qui & ipsi hanc hæresim sequuti sunt, aliũ Deum annunciantes, & genealogias infinitas & errorẽ hominibus inferẽtes ac docentes, Mundũ nõ ex Deo factũ esse, sed à principatib. ac potestatibus. Resurrectionẽ

Seth sursum raptus.

Martiades & Marsianus prophetæ.

uero

uero iam factam esse, per liberos genitos ab unoquoq; generante. Mortuorum autem resurrectionem nõ dicunt futuram esse. Et uidete fratres characterem ueritatis, & confutationem horum iniquitatis. Arbitror autem & de his sufficienter dictum esse. Vnde hac relicta, ad sequentes iter faciam: ubi illud solum dixero, quod hęc hæresis ualde similis uidetur ob Archonticæ appellationis celebritatem, multiplici serpentium malignitati. Quodammodo enim ex multis reptilibus mixtim est congregata erroris ipsorum uenenosa eiaculatio, ut quæ uelut audaciam draconis habet, dolositatem uero physali, retractionem autem spiritus bætonis, elationem acontiæ, procliuitatem ostracitæ. Quum autem horum omnium caput cõculcauerimus per ueritatis doctrinam, ad reliquas ô charissimi transeamus, uniuscuiusque errorem per Dei auxilium reuelare conantes.

Serpentiũ multiplicitas permixta.

Contra Cerdonianos, hæresim XLI.

Cerdon. CErdon quidam his & Heracleon succedit, ut qui ex eadem schola sit, & à Simone ac Saturnilo occasiones accepit. Hic à Syria digressus, & Romam profectus, corruptor & suijpsius et credentium ipsi miserrimus uisus est. Misera est enim hominum natura, quum relicta Dei uia errat, & ubi seipsam à Dei uocatione separauit. Contigit enim his canis prouerbium, qui umbræ intentus non continuit quod habebat in ore, & in aquam intuens, & maiorem umbram aquæ esse putans, quàm cibum quem in ore ferebat, aperto ore etiam eum quẽ habebat amisit. Sic & hi quũ uiam repererint, & umbram assequi uelint in suspicione ipsorum obortam, non solum cibum qui in ore ipsorum, ut ita dicam, erat, ex Deo donatus, amiserunt, sed etiam perniciem sibijpsis attraxerunt. Hic itaque Cerdon temporibus Hygini episcopi fuit, qui nonum locum successionis à Petro ac Paulo apostolis habuit. At uero prædicatio ipsius prædictorũ hæresiarcharum nugacitatis particeps, eadem esse uidetur: euariat autem ab ipsis, hoc modo se habens. Duo principia hic mundo prædicauit, & nimirum deos duos. Vnum bonum & omnibus incognitum, quem & patrem IESV uocauit. Et alterum opificem, qui malus sit & cognitus, loquutusq; sit in lege, & apparuerit in prophetis, sæpe uisibilis conspectus. Non esse autem CHRISTVM genitum ex Maria, neque in carne apparuisse, sed in apparentia fuisse, & in opinione apparuisse, & in existimatione omnia fecisse. Et ipse carnis resurrectionem negat. Vetus autem Testamentum reprobat, tum quod à Mose, tum quod à Prophetis traditum est, uelut à Deo alienum. Venisse autem CHRISTVM ex supernis ex ignoto patre, ad reprobationem fabricatoris mundi ac opificis principatus ac tyrãnidis, quam hic exercebat, quemadmodum sanè multæ hæreses dixerunt. Cæterum ubi modico tempore hic Romæ fuisset, impertiuit uenenum suum Marcioni. Quapropter Marcion huic successit. Quum autem hæresis facilis sit deprehensu, in summa de ipsa dicemus. Incipiemus autem rursus ipsius subuersionem ab his quæ ab ipso dicuntur. Equidem duo principia simul esse impossibile est. Aut enim duo ex uno quodam sunt, aut alterum est secundum, & alterum secundi causa ac principium. Quæretur igitur aut duorum causa, aut utrum horum principium sit alterius, uelut dixi. Et sic omni modo ad unum reducenda mens est, id uidelicet quod primum reperitur, ex quo etiam secundum, aut ambo, uelut dixi. Simul autem impossibile est duo principia esse. Imò neque differre alterum ab altero possibile est. Si enim differunt, sunt quidem duo, quæ uero duo numero reperiuntur, unitatis numerum excedunt. Quum autem unus ac primus numerus quæritur, duo uni numero ac superiori subiacent, qui causa duorum existit. Non enim duo post unum numerum, aut unum principium ac primum, sui ipsorum causæ esse possunt, quum singularis ac supremus numerus semper quæratur. Si enim duo reperiuntur una existente concordia, & congaudentia & concordia inter se, in eo quod alterum expectat, si alteri ita complacuerit, & alterum gaudeat

Canis umbrã sequens.

Hyginus episcopus Romanus, nonus à Petro & Paulo.

Principia duo simul esse non possunt.

alterius

alterius coniugatione, seditio quædam in medio utriusque est. Si autem seditionem agunt, & simul ambo inter se ex æquo robusta sunt: non utique poterit CHRISTVS, qui ad alterius reprobationem uenit, huius tyrannidem destruere, quum ipsum reniatur, & aduersus supernum inuisibile & innominatum contendere possit, resistereq; ac nunquã dissolui. Dicit autem stolidus ille, etiam legem ac prophetas mali ac aduersarij principij esse, CHRISTVM uero boni. Vnde igitur prophetæ ea quæ de CHRISTO expressa sunt, prædixerunt, si non una & eadem uirtus erat quæ loquuta est in lege & prophetis ac Euangelijs: quemadmodũ dicit ille qui loquitur in Prophetis, Ecce adsum, &c. Vnde uero etiam Dominus in Euangelio prædixisset, inquiens, Si Mosi crederetis, & mihi utiq; crederetis, ille enim de me scripsit. Et multa dicere possim de testimonijs, quibus ille usus, scholam sibijpsi coaceruauit, qui in malum euentũ mundo exortus est, & ab ipso deceptos seduxit. Verum præteribo etiam hanc hæresim, quum uelut Memycis ac Pemphredonis dolorem inducentium, & ex uolucrium genere originem ducentium, sub unum cõtactum extentorum, peremptionem fecerim, per Dei efficacissimam fidem ac salutarem doctrinam: quum Dominus noster IESVS CHRISTVS dixerit, Videte ne seducamini, Multi enim uenient falsi prophetæ: & Apostolus de ijsdẽ falsis Christis, & falsis doctoribus, ac falsis fratribus dixerit, ac nos muniuerit. Consequenter itaq; ad aliarum enarrationem procedam.

Memyx.
Pemphredon.

Contra Marcionistas, hæresim XLII.

MArcion, à quo Marcionistæ, ex prædicto Cerdone occasionẽ accepit, & ipse magnus serpens in mundum processit, & magnam multitudinẽ per uarios modos usq; in hunc diem decepit, scholamq; doctrinæ suæ erexit. Hæresis autem adhuc etiam nunc est Romæ, & in Italia, in Ægypto, & Palæstina, et in Arabia ac Syria, in Cypro item atq; Thebaide. Quin & in Perside & alijs locis reperitur. Magnopere em̃ improbus ille fraude sua prævaluit. Hic genere Ponticus fuit, ex urbe Sinope, uelut multa de ipso fama fertur. Prima uita sua uirginitatem exercuit, solitarius enim uixit, & Episcopi sanctæ nostræ catholicæ Ecclesiæ filius fuit. Progressu uero temporis circa uirginẽ quandam corrumpitur, & decepta uirgine seipsum atq; illam à spe detraxit. Et quum illam corrupisset, à proprio patre ex Ecclesia ejicitur. Erat enim pater ipsius propter excellentem pietatem illustris, & ueritatis insigniter studiosus, in episcopatus ministerio honeste uiuens perseuerabat. Marcion autem multum supplicans, ac ueniam precatus, eam à patre non impetrauit. Dolor enim uexabat uenerandum senem, ac episcopum, quod non solum lapsus esset ille, sed quod etiam ipsi dedecus afferret. Quum itaque assequutus non esset ab ipso per blanditias quæ petebat, non ferens multorum lubrium, ab urbe sua aufugit, & uenit Romam quum mortuus esset Hyginus episcopus Romanus (hic autem nonus erat à Petro ac Paulo apostolis) & cum senibus adhuc superstitibus à discipulis Apostolorum congressus, petebat ut in congregationem reciperetur, & nemo id ipsi permittebat. Æmulatione igitur elatus, ubi non accepit præsidentiam & Ecclesiæ ingressum, excogitat sibijpsi consilium, & ad impostoris Cerdonis sectam confugit. Et incipit ex ipso, ut ita dicam, principio, & uelut à foribus quæstionum, proponere presbyteris illius temporis hanc quæstionem. Dicite mihi (inquit) quid est hoc? Non mittunt uinum nouum in utres ueteres? Neq; assumentum panni rudis in uestę ueteri? alioqui & supplementũ aufert, & ueteri nõ conueniet. maior enim fiet fissura. Et ubi hoc audiuissent mites ac sanctissimi sanctæ Dei Ecclesiæ presbyteri ac doctores, consequentiæ ac harmoniæ rationem reddentes, cum mansuetudine ipsi respondebant. Fili hoc sunt utres ueteres, pharisæorum & scribarũ corda inueterata in peccatis, & quæ non susceperunt Euangelij prædicationem. Et uestis uetus est, uelut Iudas in ueteratus in auaritia, non suscepit noui ac sancti et cœlestis mysterij prędicationẽ, quæ spem docet: & quidẽ coniunctus undecim apostolis, & ab ipso

« «

Marcion uirginem corrupit.

« «

Vtres ueteres qui sint.

Vestis uetus quæ sit.

ipso Domino uocatus, ampliorem fissuram habuit per seipsum, quum nemo ipsi au-
tor & causa esset. Nam mens ipsius non consentiebat supernæ spei & cœlesti uocatio
ni futurorum bonorum, pro pecuniis in hac uita, elationeq; ac amicitia præferente, spe
item ac uoluptate. Ille uero non sic inquit, sed alia sunt præter hæc, quoniam ipsum su
scipere non uoluissent. Hoc igitur clare ipsis dicebat: Cur non uoluistis me suscipere?
Quum autẽ illi dicerent, Non possumus hoc sine permissu uenerandi Patris tui face-
re. una enim est fides, & una concordia: & non possumus aduersari bono comminis-
tro nostro, patri autem tuo. Æmulatione igitur commotus, & ad magnam indigna-
tionem ac superbiam elatus, fissuram efficit sibi ipsi, hæresim erigens ac dicens: Ego fu
dam Ecclesiam uestram, & mittam fissuram in ipsam in æternum. Et reuera fissuram
quidem immisit non paruam: sed nõ Ecclesiam diffidit, uerum seipsum, & eos qui ipsi
obediuerunt. Accepit autem occasionem ex prædicto Cerdone præstigiatore ac impo
Principia tria Marcioni. store. Nam & ipse duo prædicat principia. Apponens autem rursus illi, Cerdoni in-
quam, aliud quoddam præter illum ostendit, tria principia esse dicẽs: Vnum quidem
supremum innominatum & inuisibile, quod etiam bonum Deum dicere uult, quod
nihil ex his quæ in mundo sunt, creauit. Alterum autem esse uisibilem Deum ac opifi
cem. Diabolum uero tertium, & inter duo hæc, ut ita dicam, medium, inter uisibile ui
delicet ac inuisibile. Creatorem autem & opificem ac uisibilem Deum, esse Deum Iu-
dæorum, esse item ipsum iudicem. Ab ipso porrò Marcione etiam Virginitas prædi-
catur. Ieiunium item ac sabbatum prædicat. Mysteria autem apud ipsum perficiuntur
Sabbati ieiu-nium cur fiat. uidentibus his qui instruuntur. Aqua autem hic in mysteriis utitur. Sabbatum uero
ieiunat ob hanc causam: quoniam Dei, inquiunt, Iudæorum est requies, qui mũdum
fecit, & in septima die quieuit. Nos ieiunamus hanc, ut ne officium Dei Iudæorum fa
ciamus. Carnis resurrectionem negat, uelut multæ hæreses. Animæ uero resurrectio-
nem esse dicit, & uitam ac salutem solius. Non solum autem unum lauacrum apud ip-
sum datur, sed etiam tria, & ultra dare licet apud ipsos si quis uelit, sicut à multis audi-
ui. Contigit aũt hoc fieri ipsi ut tria lauacra dari permitteret, propter ludibrium quod
sustinuit à discipulis suis qui ipsum norant ex delicto ac corruptione in uirginem com
missa. Nam quum corrupisset in ciuitate sua uirginem, & aufugisset, atq; in magno de
licto inuentus esset, excogitauit præstigiator sibi ipsi secundum lauacrum, asserens lice
Baptismi tres. re usq; ad tria lauacra, hoc est tres baptismos dare in remissionem peccatorum. quo si
quis lapsus esset post primum, pœnitentia acta accipiat secundum, et tertium similiter,
si in delicto post secundum comperiatur. Profert autem, nimirum ut se à ludibrio con
seruet, & ut hoc confirmet quod post delictum rursus purgatus est, & de cætero inno
cens est: testimonium de hoc ementiens probabile, ut per ueri similitudinem decipere
possit, non autem hoc significet quod ipse uult. Baptizatus, inquit, Dominus à Ioan-
» ne, dicebat discipulis, Baptisma habeo baptizari, et quid uolo, si iam ipsum perfeci? Et
» rursus, Poculum habeo ut bibam, & quid uolo, si iam complebo ipsum? & sic plura
dare baptismata docuit. Nec uero hoc solũ facit, sed & legem reiicit & prophetas om-
nes, dicens ex principe mundi opifice tales prædixisse. CHRISTVM uero ex supernis
ab inuisibili ac innominato patre descendisse dicit, propter animarũ salutem, & ad re-
darguendum Deum Iudæorum, & legem ac prophetas & eiusmodi. & in infernum
descendisse Dominũ, ut saluaret Cain, & Core, & Dathan, & Abiron, & Esau, & om
nes gentes quæ non nouerunt Deum Iudæorum. Abel autem & Enoch, & Noë, &
Abraam, & Isaac, & Iacob, Mosem item, Dauidq; ac Solomonem illic reliquisse, pro-
pterea quod cognouerunt, inquit, Deum Iudæorum esse creatorem ac conditorem,
& quod officia ipsius fecerunt, & non Deo inuisibili seipsos addixerunt. Dat etiã per-
missionem mulieribus ut baptismum dent. Apud ipsos enim omnia sunt ludibrio ple
na, & nihil aliud, quum etiam mysteria coram his qui instituuntur atq; initiantur in sa-

cris,

cris, perficere audeant. Resurrectionem uero, uelut dixi, hic non corporum, sed animarum esse dicit, & salutem his decernit, non corporibus. & transitiones similiter animarum à corporibus in corpora asserit. Verum undiquaq; cadit uana ipsius doctrina, uelut iam in alijs sectis à me tractatum est. Quomodo enim resurget anima quæ non cecidit? Resurrectio uero ipsius quomodo uocabitur nunquam lapsæ? Quicquid enim labitur, resurrectione opus habet. Cadit autem non anima, sed corpus. Vnde etiã meritò consuetudo solet ipsum cadauer uocare, & ipse quoq; Dominus ubi dixit, Vbi cadauer, ibi congregabuntur & aquilæ. Nam in monumentis non cõdudimus animas, sed corpora deponimus obruentes terra. quorum resurrectio in spem habet prædicationem, quemadmodum frumenti granum, uelut etiam sanctus Apostolus testimonium protulit de grano frumenti, & alijs seminibus. Sed & ipse Dominus in Euangelio, Nisi collapsum granũ frumenti mortuum fuerit, solum manet. Sanctus aũt Apostolus dicit, stultum enim uocat incredulum, & omnino ambigentẽ ac dicentem, quomodo fit resurrectio? quali uero corpore ueniẽt? et statim ad tales dicit: Stulte tu, quod seminas, non uiuificatur, nisi mortuum fuerit. Et penitus ostendit Scriptura lapsi gani, hoc est corporis sepulti, et non animæ resurrectionem fieri. Quomodo uero anima ueniet sola? quomodo regnabit sola, quæ simul cum corpore operata est iustũ aut malum? Erit enim contrarium, & non iustum iudicium. Quomodo autem consistet doctrina Marcionis de tribus principijs? Quomodo bonus reperietur, qui in mali partibus opus perficit, aut salutis, aut aliorum? Si enim non ipsius est mundus, demisit autem unigenitum suum in mundum, ut acciperet ex mundo alieno, quæ non ipse seminauit, neq; fecit, reperietur aut aliena appetens, aut paupertatem sustinens, aut propria non habens, & ad aliena seipsum immittens, quo sibi acquirat quæ prius non habet. Quomodo uero iudex in medio utriusq; erit opifex? Deinde quos habebit ut iudicet? Si enim uasorum quæ à superno sunt, iudex præsidet, potens est super supernũ: quando quidem in medium suorum iudiciorum affert ea quæ superni sunt, uelut Marcioni placet. Et si omnino iudex est, iustus est. Ostendemus autem à nomine iusti, quod idem est bonum & iustum. Quicquid enim iustum est, hoc et bonum est. Nam ab eo quod bonus est, bonum largitur iuste cum ueritate ei qui bona fecit: & non amplius erit ad bonum contrarius bono, secundum iustitiam bonum bono exhibens, & malo supplicium irrogãs. Neq; rursus bonus fuerit, qui malo bonam mercedem in fine dat, quum non pœnitentiam egerit, etiamsi in præsenti oriri finit solem suum super bonos & malos, & pluuiam suam exhibuerit, propter libertatem arbitrij in præsenti tum bonis, tum malis hominibus. Bona enim non amplius erit natura ac iusta eius qui malo mercedem salutis in futuro sæculo exhibet, & non potius odio habet malum ac praui. At tertius inuentus ab ipso malus, si habet potestatem operandi mala, & roboris uim contra bonos in mundo, aut ex supernis, aut medij iusti: reperietur hic fortior duobus dijs qui à Marcione producuntur, quoniam potestatem habet rapiendi aliena. Et imbecilles de cætero iudicabuntur illi duo præter unum malũ, qui non possunt resistere, ac defendere à rapiente ea quæ ipsorum sunt, & in prauitatem transmutante. Quin & rursus aliter considerabimus, quo inanis sapientiæ ludibrium huius circulatoris deprehendamus. Si enim omnino malus malus est, rapit autem bonos à bono, & iustos à iusto, proprios uero non rapit solos: inuenietur malus non amplius malus, ut qui bonos appetat, & uelut melioribus in iudicijs auxilium ferat. Si uero & proprios iudicat, suppliciumq; de iniustis sumit, nõ amplius malus erit, qui malorum iudex existit. & inuenietur omnibus modis doctrina ipsius seipsam subuertẽs. Vnde autem ipsum esse acceperunt tria principia, rursus edissere? Quis uero est qui his terminos constituit? Si enim unusquisq; in proprio loco circumscribitur, non amplius perfecta tria comperientur circumscripta in quibusdam contentiuis locis. Comperietur autem id

Resurrectio animarum.

Cadaueris appellatio.

Bonum & iustum idem est.

quod continet maius contento. Et quod continetur, non amplius Deus uocari poterit, sed potius contentiuus ille terminus. Si uero etiam simul inter se congressi, unusquisq; iuxta diuisionem propriũ sortitus est locũ, & quisq; in proprio existens, alteri nõ molestus est, neq; incursionem facit, non amplius principia inter se contraria sunt, neque aliquod ipsorum malum reperietur, propterea quod secundum iustitiam & quietem ac constantiam, propria carent, & non ulterius procedere conentur. Si uero malus à superno superatur, cogituŕq; ac debellatur, ut qui diuisus sit & in proprio loco, cuius loci nihil ad supernum bonum pertinet, neq; quicquam ab ipso possidetur, de his inquam, quæ hic in mali sunt loco: magis tyrannicus comperietur supernus, & nõ amplius bonus, qui proprium filium siue CHRISTVM demisit, ut aliena accipiat. Et ubi est terminus qui tria principia distinguit, iuxta huius impostoris doctrinæ rationem? Requiretur enim quartus quidam mansuetissimus, & tribus prudentior terminorum descriptor ac scientia præditus, qui mensuras unicuique distribuit, & tres illos pacificauit. Si uero non seditionem inter se egerint, neque alius ad alterius res demittit, & hic quidem qui tria principia persuasit, inuenietur quartus, & sapientior & mansuetior. Sed & in proprio rursus loco quæretur, à quo in medium trium uenit, & unicuique partem sapienter discreuit, ut ne mutuò iniuriã facerent. Si uero in his quæ unius sunt, opificis inquam, duo principia diuersantur, tum malus in opificis locis ac regionibus, tum boni ipsius CHRISTVS qui huc aduenit: non amplius ergo iudex & opifex solum reperietur, sed etiam bonus, ut qui concedat duobus, ut in propria ipsius faciant quod uolunt. Aut imbecillis comperietur, & non potens prohibere à propriis alienos raptores. Si autem etiam minor potentia est, non amplius reperietur opificium consistens, sed defecit iam olim, dum diripitur quotidie, tum à malo ad propriam partem, tum à bono ad superna. Et ubi amplius opificium consistet ac stabilietur? Si uero dicis, quod tempore desinet, & possibile est hoc omnino desinere, per ipsius boni curam: non igitur bonus autor damni erit, qui non olim fecit, quod postea bonum perficere putauit. neque tamen ab origine fecit, priusquam plures iniuria afficerentur, & à iudice detinerentur, atque infrà maneret. Rursus porrò diuinã Scripturam non recte intelligens, producit, & simplices decipit, peruertens Apostoli dictum: CHRISTVS nos redemit ex maledictione legis, factus pro nobis maledictio, & inquit, Si fuissemus ipsius, non sanè quod suum erat, emisset: quum autem emerit, in alienum mundum uenit, ut emeret nos, qui non eramus ipsius. Creatura enim eramus alterius, & ob id ipse nos emit in uitam suam. Ignorat autem omnino miser ille, quod neq; CHRISTVS maledictio facta, absit: sed maledictionem propter peccatum nostrum abstulit, ubi seipsum crucifixit, & factus est mors morti propter peccata nostra, & maledictio maledictioni ipse factus. Quapropter non est CHRISTVS maledictio, sed maledictionis solutio. Benedictio autem omnibus in ipsum uere credentibus. Sic etiam redemit, nõ dixit emit. Neq; enim ad alienũ uenit, ut raperet aut emeret. Si enim emisset, non habens emisset: & uelut mendicus quæ nõ habebat acquisiuisset, & adeptus nos uendidisset, à quodã uidelicet fœneratore impulsus. Sed non habet sic res ipsa. Neq; enim dixit, emit, sed redemit. Simile autem huic idem sanctus Apostolus dicit, Redimentes tempus, quia dies praui sunt. Et non dies emimus, neq; preciũ pro diebus damus. Sed patientiam & cunctationem longanimitatis significans hoc dixit. Quare uox Redemit, argumentũ fideiussionis declarat aduentus carnalis pro nobis in mundum, quem suscepit, ut pateretur pro nobis, quum sit Deus afflictionũ exors, manens in propria deitatis suæ indolentia. Et hoc ipsum quod suscepit pro nobis pati, non emens nos ab alienis, sed causam crucis pro nobis suscipiens, uoluntate & nõ coactus necessitate. Vnde redarguit̃ per omnia Marcionis doctrina, & multa sunt quæ ad subuersionem artis ac tragœdiæ ipsius, ex pia cogitatione & rationabili apparitione pro-

Christus maledictio factus.

Redimere tempus.

ne procedunt in contradictione aduersus ipsum. Deueniam autem ad ea quæ ab ipso scripta sunt, imò potius malicioſe acta. Hic enim Euangeliū ſecundum Lucam ſolum habet, circumcisum ab initio, propter Saluatoris conceptionem & carnalem ipsius aduentum. Non ſolum autem principium reſecuit ille, qui ſeipſum magis quàm Euangelium corrupit: ſed etiam de fine ac medio multa ueritatis uerba recidit, & alia præter ea quæ ſcripta ſunt, appoſuit. Solo autem uſus eſt hoc charactere, Euangelio uidelicet ſecundum Lucam. Habet autem & epiſtolas ſancti Apoſtoli decem, quibus ſolis utitur, non autem omnibus in ipſis ſcriptis, ſed aliqua ex ipſis reſecans, quædam uero capita permutans. His uerò duobus libris utitur. Alia autem ſcripta à ſeipſo compoſuit his qui ab ipſo decepti ſunt. Cæterū epiſtolæ quę apud ipſum leguntur, ſunt. Prima quidē ad Galatas. Secunda uero ad Corinthios. Tertia ad Corinthios ſecūda. Quarta ad Romanos. Quinta ad Theſſalonicenſes. Sexta ad Theſſalonicenſes ſecunda. Sęptima ad Epheſios. Octaua ad Coloſſenſes. Nona ad Philemonem. Decima ad Philippenſes. Habet autem & eius quæ ad Laodicenſes dicitur, partes. Ex quo ſanè charactere qui ab ipſo ſeruatur, Euangelij ac epiſtolarum Apoſtoli, oſtendere poſſumus ex gratia Dei, ipſum eſſe deceptorem ac ſeductorem, & ſummè eum redarguere. Ex ipſis enim quæ ipſe confitetur, citra ambiguitatem ſubuertetur. Ex ijſdem enim quæ adhuc apud ipſum ſunt, reliquijs Euangelij ac epiſtolarum, oſtendetur CHRISTVS intelligentia prædictis non alienus eſſe à ueteri Teſtamento. & prophetę quoq; non alienos eſſe à Domini præſentia. Et quod reſurrectionem carnis Apoſtolus prædicat. & iuſtos prophetas nominat, & quod ſint inter eos qui ſeruantur, Abraam Iſaac & Iacob. & omnia quę ſunt in ſancta Dei Eccleſia ſalutaria, & ſancta, & ex Deo firmata, tū in fide, tum in cognitione, & in ſpe atq; doctrina. Apponam autem & eam tractationem quam feci contra ipſum, priuſquam hoc meum opus aggrederer, quod per ueſtrā fratres exhortationem facere ſum aggreſſus. Ante annos multos perſcrutans huius Marcionis excogitatā mendacitatem & deliram doctrinam, ipſos ſanè prædictos libros quos poſſidet in manus accipiens, nempe id quod apud ipſum dicitur Euāgelium, & quod Apoſtolicum uocatur, decerpens, & iuxta ſeriem eligens, ex prædictis duobus libris ea quæ ipſum redarguere poſſunt: pauimentum quoddam compoſitionis feci, conſequenter poſitis capitibus & ſingulis locutionibus inſcriptis, prima, ſecunda, tertia, & ſic uſq; ad finem perueni. In quibus apparet, quod ſtulte cōtra ſeipſum adhuc has quę reſtant, tum Saluatoris, tum Apoſtoli locutiones ſeruat. Aliquæ enim ex ipſis malicioſe ab ipſo immutatæ ſunt, & non ſicut habuit Euangelij ſecundum Lucam exemplar, & Apoſtoli characteris indicatio. Aliquę uero in natura ſua reſtant, uelut Euangelium & Apoſtolus habet, & non ab ipſo alteratæ ſunt, uerum ipſum redarguere poſſunt: per quæ oſtenditur uetus Teſtamentum conſonum eſſe nouo, et nouum ueteri. Aliæ uero rurſus locutiones eorundem librorum oſtendunt CHRISTVM in carne uenisſe, & inter nos perfecte hominem factum eſſe. Sed & aliæ rurſus ſunt quæ confitentur mortuorum reſurrectionem, & Deum unum dominū omnium omnipotentem, ipſum eſſe creatorem cœli ac terrę, & omnium in terra conditorum, & neq; adulterant Euangelij appellationem, neq; tamen negant creatorem & opificem omnium, ſed clare declarant eum quem Euangelicæ & apoſtolicæ prædicationis character cōfitetur. Et ſunt ea quæ à nobis tractata ſunt, in ſubiectis appoſita.

Marcionis ſcripta.

Epiphanij pauimenti compoſitio contra Marcionem.

Præfatio tractationis ac confutationis librorum Marcionis.

QVi cupit impoſtoris Marcionis adulteratas opiniones exacte cognoſcere, & conſectas eiuſdem beſtiæ artes perſcrutari, is ne grauetur hunc collectum à nobis laborem legendo euoluere. Nam ex Euangelio apud ipſum recepto, ea quæ improbæ ipſius maliciei opponi poſſunt, collecta appoſuimus, ut qui hūc laborem uerſare uelint, hoc celeritatis exercitium habeant, ad peregrinas ac nouas excogitatas ab ipſo dictio-

nes ac locutiones confutandas. Stilus enim ipſe Euangelium ſecundum Lucam indicat. Quum autem amputatus ſit, et neq; principium, neq; medium, neq; finem habeat, ueſtimenti à multis tineis corroſi ſimilitudinẽ pręſe fert. Statim enim in principio om
» nia quæ ab initio à Luca tractata ſunt, hoc eſt quod dicit: Quandoquidem multi ag-
Lucæ Euangelium corruptũ greſſi ſunt, &c. & quæ habentur de Elizabeth, & de Angelo nuncium ferente Mariæ uirgini, & de Ioanne ac Zaccharia, & de genealogia natiuitatis in Bethlehem, & de baptiſmatis tractatione: hæc omnia reſecuit ac tranſſiliuit, & principium Euangelij hoc
» fecit, Anno decimoquinto Tiberij Cæſaris, &c. Hinc itaq; hic initium facit, & non iuxta ſeriem perſeuerat, ſed alia (uelut dixi) amputat, alia apponit, ſurſum ac deorſum nõ rectà procedens, ſed uerſute omnia circuiens, & ſunt hæc. I. Abi & oſtende te ſacerdoti, & offer pro purgatione tua, uelut pręcepit Moſes, ut ſit teſtimonium hoc uobis: pro hoc quod Saluator dixit, in teſtimonium ipſis. II. Vt autem ſciatis quod filius hominis poteſtatem habet dimittendi peccata in terra. III. Dominus eſt filius hominis etiam ſabbati. IIII. Iudam Iſcarioth qui fuit proditor. Verum pro deſcendit cum ipſis, habet Deſcendit inter ipſos. V. Et omnis turba quęrebat ipſum tangere. Et ipſe attollens oculos ſuos. VI. Ad eundem modum faciebant prophetis patres ueſtri.
VII. Dico uobis, tantam fidem neq; in Iſraël inueni. VIII. Immutatum illud, Beatus qui non paſſus fuerit offendiculum in me. Habebat enim uelut ad Ioãnem. IX. Hic eſt de quo ſcriptum eſt, Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam. X. Et ingreſſus in domum phariſæi, accubuit: Mulier autem illa peccatrix ſtans retro ad pedes, rigauit lachrymis pedes, & unxit, & oſculabatur. XI. Et rurſus hæc lachrymis rigauit meos pedes, & unxit & oſculata eſt. XII. Non habet, Mater ipſius & fratres ipſius, ſed ſolum, Mater tua & fratres tui. XIII. Nauigantibus ipſis obdormiuit. Excitatus autem, increpauit uentum & mare. XIIII. Contigit autem inter eundum, turbæ conſtringebant ipſum, & mulier ubi tetigiſſet ipſum, ſanata eſt à ſanguine. Et dixit Dominus, Quis me tetigit? & rurſus, Tetigit me aliquis. nam noui uirtutẽ à me proceſſiſſe. XV. Sublatis in cœlum oculis, benedixit ſuper ipſos. XVI. dicens, Oportet filium hominis multa pati, & occidi, & poſt tres dies reſurgere. XVII. Et ecce duo uiri loquebantur cum ipſo, Helias & Moſes in gloria. XVIII. ex nube uox, Hic eſt filius meus dilectus. XIX. Rogaui diſcipulos tuos, dixit autẽ eo quod non potuerunt eijcere ipſum, & ad ipſos: O generatio incredula, quàm diu tolerabo uos? XX. Filius enim hominis, futurũ eſt, ut tradatur in manus hominũ. XXI. Neque hoc legiſtis quod fecit Dauid, intrauit in domum Dei. XXII. Gratias ago tibi Domine cœli: nõ habet autem, & terræ: neq; habet, pater. Redarguit autem: infrà enim habet, ita pater. XXIII. Dixit legiſperito, In lege quid ſcriptum eſt? & reſpondẽs poſt legiſperiti reſponſionem dixit, Recte feciſti, hoc fac & uiues. XXIIII. Et dixit, Quis ex uobis habebit amicum, & uadet ad ipſum media nocte, petẽs tres panes. Igitur petite & dabit. Quem enim ex uobis patrem filius petet piſcem, & pro piſce ſerpẽtem dabit ipſi? aut pro ouo ſcorpiũ. Si igitur uos qui mali eſtis, nouiſtis dona bona, quanto magis pater? XXV. Reſectũ eſt de Iona propheta. Habet enim, Natio hæc, ſignum non dabitur ipſi. Non autem habet de Niniue, & regina Auſtri ac Solomone. XXVI. Pro præteritis iudicium Dei: habet, præteritis uocationem Dei. XXVII. Væ uobis, quia ædificatis monumenta prophetarũ, & patres ueſtri occiderunt ipſos. XXVIII. Non habet, propter ea dixit Sapientia Dei, Mittã ad ipſos prophetas. Et de ſanguine Zachariæ & Abel, & prophetarũ, quod requiretur ex generatione hac. XXIX. Dico amicis meis: Ne timete eos qui occidunt corpus: timete eum, qui poſtquã occidit, poteſtatem habet mittendi in geennam. Non autem habet, Nónne quinq; paſſerculi duobus aſſibus ueneunt, & unus ex ipſis non eſt in obliuione poſitus coram Deo? XXX. Pro Confitebitur ipſum coram angelis Dei: legit, coram Deo. XXXI. Non habet, Deus ueſtit gra-

men.

men. XXXII. Veſter aũt pater nouit quod indigetis his, carnalib. ſcilicet. XXXIII. Quærite autem regnũ Dei, & hæc omnia adijcientur uobis. XXXIIII. Pro pater ueſter, pater habet. XXXV. Pro ſecunda aut tertia uigilia, habet ueſpertinam uigiliam. XXXVI. Veniet dominus ſerui illius, & diſſecabit ipſum, & partem ipſius cum infidelibus ponet. XXXVII. Ne fortè pertrahat te ad iudicẽ, & iudex tradat te exactori. XXXVIII. Amputatũ eſt ab hoc, uenerunt quidã nunciantes ipſi de Galilæis, quorum ſanguinem cõmiſcuit Pilatus cum ſacrificijs ipſorum, uſquequo dicit de decẽ & octo in Siloam mortuis in turri. Et niſi reſipueritis, uſq; ad parabolam fici, de qua dixit agricola, donec fodero & miſero ſtercora, & ſi nõ fecerit, excinde. XXXIX. Hanc ad filiam Abraam, quam alligauit ſatanas. XL. Amputauit rurſus, Quum uideritis Abraam & Iſaac & Iacob, & omnes prophetas in regno Dei: Pro hoc uero fecit, quum omnes iuſtos uideritis in regno Dei: uos autem expelli foras, fecit, uos, uos autem deineri foris: illic erit fletus & ſtridor dentium. XLI. Recidit rurſus, Venient ab orientibus & occidentibus, & accũbent in regno Dei. Et hoc, Poſtremi erunt primi. Et hoc; Acceſſerunt phariſęi dicentes, Exi & uade, quia Herodes uult te occidere. Et hoc, dixit Ite & dicite uulpeculę illi: uſquequo dixit, Non eſt poſſibile prophetã perire extra Hieruſalem. Et hoc, Hieruſalem Hieruſalem quæ occidis prophetas, et lapidas miſſos. Et hoc, Sæpe uolui congregare uelut gallina filios tuos. Et hoc, Relinquitur uobis domus ueſtra. Et hoc, Non uidebitis me donec dixeritis, Benedictus. XLII. Rurſus recidit parabolã omnem duorum filiorum, eius qui accepit partem bonorum paternorum, & alterius. XLIII. Lex & prophetæ uſq; ad Ioãnem, ab eo tempore regnũ Dei annunciatur, & quilibet in ipſum uim facit. XLIIII. De diuite & Lazaro, paupere ac mendico, quod delatus eſt ab angelis in ſinum Abrahæ. XLV. Nunc autem hic ſolatio fruit idem Lazarus. XLVI. Dixit Abraam, Moſen habent & prophetas, audiãt ipſos. alioqui neq; excitatũ ex mortis audient. XLVII. Reſcidit hoc, Dicite inutiles ſerui ſumus, quod debuimus facere, fecimus. XLVIII. Quando occurrerunt decem leproſi, recidit multa & fecit, demiſit ipſos dicẽs, Oſtendite uos ſacerdotibus. & alia pro alijs fecit dicens, Multi leproſi erant in diebus Heliſſæi prophetæ, & nõ mundatus eſt niſi Neeman Syrus. XLIX. Venient dies quando cõcupiſcetis uidere unam diem filij hominis. L. Dixit quis ad ipſum, Magiſter bone, quid faciendum mihi ut conſequar uitam ęternam. Ipſe uero dixit, Ne me dixeris bonum, unus eſt bonus Deus: appoſuit, pater. & pro, præcepta noſti, dicit præcepta noui. LI. Factũ eſt quum appropinquaret Hiericho, cæcus clamabat, IESV fili Dauid miſerere mei. Et quãdo ſanatus eſt, dicit, Fides tua te ſaluum fecit. LII. Amputauit hoc, Quum aſſumpſiſſet IESVS duodecim dixit, Ecce aſcendimus Hieroſolyma, & conſummabunt omnia quæ ſcripta ſunt per prophetas de filio hominis, tradetur, occidetur, & tertia die reſurget. Hæc omnia amputauit. LIII. Reſcidit caput de aſino & Bethphage, & de ciuitate ac templo: quod ſcriptũ erat, Domus mea domus orationis, & uos feciſtis eam ſpeluncã latronum. LIIII. Et quæſiuerunt inijcere in ipſum manus, & timuerunt. LV. Rurſus amputauit parabolam de uinea elocata colonis. Et hoc, Quid igitur eſt hoc, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes. LVI. Reſcidit hoc, Quod aũt reſurgent mortui, etiam Moſes oſtendit circa rubum, quum dicit dominũ Deum Abraam & Iſaac et Iacob. Deus aũt eſt uiuentiũ, & nõ mortuorum. LVII. Non habet hæc, Quod aũt reſurgent mortui, etiam Moſes oſtendit, dicens Deum Abraam, Deum Iſaac, & Deum Iacob, Deum uiuentiũ. LVIII. Rurſus reſecuit hoc, Pilus ex capite ueſtro non peribit. LIX. Rurſus reſcidit hæc, Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant in montes, & cætera quæ ſequuntur uſq; ad, Vt impleantur omnia quæ ſcripta ſunt. LX. Collocutus eſt cum militum imperatoribus, quomodo ipſum traderet ipſis. LXI. Et dixit Petro ac reliquis, Abite & preparate ut edamus paſcha. LXII. Et accubuit, & duodecim Apoſtoli cũ eo, & dixit, Deſiderio deſideraui hoc paſcha comedere uobiſcũ antequã patiar.

LXIII. Rescidit hoc, Dico enim uobis, non edam ipsum donec compleatur in regno Dei. LXIIII. Resecuit hoc, Quando misi uos, nunquid defuit uobis? & quæ sequuntur usq; & hoc quod scriptum est, oportet perfici, nempe, Et cum iniquis reputatus est. LXV. Distractus est ab ipsis fermè ad lapidis iactū, positisq; genibus orabat. LXVI. Et appropinquauit ut oscularetur ipsum, & dixit. LXVII. Rescidit quod fecit Petrus, quando percussit et amputauit auriculam serui pontificis. LXVIII. Et qui tenebant, illudebant ipsi, cedentesq; & percutientes dicebant, Vaticinare quis est qui te percussit? LIX. Apposuit post hoc, Hunc deprehendimus peruertentem gentem, & destruentem legem & prophetas. LXX. Additio est post iubentem tributa nō dare, & auertentem mulieres ac liberos. LXXI. Et quum uenissent in locum qui dicitur Caluariæ locus, crucifixerunt ipsum, & diuiserunt uestes ipsius, & obscuratus est sol. LXXII. Rescidit hoc, Hodie mecum eris in paradiso. LXXIII. Et quum clamasset uoce magna, expirauit. LXXIIII. Et ecce uir nomine Ioseph, detractum corpus inuoluit sindone, & posuit in monumento in lapidem excisō. LXXV. Et reuersæ mulieres, quieuerunt sabbato secundū legem. LXXVI. Dixerunt illi in ueste splendida, Quid quæritis, uiuentem cum mortuis? surrexit: Recordamini quæ dixit, quum adhuc uobiscum esset, quod oportet filium hominis pati et tradi. LXXVII. Rescidit hoc quod dictum est ad Cleopam & illum alterum, quum obuiam factus est ipsis, ô stulti ac tardi ad credendum in omnibus quæ loquuti sunt prophetę. Nónne hæc oportuit pati? Et pro hoc, quæ loquuti sunt prophetæ: fecit, quę loquutus sum uobis. reprehenditur autem, eo quod quando fregit panem, aperti sunt oculi ipsorum, & cognouerunt ipsum. LXXVIII. Quid turbati estis? Videte manus meas & pedes meos, quia spiritus ossa non habet, sicut me uidetis habere. Quin & hæc insuper cōiungimus contra prædictum hæresiarcham, ad id quod à nobis contra ipsum perfectum est opus, quæ uidelicet apud ipsum rursus inuenimus, uelut in ultronea existimatione epistolarum Pauli Apostoli, non omnium, sed aliquarum. quarum in fine totius tractationis nomina à nobis posita sunt, uelut Apostolicus liber apud ipsum appellatus habet, ita ut & ipsæ pro consueta illius malicia mutilatæ sint. uelut etiam in proposito nominato Euangelio reliquię ueri Euangelij, si uerum dicere oportet, habentur, & tamen omnia fraudulenter commentus adulterauit ac corrupit.

Apostolicus liber Marcionis

Ex epistola ad Romanos, quarta apud ipsum, inter Apostolicas uero apud nos prima.

1 Quicunq; iniquè & sine lege peccauerunt, iniquè etiam & sine lege peribunt. Et quicunq; in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti apud Deum sunt, sed factores legis iustificabuntur. II. Circumcisio quidē iuuat, si legem feceris. Si uero transgressor legis fueris, circumcisio tua præputium facta est. III. Habentem formationem cognitionis & ueritatis in lege. IIII. Adhuc enim CHRISTVS quū nos essemus debiles, adhuc iuxta tempus pro impijs mortuus est. V. Quare lex quidem sancta, & mādatum sanctum & iustum & bonum. VI. Ut iustificatio legis impleretur in nobis. VII. Finis enim legis CHRISTVS ad iustitiam omni credenti. VIII. Qui enim diligit proximum, legem impleuit.

Ex epistola ad Thessalonicenses prima, apud ipsum quinta, apud nos octaua. Et ad Thessalonicen. secunda, apud ipsum sexta, apud nos nona, nihil adscripsimus. Ex epistola ad Ephesios ipsi septima, nobis quinta.

1 Mementote quod uos quondam gentes, qui uocabamini præputiū, ab ea quæ appellatur circūcisio in carne per manū facta, eratis tempore illo sine CHRISTO, abalienati à conuersatione Israël, & alieni à testamentis promissionis, spem non habentes, & impij in mundo. Nunc autem in CHRISTO IESV uos, qui aliquando eratis procul

procul, facti estis propinqui in sanguine ipsius. Ipse enim est pax nostra qui fecit utraque unum, &c. II. Quapropter dicit, Surge qui dormis, & surge à mortuis, & illucescet tibi CHRISTVS. III. Huius rei gratia, relinquet homo patrem ac matrem, & adhærebit uxori, & erunt duo in carnem unam: citra uocem, uxori.

Ex epistola ad Colossens. octaua ipsi, nobis septima.

NE igitur quis uos iudicet in esu aut potu, aut in parte festiuitatis, aut nouilunij, ac I sabbatorum, quæ sunt umbra rerum futurarum.

Ex epistola ad Philemonem, nona apud ipsum, apud nos decimatertia. et ad Philippenses, decima ipsi, apud nos sexta, nihil excerpsimus. Ex epistola ad Laodicenses, quæ apud ipsum est undecima.

VNus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus & pater omnium, qui est I super omnia, & per omnia, & in omnibus.

Ex epistola ad Galatas prima apud ipsum, quarta apud nos.

DISCITE quod iustus ex fide uiuet. Quicunq; enim sub lege, sub maledictione sunt. I Qui uero fecerit ipsa, uiuet in ipsis. II. Maledictus omnis qui pendet in ligno. Qui autem ex promissione est, per liberam est. III. Testor autem rursus, quod homo circumcisus debitor est ut totam legem impleat. IIII. Pro, modicum fermentū totam massam fermentat: fecit, adulterat. V. Tota enim lex uobis impleta est, Diliges proximum tuum sicut teipsum. VI. Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt scortatio, immunditia, lasciuia, simulachrorum cultus, ueneficium, inimicitiæ, lites, æmulationes, indignationes, cōtentiones, seditiones, hæreses, cædes, ebrietates, comessationes: quæ prædico uobis, quemadmodū & prædixi, quod qui talia faciunt, regni Dei hæredes non erunt. VII. Qui uero CHRISTI sunt, carnem crucifixerunt cum affectibus & concupiscentijs. VIII. Neq; enim qui circumciduntur, ipsi legem seruant.

Ex epistola ad Corinthios prima, quæ & illi & nobis secunda est.

SCRIPTUM est enim, Perdam sapientiam sapientiū, & prudentiam prudentium reij- I ciam. II. Quo uelut scriptū est, Qui gloriatur, in Domino glorietur. III. Principum mundi huius qui abolent. IIII. Scriptū est enim, Qui deprehendit sapientes in astutia ipsorū. Et rursus, Dominus cognoscit cogitationes hominū quod sunt uanæ. V. Etenim pascha nostrū immolatus est CHRISTVS. VI. Non scitis, quod qui adhæret scorto, unū corpus est: erunt enim (inquit) duo in carnē unam. VII. Immutate. nā pro in lege, dicit, in Mosis lege. Ante hoc uero dicit, Nōne & lex hæc dicit? VIII. Num boues curæ sunt Deo? IX. Non em̄ uolo uos ignorare fratres, quod patres nostri sub nube erāt, & omnes per mare trāsierunt, & omnes eundem spiritualē cibum comederūt, & omnes eundē spiritualem potū biberunt. Biberūt enim ex spirituali sequēte petra, petra uero erat CHRISTVS, sed nō in pluribus ipsorū cōplacitum est ipsi. Hæc aūt figurę nobis fuerunt, ne nos simus cōcupiscentes malorū, quemadmodū et illi cōcupiuerunt. Neq; simulachrorū cultores sitis, sicut quidā illorum, uelut scriptū est: Sedit populus ut ederet ac biberet, & surrexerūt ad ludendū. Neq; tentemus CHRISTVM. usquequò dicit, Hæc aūt figurate contigerunt illis, scripta uero sunt nobis, &c. X. Quid igit dico? quod aliquid tēplo immolatū sit, aut aliquid simulachris immolatū sit? Imò quod quæ īmolāt, dęmonijs immolāt, & nō Deo. Apposuit aūt Marcion uocē, templo immolatū. XI. Vir nō debet comā nutrire, cū gloria & imago Dei sit. XII. Sed Deus cōtēperauit corpus. XIII. Erroneè, sed in Ecclesia uolo quinq; uerba mente mea loqui, aliter aūt propter legē. XIIII. In lege scriptū est, In alijs linguis & labijs alijs loquar ad populum hunc. XV. Mulieres in ecclesijs sileant. Non enim permissum est ipsis loqui, sed subditæ sint, uelut etiam lex dicit. XVI. De resurrectione mortuorū. Notum aūt uobis facio fratres Euāgelium, quod annunciaui uobis. Et, Si CHRISTVS nō surrexit, uana est, &c. Sic p̄dicamus, & sic credidistis, quod CHRISTVS

mortuus est, & sepultus, & resurrexit tertia die. Quum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est. Deuorata est mors in uictoriam.

Ex epistola ad Corinthios secunda, & ipsi & nobis tertia.

1. QVotquot enim sunt promissiones Dei, in ipso ipsum etiam, quapropter & per ipsum, Amen Deo. II. Non enim nosipsos prædicamus, sed Dominũ IESVM CHRISTVM, nos autem seruos uestros propter IESVM CHRISTVM, quoniam Deus est qui dixit, è tenebris lucem illucescere. III. Habentes aũt eundem spiritum fidei, & nos credimus, quare etiam loquimur: rescidit, luxta id quod scriptum est.

Hæc est adulterata Marcionis compositio, quæ habet quidem stilum & figuram Euangelij secundum Lucam, & Pauli Apostoli non totum, non omnium ipsius epistolarũ, sed solum eius quæ est ad Romanos, & ad Ephesios, & ad Colossenses, & ad Laodicenses, & ad Galatas, & ad Corinthios primæ ac secundæ, & ad Thessalonicenses. Item primæ & secundæ ad Timotheum, & ad Titum, & eius quæ est ad Hebræos: quæ feruntur apud ipsum uelut quæ non plenæ sint, sed adulteratæ. Vndique autem eadem compositio malicioſe deprauata est, & in quibusdam dictionibus ascititiam additionem habet, non ad utilitatem, sed ad deteriores ac nociuas nouas dictiones contra sanam fidem, ex eiusdem stupidæ bestiæ mente. Hæc uero à nobis elaborata sunt, ac tractata ex prædicta apud ipsum Scriptura, Apostoli & Euangelij secundũ Lucam. Porrò sciant omnes qui eiusdem errori cõtradicere uolunt, quod immutata quidem uerba per maliciam, apposita sunt. Quę uero non habentur in prioris locis, rapta sunt per ipsius temeritatem. Hæc enim scia putauit bestialis ille contraria esse. In hoc itaque contradicemus conflictæ eiusdem uersutiæ. & tertio loco nobis studium erit ut colligamus quæ apud ipsum & apud nos inuenta sunt, conuenientia & indicationem habentia aduentus Saluatoris in carne, & testimonia consonantiæ noui Testamenti ad uetus, & confessiones filij Dei, in Euangelio confitentis Deum creatorem cœli & terræ, ipsumq; esse eum qui loquutus est in lege ac prophetis. Proprium autem hunc esse suum patrem. Et hæc quidẽ est prædicti argumenti nostri compendiaria memorię gratia scholijs illustrata ex Marcionis exemplaribus compositio, ad uerbum uelut pauimentum à nobis conscripta. Quo uero non ea quæ difficilia intellectu sunt, apud quosdam tenebricosa & ignorata habeantur, rursus numeros inscriptionum, primi inquam & secundi ac tertij capitis iuxta seriem proponam, & interpretabor ob quam causam unaquæq; locutio delecta est & huc translata. Incipiam autem rem hoc modo.

Scholium primum ex Euangelio apud Marcionem.

ABi & ostende te sacerdoti, & offer pro purgatione tua uelut præcepit Moses, ut sit testimonium hoc uobis. Confut. I. Quomodo potest Dominus qui contra legem, et contra Deum legis suam doctrinam habet, uelut tu dicis, dicere his qui ab ipso curantur, leproso inquam, Abi & ostende teipsum sacerdoti? Quum enim sacerdoti dicat, legis sacerdotium nõ reprobat. Et offer pro purgatione tua: etiamsi rescideris donum, apparebit ex uoce offer, quod de dono loquitur. pro purgatione tua uelut præcepit Moses: Si enim Mosis præceptum fieri consulit, non reprobat neque blasphemat Deum legis, sed confitetur ipsum, et patrem suũ Deum legem Mosi dedisse. peruertisti autẽ uerba ô Marcion, dum pro, in testimonium ipsis: dicis, testimonium uobis. Et hoc palàm mentitus es cõtra caput tuum. Si enim testimonium uobis dixit, testem seipsum fecit, quod non uenit ad destruendum legem aut prophetas, sed ad implendum. Scholium II. Vt autem sciatis quod potestatem habet filius hominis dimittendi peccata in terra. Confutatio II. Si igitur filium hominis seipsum uocat, non negat ipse unigenitus incarnationem, & frustra apud te cantatur, quod in existimatione apparuerit. Et si habet potestatem in terra, non aliena est terra à creaturis eius ac patris ipsius. Scholium III. Dominus est filius hominis, etiam sabbati.

Con-

Confut. III. Duo ſtatim ſimul, & filium hominis, & Dominũ ſabbati, ſeipſum Saluator confitetur, docens ut ne ſabbatum alienum à ſua creatione putetur, etiamſi poſtremum filius hominis ab aduentu in carne uocatus ſit. Schol. IIII. Iudam Iſcarioten qui fuit proditor. Verum pro deſcẽdit cum ipſis, habet, Deſcendit inter ipſos. Confut. IIII. Iudas Iſcariotes qui fuit proditor, cuius dicis omnino eius qui comprehenſus eſt, inſuperq; crucifixus, & multa paſſus. Quomodo igitur comprehenſus crucifigitur, qui ſub tactum nõ cadit, uelut tu dicis ô Marcion? Apparentiam enim eſſe dicis. redarguetur autem opinio tua, eo quod ſcriptũ eſt Iudas proditor. prodidit enim ipſum, et tradidit in manus hominũ ſuum Dominum. Nihil autem prodeſt tibi quod dicis, deſcendit inter ipſos, pro cum ipſis. Non enim potes apparentiã ac uiſum decernere, eũ qui poſtea apud te ſub tactũ cadere oſtenditur. Schol. V. Et omnis turba quę rebat ipſum tangere. & ipſe attollens oculos ſuos, &c. Confut. V. Quomodo rurſus turba poterat tangere eum qui tactum nõ habet? quales uero oculos ſuſtulit ad cœlos, qui ex carne non erat cõpactus? Imò hæc dixit, ut oſtendat, quod mediator Dei & hominum homo CHRISTVS IESVS habens utraq;, ex hominibus quidem carnẽ, ex Deo uero patre inuiſibilem eſſentiã. Schol. VI. Secundũ eundem modum faciebant prophetis patres ueſtri. Conf. VI. Si prophetarũ meminit, non negat prophetas. Si damnat prophetarũ cædem, & improperat occiſoribus ac perſecutoribus ipſorum, non alienus à prophetis eſt, ſed Deus ipſorũ eſt, qui ipſos fecit. Schol. VII. Dico uobis, tantã fidem neq; in Iſraël inueni. Confut. VII. Si neq; in Iſraël tantam fidem inuenit, uelut in Centurione à gentibus progreſſo, igitur non uituperat fidem ipſius Iſraël. ſi enim aliena à Deo fuiſſet, & non ipſius ac patris eius, nõ utiq; feciſſet huius laudem. Schol. VIII. Immutatũ illud, Beatus qui nõ paſſus fuerit offendiculum in me, Habet enim uelut ad Ioannem. Conf. VIII. Siue ad Ioannem habuerit, ſiue ad ipſum Saluatorem, beatos prędicat eos qui non offendiculũ patiuntur ſiue in ipſo, ſiue in Ioanne, ut ne quæ non audiant, ab ipſo ſibiipſis fingant. Habet autem maiorem ſpeculationem, ob quã dixit Saluator, Vt ne enim quis maiorẽ inter natos mulierũ ab ipſo poſitum Ioannem, etiam ipſo Saluatore maiorẽ putaret, eo quod etiã ipſe ex muliere natus eſt, cauet & dicit hoc, Et beatus eſt quicunq; non fuerit paſſus offendiculũ in me. Vnde dicit, Qui uero minor eſt, in regno Dei maior ipſo eſt. Erat enim Saluator tempore iuxta natiuitatẽ de carne minor ipſo ſemeſtri temporis ſpacio: maior autem in regno, nimirũ ut Deus ipſius. Venit enim unigenitus, ut nihil in occulto loqueret, aut quid cõtra propriam prædicationẽ mentiretur. Dicit enim, In occulto locutus ſum nihil, ſed cum dicendi libertate. Veritas enim eſt: uelut dicit, Ego uia & ueritas. Neq; igitur uia errorẽ habet, neq; ueritas occultans ſeipſam, mendacium loquitur. Schol. IX Hic eſt de quo ſcriptũ eſt, Ecce ego mitto Angelũ meum ante faciem tuã. Confut. IX. Si cognoſcit unigenitus Dei filius Ioannẽ ac prænoſcit, prenoſcens autẽ oſtendit uolentibus ſcire uirtutẽ. quod hic eſt de quo ſcriptũ eſt, Ecce ego mitto angelũ meum ante faciem tuam. Ergo qui ſcripſit & dixit, Mitto angelum meum ante faciem, Deus æternus qui in prophetis & in lege locutus eſt, nõ alienus erat à proprio IESV CHRISTO. Mittit enim angelum ſuum ante faciem ipſius, ante faciem filij ex patre honorati. Non enim miſiſſet Angelum ſuum alieno inſeruiturũ, ſiquidem cõtrarius ipſi erat, iuxta tuam ô Marcion opinionem. Schol. X. Et ingreſſus in domum phariſæi, accubuit. Mulier aũt illa peccatrix ſtans retro ad pedes, rigauit lachrymis pedes, & unxit, & oſculabatur. Confut. X. Vox ingreſſus corpus oſtendit. domũ enim indicat, & corporis menſuram. Et accumbere nullius eſt quàm corpus habentis, magnitudine prædituum ac diſcumbens. Et mulierem rigare lachrymis pedes, non imaginarios, neq; apparentes oſtendit. unxit enim, et rigauit, & oſculata eſt, contactũ corporis ſentiens.

Minor in regno Dei quis ſit.

Scholium XI. Et rurſus, hæc lachrymis rigauit meos pedes, & unxit, et oſculata eſt.

Con-

Confutatio XI. Vt neputes ô Marcion, ſolum putari apud homines, mulierem peccatricem pedes Saluatoris rigaſſe & unxiſſe, ac oſculatam eſſe, ipſe Saluator confirmat, non per apparentiam hæc facta eſſe docens, ſed ex ueritate, ad redarguendum phariſæum, & te Marcionem, & eos qui tecum ſentiunt, affirmans ac dicens: Hæc pedes meos unxit & oſculata eſt. Quales uero pedes, quàm eos qui ex carne & oſſibus ac reliquis conſtant? Scholium XII. Non habet, Mater ipſius & fratres ipſius, ſed ſolum, Mater tua & fratres tui. Confutatio XII. Etiamſi ſuperiora rescideris, ô Marcion Euangelij uerba, quo facias Euangeliſtam non ſuffragari dictioni à quibuſdam relatæ, nempe, Mater tua & fratres tui: non potes tranſgredi ueritatem. cur enim non multas dixit matres? cur non multas dixit patrias? Quot quàm multa dicunt de Homero? alij quidem Ægyptiũ dicentes, alij Chium, alij Colophonium, alij Phrygem, alij Smyrnæum, Meletis & Critheidis: Athenienſem uero ipſum Ariſtarchus pronunciauit. Alij Lydum, Mæonis: alij Cyprium, Propodiadis, ex uicinia in ambitu circa Salaminios: & quidem hominem. Verum propterea quod in multis fuerat patrijs ac urbibus, ideo multos ad diuerſam narrationem impulit. Hic uero de Deo dicentes, & CHRISTO, non multas opinati ſunt eſſe matres, ſed unam quæ reuera ipſum genuit: & non multos fratres, ſed filios Ioſeph ex altera ipſius uxore: & non poteris contra ueritatem armari. Et ne te ſeducat ſermo quem dixit Dominus, Quæ eſt mea mater, & qui fratres? Non enim negans matrem hæc dixit, ſed intempeſtiuitatem euertens eius qui dixit hoc, tanta turba circumſtante, & ad ſalutarem ipſius doctrinam profuſa, & ipſo circa ſanationes ac prædicationem occupato. Auocatio enim eſſe uidebatur hoc à ſuſceptis negocijs, quod hic impediebat ipſum, dum dicebat, Ecce mater tua & fratres tui: tantum abeſt ut de hoc gauiſus fuerit. Non quod ignorarit ueniſſe ipſos antequam audiret, ſed quod prænoſceret quod foris ſtarent: alioqui cum increpatione intempeſtiuã illius uocem compeſcuiſſet, quemadmodum etiam ad Petrum aliquando dixit: Diſcede à me ſatana, quia non ſapis quæ Dei ſunt, ſed quæ hominum. Scholium XIII. Nauigantibus ipſis obdormiuit. Excitatus autem, increpauit uentum & mare. Confutatio XIII. Quis dormiuit? dic. De deitate non audebis dicere. Si uero etiam dixeris, contra caput tuum phanatice blaſphemiam eructabis. Cuique uero manifeſtum eſt, quod is qui in ueritate homo fuit, ſomno opus habens propter corporis neceſſitatem obdormiuit. Qui enim ipſum excitarunt, nõ apparentiam uidebant, ſed ueram hominis incarnationem. Profectò manibus mouentes & clamantes teſtantur quod ipſum excitarunt. exurgens enim inquit, qui dormijt, carnem geſtans Deus, quique de cœlo deſcendit, et carnem propter nos induit, excitatus quidem eſt uelut homo, increpauit aũt mare uelut Deus, & tranquillitatem fecit. Schol. XIIII. Contigit autem inter eundum, turbæ conſtringebãt ipſum, & mulier ubi tetigiſſet ipſum, ſanata eſt à ſanguine. Et dixit Dominus, Quis me tetigit? & rurſus, Tetigit me aliquis, nam noui uirtutem à me egreſſam eſſe. Confut. XIIII. Interim dum ipſi irent, inquit, & non dũ ipſe iret: ut ne aliter figures ipſum extra conſequentiam eorum qui iter faciunt. Verum illud, Turbæ conſtringebant ipſum, indicat quod turbæ non potuiſſent conſtringere ſpiritum. Mulier ubi tetigiſſet ipſum, non aërem tetigit, ſed contactum humanum. Quo enim oſtenderet, quod non ſolum apparentia contactus corporis ſui à muliere factus eſſet, docet dicens, Quis me tetigit? nam noui uirtutem à me exijſſe. Scholium XV. Sublatis in cœlum oculis, benedixit ſuper ipſos. Confutatio XV. Si ſuſtulit oculos in cœlum, & benedixit ſuper ipſos, non in apparentia habuit oculorum & aliarum partium figuras. Scholium XVI. Dicens, Oportet filium hominis multa pati, & occidi, & poſt tres dies reſurgere. Confutatio XVI. Si filium hominis & pati & occidi oportere ſeipſum confitetur unigenitus Dei filius, contra te eſt aſcia hæc,

Homeri patria ambigua.

exſcindens

exſcindens omnem radicem tuam, ô ex ſpinis nate Marcion, & nubes aqua carens, arborq; infrugifera, ac autumnalis. Nam et rurſus dicit, et poſt tres dies reſurgere. Quid uero reſurgere dicit, quàm hoc quod paſſum eſt & ſepultum in monumento? Apparentia autem, ſiue uentus, aut ſpiritus, aut imaginatio, funerationem ac ſepulturam nõ ſuſceperit, nec reſurrectionem. Schol. XVII. Et ecce duo uiri loquebantur cum ipſo, Helias et Moſes in gloria. Confut. XVII. Fortaſſis arbitror per hæc uerba falx apud ſanctum Zachariã contra te ô Marcion expreſſa eſt, omne tuum contra legem ac prophetas excogitatum mendacium exſcindens. Quandoquidem enim reprobaturus eras legem & prophetas, alienos ipſos aſſerens à Saluatore, et gloria ipſius ac diuina doctrina, ambos duxit ſecum in propria ſua gloria, & oſtendit ſuis diſcipulis, & diſcipuli nobis & mũdo: hoc eſt omni homini uolenti uiuere, ut per primum uelut per aſciam, tuas exſcindat radices. per ſecundum uero, uelut per falcem uerbi ueritatis, reſecet ramos tuos, cicutam & lethalem acuiſcoſum blaſphemiæ ſuccum, hominibus producentes. Si enim alienus eſſet Moſes à CHRISTO, cui olim lex concredita eſt, et ſi prophetæ alieni eſſent, non ſanè ipſis cum ipſo in propria gloria ſua reuelaſſet. Vide enim miraculum quod neq; in monumẽto hos oſtendit, neq; circa crucem, ſed quando partem gloriæ ſuæ uelut in arrabonem nobis reuelauit, tunc ſanctos, Moſem inquam ac Heliam, ſimul ſecum duxit, quo cohæredes ipſos regni ſui oſtenderet. Schol. XVIII. Ex nube uox, Hic eſt filius meus dilectus. Confut. XVIII. Omnibus ſanè manifeſtũ eſt, quod nubes non eſt ſuprema, neque ſupra cœlum exiſtit: ſed in creatura iuxta nos, unde uox ad Saluatorem delata eſt. Si itaq; pater & in nube loquitur, oſtendens diſcipulis filium ſuum, non alius eſt opifex quàm idem ille qui etiam per nubem proprio filio teſtimonium præbuit, & non ſolum eorum quæ ſupra cœlum ſunt, Dominus eſt, uelut tu dicis. Schol. XIX. Rogaui diſcipulos tuos, dixit autem eo quod non potuerunt eijcere ipſum, et ad ipſos. O generatio incredula, quàm diu tolerabo uos? Confut. XIX. Quàm diu, temporis aduentus in carne ſignificationem habet. Et, O generatio incredula, uelut prophetæ in nomine ipſius diuina ſigna fecerint ac crediderint, quemadmodum Helias & Heliſſæus, atq; alij feciſſe comperiuntur. Schol. XX. Filius enim hominis futurũ eſt ut tradatur in manus hominũ. Confut. XX. Filij hominis, & tradendi in manus hominum, apparentia non exiſtimationis neq; imaginationis eſt, ſed corporis & membrorum cõſpectus. Schol. XXI. Neq; hoc legiſtis quod fecit Dauid, intrauit in domum Dei. Confut. XXI. Domum Dei dicit domum fixorum tentoriorum factorum à Moſe. Non ignominia afficit legem, neq; Deum qui loquutus eſt in lege. Deum enim ipſum dicit qui eſt ipſius pater, aut ipſe unigenitus. Solet enim Trinitas, Pater & Filius ac Spiritus ſanctus operari in lege & prophetis, et Euangelijs atque Apoſtolis. Schol. XXII. Gratias ago tibi, Domine cœli: non habet autem, & terræ: neq; habet, pater. Redarguitur autem: infrà enim habet, Ita pater.

Confut. XXII. Gratias agit Domino cœli, ſiue detraxeris uocem terræ, ſiue reſecueris uocem pater, ut ne patrem ſuum oſtẽdas, ô Marcion, CHRISTVM dicere ipſum opificem. Manent enim ueritatis membra uiuẽtia. Nam uelut in reliquijs per obliuionem ſiuiſti ô Marcion, ita pater. Oſtenditur itaq; omnino proprio patri gratias agere CHRISTVM, & ipſum cœli dominum appellare. Et multa eſt mentis tuæ ueſania, quæ non intelligit ueritatis libertatem. Schol. XXIII. Dixit legiſperito, In lege quid ſcriptum eſt? & reſpondens poſt legiſperiti reſponſionem dixit, Recte dixiſti, hoc fac & uiues. Confutat. XXIII. Quum ueritas ſit filius Dei, neminem ſeducit de uita interrogantem: propter hominum enim uitam uenit. Quum itaque ipſi uitæ cura ſit, & ſeruanti legem uitam eſſe oſtendat, & eum qui ſecundum legem reſpondit, recte dixiſſe pronunciet, & Sic fac, & Viues dicat: Quis adeò ſtupidus fuerit, ut credat quidem Marcioni blaſphemanti in Deum, qui & legem & Euangelij

Euangelij gratiam hominibus largitus est, simul autem cum ipso abducatur, qui neq; ex lege, neq; ex Spiritu sancto aliquid doctrinæ habet. Schol. XXIIII. Et dixit, Quis ex uobis habebit amicum, & uadet ad ipsum media nocte petens panes tres. Ergo petite & dabitur. Quem enim ex uobis patrem filius petet piscem, et pro pisce serpentem dabit ipsi? & pro ouo scorpium? si igitur uos qui mali estis, nouistis dona bona, quanto magis pater? Confut. XXIIII. Redarguitur impostoris huius uitæ superstitio. Non enim propter cõtinentiam ipsi uita instituta est, neq; propter mercedem bonam, ac spem certaminis, sed ob impietatem & falsæ opinionis malignitatem. Docet enim hic animatis non uesci, pronuncians reos esse iudicij eos qui carnẽ edunt, uelut qui animas edant. Stultũ est autem hoc totum. Non enim carnes anima, sed in carnibus anima. Et neq; animarum in animalibus dicimus esse eam dignitatem quæ in hominibus est, sed animã ad hoc solum ut animal uiuat. Putat autem miser ille, unà cum alijs idem sentientibus, quod eadẽ anima & in hominibus, & in brutis est. Hoc ipsum enim multę erroneæ hęreses frustra sentiũt. Nam & Valentinus & Colorbasus, Gnosticiq; omnes ac Manichæi, transitus animarum de corporibus ad corpora esse pronunciant in hominibus cognitionem non habentibus, uelut ipsi ex fabulamento quodam confingunt. Has enim dicunt peruagari, & singulorum animãtium corpora pertransire, donec cognitionẽ assequutæ fuerint, atq; sic purgatæ ac resolutæ ad cœlestia transmigrarint. Et primum quidem redarguitur tota ipsius uana fabulæ confirmatio. Horum enim certitudinem nemo alius nosse potest, pręter Dominũ nostrum IESVM CHRISTVM, qui propter ouem deperditam uenit, hoc est propter hominum animas. Qui earundem curam habens, & animaliter & corporaliter corporis atq; animæ dominũ obtinet, & hanc uitam et futuram exhibet, ut qui mortuum Lazarũ, & filium uiduæ, & filiam principis Synagogæ à mortuis suscitauit. non in malum ipsos ferens, uelut illi corpus carcerem esse docent: sed bonum faciens ac sciens, quod & perseuerantia hic in carne ab ipso decreta est, & futura carnis & animæ resurrectio. Et si rursus nouisset quod una anima in brutis & hominibus est, uenit autem ut animæ salutem procuraret: non oportebat ipsum ubi unum mundasset à dæmonio uexatum, illum uidelicet qui à monumentis egrediebatur, iubere ut dæmones discederent, & duo milia porcorum occiderent, si æquales essent animæ hominum ac porcorum. Quomodo enim uenius curã gerens, bis mille perdidisset? Si uero rursus uelut serpens oblique incedens cõminiscitur ac dicit, quod dissoluit ipsos à corporibus ut sursum scanderent, oportebat Lazarum solutum à corpore non rursus reuerti in corpus, imò etiam illum ipsum à dæmonio uexatum soluere uincula corporis. At nõ sic fecit. Sed potius præuidit sic corporis utilitatis gnarus. Concidit doctrinæ tuæ ratio de anima ô Marcion, itemq; illorum qui à te & ab alijs sectis originem ducunt. Cæterum de simulata uitæ tuæ conuersatione rursus dicam, propterea quod dicis malum & illicitum esse carnibus uesci. Redarguit autem te Saluator, plus te sciens, & quod melius est dicens ab eiusmodi dicto. Dicit enim, A' quo petet filius piscem, num serpentem dabit ipsi? aut pro ouo scorpium? Et postea dicit: Si igit̃ uos qui mali estis, nouistis dona bona dare filijs uestris, quanto magis Pater uester cœlestis? Si itaq; bona dona uocauit piscẽ & ouum, non malum est quod ex Deo datum cum gratiarum actione accipitur. Et sic undiquaq; improbitas tua cõfutata est. Schol. XXV. Resectum est de Iona propheta. Habet enim, Natio hæc, signum non dabitur ipsi. Non habet autem de Niniue, et regina Austri ac Solomone. Confut. XXV. Et in his quæ resecare uideris, non potes ô Marcion occultare ueritatem. Etiamsi enim detraxeris de Iona propheta, qui dispensatione mysterij ipsius Saluatoris significat: detraxeris item de regina austri ac Solomone, & salutare Niniues documentum, & Ionæ prædicationem: tamen ipse propositus Saluatoris sermo te redarguit. Dicit enim, Natio hæc signum petit, & signum nõ dabitur ipsi, uelut

Animatorum esu abstinuit Marcion.

Animarum hominum ac brutorum diuersitas.

uelut generationes quæ ipsam præcesserũt signis à Deo de cœlo dignæ factæ sunt. Sic Helias signum fecit per ignem qui de cœlo descendit,& sacrificium arripuit. Et Moses secat mare,& pungit petram, ac prolicit aquam,& manna de cœlo producit. Et IESVS Naue solem ac lunam stare facit. Et quamuis omnibus modis occultet impostor ille quæ scripta sunt,nihil lædet ueritatẽ, sed seipsum à ueritate abalienat. Schol. XXVI. Pro præteritis iudicium Dei: habet, præteritis uocationem Dei. Confut. XXVI. Vnde non redargueris? Vnde contra te colligi poterit testimonium? prima enim concinunt posterioribus,dum malitia tua redarguitur. Si enim dixerit,continetis traditiones seniorum uestrorum,& præteritis misericordiam & iudicium Dei: disce à quo tempore ipsos accusat quod hoc faciunt. Quando uero traditio & inuentio seniorum ipsos cõtigit? Nimirum Da- *Traditiones Iudæorum.*
uidis quidem post reditum ex Babylone, Acibæ uero etiam ante captiuitatem Babylonicam facta est. Filiorum autem Assamonęi,temporib. Alexandri & Antiochi ante aduentum CHRISTI centum nonaginta annis. Itaq; & ab eo tempore per legem erat uocatio,& per prophetas misericordia,& undiquaq; circulatorius sermo tuus concidit. Schol. XXVII. Væ uobis, quia ædificatis monumenta Prophetarum,& patres uestri occiderunt ipsos. Confut. XXVII. Si prophetarum curam gerit eis qui occiderunt ipsos improperans, non alieni ab ipso fuerũt, sed serui & præparatores aduentus eius in carne, qui & testimonium præbuerũt nouo Testamento. Moses quidem dum dicit, Prophetam uobis excitabit Dominus Deus ex fratribus uestris sicut me. Et ante ipsum Iacob dicens,Ex germine fili mi Iuda prodijsti, reclinatus dormiuisti ut leo, non deficiet princeps ex Iuda. Et paulopost,Donec uenerit cui sunt reposita, & ipse expectatio gentium, & in ipsum gentes sperabunt. Esaias uero,Ecce uirgo in utero habebit. Hieremias uero,Et homo est,& quis cognoscet ipsum. Et Micheas,Et tu Bethleem, & postea. Ex te mihi egredietur dux,&c. Et multa referre licet, etiam ipso Saluatore dicente,si Mosi crederitis, etiam mihi utiq; crederetis,ille enim de me scripsit. Scholium XXVIII. Non habet,propterea dixit Sapientia Dei,mittam ad ipsos prophetas. Et de sanguine Zacharię,& Abel, & prophetarum, quod requiretur à generatione hac. Confut. XXVIII. Et in hoc multa est tua confusio ô Marcion, quum character ueritatis seruetur, & resectio furtorum tuorum reperiatur in exemplari Euangelij secundum Lucam,ita ut loci comperiantur, & à te sublati deprehendantur. Scholium XXIX. Dico autem amicis meis,ne timete eos qui occidunt corpus. Timete eum qui postquam occidit,potestatem habet mittendi in geennam. Non autem habet,nonne quinque passerculi duobus assibus ueneunt,& unus ex ipsis non est in obliuione positus coram Deo. Confut. XXIX. Hoc dictum,dico autem amicis meis,ne timete,&cætera: cogit te ô Marcion etiam sequentem parabolam cẽfiteri. Sine Deo enim nihil fit, etiamsi sustuleris id quod de passerculis dicitur. Responde igitur de his quæ relicta sunt à te in hoc dicto, & dic nobis,quid sentis de eo qui potestatem habet. Si enim dixeris ipsum esse patrẽ CHRISTI, qui etiã apud te bonus Deus dicitur, etiamsi male diuidas,tamen quãdoquidem habet potestatem,dedisti ipsum iudicem esse & unicuiq; pro dignitate retribuere. Si uero non hoc dicis,sed opificem qui à te natura iudex celebratur,dic mihi quis dedit huic potestatem? Si enim à seipso habet,ergo magnus est & potestatem habet. Si autẽ iudicandi potestatem habet,habet etiam saluandi. Qui enim damnare potest,potest etiam absoluere. Et aliter, si iudice mittente animas in geennam,Deus bonus ipsas non liberat: qui undiquaq; earundem animarum curam nõ gerit, quomodo fuerit bonus? Aut enim quod fortior ipso est,& non potest ex manu illius liberare,hoc contingit. Aut quod potest quidem, non uult autem:

tem,& ubi est ipsa bonitas? Si uero quoniam ipse creauit, potestatem habet etiam iudicãdi,quomodo supernus Deus de quo tu fabularis,aliquos partialiter saluat? Si enim ab alienis accipiens saluat,auarus est qui aliena cupit. Si uero non auaritiam dicis esse,eo quod ad bonum & salutem fit hoc opus,personarum acceptorem ipsum facis,qui non bonum æqualiter omnibus,sed partialiter facit. Scholium XXX. Pro confitebitur ipsum coram angelis Dei, legit coram Deo. Confutatio XXX. Vndiquaq; conuincitur,non secundũ Deum procedere,etiamsi in breuissimo sermone immutauerit ueritatẽ. Qui enim audet aliquid de scriptis ab initio mutare,non in uia ueritatis consistit. Schol. XXXI. Non habet, Deus uestit gramen. Confutatio XXXI. Quamuis non finis scripta uelut habent à Saluatore dicta,tamen seruãtur loci in Euangelio sanctę Ecclesiæ, etiamsi negaueris tu Deum qui omnia fecit,& omnium curam gerit usq; ad gramen,uelut ipse quoq; Saluator confitetur. Scholium XXXII. Vester autem pater nouit quod indigetis his,carnalibus scilicet. Confutatio XXXII. Nouit pater quod indigent discipuli carnalibus rebus necessarijs,& prouidet huiuscemodi. prouidet autẽ non in alio sæculo,sed hic,non in alienis prouidentiam seruorum suorum faciens, sed in creaturis suis. Schol. XXXIII. Quærite regnum Dei,& hæc omnia adijcientur uobis. Confutatio XXXIII. Si de alterius rebus nutrimur,& alius Deus regni colorũ est,quomodo sermo consonus erit? Aut enim ipsius est regnum, quapropter adijcit omnia quæ hic sunt ipsius,propter laborem desiderij regni sui. Aut ipsius quidem est regnũ & illud sæculum,opificis uero ea quæ hic sunt, & cõsentit opifex cum superni regno , adiuuans eos qui iusticiam & regnum superni quærunt. Quum autem sit uoluntas una,& nõ diuersa: non amplius duo sunt principia,aut tria. Reuera enim unus est Deus qui omnia fecit, & qui fecit bene, & non contrariè. Nostrum autem est peccare & errare,siue uolumus siue nolumus. Scholium XXXIIII. Pro pater uester,pater habet. Confut. XXXIIII. Et in hoc nullam nobis iniuriam facis,sed amplius confirmas. Nam patrem suum prouidentiam facere rerum quæ hic sunt,confessus es Saluatorem dixisse. Schol. XXXV. Pro secunda aut tertia uigilia,habet uespertinam uigiliam. Confut. XXXV. Redarguitur bestialis ille,diuinos sermones stolide ad suam opinionem inuertisse. Nõ enim diurnæ fiunt uigiliæ,sed nocturnæ,à uespera ad tertiam uigiliam progressum intensionis habentes. Et non à matutino in uesperam,uelut hic maliciose cõmentus esse depræhenditur. Schol. XXXVI. Veniet Dominus serui illius, & dissecabit ipsum,& partem ipsius cum infidelibus ponet. Confut. XXXVI. Quis est qui dissecat seruũ? dic mihi. Si enim opifex & iudex,qui à te Deus dicitur, est qui hoc facturus est,ergo ipsius sunt fideles. Increpans enim seruum non recte facientem, partẽ ipsius cũ infidelibus ponit. Si uero pater CHRISTI est,aut ipse CHRISTVS, qui hoc facturus est,manifeste testimonium apud te ipsum conseruas,quod cõtra te est. Nã dum confiteris aut CHRISTVM aut patrem ipsius citra ambiguitatẽ hoc facturum esse,confessus es eundem iudicem & eundem bonum & unum esse, qui & horum quæ hic sunt, & eorum quæ illic, prouidentiã habet. Schol. XXXVII. Ne forte pertrahat te ad iudicem,& iudex tradat te exactori. Confut. XXXVII. Iudicem dicit opificem, exactorem uero unumquenq; angelũ ipsius,qui exacturi sunt facta à peccatoribus, qualia autẽ,quàm delicta & peccata? quæ & IESVS abominatur,& tu ipsum interdicere dicis. Si igitur quæ bonus Deus abominatur, ea etiam iudex & opifex abominatur, unus & idem est qui ex opere unius uoluntatis ostenditur. Scholium XXXVIII. Amputatum est ab hoc,uenerunt quidam nunciantes ipsi de Galilæis,quorum sanguinem commiscuit Pilatus cum sacrificijs ipsorum, usquequo dicit de decem & octo in Siloã mortuis in turri. Et nisi re-

Vigiliarum noctis ratio.

sipueritis,

ſipueritis,uſq; ad parabolã fici,de qua dixit agricola, donec fodero ac miſero ſtercora, & ſi non fecerit,exſcinde. Confut. XXXVIII. Hæc omnia ſuſtulit compilator ille, occultãs à ſeipſo ueritatem, propterea quod Dominus conſenſit Pilato qui tales recte iudicauit. Et quod recte illi in Siloam mortui eſſent, quũ eſſent peccatores, & ſic à Deo puniti eſſent. Porrò quum malicioſe egerint aliqui circa regia præcepta, prolata ab antiquis exemplaria probe munita, deſipientes redarguunt. Sic etiam à domo regia, hoc eſt ſancta Dei eccleſia, prolatum Euangelium redarguit mures bonorum indumentorum corroſores. Schol. XXXIX. Hanc autem filiam Abraam, quam alligauit Satanas. Confut. XXXIX. Si filię Abraam Dominus curam gerit, non alienus ab ipſo eſt Abraam. confitetur enim ipſum ſibi cõplacuiſſe, dum miſericordiam erga filium ipſius oſtendit. Scholium XL. Reſcidit rurſus, Quum uideritis Abraam & Iſaac & Iacob, & omnes Prophetas in regno Dei: pro hoc autem fecit, quum omnes iuſtos uideritis in regno Dei. Vos autem expelli foras: fecit, uos autem detineri foras. Illic erit fletus & ſtridor dentiũ.

Confut. XL. Quomodo ueſtigia ueritatis apparent? Non enim poteſt quis uiã occultare. Seducere equidem homines poteſt ab ipſa, & occultare ipſam ab ignorantibus. uerum ab expertis eius, minime. Non enim poteſt terram ubi eſt uia diſſipare: & ſi ipſam quoq; obſcurauerit, locus tamen permanet uiæ, qui cognitus coarguit eum qui uiam peruertit. Vide mihi ueſtigia ueritatis. Hunc enim ſermonem ad quem dixit quàm ad Iudæos? & ſi ad Iudæos, iam oſtendit ipſos intus, & eiſci à iuſtis. Qui ſint autem illi, quàm patres ipſorum, Abraam, Iſaac, Iacob, & Prophetæ? Non enim dixit, uideritis iuſtos ingredientes, ſed, uideritis iuſtos in regno, uos autem eiſci. & eiſci quidem, futuri ſignificatione pronunciauit. Iuſtos autem iam eſſe oſtendit non alienos ab his ſecundum carnem, neq; ſecundum uocationem, ſed cum his uocatos eos qui iã ſunt iuſtificati, ante aduentum ipſius in carne. Si uero etiam foris manere dixit, uelut patres intus ſint: unde ſtridor dentium ſit in iudicio ô ſtolide, ſi non reſurrectio mortuorum fiat? Schol. XLI. Reſcidit rurſus, Venient ab orientib. & occidentibus, & accumbent in regno Dei. & hoc, Poſtremi erunt primi. & hoc, Acceſſerũt Phariſęi dicentes, Exi & uade, quia Herodes uult te occidere. & hoc, Ite ac dicite uulpeculæ illi: uſquequo dixit, Non eſt poſſibile prophetam perire extra Hieruſalem. & hoc, Hieruſalem Hieruſalem quæ occidis prophetas, & lapidas miſſos. & hoc, Sæpe uolui congregare uelut gallina filios tuos. & hoc, Relinquit uobis domus ueſtra. & hoc, Nõ uidebitis me donec dixeritis, Benedictus. Confut. XLI. Vide tantam temeritatem, quantam Euãgelij collationem facit. uelut ſi quis animal accipiat, & dimidium corporis amputet, & per medietatem ignorantes perſuadere conetur, tale eſſe animal, & nihil ab ipſo ablatum eſſe. Schol. XLII. Rurſus reſcidit totam parabolam duorum filiorum, eius qui accepit partem paternorum bonorum, & prodigaliter cõſumpſit, & alterius. Confut. XLII. Nihil differt poſterior malicia à prioribus auſis. Verũ ſibi ipſi damnum allicit, manente Dei ueritate. Schol. XLIII. Lex & Prophetæ uſq; ad Ioannem, ab eo tempore regnum Dei annunciatur, & quilibet in ipſum uim facit. Confut. XLIII. Si legem ponit, & prophetas nominat, & legem non iniquitatem dicit, neq; falſos prophetas appellat prophetas: clare confitetur, Saluatorem prophetis teſtimonium præbuiſſe, & demonſtratum eſt quod de ipſo prædixerunt. Schol. XLIIII. De diuite & Lazaro mendico, quod delatus eſt ab angelis in ſinum Abrahę. Confutatio XLIIII. Ecce & inter uiuos, & beatos, & in quietis hæreditate Abraam eſt à Domino connumeratus. Et Lazarus ſinu ipſius dignus factus eſt. Ne itaq; amplius ô Marcion, Abraam maledictis impetas, qui cognouit ſuum Dominũ, & dixit ad ipſum, Domine qui iudicas omnẽ ter-

ram. Ecce enim testimonium ab ipso Domino tulit, quod est iustus, & nõ alienus à uita quæ à Domino laudatur. Schol. XLV. Nunc autem hic solatio fruitur idem Lazarus. Confut. XLV. Si solatio fruitur Lazarus in sinu Abrahę, non extra uocationem uitę est Abraam. Schol. XLVI. Dixit Abraam, Mosem habent ac prophetas, audiant ipsos. alioqui neq; excitatum ex mortuis audient. Confut. XLVI. Non uelut qui adhuc in mũdo sit, & qui deceptus sit, Abraam legi testimonium præbet, ac prophetis. Neq; uelut qui nesciat quæ sunt ex his euentura: sed postquam experientiam fecit quietis quę illic est. Post mortem enim testatur de ipso Saluator in parabola, quod per legis dogmata & prophetas salutem assequutus sit, & hæc ante legem fecerit. Similiter autem & eos qui postea legem seruarunt, & prophetis obediuerunt, in sinu Abrahę esse, & ad uitam cum ipso abire testatur. Quorum de numero unus erat Lazarus, per legem & prophetas uiuifico sinu beatitudinis ipsius Abraam dignus factus. Scholium XLVII. Recidit hoc, Dicite inutiles serui sumus, quod debuimus facere fecimus. Confutatio XLVII. Et securitatem doctrinę Domini non admittit. Muniens enim discipulos suos, ut ne per elationem amittant operis mercedem, humilitatem ipsos docuit. Hic uero non admittit. fastu enim per omnia elatus est, & non ueritate. Schol. XLVIII. Quando occurrerunt decem leprosi, recidit multa & fecit, Demisit ipsos dicens, ostendite uos sacerdotibus: & alia pro alijs fecit dicens, Multi leprosi erant in diebus Helisęi prophetę, & non mundatus est nisi Neeman Syrus. Confut. XLVIII. Et hic prophetam Helisseum uocat Dominus, & seipsum explere æqualiter quæ ab illo facta sunt, ut redarguat Marcionem & omnes reprobantes Dei prophetas. Scholium XLIX. Venient dies, quando concupiscetis uidere unam diem filij hominis. Confut. XLIX. Si dies numerat, etiam tempus significat. & filium hominis dicit seipsum, ergo etiam mensuram ætatis ostendit, & dierum prædicationis exemplum. Non igitur sine carne est uerbum, sed in corpore est bona uoluntas.

Schol. L. Dixit quidam ad ipsum, Magister bone quid faciendum mihi ut cõsequar uitam æternam? ipse uero dixit, Ne me dixeris bonum. Vnus est bonus Deus: apposuit ille, pater. & pro, præcepta nosti, dicit, præcepta noui. Confutatio L. Vt ne ostendat præcepta iam præscripta, dicit mandata noui. Verum totum caput manifestum est ex consequentia. Et si patrem bonum dicit, & Deum nominat: recte à lege patris sui docet eum qui uult uitam consequi. & non reprobat neq; reijcit, sed potius testatur eos qui in lege uixerunt uitam æternam consequutos esse, Mosen uidelicet atq; alios prophetas. Scholium LI. Factum est quum appropinquaret Hiericho, cæcus clamabat, IESV fili Dauid miserere mei. Et quãdo sanatus est, dicit, Fides tua te saluum fecit. Confutatio LI. In fide non inest mendacium. Si enim mentitur, fides non est. Dicit igitur, fili Dauid, & laudatur ac fert petitionem qui nomen confessus est, & non increpatus est uelut mendax, sed ut fidelis prædicatus est. Non ergo sine carne est is qui propter nominis inuocationem largitus est cæco uisum. Reuera enim erat, & non apparentia, ex semine Dauid secundum carnem à sancta uirgine Maria & per Spiritum sanctum genitus. Scholium LII. Amputauit hoc, Quum assumpsisset IESVS duodecim, dixit, Ecce ascendimus Hierosolyma, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis: tradetur enim & occidetur, & tertia die resurget.

Confutatio LII. Hæc omnia amputauit, ut in nulla recta uia procederet. Non recta autem uia procedere redarguitur, malicioſe agens omnibus modis. occultauit enim uerba, quo nimirum de passione negaret. Postea uero confitenti ipsum crucifixum esse, omnis malitiei labor ipsi in uanum cedet. Scholium LIII. Recisecuit caput de asino & Bethphage, & de ciuitate ac templo, quod scriptum erat,

Domus

Domus mea, domus orationis uocabitur, & uos feciſtis eam ſpelũcam latronum. Confutatio LIII. Suĩpſius confutationem malicia non uidet, cæcutit enim, putat autem ſe poſſe occultare uiam ueritatis, quod eſt impoſſibile. Statim enim reſiluit relictis totis capitibus, propterea quod loco templi teſtimonium dedit, quod ſit ipſius proprius, & in nomen ipſius ædificatus. Et à Hiericho relicta tota conſequentia, quomodo uenerunt in Bethaniam & in Bethphage. Ex natura enim erat publica uia antiqua, ducẽs in Hieruſalem per montem Oliuarum, non ignota his qui hiſtoriam loci deſcripſerunt: quo à proprio ore confutetur, dicit, Factum eſt in una die, docente ipſo in templo, quæſiuerunt inĩcere in ipſum manus, & timuerunt: uelut habet caput ſequens quinquageſimum quartum. Quomodo igitur à Hiericho fuerit in templo, ex eadem profectione cognoſcetur & ex diſtantia uiæ. Verum malicioſus ille hæc reſecuit, ut occultaret ea quæ in uia facta ſunt, & in templo dicta ab ipſo Saluatore ante hunc ſermonem, nimirum Domus mea, domus orationis uocabitur, & quæ ſequuntur uelut habet propheta. Scholium LIIII. Et quæſiuerunt inĩcere in ipſum manus, & timuerunt. Confutatio LIIII. Conſideratum eſt ac enarratum in confutatione præcedenti cum decenti compendio.

Scholium LV. Rurſus amputauit de uinea elocata colonis. Et hoc, Quid igitur eſt hoc, lapidem quem reprobauerunt ædificantes? Confutatio LV. Nulla nos hoc iniuria afficit. Et ſi enim ipſum reſciderit, nõ à nobis reſcidit, ſed ſeipſum & ſuos damno affecit. Sufficiens enim contra ipſum confutatio eſt per plura teſtimonia. Scholium LVI. Reſcidit hoc, Quod autem reſurgent mortui, etiam Moſes oſtendit circa rubum, quum dixit Dominum Deum Abraam & Iſaac & Iacob. Deus autem eſt uiuentium, & non mortuorum. Confutatio LVI. Admirari licet uani illius dementiam, quod non intelligit idem eſſe hoc teſtimonium cum Lazari mendici teſtimonio, & cum parabola eorum quibus non permittitur ingredi in regnum. quarum parabolarum reliquias reliquit, & nõ amputauit. Verum per eandem turpitudinem reliquit hoc, illic erit fletus & ſtridor dentium. Quum autem digitus intingatur in aquam poſt mortem, & lingua refrigeretur aqua, uelut diues ad Abraam dixit propter Lazarum, & ſtridor dentium ac fletus fiat, reſurrectionis corporum ſignum eſt, etiamſi reſciderit beſtialis ille ea, quæ uere à Domino dicta ſunt de mortuorum reſurrectione. Scholium LVII. Non habet hæc, Quod autem reſurgent mortui, etiam Moſes oſtendit dicens, Deum Abraam, Deum Iſaac, & Deum Iacob, Deum uiuentium. Confut. LVII. Eo quod repetiuit Saluator parabolam, dupliciter apud nos habetur, ut ne nos ſimiles fientes circulatori Marcioni, aliquid de ſcriptis relinquamus. Iam uero in ſuperiori confutatione facta eſt contra ipſius maliciam contradictio. Scholium LVIII. Rurſus reſecuit hoc, Pilus ex capite ueſtro non perierit. Confutatio LVIII.

Scholium LIX. Rurſus reſcidit hæc, Tunc qui in Iudæa ſunt fugiant ad montes, & cætera quę ſequuntur uſq; ad, Vt impleantur omnia quę ſcripta ſunt. Confutatio LIX. Videtur ex obliuione laborare, & omnes ipſi æqualiter ſtolidos eſſe opinari. Et non nouit quod etiamſi paruum dictum ab ipſo relinquatur, confutationem id ipſius facit, quãto magis multis dictis ab ipſo reſciſis? Nihil itaq; prohibet, ſi quis uelit apponere ad hęc reſecta teſtimonia, ea quę ipſe confeſſus eſt. Oſtendentur enim conſona eſſe his quę ab illo reſecta ſunt. In quibus dixit Abraam poſt mortẽ, Habent Moſen & prophetas, audiant ipſos. Quæ enim dicebant prophetę & Moſes, ex Deo patre erant, & ex ipſo Domino filio Dei, & Spiritu ſancto, quę quum ſcripta eſſent impleri oportebat. Scholium LX. Colloquutus eſt cum militum imperatoribus, quomodo ipſum traderet illis. Confutatio LX.

futatio LX. O inſaniam Marcionis, quis colloquutus eſt quàm Iudas? ad quid faciendum quàm ut traderet Saluatorem? Quum autem traditur Saluator, non amplius apparentia eſt qui traditur, ſed ueritas. Si enim ſpiritus eſſet ſolum, carnalibus hominibus non traderetur. Verum quum Deus ſit, ſub tactum cadebat, & carne indutus in humanę naturę manus ſeipſum ultro tradebat. At illi contraria ſibiipſis præamentia dicunt. Nam aliquando diſputans cum quodam Marcioniſta diſcipulo ipſius ac dicens, uelut in Euangelio habetur, Quod aſſumpſit ipſum in deſertum ſpiritus ut tentaretur à diabolo: audiui ex ipſo, Quomodo poterat Satanas eum qui Deus erat, & maior ipſo, & Dominus ipſius uelut uos dicitis, tentare IESVM Dominum ſuum? Ego autem per auxilium Dei conſilio ſub manu nato, reſpondi ipſi dicens, Non creditis quod crucifixus eſt CHRISTVS? Ille uero dixit, Etiam, & non negauit. Qui igitur ipſum crucifixerunt? Ille autem dixit, homines. Deinde dixi ipſi, Vter potentior eſt, homo aut diabolus? Ille uero dixit, diabolus fortior hominibus eſt. Si igitur, inquam, Diabolus fortior hominibus eſt, homines autem imbecilliores CHRISTVM crucifixerunt, non mirum eſt ſi etiam à diabolo tentatus eſt. Omnia enim uolens & non neceſſario, pro nobis ſeipſum dedit CHRISTVS ut pateretur in ueritate, non per debilitatem, ſed per uoluntatem, in exemplar nobis proponens etiam ea quę deſignauit contra diabolum, & in ſalutem noſtram in paſſione crucis, in condemnationem peccati, & reprobationem mortis. Scholium LXI. Et dixit Petro ac reliquis, abite & præparate ut edamus paſcha. Confutatio LXI. Nebulam telorum contra te in uno teſtimonio hoc dictum continet ô Marcion. Si enim præcipit ſibi prę parari ut edat paſcha, paſcha autem antea, quàm pateretur CHRISTVS perficiebatur, omnino ideo quod à lege conſtitutum erat, CHRISTVS uero ſecũdum legem uiuebat: manifeſtum eſt quod non ad deſtruendam legem uenit, ſed ad implendam. Si uero legem rex non deſtruit, non condemnata eſt legis conſtitutio, neque regi interdicta. Quum autem non condemnata ſit lex, & conſtitutio in cõfeſſo: ſi quid addiderit rex conſtitutioni ex maiori beneficentia, per poteſtatem claritudo appoſitionis contingit. Quum uero una & eadem ſit legislatio, & beneficentia appoſitionis, omnibus ſanè manifeſtum eſt ac clarum, quod legi non aduerſatur is qui additionem fecit. Oſtenſum itaq; eſt quod non contrarium eſt uetus teſtamentum Euangelio, neq; prophetarum conſequentia. Contra teipſum autem multis modis ô Marcion, confutationem induxiſti, imò potius ab ipſa ueritate coactus.

Diabolus cur tentare potuit Dominum.

Paſcha quid fuerit.

Paſcha enim uetus nihil erat, quàm ouiculę uictima, & carnium eſus, animatiq; cibus & azymorum. Et quis te coegit ut non penitus confutationem contra te ſuſtuleris, quàm ueritas ipſa? Nam carnis eſum quem tu damnas, Dominus IESVS cum diſcipulis ſuis comedit, perficiens paſcha ſecundum legem. Et ne dicas, quod myſterium quod perficere uolebat, prænominauit dicens, Volo uobiſcum comedere paſcha. Nam ut omnibus modis confundat te ueritas, non in principio facit myſterium, ſed poſtquam cœnauit, inquit, accepit hęc & hęc, & dixit, hoc eſt hæc & hęc: & non reliquit locum maliciei. Oſtendit enim quod poſtquam comedit paſcha ſecundum Iudęos, hoc eſt poſtquam cœnauit, ad myſterium deuenit. Scholium LXII. Et accubuit, & duodecim Apoſtoli cũ eo, & dixit, Deſiderio deſideraui hoc paſcha comedere uobiſcum antequàm patiar. Confutatio LXII. Accubuit Saluator ô Marcion, & duodecim Apoſtoli cum ipſo. Si accubuit & illi ſimul accubuerunt, non poteſt una dictio diuerſam ſignificationem habere, etiamſi pro modo ac dignitate differentiam habeat. Aut enim concedes etiam duodecim illos apparentia accubuiſſe, aut etiam ipſum in ueritate carnem habuiſſe & uere accubuiſſe. Et dixit, Deſiderio deſideraui hoc paſcha comedere uobiſcũ antequàm patiar:

ut ostenderet pascha ante passionem suam in lege expressum,& in stabilitatẽ passionis ipsius factum,& perfectius appellatum: ostendens uelut etiam sanctus Apostolus ait, Pędagogus nobis facta est lex in CHRISTVM. Si autem pędagogus est lex in CHRISTVM,non aliena à CHRISTO est lex. Scholium LXIII. Rescidit hoc,Dico enim uobis,non edam ipsum posthac,donec compleatur in regno Dei. Confutatio LXIII. Hoc detraxit & malicioſe resecuit,ut ne scilicet faceret in regno Dei cibos ac potus,non gnarus bestialis ille quod spiritualia & cœlestia terrenorũ imitamentum esse possunt,quę assumuntur sicut nos non nouimus. Testatur autem rursus Saluator ac dicit, Sedebitis in mensa mea edentes ac bibentes in regno cœlorum. Vnde igitur Helias & Moses uisi sunt cum ipso in gloria? Verum nihil poterit quis contra ueritatem. Scholium LXIIII. Resecuit hoc, Quãdo misi uos, numquid deficit uobis? & quæ sequuntur usq;,& hoc quod scriptum est oportet perfici,nempe,Et cum iniquis reputatus est. Confutatio LXIIII. Etiamsi resecueris uerba,tamen ab opere apparent ipsorum loci, præcedente lege & prædicantibus prophetis,& Domino implente. Scholium LXV. Distractus est ab ipsis fermè ad lapidis iactum, positisq; genubus orabat. Confut. LXV. Qui posuit genua,uisibiliter posuit, & sensibiliter perfecit. Si uero sensibiliter,iuxta speciem opus geniculationis fecit, non sanè citra carnem unigenitus aduenit. Ipsi enim se flectet omne genu cœlestium & terrestrium ac infernorum. cœlestium,spiritualiũ: terrestrium,sensibilium: infernorum,in propria specie. Hic autem omnia in ueritate perficiebat,conspectus,& sub tactum discipulis compertus,& non decipiens. Scholium LXVI. Et appropinquauit ut oscularetur ipsum Iudas,& dixit. Confutatio LXVI. Appropinquauit ei qui caro erat, Domino ac Deo, qui corpus accepit,ut oscularetur uera labia,nõ in apparentia existentia ac decipientia. Schol. LXVII. Rescidit quod fecit Petrus,quando percussit & amputauit auriculam serui pontificis. Confut. LXVII. Videtur in honorem Petri,impostor ille occultare id quod in ueritate factum est,glorificationis Saluatoris dictum. Sed nihil proficiet. etiamsi enim ipse resciderit, Nos nouimus signa Dei. Nam post abscisionem auriculæ, Dominus rursus acceptam ipsam sanauit, ut ostẽderetur quod Deus esset, & Dei opus perfecisset. Scholium LXVIII. Et qui tenebant illudebant ipsi,cædentesq; ac percutientes dicebant, Vaticinare,quis est qui te percussit? Confut. LXVIII. Quod uox hæc, Qui tenebãt,& illudebant,& percutientes itemq; cædentes,& Vaticinare quis est qui te percussit? non apparentiam,sed tactum corporalẽ & carnosam substantiam significant: omnibus manifestũ est, etiamsi tu fastuose Marcion,nõ uelis manifestam Dei ueritatem confiteri. Schol. LXIX. Apposuit post hoc, Hunc deprehendimus peruertentem gentem: & destruentem legem ac prophetas. Confut. LXIX. Vnde non deprehenderis, unde non redargueris peruertere uiam Domini? quum hic apposueris id quod scriptum non est,calumnians teipsum,non enim dixerim Dominum: dicens,hunc deprehẽdimus destruentẽ legem & prophetas. Contrarium redarguit te ô uanissime, quũ ipse Saluator dicat,Non ueni ut destruã legem aut prophetas,sed ut impleam. Non potest igitur idẽ qui dicit,Non ueni ut destruam,propter destructionẽ accusari. Nõ habet enim sic ipse sermo, sed Deprehendimus hunc peruertentẽ populum, dicẽtem seipsum CHRISTVM regẽ. Schol. LXX. Appositio est,post Iubentem tributa nõ dare: & auertentẽ mulieres & liberos. Confut. LXX. Quis sibiipsi præcipitium ascisciit implens id quod scriptum est? Qui sibiipsi malus est,cui bonus erit? Omnis enim temeritatis ac maliciei & periculosę professionis exemplũ est, eo quod quæ quidẽ scripta sunt resecat,quæ uero scripta nõ sunt apponit,maxime in Euãgelio indisso lubili in æternum. Sed & ea quæ apponuntur, neq; locum habent, neq; ænigma.

Non enim auertit IESVS mulieres & liberos. Ipse enim dixit, Honora patrem ac matrem. &, Quæ Deus cõiunxit, homo ne separet. At etiamsi dixit, Nisi quis reliquerit patrem & matrem, & fratrem, & uxorem & liberos, & cætera, non est meus discipulus: non ut odio habeamus patres, sed ut ne à patribus ac matribus ad alterius fidei imperium subducamur, aut à doctrina Saluatoris discedamus, dixit.

Scholium LXXI. Et quum uenissent in locum qui dicitur Caluariæ locus, crucifixerunt ipsum, & diuiserunt uestes ipsius, & obscuratus est sol. Confutatio LXXI. Gloria misericordi Deo, qui colligauit currus tuos ô Pharao Marcion, & quum uelles tu effugere, submersit ipsos in mari. Nam quum omnia prætexas, nõ habebis hic ullam occasionem prætextus. Qui enim carnem non habet, neq; crucifigi potest. Quomodo non magnum hoc dictum fugisti? quomodo non magnã hanc rem occultare conatus es? quę omnem ab initio excogitatam à te improbitatem dissoluit. Si enim omnino crucifixus est, quomodo non uides crucifixum tactus sensum habentem? & clauis manus ac pedes transfixum? Nec uero poterat apparentia hoc esse, aut phantasma ac uisum, uelut tu dicis, sed uere corpus quod ex Maria accepit Dominus, carnem habens nostram & ossa & alia, quandoquidẽ & tu confiteris quod Dominus cruci affixus est. Scholium LXXII. Rescidit hoc, Hodie mecum eris in paradiso. Confutatio LXXII. Recte hoc & conuenienter rescidisti ô Marcion, sustulisti enim à teipso ingressum paradisi. Neq; enim tu ingredieris, neq; eos qui tecum sunt ingredi sines. Reuera enim ex natura odio habent bonum seductores, ac decepti. Scholium LXXIII. Et quum clamasset uoce magna exspirauit. Confutatio LXXIII. Si exspirauit ô Marcion, & uocem magnam edidit: unde exspirauit, aut quid est quod exspirauit? Manifestum est autem etiamsi tu nullus dicas, anima cum deitate à corpore egressa, ita ut corpus sine spiritu manserit, uelut ueritas habet. Scholium LXXIIII. Et ecce uir nomine Ioseph, detractum corpus inuoluit sindone, & posuit in monumento in lapidem excisо. Confutatio LXXIIII. Si detractum & inuoluit, & posuit in monumento, te nõ persuadent ô Marcion, quis est te stolidior? Quid uero aliud clarius scriptura ostendere possit? quando & monumentum, & locum, & speciem ostendit, & corporis triduanum situm, & inuolucrum sindonis, ut omnem ueritatem declararet. Scholium LXXV. Et reuersæ mulieres quieuerunt sabbato secundum legem. Confut. LXXV. Vnde reuersę sunt mulieres? Cur uero & Quieuerunt scriptum est, quàm ut ostenderet scriptura ipsorum testimonium redarguens suã dementiam ô Marcion. Ecce enim & mulieres testantur & Apostolus, & Iudęi, & Angeli, & Ioseph, qui reuera palpabile corpus detraxit & inuoluit. Quis uero ornabit eum, qui propria condemnatione seipsum peruertit, uelut scriptum est?

Scholium LXXVI. Dixerunt illi in ueste splendida, quid quęritis uiuentem cum mortuis? surrexit. Recordamini quę dixit quum adhuc uobiscum esset, quod oportet filium hominis pati & tradi. Confutatio LXXVI. Neq; hi te persuadent Angeli ipsi ô Marcion, confitentes quidem ipsum triduo cum mortuis fuisse, ui uere uero de cætero, & non amplius mortuum esse, qui semper quidem uiuit in deitate, & omnino non mortuus est. Mortuus autem est secundum carnem per triduum, & rursus uiuit. Dicunt enim ipsis, resurrexit, non est hic. Resurrexit autem quid est, nisi quod etiam dormiuit? Clarius enim hoc ipsum enarrant, Recordamini enim, inquiũt, quod quum adhuc supereſſet in uita, hęc dixit uobis, quod oporteret pati filium hominis. Scholium LXXVII. Rescidit hoc quod dictum est ad Cleopam & illum alterum, quum obuiam factus est ipsis, O stulti & tardi ad credendũ omnibus quę loquuti sunt prophetę. Nonne hæc oportuit pati? & pro hoc, Quę loquuti sunt prophetę: fecit, quę loquutus sum uobis. redarguitur autem,

autem,eò quod quãdo fregit panẽ,aperti sunt oculi ipsorũ,& cognouerũt ipsum. Confutatio LXXVII. Vnde facta est fractio panis,dic ô Marcion? ab imaginatione,aut à corpore operante,magnitudinem habente secundum ueritatẽ. Vbi enim resurrexit ex mortuis, in ipso sancto corpore surrexit in ueritate. Feciſti autem ô Marcion,pro hoc,nonne hæc sunt quæ loquuti sunt Prophetæ: nonne hæc sunt quæ loquutus sum uobis. omnino itaq; cognouissent ex uerbis,Quæ loquutus sum uobis. Quomodo igitur in fractione panis dicit,Aperti sunt oculi ipsorum & cognouerunt ipsum,& disparuit ab ipsis? Decebat enim ipsum qui Deus erat, & corpus suum in spirituale transmutabat,ostendere quidem corpus uerum, disparere autem quando uolebat,quia omnia ipsi possibilia sunt. Nam & Helisæus quũ propheta esset,& ex Deo gratiam accepisset, petiuit à Deo ut qui ipsum quærerẽt percellerentur cæcitate, & percussi sunt, & non uidebant ipsum quum talis esset qualis erat. Sed & in Sodomis ostium ipsius Loth occultauerunt Angeli, & non uidebant ipsum Sodomitæ. Num & ostium Loth apparentia erat,ô Marcion? Nõ relinquitur autem tibi ulla aliqua contradictio. Fregit enim panem,& porrexit discipulis suis. Scholium LXXVIII. Quid turbati estis? uidete manus meas & pedes meos,quia spiritus ossa nõ habet,sicut me uidetis habere. Confut. LXXVIII. Quis non deriserit delirum illum,per stultitiam seipsum & aliorum animas detrahentẽ in infernum? Si enim hæc non cõfiteretur ipse,probabilis esset ipsius error, & ueniam haberent qui ab ipso sunt decepti. Nunc autem postquam ille confitetur,& non sustulit hæc uerba,legunt autem ipsa etiam sodales eius,peccatum eius & istorum manet,& ineuitabilis est ipsius & illorum ignis,quum nullam excusationem habeant, Saluatore clare docente,quod etiam post resurrectionem ossa & carnẽ habet: uelut ipse testatus est dicens, Sicut me uidetis habere. Hæc est tractatio nostri operis propter ipsum facti contra ipsum, ex reliquijs eorum quæ apud ipsum ex Euangelio seruantur. Quare arbitror sanè sufficientia hæc esse ad oppositionem fraudis ipsorum. Deueniam autem & ad consequentia Apostolica dicta quæ adhuc apud ipsum seruantur,& per nos rursus sic delecta sunt. Ita ut superius quidem iuxta ordinem per totum à nobis proposita sint, nunc uero ab epistola ad Galatas initio facto. hæc enim apud ipsum prima habetur. Nos autem tunc electionem fecimus, non uelut apud ipsum, sed sicut habet Apostolicorum dictorum series,primum ea quæ ad Romanos est collocata. Hic autem iuxta ipsius stilum sic apponimus.

Ex Epistola ad Galatas.

Scholium I. Discite quod iustus ex fide uiuet. Quicunq; enim sub lege,sub maledictione sunt. Qui uero fecerit ipsa, uiuet in ipsis. Confut. I. Hoc ipsum, discite quod iustus ex fide uiuet,& quæ ab Apostolo dicta sunt, ueterem scripturam suscipiunt,quæ sanè sunt ab Apostolo ad nostram uitam ex lege & prophetis dicta de nouo Testamento,& sunt coniugata nostræ spei. Sub maledictione sunt dicit,quia in lege minæ erant contra inobedientiam ipsius Adam, donec uenit qui ex supernis uenit,& corpore ex massa Adam indutus, maledictionem in benedictionem transmutauit. Scholium II. Maledictus omnis qui pendet in ligno. Qui autem ex promissione est, per liberam est. Confutatio II. Quum ostenderit rursus sanctus Apostolus mysterium aduentus in carne & crucis,ad dissoluendam maledictionem factum esse, idq; præscriptum in lege, & prædictum à prophetis futurum esse,& postea perfectum esse in Saluatore: manifeste ostendit insuper quod non aliena est lex à Saluatore. prædixit enim,& testimonium præbuit his quæ ab ipso facienda erant. Scholium III. Testor autem rursus, quod homo circumcisus debitor est, ut totum legem impleat.

Confut. III.

Confut. III. Debitor est, non uelut de desperato dicit, sed de grauiore onere quod potest leuius reddi. Quum unus sit Dominus, qui potest & grauare & alleuiare, per propositum eorum qui nō recusarunt suscipere salutem, per gratiam ipsius in aduentu ipsius in carne. Schol. IIII. Pro, modicum fermentum totam massam fermentat: fecit, adulterat. Confut. IIII. Quo nihil ueri apud ipsum inueniatur, nusq; ferè citra maliciam scripturas tractat. Verum ab ipsa consequentia sermonis declaratio contingit. Nam fermentum quod massę subactę species est, per fermentationem primariam speciem amisit, & in alijs quoq; massis eandem corrumpit. Schol. V. Tota enim lex uobis impleta est, Diliges proximū tuum sicut teipsum. Confut. V. Quid opus habet sanctus Apostolus lege uti, si abalienatum est nouū Testamētum à ueteri lege? Verum ut ostendat quod unius Dei duo Testamenta sunt, quorum consonantia, impleti. uidelicet legis per dilectionem proximi, quæ perfectum bonum operatur, æqualiter in duobus Testamentis cognoscitur: legis perfectionē dixit esse dilectionem. Schol. VI. Manifesta autē sunt opera carnis, quæ sunt scortatio, immūdicia, lasciuia, simulachrorū cultus, ueneficium, inimicitię, lites, æmulationes, indignationes, cōtentiones, seditiones, hæreses, cædes, ebrietates, comessationes, quę prædico uobis, quēadmodum & prædixi, quod qui talia faciunt, regni Dei hæredes non erunt. Confut. VI. O admiranda mysteria, & cōtraria Dei exempla. Carni enim illigauit omnia horrenda. Caro autem non semper erat, sed in sexta die structurę mundi Adam formato, ex eo tēpore initium habuit, formationis inquam: ut redarguantur qui dicunt semper ab initio esse malū. Nam neq; ab eo tempore quo formata est caro, peccauit, ut ne plastes caussa peccati putetur, qui carnem peccatricem crearit: neq; ante formationem malum extitit uerum post tempus ipse Adam in inobedientiam collapsus, quum haberet liberum arbitrium in propria uoluntate, à seipso peccatum intra se excogitatum cōmisit, ubi uidelicet eundem Dominum per inobedientiam spreuit. Vbi itaque erat malum, priusquàm caro esset? Quomodo uero statim ut formata est, malum non operata est? sed post aliquod tempus. Proinde sublatus est sermo de malicięi initio. Non enim potest antiqua ab initio esse, quoniam in carne posterius nata malicia, habet ut fiat, aut nō fiat. Et neq; caro rursus exors est cœlestium. Et ne quis accuset sanctum Apostolum, uelut qui dixerit, Caro & sanguis regnum Dei nō possidebunt. non enim omni carni culpam attribuit. Quomodo enim culpabitur caro quæ prædicta non fecit? Sed & ex alijs argumentis quæsitum declarabo. Quis enim accusabit electos Dei? Quomodo non possidebit Maria sancta cum carne regnum cœlorum, quæ non scortata est, non petulans fuit, non adulterium commisit, nullum flagitiosum carnis opus perpetrauit, sed impolluta permansit? Nō igitur de carne dicit, quod non possideat regnum cœlorum, sed de carnalib. hominibus, qui mala per carnem faciunt: quæ sanè sunt, scortatio, simulachrorum cultus, & his similia. Et penitus confutata est fraus tua, ô erronee Marcion, quum ueritas undiquaque præuerterit, & firmitatem prædicationis uitę muniuerit. Schol. VII. Qui uero CHRISTI sunt, carnē crucifixerunt cum affectibus & concupiscentijs. Confut. VII. Si qui CHRISTI sunt, carnem crucifixerunt ô Marcion, manifestum est quod serui CHRISTI ab affectibus & cupiditatibus mundam carnē effecerūt, & CHRISTVM imitati sunt, ostendentes ipsum carnē crucifixisse. Quapropter etiam ipsi eadē cum Domino suo sentiunt, & carnē crucifixerunt. Et si carnem crucifixerunt, impossibile est carnem quæ pro CHRISTO passa est, non cum CHRISTO regnare. quēadmodum etiā in alio dicto sanctus Apostolus ostēdit dicēs, Quēadmodū socij estis afflictionū CHRISTI, sic etiā glorię. Schol. VIII. Neq; enim qui circumciduntur ipsi legē seruant. Confut. VIII. Nō interdicta est igitur

Peccati et mali origo.

prior illa circumcisio in proprio tempore, si legem seruauit. Lex autē CHRISTVM annunciauit uenturū, ut legem libertatis exhiberet. Et nō amplius circumcisio in carne tēpori CHRISTI inseruierit. Venit enim uera per CHRISTVM circumcisio, cuius figura illa erat. Qui uero adhuc per illam cōsignantur, etiamsi omnem legem seruauerint, non amplius reputabitur ipsis legis obseruatio. Quandoquidem enim lex dixit de CHRISTO, prophetā excitabit uobis dominus Deus ex fratribus meis sicut me, ipsum audietis: ipsorū profectò qui CHRISTVM non audiuerunt circumcisio, præputium ipsis fit. Et obseruatio legis, non amplius obseruatio. Bona itaq; est lex, & bona circūcisio, ex quibus cognouimus CHRISTVM, & perfectiorem ipsius legem, & perfectiorem ipsius circumcisionem.

Ex Epistola ad Corinthios I. *quæ & illis & nobis secunda est.*

Schol. I. Scriptum est enim, Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentiū reprobabo. Confut. I. Si ab his quæ scripta sunt in prophetis, deligit Apostolus testimonia ad declarandam ueritatem & bonam doctrinam: non alieni sunt prophetæ à ueritate & bono, & bona ipsius doctrina. Schol. II. Quo uelut scriptū est, Qui gloriatur, in Domino glorietur. Confu. II. Si laudatus est apud prophetas qui in Domino gloriatur, Dominum autē nouit Deum legis, qui apud te ô Marcion, & iudex & opifex & iustus appellatur: non alius est hic quàm CHRISTI pater, cuius discipulus est Paulus. Nā à prophetæ doctrina doctor gentium cōstitutus à CHRISTO Paulus, ex ijsdem ac similib. doctrinis puram aquam hauriens, Ecclesiam sibi commissam rigat. Schol. III. Principum mundi huius qui abolentur. Confut. III. Si principes mundi huius multi sunt, abolentur autem tales: cogeris ô Marcion non amplius trium principum radices quærere, sed perscrutari aliam fabulam multorum principiorum, & multarum radicum, multæq; tragœdiæ. Et quum calumnians finxeris, (non enim repereris, occurrente tibi uoce qui abolentur) subuertetur illa à te excogitata principio carens principiorum radix. Omne enim quod desinit, non est sempiternum. Sed si principiū habuit ut esset, etiam finem habebit. Impossibile est enim id quod principium habuit, perpetuò durare. Nisi sanè uelit id quod est, caussa fiens eius quod aliquādo nō fuit, esse aūt incœpit. Id uero quod est, est Pater filius & spiritus sanctus. Quod uero non est, sunt hæc acquisita, quæ principiū habuerunt ut sint. Inter quæ est & quod dicitur malum, & est malum, quod ex hominibus initium accepit, qui facti sunt quū aliquando non fuerint. Quum autē malum initium habuerit, ex quo tempore etiā homo qui aliquando non erat, non amplius erit malū. Citra ambiguitatē enim tolletur, eo quod nō consentiat princeps cum eo quod habuit principiū, & inter mala seipsum constituit. Sedabitur enim post resurrectionē, & nō solum tūc, uerum etiā à legis prædicatione, & ante legē à multis qui secundum naturæ legem uixerunt, & adhuc amplius à CHRISTI in carne aduētu, perfectissime autē à mortuorum resurrectione. Nā seminantur in corruptione, resurgunt in incorruptibili tate, non amplius malum operantes, nō amplius morientes. Sed & quod cessabit, idem Apostoli sermo testatur dicens, Principum mundi huius qui abolentur. Et sublata est undiquaq; ô Marcion doctrina tua, ut quæ imaginaria est & falsa, insta bilisq; ac absurda. Scholium IIII. Scriptum est enim, Qui depræhendit sapientes in astutia ipsorū. Et rursus, Dominus cognoscit cogitationes hominū quod sunt uanæ. Confutatio IIII. Vox Scriptum est, in usum prolata, & Cognoscit Dominus, usurpata, nō aliena est ab eo qui delegit hoc sermonis dictum, à sancto uidelicet Apostolo, apud quem usus habetur. Ex quo usu stilus & charakter apparet, quod non sit aliena Apostoli prædicatio à ueteri Testamento,

unde

unde ipsi testimonium conflatum est. Scholium v. Etenim pascha nostrum immolatus est CHRISTVS. Confut. v. Si pascha confitetur Apostolus, & immolatum CHRISTVM non negat, non alienum est pascha à CHRISTO, qui secundum legem pascha ouem immolauit uerè, & non apparentia. Cuius ouiculę figura erat non in apparentia immolatus CHRISTVS, necp̃ citra carnẽ passus. Quomodo enim potuisset spiritus immolari? Manifestum est enim quod non potuerit. Quum autem non potuerit sine carne immolari, immolatus autem sit in ueritate, uelut Apostoli minime dubia cõfessio confitetur: profectò omnino clare ostenditur lex non aliena, in figura lata per tempus, usq̃ ad perfectiorem & euidentem agnum, in ueritate immolatum CHRISTVM, quem præcessit in ueterib. tẽporib. ouicula sensibilis alijs immolata, nobis autem pascha immolatus est CHRISTVS. Scho. VI. Non scitis quod qui adhæret scorto, unum corpus est: erunt enim, inquit, duo in carnem unam. Confut. VI. Si non est uera lex, qua ratione ueri testimonium à lege accipiũt? Quorum unus est sanctus Dei Apostolus Paulus, qui hoc testimonium cum multis alijs ad euidentem declarationem ueritatis ac prædicationis boni Dei accepit. Scho. VII. Immutate, Nam pro in lege: dicit, in Mosis lege. Ante hoc uero dicit, nonne & lex hæc dicit? Confut. VII. Siue in secũda sententia immutaueris speciem ô Marcion, & putaueris eo quod feciſti, in Mosis lege: te abalienare propter Mosem Dei legẽ, ipsa cõiunctio ex supernis tuam dementiam redarguit, nempe, nonne & lex hæc dicit? In lege enim scriptum est, Non obligabis os boui trituranti. Nulla uero iniuria nos affeciſti, siue apposueris nomen Mosis, uerum nobis quidem profuisti, contra teipsum uero testimonium strinxisti. Vndiquaq̃ autem confessus es te ignorare Dei esse Mosis legem, ex hoc, in Mosis in lege: &, nonne lex dicit. Sequitur enim Apostolus assentiens in eo quod postea dixit, num boues curæ sunt Deo? aut omnino propter nos dicit? Si uero propter Apostolos dixit, lex & Deus in lege loquutus, curã ergo gerit Apostolorum CHRISTI, in eo quod monet non obligandum esse ipsis os, siue ut loquantur ipsius CHRISTI doctrinam, siue ut quotidianum cibum à populis citra defectũ habeant. Non igitur alienos à sua deitate Apostolos nouit, necp̃ Apostoli alienum ipsum Deum putant, ex testimonio quod de omnibus sanctus Apostolus dedit, dum inquit, num boues curæ sunt Deo? aut propter Apostolos dixit. Etsi propter Apostolos dixit, creator autem est hominum & iumentorũ ac brutorum, ex quorũ numero sunt & boues & passeres, reptiliaq̃ ac animalia uniuersa, tum alia, tum marina. Ergo curã habet de omnibus iuxta uniuscuiusq̃ proportionem. Et curam quidem de omnib. gerit, in eo quod dicit, homines & pecora seruabis Domine. Et in eo quod dixit, Quis dedit coruo cibũ? &, Pulli coruorum ad Dominum uociferãtur cibũ quærentes, &, Dabis alimentũ opportunum omnibus. Imò dum triturant boues, admonuit ut ne obligemus os boui triturãti. Alioqui ostendisset, nõ posse Deũ nutrire creaturam suam. Imò etiam si nõ, per hominum saltem alimentum, quod per ipsos iumentis suppeditatur. Ostendit autem scurras Apostolus, non ob penuriam alimẽti, Deum per trituram boum curam gerere, in eo quod iubet talibus os non obligare, sed per ænigma de Apostolis & ipsorum statu significare. Omnium enim sensibilium prouidentiam facit, & similiter omnium curam gerit. Non enim oppositè Apostolus aduersus Saluatorẽ scripsit, ut sic plericq̃ prætexant. Minores enim bobus sunt passerculi, de quibus Saluator dixit, Quicunq̃ passerculi uendũtur duobus assibus. Et rursus, Nonne duo passerculi uenduntur uno asse, & unus ex ipsis nõ cadet in laqueum, citra patrem uestrum qui in cœlis est? Simul equidem omnium prouidentiam habet, maiorum uero curam gerit, iuxta maiorem speciem spiritualis consequentię. Proin-

Non obligabis os, quomodo accipiendum.

de ex omnibus cõfitetur eundem creatorem & opificem & legislatorem, ueteris ac nõ ui Testamenti esse Deum bonum, & iustum, atq; omnium dominum. Schol. VIII. Num boues curæ sunt Deo? Confut. VIII. De hoc iam tractatum est, & per lõgum actum in præcedenti dicto. Quapropter superfluũ ratus rursus de ipso dicere, contentus sui prædictis. Schol. IX. Nõ enim uolo uos ignorare fratres, quod patres nostri sub nube erant, & omnes per mare transierunt, & omnes eundem spiritualem cibum comederunt, & omnes eundem spiritualem potum biberunt. Biberunt enim ex spirituali sequente petra: petra uero erat CHRISTVS. Sed non in pluribus ipsorum complacitum est ipsi. Hæc autem figuræ nobis fuerunt, ne nos simus concupiscentes malorum, quemadmodũ & illi concupiuerunt. Neq; simulachrorum cultores sitis, sicut quidam illorum, uelut scriptum est, Sedit populus ut ederet ac biberet, & surrexerunt ad ludendũ. Neq; tentemus CHRISTVM, usquequo dicit: Hæc autem figurate contigerunt illis, scripta uero sunt nobis, &c. Confut. IX. O ingentem insaniam. Quis habens oculos sole exoriente seipsum à luce seducit? Si enim patres suos sanctus Apostolus dicit eos qui tunc fuerunt, & sub nube, & per mare transijsse, & spiritualem cibum ac potum esse, comedisse uero ac bibisse ex spirituali sequente petra, CHRISTVM autem petram esse dicit: quis Marcionis dementiæ fidem habebit, qui suæ ipsius ac audi torum suorũ menti tenebras inducit, alienum esse CHRISTVM asserens ab his quæ in lege fiunt, et quæ confitetur Apostolus in ueritate, & nõ in apparentia? Dicit autem sanctus Apostolus, non in pluribus ipsorum complacitũ esse Deo, omnino propter iniquam eorundem actionem. Si uero non approbauit eos qui secundum legem iniqua operati sunt, ergo indignatur talibus, uelut qui ipse legem dedit, et legem suam esse docet, quæ tempori data est, & iuste inseruijt, usq; ad aduentũ ipsius in carne. Decet enim patremfamiliâs singulatim ac conuenienter præcipere famulis suis ea quæ decent. Statim autem infert, dicens: Hæc autem figuræ nobis fuerunt, ne nos simus concupiscentes malorum, quemadmodum & illi concupiuerunt. Neq; simulacrorũ cultores sitis, sicut quidam illorum: nõ contra omnes suffragium ferens. Et unde nouisti hęc ô Apostole? infert, uelut scriptum est, dicens: Sedit populus ut ederet ac biberet, et surrexerunt ad ludendum. Itaq; uera est Scriptura, ex qua etiam cõfutationem contra iniquos Apostolus sumit. Deinde rursus, Neq; tentemus Dominũ. Marcion autem pro Dominum, fecit CHRISTVM. CHRISTVM autem & Dominum eundem scimus esse, etiamsi non uideatur Marcioni, quum præposita sit CHRISTI appellatio, dum dicit, Petra erat CHRISTVS, & nõ in pluribus ipsorum complacitum est ipsi. Vbi uero recẽsuit rursus sanctus Apostolus, totam capitis summam dicit, Hæc autem figurate contigerunt illis, scripta uero sunt nobis in admonitionem. Si itaq; quæ figurate illis contigerunt scripta sunt nobis in admonitionem, is qui scripsit quę tunc facta sunt, ad admonitionem nostri curam eorum gerebat, quorum etiam admonitionẽ fecit, ut ne fieremus nos concupiscentes malorum. Qui uero non uult nos malorũ concupiscentes esse, profecto bonus est, & nõ malus. In quibus enim ipse est, in his adhortatur nos esse, idem bonus Deus existens atq; iustus, præscriptorum Deus, & eorum qui postea admonentur creator omnium, & opifex & legislator, & largitor Euãgelij, & dux Apostolorum. Schol. X. Quid igitur dico? quod aliquid templo immolatũ sit? aut aliquid simulachris immolatum sit? Imò quod quæ immolãt, dæmonijs immolant, & non Deo. Apposuit autem Marcion uocem, templo immolatum. Confutatio X. Quid igitur dico? quod simulachris immolatum aliquid sit? Imò quod quæ immolant, dæmonijs immolant, & non Deo. Non reprobauit Apostolus uetus patrum tempus usq; ad seipsum, & usquequo ipse in Hierusalem substitit, ex eo quod dicit, eos qui simulachris immolant, dæmonijs immolare, & non Deo. Non ergo condemnauit eos qui Deo immolarunt, quãdo sacrificiorum usus erat. Verum condem-

Christus petra.

nauit eos qui simulachris immolant, non propterea quod immolent, sed quod prō
Deo simulachris immolent. Neq; enim immolant ut alimentum sibijpsis ex Deo da-
tum, in esum acquirāt, sed dæmonibus immolant ac uanæ sapientiæ. Tu uero ô Mar
cion, apposuisti uocem, templo immolatū: ut qui putasti ex eo quod mixta sunt duo
nomina, templi ac simulachri, coniungi duorum modorū formam. Et non est hoc ita.
Si enim postquam uenit nouum Testamentum, immolaretur CHRISTO priuatim,
& in nomen ipsius animalia offerrentur, probabile à te excogitatū esset calumniæ men
dacium: uelut his qui nunc Deo immolant, & his qui tunc in templo Hierosolymorū
immolarunt, & his qui simulachris immolant, simul coniunctis, & dæmonijs immo-
lantibus, & non Deo. Quum autem nemo immolarit animalia CHRISTO, à CHRI
STI aduentu & nouo Testamento, manifesta est apud te additio. Si uero etiam ex na-
tura hæc uox in Apostolo haberetur, de templo immolatis, et simulachris immolatis,
simul unum & idem iudicasset, apud eos qui rectam rationem sequuntur, quum abu-
siue hæc uox dicatur ab Apostolo, propter hominum consuetudinē qui semper simu
lachrum sacrum & templum uocant. & ubiq; intercidit falsa tua sententia, ostensa ueri
tate, quod immolantes simulachris, aut uelut tu dicis, in templo immolantes, menda-
cium operantes, dæmonijs immolant, & non Deo. At non hi qui aliquando secundū
legem iustissime immolarunt. Nunc uero hoc non amplius fiente, ita ipso uolente, ue-
» lut etiam ab origine per Hieremiam prophetā dixit: Vt quid mihi thus ex Saba fers,
» & cinamomum ex terra longinqua. Et rursus, Sacrificia tua non fuerunt mihi iucun-
» da. Et alibi, Tolle tua sacrificia Israël, & edite carnes. Non enim præcepi patribus ue-
» stris in die quum apprehenderem ego manum ipsorum, ut educerem ipsos ex Ægy-
» pto, de sacrificijs: Sed hoc præcepi ipsis, ut unusquisq; faceret iustitiam erga proximu.
Quum autem ipse dicat, Non præcepi & in lege dicat Mosi, Vnusquisque filiorum
» Israël si obtulerit sacrificium ex bobus aut ouibus, masculum immaculatum offerat.
Sacrificiorum ratio. Et rursus, Si quis peccauerit, & in delicto quodam fuerit, adducat ouem. Et rursus, Si
peccauerit populus, offerat uitulum: ostendit se benigne accipere sacrificia olim pro-
salute populi facta, non quod ipse egeat his, aut uelit hæc, sed quod ad ipsorum debili-
tatem condescendat, & ad humanæ naturæ præconceptam notionem. quo à multitu
dine deorum, ad unius Dei cognitionem ipsorum mentem transferat. Quandoqui-
dem enim fortiter fundata erat mens ipsorum in sacrificio, uelut in pietate quę pro pro
pitiatione ac salute ipsorū simulachris offerretur: ut ne grauiter ferrent, si semel à con-
suetudine auerterentur, hoc facere ipsis ad tempus permisit, & postea ab imaginatione
multitudinis deorum, & ab his quæ ex consuetudine ab ipsis fiebant, ipsos abducere
uoluit, ut deinceps cognoscentes unum, & uni securè credentes, ab ipso audiamus:
Num edero carnes taurorum, aut sanguinem hircorū bibero? &, Num quadraginta
annis sacrificium obtulistis mihi in deserto domus Israël, & quidem multis sacrificijs
tunc oblatis? quo ostendat, quod non ipsi obtulerunt, quanquam ipse susciperet, & in
nomen ipsius illi offerrent: sed propter ipsorum in talibus progressam cōsuetudinem,
donec immutaret abstractos à tali consuetudine ad unum, & ab uno deinceps disce-
rent, quod neque indigebat, neque indiget, & de cætero per aduentum CHRISTI
sui omnem sacrificiorum usum tolleret, uno sacrificio omnia quæ antea fuerunt, com-
plente ac perficiente, quod est sacrificium & uictima CHRISTI. Nam paschā nostrū
immolatus est CHRISTVS, uelut scriptū est. Cuius sacrificij ac paschatis & doctrinę
pædagogus fuit lex, deducens per figurā, & restituens in aliorum doctrinam. Schol.
XI. Vir non debet comā nutrire, quum gloria & imago Dei sit. Const. XI. Non
solum imaginem Dei Apostolus hominē esse decernit, sed etiam gloriam. Quum au-
tem comam proponat, quæ corporalis est priuatim in corpore, & non in anima: non
alienam certè à Deo bono creaturā esse decernit. propterea quod confitetur ipse ea quę
in uo

in ueteri sunt Testamento, in nouo impleri. Schol. XII. Sed Deus cõtemperauit corpus. Confut. XII. Si Deus contemperauit corpus, nõ autem alium Deum Apostolus prædicat, quàm uerum, confitetur autem Deum corpus membris contemperasse non alium nouit Deum quàm opificẽ ipsum bonum, et creatorem & iustum, factorem omnium, ex quibus omnibus unum opus est homo qui membris ab ipso probè contemperatus est. Schol. XIII. Erroneè ipse Marcion, Sed in Ecclesia uolo quinq; uerba mente mea loqui, aliter autem propter legem: Confut. XIII. Ergo etiã linguæ ex dono Spiritus sunt. Linguas aũt quales dicit Apostolus? Non solũ uoces Hebraicas diuersimode ac uarie in singulis locutionibus recte cum sapientia uariegatas, sed etiam fastuosam Græcorũ linguam iactantes indicat, & quod Attice ac Æolice & Dorice quidam apud Corinthios loquerentur, qui turbas ac seditiones excitarãt, ad quos hæc epistola missa est. & confessus quidem est donum esse spirituale, Hebraicis dictionibus uti, & legem docere. Veruntamen & alios fastus linguæ Græcorũ destruens, dixit se magis linguis quàm ipsos loqui, propterea quod ipse esset Hebræus ex Hebræis, apud pedes Gamalielis educatus. Nam Hebræas literas laudi ducit, & donum spiritus esse dicit. Quapropter etiam ad Timotheũ scribens de ipsis, dicit, A iuuentute sacras literas didicisti. Insuper autem appositis his qui ex Græcorũ poëtis ac rhetoribus originem traxerũt, Omnibus uobis plus linguis loquor, inquit, ut ostendat se etiam græcæ eruditionis excellens experimentũ habuisse. Nam & stilus ipsius indicat ipsum in primis disciplinis esse, cui nõ potuerunt Epicurei ac Stoici resistere, subuersi per lectam ab ipso sapienter aræ inscriptionẽ, quæ ignoto Deo inscripta erat. de quo statim interpretans dixit, Quem ignorantes colitis, hunc ego annuncio uobis. Et ipse rursus alibi confirmat, dum ait, Dixit quidam proprius ipsorũ poëta, Cretenses semper mendaces, mala bestiæ, uentres pigri. per quæ uerba Epimenidem indicat ueterem philosophum, & templi Mithræ siue Solis apud Cretenses sacerdotẽ. Ex quo etiam Callimachus Libycus testimonium protulit, falso de Ioue dicens:

Ara Dei ignoti.

Callimachi uersus.

Cres semper mendax, tibi qui rex magne sepulchrum
Erexit, quum non sis mortuus ipse perennis.

Et uides quomodo de linguis sanctus Apostolus narrat: Sed uolo quinq; uerba in Ecclesia mente mea, hoc est per interpretationem loqui. Sicut Propheta in Spiritu sancto præsuppeditata in mentem, per prophetiam proferens in lucem, prodest auditoribus: Sic etiam ego, inquit, loqui uolo in aurem Ecclesiæ, et ad ædificationem, & non per fastum Græcæ ac Hebraicæ linguæ meipsum qui gnarus sum ædificare, & non Ecclesiã, per linguam quam scio. Tu uero ô Marcion, apposuisti Propter legem: uelut Apostolus dicat, Volo quinq; uerba in Ecclesia loqui propter legẽ. Reuerere Babylon secunda, & noua Sodomorũ multiplex mixtio, usquequò cõtines linguas, usquequò audes incessere eos quos nulla iniuria afficere potes? Quæris enim uiolare angelicas uirtutes, ejiciens uerba ueritatis ab Ecclesia, dicens ad Loth sanctũ, Educito uiros. & quod moliris, contra teipsum moliris. Verba aũt ueritatis nõ ejicies, sed teipsum conculcabis in cæcitate, & in nocte tenebrosa degis, palpatione quærens ostiũ, & non inueniens, donec exortus fuerit sol, & uideris diem iudicij, in quo etiam ignis occurret tuæ mendacitati. Hic enim te expectat, uelut uides. Neq; enim habetur apud Apostolum, propter legem, & à te hoc excogitatũ est. Si uero etiam dixisset Apostolus propter legem, cõcine dixisset domino suo, non ut dissolueret legem, sed ut impleret. Schol. XIIII. In lege scriptũ est, In alijs linguis, & labijs alijs loquar ad populũ hunc. Confut. XIIII. Si non impleuisset Dominus ea quæ in lege prædicta sunt, quid erat opus Apostolũ commonefacere de his quę ex lege in nouo Testamento impleta sunt? uelut etiam Saluator ostẽdit, quod ipse erat qui & in lege tunc loquutus est, & minas ipsis intentauit, dicẽs: Quapropter indignatus sum generationi huic, & dixi semper, hi errant corde. Et iura

ui, si introibunt in requiem meam. Quare etiam in alijs linguis promisit se loquuturū esse ad ipsos, uelut etiam loquutus est, & nō intellexerunt. Hoc enim discipulis suis dicere reperitur, Vobis data sunt mysteria regni, illis aūt in parabolis, ut uidentes nō uideant, &c. Vbiq; igitur quum ea quę ex ueteri Testamento sunt, impleantur in nouo, omnibus manifestū est, quod non alterius atq; alterius Dei sunt, sed eiusdē ambo Testamenta. Schol. XV. Mulieres in Ecclesijs sileant, non enim permissum est ipsis loqui, sed subditæ sint, uelut etiam lex dicit. Confut. XV. Si secundum legem ordinat sanctus Apostolus Dei bonam disciplinam sanctæ Dei Ecclesiæ: non inordinata est lex à qua bonam disciplinā transsumit. Neq; alieni Dei lex est, quę mulierem uiro subiecit. complacet enim hoc etiam Apostolo in Ecclesiæ statutis, uelut ait, quemadmodum etiam lex dicit. Vbi aūt dixit hoc lex quàm in eo quod dixit Deus statim ad Euā, Ad uirum tuum refugiū, & ipse tibi dominabitur. Nam etiamsi in alijs locis idem sit, tamen hic principiū est. Si itaq; ab eo tēpore subdita est mulier uiro, ex Dei præceptō cōsequenter etiam Apostolus subijcit hanc, ita ut non aduersetur Deo qui hominem uirum & mulierē fecit, & ipse eadem iubens penitus ostendit, quod eiusdem Dei hoc præceptū est, cuius etiam lex erat, & totum uetus Testamentū, itemq; nouum, hoc est ambo Testamenta quę & tunc & nunc mulierem uiro subijciunt, propter piam & bonam disciplinam. Schol. XVI. De resurrectione mortuorū. Notum aūt uobis facio fratres Euangelium quod annunciaui uobis. Et, Si CHRISTVS non resurrexit, uana est, &c. Sic prędicamus & sic credidistis, quod CHRISTVS mortuus est, & sepultus, & resurrexit tertia die. Quum autem mortale hoc induerit immortalitatē, tunc fiet sermo qui scriptus est, Deuorata est mors in uictoriam. Confut. XVI. Si annunciauit, & ipsum rursus notum facit: non aliunde est Euāgelium, neq; alia noticia post unam, & illud in quo colloquitur per quatuor Euāgelia & Apostolos, ut redarguat Marcionem qui post tot annos uenit, post tēpora Romani episcopi Aniceti appellati, qui nonus fuit ab obitu Petri & Pauli Apostolorum. Quapropter muniens nos idem Apostolus dicit, Etiamsi nos aut angelus de cœlo, annunciauerit uobis aliud Euangelium præter hoc quod accepistis, anathema sit: cognoscens in spiritu quod Marcion & assęclæ eius peruersuri essent uiam probe fundatā. Vnde non amplius dixit, Annuncio uobis, sed notum facio uobis Euangeliū, quod non aliud est quàm quod iam annunciaui uobis, de quo uos cōmonefacio, notum uobis facio qua ratione annunciaui uobis Euangeliū, si tenetis, nisi frustra credidistis. Si enim nō tenetis uelut prædicaui uobis, absq; hoc frustra credidistis. Annūciaui enim uobis, quod CHRISTVS mortuus est pro peccatis nostris secūdum scripturas. & quod tertia die resurrexit secundū scripturas, & non secundum fabulam, neq; secundum doctrinam eorum qui à seipsis dicturi sunt quę non sunt scripta. Nam Iudæi à seipsis dicunt eum non resurrexisse, Marcion autem & alij dicunt à seipsis, in apparentia passum ac sepultū esse. Ego autem secundū scripturas munio uos, statim eī infert dicens, Sic prædicamus, & sic credidistis, quod CHRISTVS mortuus est, & sepultus, & resurrexit tertia die. Et mox, Si mortui nō resurgunt, neq; CHRISTVS resurrexit, & si CHRISTVS nō resurrexit, uana est prædicatio nostra. Et post hæc omnia, Oportet enim mortale hoc induere immortalitatem, & corruptibile hoc induere incorruptibilitatē. Et nō dixit, mortale hoc capere immortalitatem, aut corruptibile hoc capere siue suscipere incorruptibilitatem. Quod est aūt mortale, quàm corpus quod nō solum suscipit in seipso immortalitatem, sed etiam habitatione excipit & indutura est immortalitatem, non corpore abiecto, & anima non moriente immortalitatem induente. sed mortali induente immortalitatē, & corruptibili incorruptibilitatē, hoc est ipso corpore. Ipsius enim mors est & corruptio temporaria, propter solutionem illatam ipsi per Adæ inobedientiam. Quod aūt de perficiendis in ipso beneficentijs per promissionē dicat, indicat per hoc quod dicit, Tūc fiet sermo

Aniceti Romani episcopus, nonus à Petro.

mo qui scriptus est, Deuorata est mors in uictoriam. quo significet tunc futuram mortuorum resurrectionem. Nam deuorata est mors partim in CHRISTI resurrectione et eorum qui cum ipso resurrexerunt. Resurrexerunt enim multa corpora sanctorum, sicut dicit Euangelium, & ingressi sunt cum ipso in sanctam ciuitatem. Tunc autem in uictoriam deuoratur, quando ab omnibus uniuersaliter euanescit.

Ex Epistola ad Corinthios secunda, quæ tertia est apud Marcionem, uerum immutato ordine, eo quod prima apud ipsum locata est ad Galatas.

Scholium I. Quotquot enim sunt promissiones Dei, in ipso ipsum etiam, quapropter & per ipsum, Amen Deo. Confut. I. Aperi oculos tuos & saluare ô Marcion. Si uero tu non amplius potes, mortuus es enim, hi qui à te decepti sunt, aperiant oculos suos, & fugiant à te, uelut ab horrendo reptili & accedentes corrumpente. Si enim quotquot sunt promissiones Dei, in ipso etiam sunt, promissiones autem Dei nouit Apostolus per legem & prophetas. ergo in CHRISTO, ipsum etiam promissionum complementi confirmabatur. Non igitur alienus est CHRISTVS à ueteri lege, & prophetis, neque à Deo qui loquutus est in lege, & in CHRISTO promissiones impleuit. Imò neque contrarius est CHRISTVS Deo, qui legem dedit & prophetas. Nam eo quod in ipso prómissiones promissæ fiunt, iccirco inquit, & per ipsum, Amen Deo. Ita ut Deus quidem pater promiserit, CHRISTVS autem cõfirmet, & Dominus Amen ipsum sibi uendicet per ipsum, in his quę per ipsum promissione confirmata sunt, quum pater ipsius in lege loquutus sit, & in Euangelio credentibus salutaria donauerit per ipsum CHRISTVM dicentem, Etiam pater, quia sic fuit bona uoluntas coram te. Schol. II. Non enim nos ipsos prædicamus, sed CHRISTVM IESVM, nos autem seruos uestros propter IESVM. quoniam Deus est qui dixit, è tenebris lucem illucescere. Confut. II. Non prædicant seipsos Apostoli, sed IESVM CHRISTVM Dominum. Quapropter non est hæresis, neq; Ecclesia nomine Apostolorum prædicata. Nunquam enim audiuimus Petrinos aut Paulinos, aut Bartholomæanos, aut Thaddæanos. Sed ab initio una prędicatio omnium Apostolorum, nõ seipsos prędicantiũ, sed CHRISTVM IESVM Dominũ. Et ideo nomen quoq; Ecclesiæ omnes unum indiderunt, non de seipsis, sed Domini ipsorum IESV CHRISTI, quum ab Antiochia cœperint Christiani uocari, hoc est una sola catholica Ecclesia, non aliud quid habens, sed Christi Christianorũ Ecclesia existens, non Christorum, sed Christianorũ. illo quidem uno existente, his uero ab uno Christianis appellatis. Post hanc uero & ipsius præcones, omnes non amplius eiusdem formæ apparentes, per apposititia nomina, Manichæorum & Simonianorum & Valentinianorum, atq; Ebionæorum. Ex quorum numero & tu Marcion unus es, & tuo nomine cognominati sunt qui à te decepti sunt, uelut qui teipsum prædicasti, & non CHRISTVM. Deinde uero inquit, Deus est qui dixit, è tenebris lucem illucescere. Deus autem qualis quàm ille unus: qui in propheta ostendit ex tenebris lucẽ, hoc est, ab hominũ incredulitate & ignorantia, lucẽ ac cognitionem, quę in CHRISTO illuxit in cordibus nostris, qui aliquando gentes & simulachrorum cultores eramus, nunc autem Deum cognouimus, qui tunc in propheta promisit, lucem suam in mundo lucescere, uelut qui non alienus sit à ueteri & nouo Testamento: quemadmodum nobis mos est persuadere te ô Marcion, ex his quas scriptas habes Euangelij reliquijs, & nõ à te seduci. Schol. III. Habentes autem eundem spiritum fidei, & nos credimus, quare etiam loquimur: Rescidit, iuxta id quod scriptũ est. Confut. III. Non dabitur tibi locus quęcunq; tandem ausus fueris. Etiamsi enim exscideris, iuxta id quod scriptum est, apparet tamen præscriptæ dictionis consequentia. Nam ab hoc, Credidi, quapropter & loquutus sum: statim æqualia inferens Apostolus dixit, Habentes eundem spi

Christianorũ una appellatio

ritum fidei, & nos credimus, quare etiam loquimur. Omnibus autē manifestum est hoc, quod in centesimo decimoquinto psalmo, qui Alleluia inscriptionem habet, et ex libro Dauidis est, & ab ipso uaticinante prædictus est hic sermo, Credidi, quapropter & loquutus sum: scriptus est. Vnde etiam Apostolus dictū accepit, & similiter dixit, Credimus & nos, quare etiam loquimur, quum unus sit de numero Apostolorū. Vnde non dicit, Credidi, quare etiā loquutus sum: sed Credimus nos, quare etiam loquimur. quo seipsum cum alijs Apostolis cōiungat, & dicit, Habentes eundem spiritum, ut ostendat spiritum qui in Dauide loquutus est, eundem esse & in Apostolis. A quo sanè tunc ille uaticinās credidit, in quo spiritu etiam ipsi existentes credunt & loquuntur. Multa autem est iniuria, & ut ita dicam, prærogatiua sententiarum. Quum enim Apostolus unum & eundem spiritum dicat, quomodo Marcionis dementia cōfitens hunc sermonem, audet dicere sanctum Apostolum dixisse, alium esse spiritum, qui tunc fuit, & alium in Apostolis.

Ex Epistola ad Romanos quarta, sic enim apud Marcionem habetur, ut nihil rectum apud ipsum sit.

Scholium I. Quicunq; iniquè & sine lege peccauerunt, iniquè etiam & sine lege peribunt. Et quicunq; in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Confut. I. Si qui sine lege peccauerunt, sine lege etiam peribunt, lex est salutis causa si seruetur, & non sinit seruantes ipsam perire. Et si qui per legem peccauerunt, per legem iudicabūtur. Ergo iudex est lex transgressionū, non perditionis, sed iusti iudicij, sanctè iudicans transgressores. Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Si enim lex facta iustificat factorem, nō mala est lex, neq; iniusta, propter quam hi qui faciunt legem, iusti fiunt. Ex lege autem est & fides in CHRISTVM prædicta, sine quo nemo iustificabitur, et in quo qui credidit, iuxta prędictū legis testimonium, non potest rursus iustificari, quum uelut complementum sit Christus legis, iuxta id quod ab Apostolo dictum est: Complementum legis Christus ad iustificationem: ostendit enim quod sine lege & Christo, non est iusticia. Neq; enim Iudæi sine Christo iustificabuntur, quum non acceperint Christum. Neq; tu Marcion iustificaberis, abnegans legem. Schol. II. Circūcisio quidem iuuat, si legem feceris. Si uero transgressor legis fueris, circumcisio tua præputium facta est. Confut. II. Si pronunciat sanctus Apostolus circumcisionem prodesse, quis in his quæ prosunt uituperium fecerit? nisi sanè quis serpenti similis fiat. Huic enim similis es ô Marcion, nam & ille peruertens à Deo dicta persuasit Euam, dicens: Non morte moriemini. Legem enim circumcisioni colligauit, & circumcisionem legi conuenientem ostendit. & eiusdem Dei præceptum esse indicauit, qui & circumcisionem aliquando dedit, & legem in auxilium tulit, à qua Christus creditus perfecta & loqui & facere credentibus exhibet.

Schol. III. Habentem formationem cognitionis ac ueritatis in lege. Confut. III. Si cognitio formationem habet, à formatione uero species apparet, Apostoli autem qui cognitionem & ueritatem habent, itidemq; ipsorum discipuli, nouerunt à formatione legis speciem se acquisiuisse, hoc est cognitionem & ueritatem. Non ergo aliena est lex à cognitione & ueritate. Nam per formationem in ipsa cognouerunt prædicatores ueritatis cognitionē & ueritatē. Schol. IIII. Adhuc enim Christus quum nos essemus debiles, adhuc iuxta tempus, pro impijs mortuus est. Confut. IIII. Vox, adhuc: &, mortuus est: non apparentiæ, sed ueritatis significatiua est. Si em̄ apparentia erat, quid opus erat dicere adhuc: quū Christus possit semper & nunc in specie apparere, & non dici, adhuc quum nos essemus debiles. Nam per adhuc, tunc ipsum mortuum esse expressit, & quod iustificauit per mortem, ut non amplius opus habeat mori propeccatoribus semel mortuus, & per seipsum non amplius moriens. Schol. V. Quare lex

quidem

quidem ſancta, & præceptum ſanctum ac iuſtum & bonum. Confut. V. Conſen tit & ſuffragatur legi quod ipſa iuſta eſt, & præcepto itidem in ipſa expreſſo, tribus te ſtimoniis hoc muniens, ſanctum ipſum dicens & iuſtum ac bonum, ut redarguat te ô Marcion, & nos doceat ſancti eſſe legem, cuius etiam præceptum ſanctum, & ipſum ſanctum eſſe ac bonum. Quapropter quum ſit boni præceptum, bonum uocatur: & quum ſit ſancti, ſanctum eſt: & quum iuſtum ſit, iuſti præceptum uocatur, quū unus ſit & tunc & nunc, qui eſt ſanctus & iuſtus & bonus. Quapropter etiam præceptum ipſius, & tunc & nunc, in lege & in nouo Teſtamento, ſanctum eſt & iuſtum & bo num. Schol. VI. Vt iuſtificatio legis impleretur in nobis. Confutatio VI. In Apo ſtolis & in nobis iuſtificatio legis impletur. Quomodo audes tu o Marcion dicere, le gem alienam eſſe ab Apoſtolis Dei, qui ſecundum legis complemētum iuſtificantur.

Scholium VII. Finis enim legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. Confuta tio VII. Si ad iuſtitiam uenit Chriſtus omni credenti, ita ut lex non perficiatur, niſi Chriſtus perficiat ſua præſentia. Non ergo perficietur o Iudæi in lege manentes, niſi Chriſtum qui aduenit, credentes in ipſum ſuſceperitis. Imò neq; tu o Marcion ſaluari poteris, in Chriſto prædicationis principiū ac radicem reiiciens, hoc eſt legem, ex qua Chriſtus cognitus perficit eum qui legem nō abominatur, uelut quæ aliena ſit à Chri ſto.

Scholium VIII. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Confu tatio VIII. Si per dilectionem proximi lex impletur, nō aliena eſt à Chriſto & Deo pa tre Domini noſtri Ieſu Chriſti et Dei ipſa lex, quæ proximū diligere iubet, quia Deus charitas eſt. Et omnia quæ ab ipſa prædicantur, ſimiliter ſemper prædicantur, & tunc & nunc, & in ueteri & nouo Teſtamento.

Ex Epiſtola ad Theſſalonicenſes prima, quæ quinta Marcioni eſt, octaua uero apud Apoſtolum, quum omnia peruerſe Mar cion ex ipſa habeat, nihil appoſuimus. Similiter item ex ſecūda ad Theſſalonicen. ſexta apud Marcionem, nona uero apud Apoſto lum, rurſus nihil appoſuimus, quum ſimiliter omnia in ipſa à Mar cione ſint peruerſa.

Ex Epiſtola ad Epheſios, ſeptima apud Marcionē, quinta apud Apoſtolum, hæc ſunt.

Scholium I. Mementote quod uos quondam gentes, qui uocabamini præpu tium, ab ea quæ uocabatur circūciſio in carne per manum facta: eratis tempore illo ſine Chriſto, abalienati à cōuerſatione Iſraël, & alieni à teſtamentis promiſſionis, ſpem non habentes, & impij in mundo. Nunc aūt in Chriſto Ieſu uos, qui aliquando eratis procul, facti eſtis propinqui, in ſanguine ipſius. Ipſe em̄ eſt pax noſtra, qui fecit utraq; unum, &c. Confut. I. Mementote, temporis ſpeciē ſignificat: & Qui uocabamini ab ea quæ uocabaī, rerū formas indicat, itēq; uox In carne: quo oſtendat figurā in carne ex pectantē ſpiritus tēpus, ut perfectiora ex figura indicet. Sine Chriſto em̄, à cōuerſatio ne Iſraël abalienatū erat præputiū. abalienatū autem, alienum erat à promiſſione et Te ſtamento. Et qui ab hoc originē trahebāt, ſpem nō habebāt, ſed impij & ſine Deo erāt in mūdo, uelut oſtenſum eſt ex Apoſtoli uerbis. Verū tu Marcion neq; uides, neq; au dis, alioqui intelligeres quantorū bonorū cauſam ſanctus Apoſt. legē dicit, his qui in lege illo tēpore uixerūt. In Chriſto enim Ieſu hi qui aliquādo erant procul, nūc propin qui facti ſunt, in ſanguine ipſius. Ipſe enim eſt pax noſtra qui fecit utraq; unū. Si aūt u traq; unū fecit, & nō alterū ſuſtulit, alterū cōſtituit. Ergo neq; prius illud alienū eſt ab ipſo, neq; poſterius diremit à primo, ſed ambo in unū collegit, nō ſimpliciter, nō in ap parētia, ſed euidēter in ſanguine ſuo, uelut certa Apoſtoli indicat doctrina. Schol. II. Quapropter dicit: Surge qui dormis, & ſurge à mortuis, & illuceſcet tibi Chriſtus.

Confut. II. Vnde habet Apostolus hoc, Quapropter dicit? Imò ex ueteri, uelut manifestum est, Testamẽto. Hoc autem habetur apud Heliam. unde autem originem trahebat Helias? imò unus erat ex prophetis, qui secundum legem uixerunt, à lege & prophetis originem ducens. Si autem in CHRISTO uaticinatus est, Surge qui dormis, & surge ex mortuis, & illucescet tibi CHRISTVS. Ergo exemplar per Lazarũ & alios impletum est, de quibus ijdem dubitabant, Martha & Maria dicentes, Iam olet, quartanarius est: & principis synagogæ amici dicentes, Ne uexetis magistrum: & ipse dixit, Ne timeatis, non enim mortua est, sed dormit. Clarè enim ab eo tempore prædicatio dicebat resurrectionem per CHRISTVM fore, & potestatem facilitatis ostendebat, quo potentiam CHRISTI indicaret. quod uelut homini facile est non mortuum, sed dormientem, per uocem excitare, sic etiam CHRISTO promptissimum erat dicere, Lazare ueniforas. & hoc, Cumi cumi talitha, hoc est, Surge puella. Et per manifestas demõstrationes significabat sermo ille uocationem nostram, à mortuis operibus & somno graui excitantem nos CHRISTVM, qui aliquando dormiuimus, & illuminantẽ nos per uocationem, quæ fuit secunda coniunctio. Quod uero perfectum est & uniuersale, id expectatur, quãdo idem qui dicit, Ego sum resurrectio & uita, & omnes uocabit, & corpore atque anima excitabit, & illuminabit in futuro suo aduentu. Scholium III. Huius rei gratia relinquet homo patrem ac matrem, & adhærebit uxori, & erunt duo in carnem unam. citra uocem, uxori. Confutatio III. Demonstratum est sæpe, non aliena esse ea quæ sunt in lege ab his quæ Apostoli docent. Et quamuis tu ô Marcion, rescideris uocem, uxori; tamen ex hoc, Erunt duo in carnem unam, uniuersa malicia tua manifesta erit.

Ex epistola ad Colossenses, octaua Marcioni, apud Apostolum uero loco septima sita.

Scholium I. Ne igitur quis uos iudicet in cibo aut potu, aut in parte festiuitatis, aut nouilunij, ac sabbatorum, quæ sunt umbra rerum futurarum. Confutatio I. Nusquam subsidet umbra ô Marcion, quàm à corpore, et corpus non potest esse, umbra ab ipso non apparente. Vnde credere debent qui à te decepti sunt, per eas quæ adhuc apud te seruantur ueritatis diuinarum scripturarũ reliquiæ. Quod à futuris quæ reuelabuntur bonis, non alienæ erant iustificationes tunc temporaliter receptæ, de cibo & potu, & parte festiuitatum, & nouiluniorum ac sabbatorũ. Quorum bonorum umbræ erant prædicta illa, per quas umbras corpus apprehendimus instantium bonorum, in lege quidem umbratili pictura expressorum, in CHRISTO aũt perfectorũ.

Ex epistola ad Philemonem nona.

Sic enim apũd ipsum habetur, apud Apostolum uero ultima est. Verum in quibusdam exemplaribus decimatertia est, ante eam quæ ad Hebræos scripta est, locata. Alia uero exemplaria habent eam quæ ad Hebræos scripta est decimam, ante duas ad Timotheum, & ad Titum, & ad Philemonem. Omnia autẽ exemplaria salua & uera eam quę Romanis missa est, primam habent, non uelut tu Marcion primã locasti eam quæ ad Galatas scripta est. Ex hac itaq; epistola ad Philemonem nihil apposuimus, eo quod penitus peruersa apud ipsum habetur.

Ex epistola ad Philippenses decima.

Sic enim apud Marcionem habetur ultima & decima, apud Apostolum uero sexta: similiter nihil excerpsimus, eo quod peruersa apud ipsum habetur. Atq; sic completa est compositio reliquiarum Marcionis ex Euangelio secundum Lucam & Apostolo seruatarum, ex quorum ab ipso receptorum uerborum argumento, nos ea quę contra ipsum sunt, delegimus, ac confutationes apposuimus. Apposuit autem in proprio Apostolico appellato, etiam ea quæ ad Laodicenses scripta est.

Apostolicus liber Marcionis

Ex epi-

Ex epistola ad Laodicenses.

Scholium 1. Vnus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus & pater omnium, qui est super omnia, et per omnia, & in omnibus. Confut. 1. Concinne ad epistolam ad Ephesios, etiam hæc contra te ô Marcion testimonia ex epistola ad Laodicenses collegisti, ut in fine conclusionis legentes quæ apud te sunt, & cognoscentes sententiam tuam, discamus ac cõdemnemus tria principia principium non habentia, & differentias inter se habentia, per te alieno modo excogitata: Nõ enim sic habet sancti Apostoli tractatio, & secura prædicatio, sed aliter præter tuum figmentum. Clarè enim dixit unum Dominũ, unam fidem, unum baptisma, unum Deum, eundẽ patrem omnium, eundem super omnia & in omnibus, per legem & Prophetas, et in omnibus Apostolis, & in his qui deinceps sequuntur. Hæc quidem est nostræ speculationis compositio, in prædictis excerptis ex scriptura quæ adhuc apud Marcionẽ seruatur, à nobis facta. Ad quorum delectionẽ si quis respexerit, mirabitur magnificas Dei dispensationes, quum singulæ res per testimonia quædam confirmentur ac stabiliantur, prout nudo modo Deus hic largitus est nobis per suã, uelut dixi, dispensationem cõiungere, ita ut septuaginta quidẽ & octo testimonia ex Euangelio, quadraginta uero ex Apostolo produxerimus, quæ apud ipsum adhuc in hunc diem seruãtur & habentur, ut ex toto sint testimonia centum & decem & octo, quæ omnia ipsius Marcionis sententiam impugnant. Etiamsi hoc postremũ ex alia superflua extra Euangelium & Apostolum posita epistolã producatur. Non enim uisum est miserrimo Marcioni hoc testimoniũ ex epistola ad Ephesios citare, sed ex epistola ad Laodicẽses, quæ non est in Apostolo, atq; hæc sanè testimonia quũ stolida illa bestia & in multis miserè lapsa non legat, non uidet utiq; euersionẽ suĩpsius in singulis palàm fieri. et nemo de hoc miretur. Quomodo enim hic qui profitetur se habere aliquid Euangelij & Apostoli, non uel pauca Scripturæ uerba seruare possit? Nam quũ totum corpus, ut ita dicam, diuinę scripturæ integrũ seruetur, quale membrum repererit mortuũ iuxta suam sententiam, ut mendaciũ contra ueritatem introduceret? Verum, ut ita dicam, detruncauit, & mutilatione facta, multa membra resecuit, quædã uero apud se retinuit. Sed & ipsa retenta adhuc uiuentia mortificari non possunt, uerum illic manet utilitatis significatio, etiamsi multipliciter apud ipsum concisa fuerint. Cæterum post hęc omnia amplius mentionem faciemus, quomodo quidam ex ĩjsdem Marcionistis ad profundam blasphemiã delapsi, et ex sua diabolica doctrina attoniti penitus facti, ne nominis quidem Domini nomenclationem facere uoluerunt. Et alij ex ipsis effreni lingua deitatem ipsius auersantes, nomen generationis ex supernis uituperare nõ uerentur. Quidam enim ipsorum ausi fuerunt dicere ipsum Dominum esse filium diaboli, omni pudore excluso. Alij uero nõ, sed iudicis & opificis, & ipsum quum magis misericors esset ac bonus, reliquisse proprium suum patrem inferne, opificem uidelicet, ut aliqui dicunt, aut ut alij diabolum: sursum uero accurrisse ad bonum Deum in innominatis locis cõstitutum, & ipsi adiunctum esse, missum autem ab ipso in mundum, & aduersus proprium patrem CHRISTVM uenisse, & dissoluisse omnia ipsius quæ naturalis eius pater sanciuerat, siue ille qui in lege loquutus est, siue ille maliciei Deus qui ab ipsis in tertio principatu locatur, aliter enim atque aliter de hoc sentiunt, uelut dixi. Hæc autem omnibus ratione præditis manifesta sunt, quod immundi spiritus est hæc sapientia ac doctrina: & neque opus erat de hoc argumento respondere, aut confutationem producere, quum ipse Marcion palàm per omnia uitæ suæ obliuionem induxerit. Deprehendet enim ab omnibus prudẽtibus maledica eius uanitas, & temeraria perditionis operatio. At quandoquidẽ consueuimus nõ sinere spinarũ locũ, sed excindere per machęrã Dei, quę omnẽ ancipitem gladiũ excedit, penetratq; usq; ad partes animæ ac spiritus, iuncturasq; ac medullas, uelut scriptum est, pauca etiã in hoc di-

cere

re,non cunctabimur. Primum equidem, Quod si bonus ex malo genitus est,non am-
plius principiorum ratio consistet. Potest enim & ipsius pater si malus est,quod absit,
imò bonus est, mutare mentem, uelut qui ab ipso genitus est, mutauit. Deinde uero,
Si omnino uenit unigenitus ut homines saluaret, & latronem in paradisum introdu-
ceret,& publicanum à telonio ad pœnitentiam uocaret,& scortum quod ungebat ip-
sius pedes à malicia curaret. Si uero etiam bona facit Deus, bonus est & misericors.
Multo igitur magis oportebat ipsum erga proprium suum patrem misericordiam su
scipere,& ipsum primum ad salutem transponere,ut ubi primum patrem suum immu
tasset,perfecte ostendat perfectam bonitatem,patris sui misertus,uelut scriptum est,ut
bonum faciamus primum in fidei consortes, quanto magis ut misereamur patrũ no
strorum. Sed & adhuc aliud est quod apposui huc ad Marcionem confutandum. Si
quidem unus est filius, & ad alterum confugit, haudquaquã fidelis apud alterum su-
scipietur. Qui enim conscientiam erga proprium suum patrem non custodiuit,is neq;
apud alterũ fidem reperiet ex his quę ab ipso antè facta sunt. Sed & aliter rursus ô Mar
cion, ob penuriã eius qui mitteretur, nõ potuit supernus Deus saluare eos qui ab ipso
saluantur,& quorum ipse per CHRISTVM misertus est. Si enim non aufugisset (iu-
xta Marcionis sententiam) CHRISTVS ad supernum Deum,non habuisset bonus
ille Deus quem misisset,nisi CHRISTI pater in offensione erga proprium filiũ suum
fuisset,uelut Marcion dicit. Et adhuc aliter,Si opificis filius est,aduersatur autem opifi
cio,& patris operi, primum quidem ubi uenisset in mundum, debuisset homines ex-
terminare, ut destrueret opus à proprio suo patre factũ, uelut aduersarius paternæ af-
fectionis existens. Aut rursus, ubi accepisset uirtutem sanationis & curationis ac salu-
tis, debuisset erga proprium suum patrem præ omnibus humanitatis officium ostẽ-
disse, & primum persuasisse patrẽ suum ad ipsius bonitatem suscipiendam, ut saluis
humanæ una & eadem bonitas esset. Verum non sic se habet res, uelut uanus ac fabu-
losus illius sermo tradit. Neq; enim tria sunt principia, neq; alius CHRISTI pater, ne
que maliciei est soboles, absit. Dicit enim, Ego in patre, & pater in me. Et si quidem fal-
so dicit se patrem habere, non potest spurius ipsius pater in ipso esse, neq; ipse in patre.
Qui uero patrem suum secundum naturam semper bonum & semper Deum,& om-
nium opificem qui in ipso & cum ipso est, docet ac uerè prędicat, is est qui contra Mar
cionem minas recẽset, dum dicit: Qui non honorat Filium uelut honorat Patrem, ira
Dei manet super ipsum. Iam uero in multis testimonijs ostẽdimus, unum esse Deum
patrem Domini nostri IESV CHRISTI, qui bonus est,& bonum genuit: charitas
est,& charitatem genuit: fons est,& uitæ fontem genuit, apud te enim est fons uitę, in
quit Scriptura: ueritas est, & ueritatem genuit: lux est,& lucem genuit: uita est, & ui-
tam genuit, sine principio, sempiterne,& sine tẽpore. Et confutatus est per omnia Mar
cionis error. Quum itaq; hæc sic se habeant, & subuersio impostoris illius per multam
ac ueram confirmationem, ex Dei auxilio à nobis perfecta sit,& hæc nũc uelut magna
aspis per minime mendacem Saluatoris sermonem conculcata sit: ipse enim dixit, De-
dit uobis potestatem calcandi super serpentes & scorpios,& super omnem uirtutẽ ini-
mici: rursus ad consequentia transeamus, & aliarum sectarum uanam sapientiam con
sideremus ac confutemus, Deum auxiliarium in omnibus inuocantes.

Contra Lucianistas, hæresim XLIII.

Luciani duo. LVcianus quidam antiquus, non is qui nunc temporibus Constantini senis ui-
xit, quem uidelicet Ariani inter testes citant. Erat enim etiam hic Lucianus, re-
cens inquam, Arianorum hæresi addictus, de quo postea in ipsius subuersione di-
cemus. Nunc autem ad dictum antiquum Lucianum sermonem dirigimus. Hic
enim prædictum Marcionem insequutus, & ab hoc se dissecans, etiam ipse con-
gregationem sibijpsi fecit,& hæresim erexit, à quo Lucianistæ antiqui sunt appellati.
Post

Per omnia igitur ſecundum Marcionem dogmata profert. Quibus etiam utuntur ipſius complices, uelut fama ad nos pertulit. Nam quum antiqui hi ſint, & citius extincti, difficilis fuit nobis, uelut uerè uidere eſt, de ipſis perſcrutatio. Quæ uero ex parte de ipſo cognouimus, hæc ſunt. Poſtquam affirmauit alium quidem opificem & iudicem & iuſtum, alium uero bonum ſimiliter, & alium malum: uult quoque teſtimonijs uti quibuſdam ſecundum Marcionem, iuxta ſuam opinionem ex prophetarum Scriptura, nempe: Vanus qui ſeruit Domino. Et quod dictū eſt: Reſtiterunt Deo, & ſaluati ſunt. Poſtremum autem hic præter magiſtri ſui doctrinam, nuptias abnegat, & caſtitatem exercet, non propter caſtitatem, ſed ut reprobet opera opificis, docens non coniungi nuptijs, à quibus nuptijs abundantia (inquit) per puerorum generationem oboritur in mundo ipſi opifici, ad oppoſitionē opulentiæ opificis ac creatoris per puerorum in mundo generationem. Deprehendetur autem facile talis, et coarguetur, ex iam facta oppoſitione aduerſum præceptorem eius, quum per longum fecerimus nos cōtradictionem aduerſus ipſum, & euerſionem, in quibus & quot concordat Euangelium ueteri Teſtamento, et quod ipſe Dominus noſter confitetur creationem mundi eſſe ſuam propriam, & Saluatoris eſſe creationem, utin ſumma principaliſſimo quodam dicto declarem, apud ſanctum Ioannem habetur: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum, omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil quod factum eſt, & cætera. Sed & talis ſtatim ſubuertetur. Nam etiamſi uelit dicere, quod oppoſitionis gratia & deſtructionis eorum quæ hic ab opifice dicta ſunt, nuptiarum coniunctio ab ipſo reprobatur, ut ne opificem adiuuent, ſed ab opere opificis penitus abſtineant: quomodo non temerarium & deprehenſu facile, & ex procliui confutabile eſt argumentum? Ecce enim à creatione & opificio opificis, tum cibis, tum potibus utitur impoſtor ille ac circulator, & aliter non poteſt effugere, & non his uti. Deus enim uniuerſorum dominus & opifex, omnium curam gerens, & ſuper malos & bonos oriri facit ſolem ſuum, & ſuper blaſphemantes ipſum, & ſuper glorificantes mittit pluuiam ſuam. & omnes nutrit, non temerario quodam & ſtupido decreto, ſed ob ultionem ab ipſo decretam in futuro iudicio, longanimitatem habens, & proprijs decretis ac ſapientia omnia gubernans, uelut decet ipſius erga omnes utilitatem. quo hi qui pœnitētiam egerunt, obliuionem malorum ab ipſo adepti ſalutem conſequantur. Si uero permanſerint in ſuis blaſphemis opinionibus, & uanis perſuaſionibus non ex Deo ipſis datis, tunc poſt diſceſſum ex hac uita, libero arbitrio non amplius in ipſis permanente, neque propter indignationem, tunc futurum iudicium, neque uelut in ira inferens futura. Omnia enim præuaticinatus eſt propter deitatem ſuam non intra affectus contentam, ſed prout unuſquiſque in detrimentum ſuum quid operatus, ſibijpſi cauſa mali fuit, ita ut Deus inſons ſit noſtræ præuaricationis, & ex hac futuræ contra nos condemnationis. In omnibus igitur etiam hic deprehendetur prioribus & poſterioribus ſectis immixtus, ex numero filiorum perditionis exiſtens, declarante ueritate, & luce Euangelij clare omnem orbem terrarum illuſtrante, ac ſeruante filios ueræ fidei in ueritate. Proinde uelut qui ex breui & arcto ſcopulo ſerpentem prominentem, per paruum quoddam inſtrumentum ſuſtulimus, hoc enecto relicto, conſequenter ad reliquas pergamus, iuxta noſtrum promiſſum, auxilio Dei aſſumpto, ad ueritatis ipſius declarationem ac confirmationem.

Contra Apelleianos, hæreſim XLIIII.

PRædicto Luciano ſuccedit Apelles, nō ſanctus ille qui ab Apoſtolo cōſtitutus eſt, ſed alter, ex quo Apelleiani appellati ſunt, qui & ipſe condiſcipulus Luciani fuit, & prędicti Marcionis diſcipulus, ut ſic uelut una radice multarum ſpinarum propagines exortæ

exortæ sint. Cæterum hic alia præter illos docere uult, & contra præceptorem suum, & contra ueritatem seipsum armauit, quo etiam ipse scholam erroneorum hominum sibiipsi congregaret. Non ita, inquit, est, sed errauit Marcion: ut dementia undiquaque seipsam redarguere, & iniquitas seipsam conterere uideatur, & contra seipsam subuersionem excitare, quum ueritas semper sit firma, & non opus habeat auxilio, sed per se consistat, & à Deo qui reuera semper est, confirmetur. Proinde prædictus hic Apelles & qui eum sequuntur, non tria (inquiunt) sunt principia, neque duo, uelut Luciano & Marcioni uisum fuit: sed unus est Deus bonus, et unum principium, & una uirtus innominata. Cui uni Deo, siue uni principio, nihil curæ est de his quę facta sunt in hoc mũdo. Verum idem sanctus & bonus Deus in supernis, alium Deum fecit. Hic uero factus alius Deus, creauit omnia, cœlũ & terram, & omnia quæ in mundo sunt. Euasit autẽ non bonus, & quæ ab ipso facta sunt, inquit, non bene facta sunt, sed secundum malam ipsius mentem ab ipso creata sunt. Quis uero tolerabit tales sermones, & non potius deriserit eiusmodi uanum laborem? Nam iuxta duos modos comperitur non conuenienter tali opinione uti, & ob id ad ipsum uelut ad præsentem dicam. Dic mihi ô bone, concedes enim ô Apelles, aut Deum ignarum futurorum fecisse Deum quem dicis, aut creaturas bene factas esse: & erit omnino supernus Deus ipse opifex, qui fecit unum qui omnia fecit. Et non amplius erit causa ille qui creaturas fecit, sed supernus Deus qui creatorẽ fecit, idem omnium opifex existit. CHRISTVM porrò uenisse dicis ob extremos bonos, qui filius sit superni boni Dei, & sanctum ipsius Spiritum similiter ob salutem eorum qui ad cognitionẽ ipsius ueniunt: & ubi uenit non in apparentia comparuisse, sed in ueritate carnem accepisse, non à Maria uirgine, sed ueram quidem habuisse carnem & corpus: neq; à femine uiri, neq; à muliere uirgine, sed habuit carnem ueram hoc modo. & dicit: Quum descenderet à cœlestibus, uenit in terram, & congregauit sibiipsi à quatuor elementis corpus. Et quomodo non festinat hic ad hoc ut iniquitas ipsius deprehendatur, quæ ueterum Græcorum poëtarum opiniones in hac uerborum uanitate sequitur. Dicit enim & hic uelut illi, & adhuc frigidius quàm illi, Saluatorem sibiipsi corpus suppeditasse dicit, à sicco siccum, à calido calidum, ab humido humidum, à frigido frigidum. Et ubi sic sibiipsi formauit corpus, uerè apparuit in mundo, & docuit nos supernam cognitionem, & contemnere opificẽ, & negare ipsius opera, ostenditq; nobis in quibus scripturis sint quæ ex natura ab ipso dicta sunt. & quæ sint ab opifice dicta. Sic enim dixit (inquit) in Euangelio: Estote sinceri nummularij: Vtere enim, inquit, ex tota Scriptura deligens quæ uidelia sunt. Deinde inquit, Dedit Christus seipsum ut pateretur in ipso corpore, & crucifixus est in ueritate, & ostendit ipsam carnem suis discipulis, & ubi resoluisset (inquit) ipsam suam humanam incarnationem, distribuit rursus unicuiq; elemento quod ipsius proprium erat reddito, calidum calido, frigidum frigido, siccum sicco, humidũ humido. Et sic dissoluto ab ipso rursus carnali corpore, reuolauit in cœlum, unde etiam uenit. O ingẽtem fabulositatem eorum qui talia dicunt, ita omnibus manifestum est, minorum potius esse hanc officinã, quàm eorum qui promissionis uitæ ac intelligentiæ figuram habent. Si enim omnino dissoluit ipsum corpus quod accepit, qua ratione ab initio ipsum sibiipsi construxit? Si uero construxit ob aliquem usum, & usus opus absoluit: oportebat relinquere ipsum in terra, maxime quum ex uestra sententia, species spei resurrectionis carnis non opus habeat ut perficiatur. Verum excitauit ipsum rursus, ut in maiorem laborem seipsum immitteret, ut nihil profit ipsum construxisse, & in monumento deposuisse, quum ipsum dissoluat ac distribuat unicuique elemento id quod ab ipso accepit, uelut gratus debitor. Et si omnino unicuiq; suum reddidisset, hoc est frigidum frigido, & calidum calido, nónne potuissent hęc à discipulis ipsius uideri? At nunquid corpus est ipsum siccum? Omnino enim siccum ipsum, est corpus

corpus,caro uidelicet & ossa. Et humidum ipsum omnino sunt serosi humores,& caro quæ in humiditatem dissoluitur: quę sanè penitus apostolis manifestissime se depo suisse indicasset: uelut etiam prius, quando sepeliebatur ipsius corpus,dignabatur Ioseph ab Arimathia inuoluere ipsum in sindone,& deponere in monumẽto. Simul autem & mulieres potuissent uidere ubi relictæ essent reliquiæ, ut ipsas honorarent per ungenta & aromata uelut prius. Verum nusquam mendacium hoc uestrum ô Apelleiani,indicatum est ab aliquo sancto Apostolo. Nõ enim ita est. Sed duos uiros inuisibiles uisibiliter uidebãt, & ipsum in cœlum ascendentem,& à nube lucida susceptũ. reliquias uero nusquam relictas. Non enim conueniebat,neq; possibile erat,& mentitur Apelles,& omnes Apelleiani ipsius complices. Similia uero præceptori suo Marcioni etiam in alijs docuit,asserens non esse resurrectionem mortuorum, & alia quę ui sum est ipsi similiter docere. Subuertetur autem ipsius ratiocinatio,quod delira sit, & omnibus modis erronea. Neque enim ualebunt tenebræ ubi lux apparet: neque mendaciũ consistet,ubi ueritas est. Si enim omnino usus es Scripturis ô Apelles,& qui à te dicti sunt Apelleiani, ex ipsis Scripturis inuenietis uos redargui. primum quidẽ, quia secundũ imaginem Dei fecit Deus hominẽ. Qui aũt fecit, dixit, Faciamus hominẽ secundum imaginem nostram,& ad similitudinem. Quare si quis ab erronea secta conuerterit se ad ueritatem, uelut ex tenebris fugitiuus, & à nocte excitatus, is inuenerit lucem sibi orientem cognitionis Dei, instar solis & super solem. Apparebit enim omnibus consentaneam ratiocinationem facientibus,quod qui dixit, Faciamus hominem, Deus est uniuersorum pater. Aduocat autem secum eum qui semper cum ipso est Deum uerbum, filium unigenitum, ex ipso sine principio & sine tempore genitum. Simul autem & sanctum suum Spiritum, qui non est alienus ab ipso,neq; ab ipsius prio filio. Si enim alius esset qui formauit hominem, & qui condidit mundum: alius autem supernus bonus Deus, à quo descendit CHRISTVS: non utique accepisset CHRISTVS sibijpsi corpus, & formasset imaginem opificis in seipsum exprimens. Verum manifestum est quod ipse est opifex hominis & mundi, cui dixit Pater, Faciamus hominem ad imaginem nostram,& ad similitudinem. Ab hoc uno autem opere manifestus fiet opifex, quod hic est qui tunc hominem fecit, formauitq; ex terra corpus Adæ,& fecit ipsum in animam uiuentem. Quare etiam testimonium dedit Ioannes in sancto suo Euangelio, dicens: In principio erat uerbum,& uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum, Hoc erat in principio apud Deum. omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, & cætera. Si uero in ipso facta sunt,& ab ipso: ipse tunc Adam formauit, & ipse rursus corpus à Maria uirgine in seipsum efformauit, & perfectè omnem suam incarnationem couiuit, tunc ab ipso formam, & nunc in seipso counitam. Si uero alienum opificium in seipsum susceptt eius qui formationem male formauit,et malus est secundum tuam doctrinam. Et si omnino usus est malis creationibus, quas, uelut tua fert opinio, malus creator fecit: ergo immixtus est maliciei conditoris,usuiq; ac beneficentiæ,& propriæ ipsius imagini. Sed non est possibile. Si enim incarnatus est,non solum carnem assumpsit, sed etiam animam. Manifestum est enim hoc. alioqui unde dixisset, Potestatem habeo accipiẽdi animã meam, ac deponendi ipsam. Itaq; ubi omnem operis tractationem elegit ab opifice imaginem appellatam,omnem illam tractationem susceptt,in corpore et anima uerbum uenit, et in quibus omnibus est homo. Hæc autem quum ita penitus facta sint,deletum est tuum uenenum,& concidit tua seditio fundamento carens,& non habens firmitatis ueritatis stabilimentum. Si uero & quæ uis accipis ex diuina Scriptura, & quæ uis relinquis: ergo iudex præsides,non interpres legum,sed electror eorum quæ non secũdum mentem tuam scripta sunt,sed uera quidem sunt, uerum trãsmutata falso,iuxta sententiam fraudis tuæ, & eorum qui à te decepti sunt. Si uero etiam omnino malus creator

ea quæ hic ſunt, fecit, mundū inquam: qua de cauſa uenit à bono patre in hunc mundum? Et ſi quidem ut ſaluaret homines: ergo propriorum curam habuit, & non amplius alius fuerit opifex. Si uero non propriorum prouidentiam habuit, uult autem in ter aliena uerſari, & quæ non ſunt ipſius conſeruare: aut adulator eſt alienis blandiens, aut uanæ gloriæ appetens, ut melior creatore uideatur erga aliena, quæ conſeruare co natur propria non cupiens. Et non amplius erit uerax aut moderatus, ex tua ſententia ô impoſtor: & quum non habeat ſuam creationem, alienam concupiſcens hæc præda ri conatur, ab alienis ſibiipſi acquirens animas, quæ non ipſius ſunt, neq; patris ipſius. Si autem ipſius quidem ſunt animæ, & ex ſupernis progreſſæ apparent: ergo in bonum mundum demiſſæ ſunt à ſuperno bono ex tua ſententia Deo, & non in malum opus. Si uero demiſſæ ſunt ob aliquem quidem uſum, quem forſan confingis, ubi uero uenerunt, dilapſæ ſunt ad alium, id eſt, ut bonū ac iuſtū quid facerent, operatæ uero ſunt malum: uidebitur is qui ipſas demiſit prænotionem non habere. Quum enim demiſerit ipſas ob aliud, repertæ ſunt aliud quid operatæ eſſe. Aut rurſus ſi dixeris, quod non ex uoluntate ipſius uenerunt, ſed per tyrannidem raptoris: Ergo fortis eſtis qui creatus eſt à bono Deo malus opifex ſupra bonum Deum. quoniam quæ ipſius ſunt, rapuit, & ipſis uſus eſt. Vnde uero non conuinceris, quū ipſe Saluator dicat, Po
» teſtatem habeo ponendi animam meam, & accipiendi ipſam: uelut qui ipſe animam accepit, & poſuit, & rurſus accepit, ut nō aliena ſit anima & alterius opificis. Rurſus uero reperietur bonum corpus geſtare. Non enim perſuadebitur bonus quiſpiam ut malo opere utatur, ut ne à patris mali participatione, etiam ipſe permixtionis malicia polluatur. Si uero & ipſe reſurrexit, dic mihi ad quid faciendum poſt reſurrectionem, ſi ipſum rurſus reliquit in quatuor elementa partitum, calidum ad calidum, frigidum ad frigidum, ſiccum ad ſiccum, humidum ad humidū? Si enim excitauit ipſum ut rurſus diſſolueret, ergo fabuloſitatis hoc opus fuerit, & non ueritatis. Excitauit autem ipſum Dominus noſter IESVS CHRISTVS, & ſimul ſecū aſſumpſit corpus, quod in ſeipſum efformauit unà cum anima & tota incarnatione perfectiſſime. Conſidet enim iuxta Apoſtolicum ſermonem, Deus excitauit & collocauit ipſum in cœleſtibus, uelut te-
» ſtantur duo illi in ueſtitu ſplendido Apoſtolis conſpecti, qui dixerunt: Viri Galilæi,
» quid ſtatis intuentes in cœlum? Hic IESVS qui aſſumptus eſt à uobis in cœlū, ſic ueniet quemadmodum uidiſtis ipſum aſſumi. Et ut ne detur tibi rurſus occaſio malicie contra ueritatem, poſt multū tempus aſſumptionis Saluatoris noſtri, Stephanus ſan-
» ctus Dei martyr & teſtis, quum lapidibus obrueretur à Iudæis, reſpondit dicens: Ec-
» ce uideo cœlum apertum, & filium hominis ſtātem à dextris patris. ut oſtendat ipſum corpus in ueritate in ſpirituale reſurrexiſſe, unà cum deitate unigeniti totū in ſpirituale unitum, & in deitatem counitum. Superne enim eſt ipſum ſanctum corpus unà cum deitate, totus Deus, unus filius ſanctus Dei, ſedens in dextra patris, uelut habet Marci Euangelium, itemq; reliqui Euangeliſtæ: Et aſcendit in cœlos, & ſedet ad dextram patris. Et undiquaq; corruet circulatorius tuus et à te deceptorū ſermo. Quin & de mor-
» tuorum reſurrectione audi Apoſtolum dicentem: Oportet corruptibile hoc induere
» incorruptibilitatem, & mortale hoc induere immortalitatem. Si enim nō induturum eſſet mortale immortalitatem, & corruptibile incorruptibilitatem: non ſanè mors ipſa ueniſſet ut moreretur, & in ipſo pateretur, & ubi dormiuiſſet triduum, reſurgeret, & ſurſum ferretur in ipſo cū deitate, & in ipſius gloria: quo ex ipſius bono ad nos aduentu omnem ſpem cōtineamus in ueritate, oſtendens ſeipſum figuram nobis in ſpem totius negocij uitæ. Hæc autem quum ſic ſe habeant, ac dicta ſint: quid mihi amplius opus eſt tempus terere circa hanc ueſpam? quæ nihil eſt ut ſubuerti debeat, aut aliam quandam tractationem expoſcat. A ſeipſa enim aculeum amiſit, & nihil euarians adulteratum ac circulatorium erroris ipſius dogma oſtenſum eſt. Tradunt enim doloroſam

ſam ipſam ueſpam, quam quidam Zopyron appellant, habere quidem aculeum uenenum iacientem breuem, non multum dolorem inducentem, ſed qui ſecundum ipſius facultatem uenenū iaciat. Si uero quis perſcrutans ipſius latebras, aut nidum deſtruat, in fruticibus enim & herbis hunc facit, et inſtar faui ſibijpſi capſas quaſdam conſtruit, in quibus capſis ſobolem ſuam deponit, & ſibijpſi fœtus facit: ſi uero quis perſcrutās uirga, aut ligno pungat fauum, & uelut dixi, deſtruat: exit indignata ipſa horrenda quidem, uerum debilis ueſpa, & ſi inuenerit petrā aut lignum, præ ira qua excanduit cum ſtridore inſtat, & impetit ac ferit petram, & petram quidem nihil lędit, neq; lignū, imò neq; hominem etiamſi momorderit, niſi quod modicum dolorem inducit: uerū aculeum amittit & ſic perit, petra uero nulla iniuria afficitur. Sic etiā hæc ueſpacea ſecta inſtar zopyri paruam inducens uexationem, ſubuertetur ubi in petram illapſa impegerit, hoc eſt in ueritatem, & ubi aculeum amiſerit. Cæterū hac explicata, ad alias rurſus trāſibo, iuxta ſpem Dei credens quod promiſſum noſtrum per Deum complebitur. *Veſpa Zopyros.*

Contra Seuerianos, hæreſim XLV.

Poſt has deinceps ſequitur, ſiue contemporanea, ſiue extra illarū tempus, non enim poſſum de tempore ipſius exacte dicere: uerū propinquæ inter ſe fuerunt. Proinde ea quæ ad nos peruenerunt, exponam. Seuerus quidam ſurrexit, ex quo Seueriani appellati, conſequenter inſequens prædictum Apellem. Quæ uero ab ipſo confinguntur fabulamenta, hæc ſunt quæ dicere uolo. Vult etiam ipſe principatibus ac poteſtatibus creationem noſtram annectere. eſſeq; in innominato quodam ſupremo cœlo & ſæculo bonum quendam Deum. Diabolum uero filium eſſe dicit magni principis ordinis poteſtatū. Cui nomen imponit, aliquando Ialdabaoth, aliquādo Sabaoth. Hunc autem genitum ex ipſo eſſe ſerpentem, a ſuperna uero uirtute deiectū eſſe in terram. Et quum deſcendiſſet in ſerpentis ſpecie, in œſtrum cōcitatum eſſe & terræ commixtum uelut mulieri, & ab ipſius ſemine ubi genituram effudiſſet, uitem germinaſſe. Quapropter etiā fabulas confingens ad nugas ſuas cōfirmandas, ſerpentis imaginem ipſius uitis rotunditatem exprimere dicit, propter obliquitatem plantæ intortam, inſtar ſerpentis ipſam eſſe aſſerens. Et albam quidem eſſe uelut ſerpentem, nigram uero uelut draconem. Eſſe autem & acinos uitis uelut ueneni guttas ſiue ſtillas, propter rotunditatem aut deſinentiam in anguſtam tenuitatem, & ſequeſtrationem uniuſcuiuſque acini. Vinum uero ex hoc argumento mentem turbare hominis, & aliquando ad Veneris mulcimenta ducere, aliquando uero ad œſtrum ſtimulare, aut rurſus iram inducere, eo quod concitatum ſit corpus ex uini facultate, & prędicto draconis ueneno. Vnde penitus à uino tales abſtinēt. Dicunt & mulierem eſſe opus ſatanæ, uelut etiam Archontici hoc dixerunt. Quare etiam matrimonium contrahentes, ſatanæ opus explere dicunt. ſed & hominis dimidiam partem eſſe Dei, dimidiā diaboli. Nam ab umbilico & ſuprà, dicit eſſe formationem Dei, ab umbilico uero & infrà, malæ poteſtatis formationem. Quapropter dicit omnia ſecundum uoluptatem, & œſtri ſtimulum ac concupiſcentiam, ab umbilico & infrà fieri. Sed & aliæ hæreſes hoc affirmarunt. Vnde & hic omnibus modis reliquos circulatores ſequi deprehenditur, qui uenena mundo ſubornarunt. Subuertetur autem facile. Non enim multo labore opus habebit ipſius ſubuerſio. Totum enim corpus cōtemperatum eſt ex bene in ipſo factis ex Deo. Dico autem appetentiam non ob abſurditatem ex Deo factam, ſed propter uſum bonum, & neceſſariæ utilitatis ordinem. Dico autem appetere ſomnum, cibos, potus, indumenta, & alia omnia quæ ad propria & Deo complacentia nobis contingunt. Quare & ipſam appetentiam concupiſcentiæ corporis non abſurdā eſſe affirmauerim. Eſt enim ad liberorum generationem in caſtitate data, & ad gloriam eius qui omnia fecit: quemadmodum terrę ſemina ad effuſionem multitudinis creatorum à Deo bonorū, fructuum inquam, & ſeminū. Sic etiam humanæ naturæ ad hoc ut impleat illud, Cre- *Seuerus.* *Vitis ex ſemine diaboli.* *Mulier ſatanæ opus.*

ſcite & multiplicamini, & replete terrã. Vſi ſunt autem tales etiam apocryphis quibuſdam, uelut audiuimus. Sed in parte quoq; libris qui publice nominant̃ ac recepti ſunt, illa ſolum excerpentes quæ ſecundũ ſententiam ſuam applicantes aliter tractant. Neq; enim uitis ex diabolo plantata eſt, neq; ex ſerpente ſeminationem habuit, uelut omnibus manifeſtum eſt. Quomodo enim erit hoc, quum ipſe Dominus teſtetur ac dicat, » Non bibam ex fructu uitis huius, donec bibero ipſum nouum uobiſcũ in regno cœlorum? Et quandoquidem ueritas radios ſuos emittens penitus in ea quę inferuntur mala, ad ipſorum confutationem doctrinã ſuam præexpreſſit: diuina Scriptura ubiq; uaticinata eſt eorum, qui contra ueritatem inſurrecturi eſſent ſublationẽ. Velut palàm ipſe Dominus ad miſeri ac erronei Seueri cõfutationem dicit, Ipſe ſeipſum uitem aſſerens, » Ego ſum uitis uera. Si omnino uituperabile erat uitis nomen, non ſanè in ſeipſum nominis ſimilitudinem tranſtuliſſet. Sed & Apoſtoli in Conſtitutione appellata dicunt, plantatio Dei & uinea uniuerſalis, Eccleſia. Quin et ipſe Dominus rurſus in Euangelio Vineæ parabolam facit. Vir quidam paterfamiliâs habebat uineam, & elocauit ipſam agricolis, & miſit quærens fructum, & nõ dederunt. Et rurſus, Vir quidam » paterfamiliâs habens uineam, egreſſus eſt quærens operarios in uineam, circa tertiam horam & ſextam & nonam & undecimã: ut undiquaq; fraudis ſtudium huius impoſtoris doctrina ueritatis faucietur. Etiamſi enim apparent tenebræ luce non preſente, tamen per modicam ſcintillam illæ diſparebunt. Compendio porrò tractaui hanc hæreſim, eo quod iam pronunciarim deprehenſu facilem eſſe, & non multa opera indigere, ad hoc ut ueritas contra ipſam confirmetur, maxime quod fortaſſis, ut arbitror, neque amplius ſuperſint aliqui ex hac ſecta, niſi forte rari quidam in ſupernis orientis partibus. Cæterum ab hac digreſſi, & ipſa uelut ſcorpio horrendo conculcata, conſeſtim conſequentes conſiderabimus, uirtutem Dei in adiutorium implorantes, ad hoc ut ueritatem dicam, & ipſe ego nõ lædar, maxime quum de tam horrenda ac perniciosa dogmatum malicia dicturus ſim.

Apoſtolorum conſtitutio, liber.

Contra Tatianos, XLVI hæreſim.

TAtianus quidam ſurrexit, & his ſucceſſit, qui aut ijſdem temporibs uixit, aut poſt ipſos ſuæ uanitatis doctrinam erexit. Et primum quidem uelut qui ex Græcorum diſciplina eſſet, floruit cum Iuſtino philoſopho, uiro ſancto et amico Dei, qui ex Samaritis in CHRISTVM credidit. Hic enim Iuſtinus Samarita erat genere, & in CHRISTVM credidit, & uitam uirtute maxime exercitatã oſtendit, & ad finem pro CHRISTO martyriũ ſubijt, & perfecta corona dignus factus eſt, ſub Romanis Ruſtico præſide & Adriano rege, quum annorũ triginta eſſet in conſiſtente ac matura ætate. Cum hoc prędictus Tatianus floruit, & primũ recte proceſſit, & in fide robuſtus fuit, quantum cũ Iuſtino ſancto martyre degebat. Quando uero deceſſit ſanctus Iuſtinus, quemadmodum cęcus qui manuducitur, ſi à manuducente relictus fuerit, in præcipitia ſeipſum dat, & ob eam quam habet cęcitatem defertur, ita ut retineri non poſſit, donec ad mortem fuerit perlatus, ſic etiam ipſe. Et erat quidẽ Syrus genere, uelut noticia ad nos perlata habet. Scholam autem ſuam erexit ab initio quidẽ in Meſopotamia circa duodecimum fermè annum Antonini Cæſaris Pij cognominati. Nam à Roma poſtmortem ſancti Iuſtini digreſſus ad orientis partes, & illic cõuerſatus, in malam opinionem incidit, & ſæcula quædam ac fabulas Valentini, & principatus quoſdã ac emiſſiones etiam ipſe introduxit. Maximam uero prædicationis ſuæ partem in Antiochia ad Daphen ſita fecit, & in Cilicum partibus, multũ autem in Piſidia ualuit. Ab hoc enim per ſucceſſionem qui Encratitæ appellantur, uenenum tranſſumpſerunt. Dicitur ab ipſo factus eſſe liber qui ex quatuor Euangelijs cõſtat, quem aliqui Euangeliũ ſecundũ Hebræos uocant. Eadem porrò quę ueteres hæreſes etiam hic docet. Et primum quidem aſſerit non ſaluari ipſum Adam. Continentiam uero hic prædicat, nuptias autem ſcortationem

Iuſtinus martyr & philoſophus,

Antoninus Pius,

Encratitæ.

Euangelium ſecundum Hebræos.

tationem & corruptionem putat, asserens nihil differre matrimoniũ à scortatione, sed idem esse. Vnde in prætextu continentiæ & continentiũ morum, nequitiosam uitam duxit, uelut lupus rapax ouilla pelle indutus, & temporario prætextu deceptos seducens. Mysterijs autem similiter usus est ad imitationem sanctæ Ecclesiæ, uerum aqua sola usus est in ijsdem mysterijs. Corruet autem etiam hic omnibus modis inconstantem habens prędicationem. Qui est iam extinctus, ut puto, hic unà cum schola perijt. Vnde enim non redarguetur talis? Primum equidem iuxta ea quæ suprà à nobis declarata sunt contra hæreses sic sentientes, impossibile est multos principatus esse qui alios per successionem generent. Nam qui multi sunt, & unus ex uno existunt, hi ex una omnino causa esse comperientur. Et non amplius multi erunt principatus, sed unus qui horum causa existit, & reducentur omnia ad unam monarchiã. Et concidit huius persuasio uerisimilis, et non ueritas, Imò, neq; ueriſimilitudinem habere potens. Stulta est enim tota prædicatio. Et si Adam non saluatur, qui est massa subacta, neq; quicquam ipsius massæ saluatur. Si enim is qui primus formatus est, & ex intacta terra factus, salutem non assequitur: quomodo quæ ex ipso genita sunt, assequentur? Duobus enim modis comperietur contra seipsum dicere. Dicit enim nuptias non esse ex Deo, sed ipsas scortationem & abominationem. Et seipsum ex nuptijs existentem, et ex mulie re genitum, & ex semine uiri, saluari putat. Ergo rursus destruxit suam contra nuptias blasphemiam. Si enim ipse ex nuptijs existens salutem habebit, ergo non abominatio sunt nuptiæ, qui generant eos participes fiunt salutis, quocunq; id modo dicere uelit. Si uero constiterit ipsius sermo, quod scelestæ sunt nuptiæ. Ergo magis Adam saluabitur, no ex ipsis progressus, sed in manu Patris & Filij & Spiritus sancti formatus, iuxta id quod dictum est à sancto Patre ad Filium: Faciamus hominẽ ad imaginem nostram & ad similitudinem. Quomodo autem non saluatur Adam, quem tu pro despe rato habes, quando ipse Dominus noster IESVS CHRISTVS ubi uenit in mundum, mortuos post obitum suscitat in ipso corpore, uelut Lazarum, & filium uiduæ, & filiam principis synagogæ? Et si ipse non erat qui Adam formauit ex terra ab initio, quomodo sputo in terram eiecto lutum fecit, & imposuit super oculos cæci ex natiuitate, & fecit ipsum uidere: quo ostenderet seipsum esse plasten & formatorem cum Patre & sancto Spiritu, deficientẽ partem in cæco à natiuitate genito per lutum defectuo so loco apposuit. Nam deficientis partis corrigendæ gratia hoc fecisse uidetur. Si uero rursus ipse est Dominus qui Adam formauit, & quem primũ formauit perdit, alios uero seruat, ô multam tuam uanam sapientiam Tatiane, Impotentiam enim Domino secundum potentiam attribuis, qui nõ potest primum à se formatum, propter unam inobedientiam ex paradiso eiectum, & castigationem non uulgarem nactum, qui in sudore & labore degit, & è regione paradisi habitauit, quo memor esset bonæ uitæ per pœnitentiam in memoriam reuocatæ, saluare: Aut potest quidem, uerum non misereatur. Ob quã igitur causam CHRISTVS usq; ad inferna descendit? Qua ratione passus, ubi triduum dormijsset, resurrexit? Quomodo uero impletur, ut & mortuorũ & uiuorum imperium obtineret? Qualium uero uiuorum & mortuorũ, quàm eorum qui ipsius auxilio sursum ac deorsum opus habent? Quomodo aũt ea quæ sunt à subacta massa sancta erunt, si ipsa massa nõ est sancta? uelut etiam apud sanctũ Apostolũ habetur. Dicit enim et de Eua idem sanctus Apostolus, quod saluabitur per filiorũ generationem, si manserint in fide & iustitia. Et multa sunt quæ de his dici possunt. Quare omnibus ratione prędictis exposita apparebit blasphemia & occęcata Tatiani mens, & eorum qui ab ipso Tatiani appellantur. De quibus quum cõpendio recensuerimus ipsorum nociuos & instar culicum morsus, olei doctrinæ Domini humorẽ commorsis imponentes, ipsos per Domini ueritatem ac uirtutẽ sanauimus, quum ipse Dominus dicat, Non ueni nisi ad ouem erroneam domus Israel. Quapropter etiam in para

Aquæ usus in mysterijs.

Eua quomodo saluabitur.

bolis dixit: Homo quidam descendit à Hierusalem ad Hiericho, quem sanè etiam in latrones incidisse narrat, ut ostenderet ouem etiam ipsum qui à Hierusalem descendit, et à maiori gloria ad imminutionem delatus est, & ab uno mandato proprij pastoris diuulsus est ac seductus. Vnde etiam sanctum Adam patrem, inter uiuos credimus, propter quem, & nos qui ab ipso sumus omnes, CHRISTVS uenit, ut his quidem qui olim ipsum cognouerũt, et ab ipsius deitate nõn aberrauerũt, uerum propter errores in inferno detenti sunt, indulgentiã largiretur: his quidem qui adhuc in mundo sunt, per pœnitentiam. Qui uero in inferno, per misericordiam & salutem. Quapropter etiam mirari licet de eo qui nouit, uelut etiam in libris reperimus, Dominum nostrum IESVM CHRISTVM in Golgatha crucifixum esse, & non alibi q̃ ubi corpus Adam iacebat. Egressus enim de paradiso, quum habitasset è regione ipsius multo tempore, & per multos dies peruenisset, postea abijt eò, & in loco hoc, Hierosolymorum uidelicet, debitum naturæ persoluens, illic sepultus est in loco Golgatha. Vnde meritò cognomen habuit locus, quem Cranij siue Caluariæ locum interpretantur. Cuius nominis similitudinem aliquam figura loci non ostendit. Neq; enim in altitudine quadam situs est, ut hoc Cranium interpreteris, uelut in corpore capitis locus dicitur. Neq; speculæ interpretationem facere possis. Nam neq; reliquis locis altior est. E regione enim est Oliueti mons altior, & à signis octo Gabaon est altissima. Sed & altitudo quę olim erat in Sion, nũc uero dissecta est, etiam ipsa altior loco illo fuit. Vnde igitur cognominatio Cranij est: Imò quia primum formati hominis Adam caluaria illic inuẽta est, & illic reliquiæ sitæ erant, ea de causa Cranij locus cognominatus est. In quo crucifixus Dominus noster IESVS CHRISTVS, per aquam & sanguinem, qui fluxit ab ipso per compunctum ipsius latus, in ænigmate salutem nostram ostendit, ab initio massæ primi patris reliquias respergere auspicatus: quo etiam nobis ostenderet respersionem sanguinis ipsius, ad mundationem nostræ inquinationis & animæ pœnitentis, & in exemplum rigationis ac purificationis sordium peccatorum nostrorum factam esse, effusam uidelicet aquam super iacentem sub loco et sepultum, in spem ipsius, & nostram, qui ex ipso geniti sumus. Quare & hic implebatur quod dictum est: Surge qui dormis, & resurge ex mortuis, & illucescet tibi CHRISTVS. Etiamsi enim de nobis dicit, qui mortificati sumus operibus, & in profundo ignorantię somno dormimus: Attamen illuc principium insinuationis modum continet, & non simpliciter, neque ociosè, Surrexerunt enim, inquit, multa corpora sanctorũ: uelut Euangelium habet, & ingressi sunt cum ipso in ciuitatem sanctam, &c. Quum itaq; repulerimus undiquaq; huius culicis morsus, per oleũ benignitatis Dei, & Domini nostri præsentiam, & lucem ueritatis Euangelij: ad consequentes sectas prout instituimus, per uirtutem Dei procedere studebimus.

Adam in Golgatha sepultus

Cranij siue Caluariæ appellationis ratio.

FINIS TERTII TOMI PRIMI LIBRI EPIPHANII.

EPIPHA

EPIPHANII EPISCOPI CONSTANTIAE CYPRI, OPERIS CONTRA OCTVAGINTA HAEreses Panarij appellati, Liber secundus.

IANO CORNARIO MEDICO PHYSICO INTERPRETE.

In primo tomo secundi libri, aut quarto iuxta numeri tomorum ab initio consequentiam, hæreses decem & octo sunt, & hæc habentur.

1 *Encratitæ, qui sunt auulsio Tatiani. Nuptias reijciũt, ex satana has esse dicentes, omnem autem animatarum esum uitant.*

2 *Phrygastæ, & Montanistæ, & Tascodrugitæ. Qui uetus & noum Testamentum suscipiunt, alios uero prophetas introducũt post prophetas, Montanum quendam iactantes ac Priscillam & Maximillam.*

3 *Pepuziani, qui & Quintiliani, quibus coniunguntur Artotyritæ, ex Phrygastorum numero hi sunt. Verum alia præter illos docent. Pepuzan quandam ciuitatem desertam in medio Galatiæ ac Cappadociæ sitam admirantes, & hanc Hierusalem putantes. Mulieribus tribuunt ut imperent, & sacerdotio fungantur. Sacra aũt faciunt, puerum quendam iuuenem compungentes. Et sanè Quintillæ, Christũ illic in Pepuza reuelatũ esse, in fœminæ specie, fabulantur. Vtuntur autẽ similiter ueteri ac nouo Testamento, iuxta mentem propriam transmutantes.*

4 *Tessarescædecatitæ, qui unam diem anni Pascha perficiunt. In quamcunq; uero diem inciderit decimaquarta Lunæ, siue in sabbatum, siue in dominicam, illam ieiunantes ac uigilantes colebant.*

5 *Alogi, qui Euangeliũ Ioannis, & eum qui in ipso est ex supernis à patre, semper Deum uerbum reijciunt. Ipsum sanè Euangelium secundum Ioannem non suscipientes, neque ipsius Apocalypsim.*

6 *Adamiani. A quodam Adam uiuente appellati, ludibrij magis quàm ueritatis dogma habentes. Nudi enim uelut ex matre tum uiri, tum fœminæ, simul congregantur, & sic lectiones ac preces, & quodcunque tandem perficiunt. Solitariè autem degunt & continentiam exercent, & nuptias non admittunt. Et Ecclesiam suam Paradisum esse putant.*

7 *Sampsæi, qui & Helcesæi. Hi adhuc hodie Arabiam inhabitant, in regione ultra mortuum mare sita. Qui sanè ab Elxai quodam falso propheta seducti sunt. Cuius ex genere adhuc hodie restant Marthus & Marthana, duæ mulieres quæ adorantur à secta uelut deæ. Habent autem omnia similiter uelut Ebionæi.*

8 *Theodotiani. Hi à Theodoto coriario Byzantino appellati sunt. Hic summus in eruditione Græca fuit. Quum autem tunc persequutio fieret eius, cum alijs quibusdam, solus elapsus, quũ illi martyrium subijissent, eo quod id ipsi obijceretur. Christum nudum hominem dicere excogitauit, & ne in crimen ueniret quod Deum abnegasset, sic docuit.*

9 *Melchisedeciani. Hi Melchisedec colunt, uirtutem quandam ipsum asserentes, & non nudum hominem, & in huius nomen omnia reducere ac dicere audentes.*

10 *Bardesianistæ. Bardesianus hic ex Mesopotamia originẽ ducebat. Et primum quidem ueram fidem habebat, & in sapientia celebris erat. Verum postea declinauit à ueritate, & similia Valentino docuit, exceptis paucis quibusdam, in quibus à Valentino dissentit.*

11 *Noëtiani. Hic Noetus ex Smyrna Asiæ fuit. Elationibus autem euectus, cum alijs quibusdam, filiũ et patrem Christum docuit, eundemq; esse patrẽ et filium et Spiritum sanctum. Seipsum uero dicebat Mosen, & fratrem suum dicebat esse Aaron.*

12 *Valesij. Hi uelut accepimus Bacathum inhabitant, qui principalis pagus est Arabiæ philadelphiæ. Hi accedentes castrant, plures uerò ipsorum Eunuchi exsecti sunt. Quædam alia docent hæresis plena, à lege ac prophetis diuersa, & quasdã alias turpes actiones introducunt.*

13 *Cathari. Hi cum Nouato Romano coniuncti, & digamos penitus reijciunt, et pœnitentiam non suscipiunt.*

14 *Angelici. Hi omnino defecerunt. Gloriabantur autem se habere angelicum ordinem, propterea illud nomen habent.*

15 *Apostolici, qui & Apotactici. Et ipsi circa Pisidiam solum sunt, et Apotactícos ad seipsos suscipiunt. Propinqui autem & consimiles sunt Encratitis. Verum alia etiam præter hos sentiunt ac docent.*

16 *Sabelliani. Hi similia Noetianis sentiunt, præter hoc solum, patrem enim non passum esse dicuntur, & prolatitium rursus effusum esse uerbum.*

17 *Origeniani. A quodam Origene. Turpia autem operantur hi, nefanda facientes, & corpora sua corruptioni tradentes.*

18 *Origeniani alij. Ab Origene qui & Adamantinus atq; compositor appellatur. Hi mortuorum resurrectionem reijciunt. Christum autem creaturam, itemq; Spiritum sanctum introducunt. Paradisum autem cœlos & alia omnia, tropice & figurate interpretantur. Christum uero à regno destitisse nugantur, & simul angelos destitutos esse, Christum uero cum diabolo, regno subijciendum esse.*

SECVNDI

SECVNDI LIBRI EPIPHANII
TOMVS PRIMVS.
Contra Encratitas, sectam XLVII.



ENCRATITAE quidam sic appellati, Tatiano succedunt, natura ab ipso seducti ac decepti. uerum alia præter hunc sentientes, ut qui rursus in maiorem nugacitatẽ seipsos dederunt. Abundant autem hi hodieq; in Pisidia & in Phrygia combusta appellata. Fortassis enim iuxta Dei dispensationẽ hęc regio hoc nomen accepit, ut sic in mundo uocetur, eo quod combusti sunt habitatores ab hac peruersitate ac tanto errore. multæ enim hæreses sunt in hac regione. Sunt autem & in Asię parte, & in Isaurorum & Pamphiliorum ac Cilicum terra, itemq; in Galatia. iam uero & in Romanorũ parte. Sed & in Antiochia Syriæ, non tota autẽ, hæc hęresis est. Asserunt porrò etiã hi principatus quosdam esse, & eum qui diaboli est aduersus Dei opera op posítum esse, & Deo non subiectũ, sed robustum et facientẽ uelut pro propria potesta te, & non uelut qui aberrarit. Non enim secundũ Ecclesiam dicunt, sed aliter, præter ueritatis prædicationẽ. Vtuntur & scripturis primariò, quę dicuntur Andreæ & Ioan nis actiones, itemq; Thomæ: & quibusdam Apocryphis, et quibus uolunt libris uete ris Testamenti. Nuptias autem palàm diaboli esse decernunt. Animata uero abomi nantes interdicunt, non continentiæ gratia, neq; honestæ uitæ, sed propter timorẽ & imaginationem, ut ne condemnentur ab animatorũ esu. Vtuntur & ipsi mysterijs per aquam. Vino uero omnino non utuntur, diabolicũ esse dicentes, & bibentes ac utentes, iniquos esse ac peccatores. Credunt autem & mortuorum resurrectionem, ut sint ita apud erroneos omnia insania plena. Nam uidere licet & admirari & in stuporẽ uenire prudentẽ hominẽ, de omnibus quę aliena dicunt ac faciunt, quũ incõstanter omnia apud ipsos dicantur ac fiant, & nullã penitus significationẽ ueritatis admittant. Si enim ueteri ac nouo utuntur Testamẽto, quomodo principatus diuersi cõperientur, quum ambo Testamenta concordent de una deitate, & cognitionem prædicent? Si uero etiam fuerit mortuorũ resurrectio, quomodo adhuc uenerandę nuptiæ diaboli esse inuenientur, quando Deus dicit, Crescite & multiplicamini: & Dominus in Euangelio inquit, Quæ Deus coniunxit, homo ne separet. Et Apostolus, Venerandę nuptiæ « & cubile impollutum. Cæterũ ad suam sententiam & fabulositatis confirmationem, etiam bibentes uinum reprehendunt quasdã dictiones uenantes, & ex malo talem finem esse aiunt. Bibit enim, inquiũt, Noë de uino, et denudatus est. Et Loth, inquiũt, « inebriatus, cum propríjs filiabus per ignorantiã coiuit. Et per ebrietatem erectus est ui « tulus. Et dicit Scriptura, Cui tumultus, & cui pugnæ, cui tristitiæ, & nugæ, cui con- « tritiones frustra, cuius líuidi oculi, non eorum qui perseuerant in uinis? nõ eorum, qui inuestigant ubi compotationes fiunt? Et alia quædam huiuscemodi inuestigantes coaceruant, ut ipsis fides habeatur, non scientes quod omne immodicũ ubiq; molestum est, & extra propositum interdictum est. Nam non solum de uino hoc dixerim, sed etiam de multa insatiabilitate. Hoc enim etiã docuit Dominus dicens, Ne grauẽtur cor « da uestra crapula & ebrietate & curis rerum mundanarũ. Et hoc, Si inexplebilior es, ne concupiscas cibos diuitis, hi enim ex uita falsa dependent. Verum amplius sanctus Apostolus inexplebiles ac uoraces subsannans ob gulosas concupiscentias elatos, dixit: Cibi uentri, & uenter cibis, Deus autem & hunc & hos abolebit. Sed & « Esau primogeniti prærogatiuam per cocturam tritici amisit, uelut Scriptura dicit, quæ ipsam cocturam tritici ac lenticulæ appellat. Fortassis autem, ut puto, non quod ex tritico, hoc est frumento, erat: sed uelut iam coctæ reliquiæ lentis, & amplius ad ignem

Phrygia combusta.

Actiones Andreæ, Ioannis & Thomæ.

Aquæ usus in mysterijs.

Geneseos locus expensus.

ad ignem appositæ,ut sic rursus igne feruefactam,scriptura Pyrrhon dixerit,id est fuluam,& non Pyri,quod triticum significat:eo quod recalefacta erat, postquam frigida facta fuisset. Et sicut ille propter uinum denudatus,nulla iniuria affectus est. sic hic magis ob famem & insatiabilitatem primogeniti prærogatiuã amisit, & magis quàm per uinum iniuria affectus est. Et nihil ualet sententia propè ad ueritatem corrupta,neque fabulosus quidam excogitatus scenicus actus. Iactant autem & continentiam, fallaciter omnia facientes, nam & inter mulieres reperiuntur, & mulieres undiquaque decipiunt, & cum mulieribus iter faciunt, & simul cum illis uiuunt, & illarum ministeria admittunt. Ita ut alieni sint à ueritate, & formam magis præ se ferant, ipsam uero uirtutem pietatis abnegarint. cuiuscunq; enim operis quis partem reliquerit,totum complementum dimisit, per unam partem relictam. Vnde sanè mysteria quæ apud ipsos per aquam solum fiunt,neque mysteria sunt, sed ad imitationẽ uerorum falso fiunt. Quare & in hoc à recto Saluatoris sermone redarguentur, qui dicit: Non bibam de fructu uitis huius, donec bibero ipsum nouum uobiscũ in regno cœlorum. Proinde quum hanc hæresim per sortem ueritatis manum,uelut bestiam dolorem inducentẽ ac dentibus carentem repulerimus,ad sequentes procedamus,consueto more Deum uniuersorum inuocantes ducem & propulsatorem malorum,& prudentiæ auxiliatorem,atque ipsum sapientiæ datorem. quo nos ab ipso ueritatem discentes,aliarum perniciem reuelare possimus, & antidotum contra ipsas medicam, ex multis ungentarijs speciebus de ueritatis doctrina, iam percussis præparare, ad sanationem ac curam eorũ qui inciderunt,& his qui cognituri sunt quæ non nouerunt, ad malorum præoccupationem,& nobis ad salutem & Dei mercedem luculenter contribuendam.

» re & in hoc à recto Saluatoris sermone redarguentur, qui dicit: Non bibam de fructu

Contra Phrygastas,siue Montanistas,aut Tascodrugitas,hæresim XLVIII.

Phrygastæ. Phryges. A Prædictis rursus alia hæresis emergit, Phrygorum appellata,quę illis contemporanea,& ipsis successit. Hi enim fuerunt circa annum decimumnonum Antonij Pij post Adrianum. Sed & Marcion & Tatianus, & qui ipsi successerunt Encratitæ temporibus Adriani fuerunt, & post Adrianum. Hi equidẽ Phryges siue Phrygastæ appellati,suscipiunt totam scripturam,uetus ac nouum Testamentũ, et mortuorum resurrectionem similiter fatentur. Verum Montanum quendam prophetam habere se iactãt,& Priscillam ac Maximillã prophetissas, quibus addicti mente peruersi sunt. De Patre autẽ & Filio ac Spiritu similiter sentiunt,uelut sancta catholica Ecclesia. Discesserunt autem seipsos,& addicti sunt spiritibus erroris & doctrinis dæmonũ dicentes, Oportet nos, inquiunt,etiam dona gratiarũ suscipere,& sancta Dei Ecclesia similiter dona suscipit. Verum quæ uere dona sunt, & Ecclesiæ Dei sanctæ per Spiritũ sanctum approbata,itemq; per prophetas & Apostolos,ac ipsum Dominũ,quum Ioannes Apostolus ita in epistola dicat:Probate spiritus an sint ex Deo. Et rursus,Audiuistis quod antichristus ueniet,et nunc antichristi multi sunt. Ex nobis processerunt,sed nõ erant ex nobis. Si enim fuissent ex nobis,mãsissent utiq; nobiscũ. Sed ut cognoscantur quod nõ sint ex nobis,ea gratia scribo uobis filij,&c. Reuera igitur nõ sunt ex ipsis sanctis. excesserunt enim ab ipsis per suam contentionẽ,addicti spiritibus erroris ac fabulositatis. Ecce enim ex ipso argumento redarguunt̃,non potẽtes explere sua in contentione promissa. Si enim oportet dona suscipere,et opus est in ecclesia donis:cur nõ amplius post Montanũ & Priscillam ac Maximillã habent prophetas? Num cessauit gratia? Non cessat autẽ gratia in sancta Ecclesia, absit. Si uero usq; ad tempus aliquod uaticinati sunt, qui prophetæ fuerunt,& nõ amplius uaticinant̃:ergo neq; Priscilla,neque Maximilla uaticinatę sunt, post prophetias per sanctos Apostolos in sancta Ecclesia probatas. Itaq; secundũ duos modos ipsorũ dementia redarguet̃. Aut enim ostendent esse prophetas post Maximillã, ut ne cesset ea quæ apud ipsos gratia appellatur.

Montanus propheta. Priscilla ac Maximilla prophetissæ.

Aut

Aut Maximilla falsa Prophetissa comperietur, post terminũ propheticorum donorũ ausa non à Spiritu sancto, sed à dæmonijs erroris afflari, & audientes ipsam decipere. Et quomodo ex his quæ ab ipsa dicuntur, confutatio ipsius emergat, dicã. Dicit enim Maximilla ab ipsis appellata prophetissa: Post me prophetissa non amplius erit, sed consummatio. Ecce quomodo undiq; apparet spiritus erroris. Quæcunq; enim prophetæ dixerunt, & cum intelligentia cõsequenter loquuti sunt, et perfecta sunt quæ ab ipsis dicta sunt, & adhuc implentur. Hęc uero dixit, post ipsam esse cõsummationem: & nondum consummata sunt, maxime quum tot reges postea fuerint, & tantum tempus transierit. Anni enim iam sunt ab eo tempore plus minus ducenti nonaginta, usq; ad nostrum tempus duodecimi anni Valentini & Valentis ac Gratiani regni, & non dum est cõsummatio iuxta illam quæ seipsam nominauit Prophetissam, quũ ne diem quidem obitus sui nouerit. Et uidere est quomodo omnes qui seipsos à ueritate abalienarunt, non in aliqua stabilitate doctrinæ permanserunt, sed uelut pueri à semper seducente serpente decepti, in perditionem seipsos exposuerunt, & ut pabulum lupi facti sint: & ex ouili rapti ac distracti sint, atq; sic perierint, non tenentes principatum, sed relinquentes ueritatem, seipsos in naufragiũ & tempestatem omnis erroris immiserunt. Si enim dicet Maximilla, quod prophetanon amplius erit: ergo tollit quod sit apud ipsos donum, & hucusq; feratur. Si uero usq; ad ipsam quidẽ, uelut dixi, donum fuit: ergo etiam ipsa donorum particeps non fuit. nam errauit. Obsignauit enim Dominus Ecclesiam, & impleuit ipsi dona. Quando enim opus erat Prophetis, in spiritu uero, & mente sana, & intelligentiam habente, sancti ipsius omnia præuaticinati sunt, impleti Spiritu sancto iuxta proportionem donorum ex spiritu unicuiq; datorum, et profidei portione, ad utilitatẽ. Quid igitur utile hi dixerunt: aut quid correspondẽs fidei? Quomodo uero nõ potius hi sunt de quibus dixit Dominus, Attẽdite à falsis prophetis, qui uenient ad uos in indumẽtis ouiũ, intus uero sunt lupi rapaces. Comparantes enim ea quæ ab ipsis dicta sunt, & quæ in ueteri ac nouo Testamento in ueritate sunt, & in ueritate facta sunt ac prædicta, probabimus qualis prophetia exiſtit, & qualis falsa prophetia. Propheta cum constanti ratione ac intelligentia loquebatur, & dicebat ex Spiritu sancto, omnia sana mente ac corpore dicens. Sic Moses seruus Dei, & fidelis in domo, quum uideret, dicebatur Propheta in ueteri Testamẽto. Et uisio, inquit, quam uidit Esaias, filius Amos propheta. Vidi, inquit, Dominum sedẽtem in throno alto & elato. Et uidi Seraphim ac Cherubim, & audiui uocem Domini dicentem ad me: Vade, dic populo huic, Auribus audietis & nõ intelligetis, & uidẽtes uidebitis & non uidebitis. & quum audissem à Domino, digressus ad populum dixi: Hæc dicit Dominus. Nónne uides quod intelligentis est hic sermo, & non mente moti, neque ut à mente perculsa uox reddebatur? Similiter autem et Iezechiel sanctus et propheta, audiens à Domino, Fac tibi panes de stercore humano: dixit, Nequaquam Domine, nunquam inquinatum & immundũ ingressum est in os meum. Quum enim cognosceret propter minas fieri hunc sermonem à Domino ad ipsum, non uelut mente motus ferebatur, & hoc facere aggrediebatur, sed sanam & intelligentem habens mentem dicebat, Nequaquam Domine. Hęc enim reuera sunt prophetarum in sancto Spiritu sanam mentem habentium, & doctrinã ac sermonem. Daniel uero, nónne omni intelligentia plenus reperitur? & cõsiliorum intelligens? qui ænigmata Nabuchodonosor soluit, & quæ ille per somnia uidit, hic suggerebat, & aberat ab ipso qui uiderat, & solutionem statim inferebat, sano statu & excellentia doni, ampliorem prudentiam habens super omnem hominem, eo quod donũ sancti spiritus reuera prophetam erudiebat, & eos qui per prophetam doctrina ueritatis digni fiebant. Cæterũ quę hi profitentur se uaticinari, ea neq; stabili mente facere uidentur, neq; intelligentiam sermonis habentes. Obliqua enim apud ipsos sunt uerba, & intorta, & nullã rectitudinẽ habentia.

Epiphanij sæculum.

Prophetarum probatio.

Statim

Montani prophetia qualis. Statim enim Montanus dicit: Ecce homo uelut lyra, & ego uolo uelut plectrum. homo dormit, & ego uigilo. Ecce Dominus est qui extasi emouet corda hominũ, & quidat corda hominibus. Qui igitur ex his qui intelligunt, & cum prudentia utilitatis doctrinam suscipiunt, & suæ ipsorum uitæ curam gerunt, non condemnabit talem adulteratam doctrinam, & sermonẽ eius qui iactat seipsum inter prophetas recenseri: cum non possit similia prophetis dicere. Neque enim Spiritus sanctus loquutus est in ipso, nam dicere, Volo uelut plectrum, & uigilo, & extasi emouet Dominus corda: mentemoti uerba sunt, & non intelligentis, sed alium characterem ostendentis præter eum qui est Spiritus sancti, qui in prophetis loquutus est. Si uero mendacium ueritati applicare uoluerint, & ignorare mentem sinceritatis curam habentem, et sibijpsis coacceruare sermones per quos errorem suum fucent: similem quendam effectum produci ab eo quod sancta Scriptura dixit: Immisit Deus soporem & extasim in Adam, et dormiuit. Et non amplius simile est hoc illi. Non enim & hic corpus formaturus erat Deus, ut ideo extasim immisisset, quo similia inferret, propter excellentem benignitatem.

Extasis quid significet. Nam ipsi Adam induxit extasim somni, non extasim & emotionem mentis. Extasis autem iuxta multas differentias modum habet. Dicitur enim extasis stupor, ob excellentiam admirationis. Dicitur & extasis insania, eo quod à proposito emoueat. Verum illa somni extasis, hoc est sopor, iuxta alium modum dictus est, iuxta naturalem actionẽ, maxime eo quod profundissimè sancto Adam inductus esset, qui manu Dei formatus erat. Reuera enim uidere licet, quod meritò hãc extasim diuina Scriptura posuit. Nam dum dormit homo, transferuntur omnes sensus ad quietem conuersi. Ve-

Somni ratio. lut uerbi gratia, uis uisiua si adest non uidet, concluſi enim sunt oculi. Quiescit motorius in homine spiritus, siue anima. Si graueolẽtia aut gratus odor est in domo, etiam si adsit olfactus sensus non sentit. emotus est enim talis sensus, ad quietem cõuersus. Si amari aut salsi aut dulces humores sint in ore, gustus non percipit. nam in quietis extasi ac sopore iacet non operans, quod in uigilia operabatur. Auditus adest, sed cessat uis audiendi in sensu: & sæpe loquentes in domo, nisi expergefiat homo, nõ audit quæ dicant, eo quod discesserit actio ad tempus. Si animalia quædam percurrant per nostrum corpus, non sentimus ipsorum circa corpus nostrum contactum, nisi grauiter nos impetant: ita toto corporis organo propter somni quietẽ ab actione emoto. Nam quũ organũ naturę sit terreę, & animæ circũdatũ, eo quod sic ex Deo utilia nobis contigerũt, dat somno tẽpus, qui ipsum ab efficacissimo sensu ad transitũ quietis trãsfert. Ipsa uero anima à principali actione ac prudentia non emouetur. Sæpe enim imaginatur uelut in uigilijs, & obambulat, & operatur, & pontum penetrat, & plura ac maiora his per somnia speculat. Non tamen in desipiente & in extasi posito, ac mente moto homine, qui corpore et anima uigilãs horrẽda tractat, & sæpe seipsum & alios male accipit. Ignorat enim quæ loquitur ac facit: nam in extasi mentis ac desipiẽtia talis existit. Hæc autem omnia ô chariſſimi, necessariò collegimus, ob id quod dictum est, Immisit Deus extasim siue soporem in Adam, & dormiuit: ut differentias modorum extasis explicaremus. Et diximus ob quam causam illic à Domino extasis dicta est somni participatio. nimirum propter Dei indulgentiam & benignitatem, quam omnibus quidem hominibus idem largitus est, ut transferatur homo à cura in quietem somni et negociorum uitæ. Verum illic amplius illam extasim uocauit, eo quod fecerit ipsum ad tempus nõ sentire dolorem, propterea quod accepturus erat costam ab ipso, & ipsam formaturus ei in uxorem. At non erat mentis extasis, ac intelligentię emotio. Statim enim ut surrexit, agnouit & dixit: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea. Hæc uocabitur mulier, quoniam ex uiro ipsius hæc sumpta est. Nouit enim, uelut uides, & prima, & præsentia, & uaticinatur de futuris. Ecce enim agnouit prima, quãdo erat in somno, dicens: Hoc nunc os ex ossibus meis. Et agnouit præsentia, postquam facta eſſet

cta esset mulier agnoscens ipsam de corpore sublatam. Et uaticinatus est futura, ni
mirum: Ea gratia relinquet homo patrem suum & matrem suã, & adhærebit uxo «
ri suæ, & erunt duo in carnem unam. Hæc autem non sunt uiri mẽte moti, neq; in-
telligentia priuati, sed sanam mentem habentis. Si uero etiam de illo, Ego dixi in «
extasi mea, omnis homo mendax, dicendum est: alia rursus hæc facultas est, non
uelut desipientis alicuius ac mente moti hominis, Absit: sed ualde admirãtis & co-
gitantis de his, quæ secundum consuetudinem cogitationum moderatè uidentur
atq; fiunt. Quandoquidem enim admiratus est propheta, propter admirationem
hic id dicit, fuerunt etiam prophetæ in extasi, non in extasi rationis. Fuit item Pe-
trus in extasi, non qui non intelligeret sermonem, sed qui uideret alia quàm quæ
per quotidianam consequentiam ab hominibus uidentur. Videbat enim linteum
demissum, & omnia quadrupeda ac reptilia, & uolatilia cœli in ipso. Vide uero
quod intelligit, & non erat in extasi ac emotione mentis sanctus Petrus. Quando «
enim audiuit, Surge, macta, & comede: non uelut qui sanam mentem nõ haberet,
persuasus est, sed ait ad Dominum, Nequaq; Domine, nunq; enim inquinatũ aut «
immundum ingressum est in os meũ. Et sanctus Dauid dixit, Omnis homo men- «
dax. Qui uero dicit, Ego dixi, proprie dixit, & de hominibus dixit, quod menti-
untur, ergo ipse non mentiebatur. Verum stupens & admirans ipsius benignita-
tem, & quæ ipsi à Domino prædicata erant, admirabatur per excessum. Et uidens
omnem hominem egentem misericordia Dei, soli Domino ueritatẽ attribuit, om-
nem autem hominem sub pœna nouit, ut ostendat uerum spiritum qui in prophe-
tis loquutus est, & profunditates cognitionis ac certitudinis Dei ipsis reuelauit.
Fuit præterea & Abraam in extasi, non in extasi mentis, sed in extasi ac perculsione
timoris. uidebat enim clibanum & lampades circa solis occasum. Sed & alij pro-
phetę uidentes uisiones, mente sana dicebant, uelut Moses dicit, Timidus sum & «
tremens. Cognouit autem Abraam ea quæ à Domino dicebantur, cognoscens co- «
gnosces quod semen tuum peregrinum erit in terra aliena annis quadringentis. Et
uides, quod omnia apud prophetas dicta in ueritate uidere datur, & in sana mẽte,
& in sapienti ratione, & non in insania. Quod si rursus uoluerint dicere, non simi-
lia esse prima dona postremis: unde hoc demonstrare poterint? Similiter enim *Prophetarum similitudo.*
inter se sancti Prophetæ & Apostoli uaticinati sunt. Primum quidem igitur ascen
dente Saluatore in cœlum, quum uidissent duos in uestibus albis, non in insania
ipsos uiderunt, sed sana mente audiuerunt, Viri Galilęi quid statis intuentes in cœ
lum? Hic IESVS qui assumptus est de uobis in cœlum, hic ueniet, & cætera. Dein- «
de uero etiam Petrus uelut dixi, uidens & audiens, & respondens ac dicens, Ne-
quaq; Domine: stabili mente erat. Agabus uero prophetans & cum admirabili «
habitu insinuãs dicebat. Accepto enim cingulo Pauli, & ligatis propriis pedibus
ac manibus, sic inquit, Virum hunc cuius est hoc cingulum ligabunt Iudæi, & ab- «
ducent in Hierusalem. Sed & rursus in Antiochiam uenerunt prophetæ, & denũ-
ciabant famem futuram per omnem orbem terrarum, & nõ intercidit ipsorum ser
mo, sed ut ostendat ipsos ueros prophetas scriptura statim infert dicens, Quæ acci
dit sub Claudio Cæsare. Paulus uero sanctissimus Apostolus prophetans dixit,
Spiritus autẽ expresse dicit, In extremis diebus instabunt tẽpora difficilia, & cæte- «
ra. Et rursus alibi, Discedent quidã à sana doctrina, addicti seductoribus & doctri «
nis dæmonum prohibentium matrimonium contrahere, iubentium abstinere à
cibis, quos Deus creauit in usum nostrum cum gratiarum actione. Quare palam
ex propositis impletum est hoc ipsum in nobis, & similibus nobis. Pleræq; enim
harum sectarum matrimonium contrahere prohibent, & à cibis abstinere præci-
piunt: non honestæ uitæ gratia exhortantes, non maioris uirtutis gratia & præ-

miorum ac coronarum, sed abominabilia ea quæ à Deo facta sunt putantes. At uero sancta Ecclesia & uirginitatem glorificat, & solitudinem ac castitatem & uirginitatem laudat, & nuptias pudicas honorat & suscipit: Scortationem uero & adulterium ac petulantiam interdicit. Vnde uidere est sanctæ catholicæ Ecclesiæ character em, & adulteratos aliorum mores: quo probata sequentes, ab omni errore & obliqua atq; accliui calle refugiamus. Dixi enim supra uelut à sancto Apostolo prædictum est, & rursus dico, quod muniens nos, & characterem sanctæ Ecclesiæ ab hæreticorum errore diuidens dixit, quod audenter ea quæ ex Deo bene ordinata sunt interdicentes leges ferunt: de quibusdam prohibentibus matrimonium contrahere, & præcipientibus abstinere à cibis, uerba faciens. Etenim cum modestia quadam Deus uerbum in Euangelio dixit, Vis perfectus esse: misericordiam exhibens hominum formationi ac debilitati. Et gaudet quidem his qui approbatum Dei cultum præstare possunt, & uirginitatem ac castitatem & continentiam exercere deligunt. Verum unas nuptias honorat, etiamsi maxime sacerdotij dona, per eos qui ab unis etiam nuptijs se continuerunt, & in uirginitate uitam degunt, se ornasse præexpressit. uelut etiam Apostoli ipsius ecclesiasticam sacerdotij regulam ordinate ac sancte constituerunt. Si uero quis per debilitatem opus habuerit post propriæ uxoris obitum, secundas nuptias contrahere: hunc ipsum ueritatis regula non interdicit, hoc est eum qui non sit sacerdos. Hi uero prohibent iuxta id quod dictum est, Prohibentium contrahere matrimonium. Reijciunt enim secundis nuptijs coniunctum, & cogunt secundis nuptijs non copulari. Nos uero non necessitatem imponimus, uerum cum bono consilio admonemus, exhortantes eũ qui potest. Non autem necessitatem imponimus non potẽti, neq; reijcimus ipsum à uita. Sanctum enim uerbum omnibus prædicauit, ut debilium infirmitatem portemus, uelut etiam ipse sanctus Apostolus dicere comperitur, & tales redarguere qui non sunt eiusdem doni, Iuniores inquit, uiduas reijce, postq; enim inordinate se gesserunt contra CHRISTVM, nubere uolunt, habentes iudicium, quod primã fidem reiecerunt. Quæ enim promiserunt & reprobauerunt, iudiciũ habent. Quæ uero non promiserunt, sed coniunctæ sunt propter debilitatem, iudicium non habent. Si uero etiam iudicium siue condemnationem habiturę essent, quomodo dixisset, nubant, domum gubernent? Omnis itaq; qui prophetat intelligens comperitur, tum in ueteri, tum in nouo Testamento. Sic etiam sanctus Ioannes in Apocalypsi dixit, Hæc reuelauit Dominus seruis suis, per seruũ suum Ioannẽ. Et, Hæc dicit Dominus, Qui hæc dixit, sanam mentem habuit & intellexit. Ecce igitur hęc dicit Dominus, &, Visio quam uidit. At Montanus hic qui iactat seipsum esse prophetam, & seduxit eos qui ab ipso decepti sunt, inconstantia secundũ diuinas scripturas narrat. Dicit enim in sua appellata prophetia, Quid dicis eum qui super homine saluatur? Lucebit enim iustus inquit, super solem centupliciter. Parui uero qui inter uos saluantur, lucebunt super lunã centupliciter. Cæterum Dominus redarguit hunc, habens potestatem donandi ut luceant facies sanctorum, & qui illustrauit faciẽ Mosis, & qui immutauit sanctos in sua sancta resurrectione, eos qui seminantur in ignominia, & resurgunt in gloria. Non alia corpora præter quæ iã sunt, sed ipsa quæ iam sunt resurgunt tota, accipiuntq; gloriam ab ipso post resurrectionem, ab ipso qui gloriã large sanctis suis exhibet, habet enim dandi potestatem ac largiendi, uelut Deus ac Dominus. Quum habeat autem potestatem largiendi, non promisit secundum Montanum, sed dicit, Lucebunt uestræ facies uelut sol. Si itaq; qui habet potestatẽ, & uere herus est ac Dominus noster IESVS CHRISTVS, dicit quod facies iustorum lucebunt uelut sol: quomodo Montanus amplius promittit cẽtupliciter? Ergo potius similis est illi qui promisit Euæ, & dixit,

Nuptiarum & uirginitatis in Ecclesia ratio.

Eritis

Eritis ſicut Dei, & ab ea quam habebat ipſa unà cum Adã gloria atq; Paradiſi uo- «
luptate, præparauit ut eiſcerentur, & in corruptionem mortis deferrentur. Inſuper
uero apponit idem Montanus ſic dicẽs. Ego Dominus Deus omnipotens cõuer- «
ſans in homine. Recte igitur diuina ſcriptura nos præmuniuit, & conſequens ſpi-
ritus doctrina nos admonuit, ut cognoſcamus qualia ſunt imitamenta alieni ſpiri-
tus, & oppoſitiones aduerſus ueritatem. Statim enim ubi hoc dixit Montanus, ſu-
ſpicionem nobis præbuit, ut recordaremur eorum quæ à Domino dicta ſunt. Sic
enim Dominus in Euangelio dicit. Ego ueni in nomine patris, & non ſuſcepiſtis «
me: Aliud ueniet in proprio, & talem ſuſcipient. Proinde penitus diſcors à diui-
nis ſcripturis hic inuenitur, uelut omnibus manifeſtum eſt qui attentè legunt. Si
itaq; diſcors eſt: alienus eſt à ſancta catholica Eccleſia. Et ſecta eius iactans ſe pro-
phetas habere ac dona, ea non accepit, ſed ab his defecit. Quis igitur intelligens au
ſus fuerit hos prophetas uocare, & non magis dixerit hos ſeductores eſſe? CHRI-
STVS enim nos docuit dicens, Spiritum paracletum mittam uobis. & ſigna dans «
dixit, Ille me glorificabit. Hic uero Montanus ſeipſum glorificat. Dominus patrẽ «
ſuum glorificauit. Et Dominus rurſus CHRISTVS ſpiritum glorificauit, dicens
ipſum eſſe ſpiritum ueritatis. Montanus autem ſeipſum ſolum glorificat, & dicit
eſſe patrem omnipotentem, & in homine inhabitare: ut undiquaq; oſtendatur
quod non ipſe ſit, neq; ab illo miſſus, neq; qui ab illo accepit. In Domino enim uo-
luit totum complementum deitatis inhabitare corporaliter: & de complemento
ipſius omnes prophetæ acceperunt, uelut ſanctus Ioannes dicit. Et uides quomo-
do omnes ueteres CHRISTVM annunciauerunt, & qui poſt CHRISTVM fue-
runt, CHRISTVM glorificauerunt & ipſum confeſſi ſunt. Montanus uero intulit
ſeipſum quendam dicens, ut oſtẽdatur quod neq; eſt, neq; ab ipſo miſſus eſt, neq;
ab ipſo accepit. Deinde rurſus inquit, miſerrimus homuncio Montanus: Neque «
angelus, neq; legatus, ſed ego Dominus Deus pater ueni. Hæc autem quum dicat,
depræhenditur alienus eſſe, ut qui CHRISTVM nõ glorificet, quem totum donũ
Eccleſiaſticũ in ſancta Eccleſia in ueritate glorificauit. Inuenietur enim extra cor-
pus Eccleſię eſſe, ac extra caput totius, & non tenere caput, ex quo totum corpus
conſtructum augeſcit, uelut ſcriptum eſt. Dominus enim noſter IESVS CHRI-
STVS ſeipſum oſtendit quod uerè filius ſit in ueritate. Montanus autem ſeipſum
patrem dicit. Quomodo igitur ô Phryges, qui contra nos hoſtes inſurrexiſtis, &
in Chriſtianum cognomentum formati eſtis, barbarorum uero pugnam ſuſcepi-
ſtis, & Troianorum ac Phrygum hoſtilitatem imitamini, quomodo crediderimus
uobis dicentibus, propter dona defeciſſe ab Eccleſia? Nõ enim amplius dona fue-
rint quæ ſunt à donis aliena, & præter characterem à Domino promiſſum, uelut
prophetæ ueſtri dicunt. Inducitis nobis inſuper & Maximillam. Nam & nomina
ueſtra euariata ſunt ac horrendiſſima, & neq; molle quid ac dulce habent, ſed agre-
ſte & barbaricum. Statim enim hæc Maximilla apud illos Phrygas quid dicat, ô
filij CHRISTI audite. Me ne audite, ſed CHRISTVM audite. Et in quibus CHRI «
STVM glorificare uidetur aberrat. Si enim CHRISTI fuiſſet, dixiſſet utiq; ſecun-
dum ſanctos Apoſtolos, uelut unuſquiſq; dicit. Petrus quidẽ primus dicens, Nos
ab ipſo audiuimus: & ipſe Dominus dicens, Qui uos audit, me audit. Paulus ue- «
ro dicit, Imitatores mei eſtote, quemadmodum ego CHRISTI. Hæc autem uerum
dicit mentiens & non uolens, Recte autem dicit quũ inquit, ſed CHRISTVM. Sæ-
penumero enim immundi ſpiritus coguntur ſeipſos ſubuertere, quod non ſunt *Spiritus immũdi ſeipſos ſubuertunt.*
ueritatis, & oſtendere Dominum ſuum uolentes & non uolentes propter neceſſi-
tatem. Sicut puella quæ habebat ſpiritum Pythonis dicebat, Hi homines Dei al-
tiſſimi ſerui ſunt, & hoc, Quid ueniſti ante tempus torquere nos? nouimus te qui

sis sanctus Dei. Ita & hæc coacta dixit, se non audiendam esse, sed CHRISTVM. Quomodo igitur hi, qui hoc ab ipsa audiuerunt, & ipsi crediderunt, ipsam audire uoluntᵛ quum ab ipsa didicerint, non ipsam audiendam esse, sed Dominum. Nam quum uere terrena ipsa loqueretur, si affuisset ipsis prudentia, nõ debuissent ipsam audire. Et ne dixeris quod intelligebat: Non enim intelligentia præditi est docere, & seipsum subuertere. Si enim omnino dicit, Ne audite me. Qualis erat spiritus qui loquebatur in ipsa? Si ipsa dixit aut homo, Ergo non erat in Spiritu sancto. Quæ enim dicit, Me ne audiatis, humanum quid nimirum dixit, & non erat in Spiritu sancto. Quæ uero non erat in Spiritu sancto ex supernis, sed humanæ sapientiæ erat, et nihil nouit, & non erat Spiritus sanctus, sed ex humana sapientia sonabat, ac loquebatur. Si uero in Spiritu sancto loquebatur ac uaticinabatur, qualis erat Spiritus sanctus qui dicebat, Me ne audite. Et multa est fraudis cęcitas, & magnus est Dei Sermo, qui per omnes modos non adsuefacit ad hoc, ut sciamus quales sunt spiritus, qui ex Spiritu sancto loquuti sunt: aliquando ex persona patris, aliquando ex persona filij, aliquando ex persona Spiritus sancti. Et si spiritus in Maximilla sanctus fuisset, non interdixisset propria uerba. Vnus enim est Spiritus sanctus, qui diuidit unicuiq; prout uult. Dicitur autem Spiritus pietatis, & dicitur esse Spiritus CHRISTI, & spiritus à patre procedens, & à filio accipiens, non alienus à patre & filio existens: Ergo non dixit, Ne audite me. Quæ enim CHRISTI sunt spiritus loquitur, & CHRISTVS spiritum mittit: Et in Spiritu sancto eijcit dæmonia: Et Dominus quæ patris sunt dicit: Et pater filium sanctificauit, & in mundum demisit, ut cognoscant ipsum & glorificent, quemadmodum glorificant patrem. Et corruit per omnes modos sententia abalienantium se, à CHRISTI consequentia. Dicit porrò rursum eadem Maximilla ipsa intelligentiæ
» ac doctrinæ cognitio, ut per ludibrium dicam. Misit me Dominus huius laboris
» & promissionis ac fœderis, indicatricem electam, interpretem coactam, ut uolentem & non uolentem, contingat discere cognitionem Dei. Consideremus igitur uitæ nostræ stabile fundamentum, & uiam Lucis ô charissimi, & ne fallamur per sermones contrarios, & pecoris à spiritu alieni. Vide enim hic eum, qui sic loquutus est, coactum se dixisse, non uoluntaria mente. At Dominus noster non inuitus uenit in mundum, neq; ex necessitate à patre demissus est, sed simul cum patre habens ipsum uelle, & cum Sancto Spirito ipsum exhibere. Et similiter quum habeat ipsum uelle cum patre, habet etiam ut non cum necessitate hanc gratiam omnibus det, sed propter excellentem erga homines benignitatem. Sic etiam quos uocauit, cum uoluntatis proposito uocauit, non necessitatem immittens, non tormentum aliquod adhibens: Dicit enim, Qui sititis uenite ad me. Et
» rursus, Si quis uult uenire ad me, abneget seipsum, & sequatur me. Et per
» Esaiam idem loquens dixit, Si uolueritis & audieritis me. Et postea ut ostenderet propheta quis esset qui dicit, ait: Os Domini loquutum est hæc. Et uides omnibus modis horum ad diuinam scripturam dissonantiam, & aliam suspicionem ac opinionem præter fidem ac consequentiam Dei. Etenim Maximilla uolentes & non uolentes cogere dicit, ut etiam ex hoc ipso dicto mendax uideatur. Neq; enim uolentes docuit cognitionem Dei quam non nouit, neq; non uolentes coêgit. Non enim omnes in mundo nouerunt Maximillæ nomen, neq; sermonũ ipsius sonum. Et omnibus modis corruit horum erronea uersutia, quæ non est ex ueritate Dei. Honorant autem tales etiam locum quendam desertũ in Phrygia, Pepuzam quondam appellatam ciuitatem, nunc autem solo adæquatam. Et dicunt illuc descendisse supernam Hierusalem. Vnde eò abeuntes mysteria quædam perficiunt in loco & sanctificant, uelut putant. Est enim hoc genus in

Spiritus sancti appellationes.

Vocatio nostra non coacta.

Cappadocia

Cappadocia ac Galatia,& in prædicta Phrygia: unde etiam Phrygorum siue secundum Phrygas secta hæc appellatur. Sed & in Cilicia & in Cõstantinopoli plurimum uiget. Quo uero nihil relinquamus ex his,quæ ad nomen pertinent uniuscuiusq; sectæ,à nobis præiudicatę,etiam de Tascodrugitarum nominis appellatione rursus dicemus. Est enim hoc nomen, aut in hac ipsa, aut in sequenti Quintillianorum appellata. Ab his ipsis enim & hoc nomen proficiscitur. Vocantur autẽ Tascodrugitæ ob hac caussam. Tascus apud ipsos pertica appellatur. Druggus uero nasus siue rostrum appellatur. Et ab eo quod imponũt digitum suum,indicem appellatum,in nasum dum orant,tristiciæ nimirum ac ultroneæ iusticiæ gratia: ab aliquibus Tascodrugitæ appellati sunt,hoc est porticonasati aut perticorostrati. In hac uero hæresi,aut in coniugata eius Quintillianorum siue Priscillianorum & Pepuzianorum appellata, horrendum ac nefarium quoddam opus fieri dicunt. Puerũ enim quendam ualdè infantẽ,in festiuitate quadam per totum corpus æreis aciculis cõpungentes, sanguinem ipsius sibijpsis comparãt, ad apparatum uidelicet sacrificij. Sufficient autem nobis & quæ de hac diximus ò charissimi. Promisimus enim de unaquaq; hæresi,non inuidiose nos dicturos esse,sed quæ tum ex auditu,tum ex lectione eorum,qui uere de his prodiderunt accepimus, tradituros esse; quò nihil superfluum ultra ea quæ nouimus tradentes,sub conscientia esse non uideamur,uelut qui etiam ipsi inueniamus non recta, quæ contra homines dicamus,sed in uitium incidamus,in quod etiam ipsi inciderunt ueritatem non dicentes,sed prædicantes quæ non uiderunt,neq; audiuerunt,neq; à uera Sancti spiritus doctrina acceperunt. Quando uero omnia exactè,uelut dixi, recensuimus de unaquaque secta, ita ut malum quidem reuelauerimus ad correctionem eorum qui inciderunt,& subuersionem fecerimus per diuinos sermones & rectas rationes: curatiuo,ut ita dicam,pharmaco iuxta duplicem modum in Domino præparato,his quidem qui inciderunt,ut conualescant à morbo,& tanto dolore: his uero qui non illapsi sunt,ut præoccupatiuum,ut ita dicam, pharmacum habeant, ueritatis medicamentum exhibentes: quò etiam ipsi discipuli discipulorum CHRISTI uocemur, & ipsius Saluatoris,corporum & animarum auxiliatoris,per uirtutem CHRISTI ad sequentes procedere conabimur, postquam sanè uenenum & dentium ipsius hamiforme uirus,per lignum ueritatis crucis contriuimus: Est autem hæc hæresis hæmorrho uiperæ similis,cuius pernicies de uniuerso corpore commorsorum sanguinem effundit,& sic mortem inducit. Hæc enim & Quintilliãorum hæresis hoc facit. Impubis enim pueri corpus compungit, & sanguinem in usum aufert, ad sacrorum nominis CHRISTI initiationem deceptos,seducens. Cæterum nos ad consequentes per uirtutem CHRISTI accedentes, ueritatem ipsius inuocemus, quo uniuscuiusque erroris uestigijs inuestigatis, uitibusq; eius deprehensis ac confutatis, Deo in omnibus consueto more gratias agamus.

Tascodrugitarum appellatio.

Pueri cõpunctio.

Hæmorrhus serpens.

Contra Quintillianos siue Pepuzianos,qui & Priscilliani. Quibus coniunguntur Artotyritæ. Hæresim XLIX.

Quintilliani. Pepuziani. Priscilliani.

QVintilliani qui & Pepuziani appellantur, Artotyritæq; ac Priscilliani,ijdẽ sunt cum Phrygibus,& ex ipsis originem duxerunt, diuiduntur autem iuxta quendam modum. Tradunt enim hi Phryges siue Priscilliani, in Pepuza aut Quintillam aut Priscillam, non possum certò affirmare, unam autem ex ipsis, in Pepuza dormiuisse,& CHRISTVM ad ipsam uenisse,condormiuissecq; ipsi hoc modo, uelut illa delusa dixit: In forma inquit, mulieris formatus in ueste splendida uenit ad me CHRISTVS, & immisit in me sapientiam, & reuelauit mihi hunc

hunc locum esse sanctum, & huc Hierusalem ex cœlo descendisse. Quare etiam hucusq; dicũt, initiari sic quasdam mulieres in eo loco, itemq; uiros, ad hoc ut ipsę aut ipsi expectantes CHRISTVM uideant. Mulieres itaq; apud ipsos uocantur prophetissæ. Non autem certò compertum habeo, an apud ipsos, aut apud Phrygas hoc fiat. Simul enim sunt ac idem sentiunt. Vtuntur autem hi ueteri ac nouo Testamento. Et mortuorum resurrectionem similiter asserunt. Quintillam uero ducem ac principem habent cum Priscilla, quæ etiam est apud Phrygas. Testimonia autem multa producunt uana, gratiam dantes Euæ, quod prima de ligno prudentiæ comedit. Et sororem Mosis uelut prophetissam in testimonium afferunt, earum, quæ ab ipsis in clerum constituuntur mulierum. Imò quatuor inquiunt, filiæ erant, Philippo prophetantes. Sæpe uero in suam Ecclesiam ingrediuntur, lampadas ferentes, septem uirgines quædam albis uestibus indutæ, ut populo uaticinentur. Hæ uero modum quendam afflationis à numine præsentibus populis ostendentes, fraudem operantur, ploratumq; æduntuelut pœnitentiæ miseriam agentes, lachrymas fundentes, & in habitu quodam uitam humanam deplorãtes. Episcopi quoq; apud ipsos sunt Mulieres, & presbyteri mulieres, & alia quæ nihil differre dicunt: In CHRISTO enim IESV neq; masculus, neq; fœmina. Hæc sunt quæ de ipsis accepimus. Artotyritas autem ipsos appellant, eò quòd in mysteriis suis apponunt panem & caseum, & sic mysteria sua faciunt. Tota uero fraus hominum est in eo, quod defecerunt à recta fide, & conuersi sunt ad desperationem, & ad differentias afflationum & actionum. Debacchantur enim semper mentes, ueritatis anchoram non continentes, sed seipsos uento permittentes: Etsi enim mulieres apud ipsos in Episcopatum ac presbyterium surrogãtur, propter Euam, audiuit tamen Dominum dicẽtem: Ad uirum tuum refugium tuum, » & ipse tibi dominabitur. Latet item ipsos Apostolicus sermo, Mulieri non permitto loqui, neq; autoritatem in uirum habere. Et rursus, Non enim est uir ex » muliere, sed mulier ex uiro. Et Adam non est deceptus, sed Eua prima decepta in transgressione fuit. Et ô multiplicem huius mundi errorem. Quare uelut edentulum quid & dementiæ plenum, instar Stellionis, hanc hæresim prætereuntes, ad sequẽtes, ô chariſſimi procedam, Deo ad humilitatem nostram iuuandam, & promissionem nostram explendam, in auxilium inuocato.

Eua laudata.

Mulieres Episcopi.

Artotyritæ.

Stellio.

Contra Tessarescædecatitas. Hæresim L.

AB his duabus sectis simul inter se permixtis, Phrygorum ac Quintillianorum siue Priscillianorum, emersit rursus mundo alia hæresis, Tessarescædecatitarum appellata: quos Quartadecimanos quidam appellant. Et hi quidem omnia habent uelut Ecclesia. Aberrant autem ab omnibus, eò quòd non consequentiæ & doctrinæ rituum attendunt. Iudaicis adhuc fabulis addicti, & neq; æqualia ipsis docent. Non enim nouerunt quæ dicunt, neq; de quibus affirmant. Semel enim in anno unam diem tales contentiose paschatis agunt, & quidem quum de patre & filio ac Spiritu sancto, bene & æqualiter sentiant, & prophetas suscipiant & Apostolos atq; Euangelistas, resurrectionemq; carnis similiter confiteantur & futurum iudicium ac uitam æternam. Inciderunt autem & ipsi in errorem non uulgarem, usi nimirum dicto in quo dixit lex. Maledictus qui non faciet pascha » decima quarta die mensis. Alij uero ex ipsis eandem unam diem agunt, & eandem unam diem ieiunant, & mysteria perficiunt. Et sanè ex actis Pilati iactant, se ueritatem comperisse, in quibus habetur, Saluatorem die ante octauum Calendarum Aprilium, passum esse. Et in illa die uolunt pascha agere, in quamcunq; inciderit quartadecima Lunæ. Qui uero in Cappadocia degunt, eandem unam diem

Tessarescædecatitæ Quartadecimani.

Pilati acta.

diem ante octauum calendas Apriles agunt. Et inter ipsos seditio est non uulgaris, quum alij decimaquarta Lunæ, Alij ante octauum Calen. April. idem faciant. Adhuc autem inuenimus acta Pilati, in quibus indicat, ante decimum quintum Calen. April. passionem CHRISTI factam esse. Reuera autem uelut ex multa certitudine cognouimus, die ante decimam tertiam Calen. Apriles Saluatorem passum esse, accepimus. Quidam die ante decimam Calen. April. asserunt. Sed & hi à proposito exciderunt. Vereor autem de his sermonem longius extendere. Nam multa sunt quæ dicere possimus. Nam ubi legislator Moses totam legem compleuit, negocio ex Deo accepto, in ultimo libro Deuteronomij omnes maledictiones ponit, non solum de paschate, sed etiam de circumcisione, & decimatione & oblationibus. Quare si unam maledictionem effugerunt, in multas seipsos immiserunt. Comperientia enim maledicti, quum non circumcidantur: maledicti non decimantes: & maledicti non in Hierusalem offerentes: Et ô multos homines in multas nugas, seipsos immittentes. Reuera enim prudens illud Ecclesiastæ dictum dicere licet, quod ex Spiritu sancto nobis promulgatum est. Deus fecit hominem rectum, ipsi uero inquisiuerunt sibi ipsis uias multas. Vnde enim non corruit ipsorum opinio? Primum enim si decimaquarta die pascha agunt, opus habent ouem accipere à decima, & ipsam seruare usq; ad decimam quartam. Et non amplius una dies ieiunij erit, sed quinq; : decima, undecima, duodecima, decima tertia, decima quarta. Si uero ad uesperam immolatum fuerit pascha, eadem decima quarta illucescens, sex dies perficiet in ieiunio, & non amplius una erit ieiunij dies, & concidit ipsorum de una die quæstio, quæ non una aliqua est, habet enim primitiua extraria coniuncta. Et non modicum damnum in hoc negocio incurrunt. Oportebat enim CHRISTVM in decimaquarta die immolari secundum legem, ut deficiat apud ipsos lumen, quod illuminat ipsos secundum legem, orto sole & lunę splendorem uelante. A decima quarta enim & infra luciditas lunæ perit: Sic & in lege à CHRISTI aduentu ac passione, Iudaica synagoga obscurata est. Resplenduit autem Euangelium non dissoluta lege, sed impleta: non abolita figura, sed declarante ueritatē. Sic enim & in eo, quod in Hiericho fecerunt paschate, statim intulit diuina scriptura dicens: Et comedebant in Galgalis, & defecit Manna: præcontestans ipsis ac uaticinans diuina scriptura, quòd per passionem Domini propter ipsorum abnegationem Dei, deficiet apud ipsos esus Euangelicus ac cœlestis, quòd Manna apud ipsos uocatum est. Cæterum sancta Dei Ecclesia undiquaq; de sacræ huius disciplinæ utilitate, connexionem colligens, à ueritate non excidit. Vtitur enim non solum decimaquarta, sed etiam septima, ordine septem sabbati dierum secundum circuitum reuoluto, ut secūdum ea, quæ à Domino facta sunt secundum exemplar, sit resurrectio & conuiuium. Et utitur non solum decimaquarta lunæ, sed etiam cursu solis: ut ne uno anno duo pascha facientes, in altero neq; unum pascha perficiamus. Quapropter obseruamus quidem decimam quartam, transgredimur autem æquinoctium, & ferimus in sanctam dominicam, finem complemēti. Accipimus autem ouem à decima, nomē IESV per iota, denarij notam agnoscētes, ut ne lateat quid nos, de tota ueritate uitalis huius paschatis & Ecclesiastici ac ueri negocij. Præteribo autem & hanc inflationem Beonis siue Physali serpentis, per CHRISTI uirtutem signatus, & ad sequentes sectas mentem adhibebo, Deo pro consueto nostro more in auxilium inuocato.

CHRISTVS xiiij. Calen. April. passus est.

Manna quid sit.

Paschatis in Ecclesia rati.

Physalus seu Beon serpens.

Contra hæresim quæ non suscipit Euangelium Ioannis, & Apocalypsim, quam dementium & brutorum appellauerunt. LI.

Consequenter post has hæreses Phrygas scilicet, & Quintillianos ac Tessarę-
scędecatitas, alia hæresis mũdo exorta est, uelut reptile debile non potens re-
sistere ad odorem dictamni, aut styracis, aut libanotidis, aut abrotoni, aut bitumi-
nis, aut thymiamatis, aut lapidis Gagatæ, aut cornucerui. Dicunt enim hi, qui hæc
in consuetudine habuerunt & experientia cognouerunt, fugare has species, repti-
Dictamni appellatio. lia & uenenum iaculantia. Et dictamnum quidam uocant ab eo, quod medici hac
utuntur, ad parientium mulierum auxilium. Quare à nobis meritò assimilatur
Deo Verbo, qui ex supernis uenit è cœlestibus ex patre, sine tempore & sine prin
cipio genitus. Dicit enim Solomon de insipiente & mala muliere, quod odio ha-
bet doctrinam sinceram. Sic etiam hi firmam prædicationem odio habent, quum
» sint terreni, & cœlestia auersantur. Vnde timete uocem Sancti Spiritus dicentem:
» Vox Domini perficiens ceruos: eius uidelicet, qui dixit seruis suis & Apostolis:
Ecce dedi uobis potestatem calcandi super serpentes & scorpios, & super omnem
uirtutem inimici. Hæc enim erat uox quæ perficit ceruos, & data est in mundum
per sanctos Apostolos ac Euangelistas, ut conculcent contrarietatem diaboli. Et
quorum numero sanctus Ioannes acerrimè institit, ac redarguit uim erroneorum
& serpentis formam habentium. At nihil possunt tales in arca. Iubetur enim san-
ctus Noe iuxta Domini uerbum munire ipsam, uelut inquit ad ipsum, bitumine
» oblines ipsam intrinsecus ac forinsecus, ut ostendat speciem sanctæ Dei Ecclesiæ,
quæ bituminis uim habet fugantem horrenda & pernicioſa reptiliformia dog-
mata. Vbi enim suffitur bitumen, non poterit stare serpens. Soporem enim his in-
ducit ac torporem sacer styracis suffitus, & deuitant huius odorem. Idem præstat
& Libanotidis facultas, contra ipsum serpentem producta, & supra latibulum
ipsius exorta. Vbi enim CHRISTVM ex affrictu nudum hominem prædica-
uit, Ebion & Cerinthus, & complices ipsorum, in Asia inquam, Illic Spiritus
sanctus produxit mundo hanc sanctam herbam, siue fruticem fugantem serpen-
tem, & diaboli tyrannidem destruentem. Illic enim sanctus Ioannes post ætatem
senectam, iubetur à Spiritu sancto prædicare, & reflectere errantes in uia, non co-
actè, sed ex uoluntate, credentibus lucem Dei reuelans, quæ est in sancta Dei
doctrina. Verum usquequò extendo sermonem? Equidem qui manet ubi cre-
scit abrotonum, illic non amplius manet neque nidulatur serpens: Et ubi est
uera Dei doctrina, illic non habebit domicilium reptiliformis doctrina, sed pe-
rit. Dicũt itaque Alogi, id est bruti illi, & uerbo carentes. Hanc enim appella-
tionem ipsis impono, Ab hac enim die sic uocabuntur, & sic ipsis, ò charissimi,
Alogi cur dicti. nomen imponimus, ut uidelicet Alogi uocentur: habuerunt enim sectam li-
bros sancti Ioannis reijcientem. Quandoquidem enim Verbum non suscipiunt
à Ioanne prædicatum, Alogi id est sine uerbo appellabuntur. Quum itaq; pe-
nitus alieni sint à uerbi prædicatione, puritatem prædicationis ueritatis negant,
& neq; Ioannis Euangelium, neq; Apocalypsim admittunt. Et si quidem suscepis-
sent Euangelium, Apocalypsim uero reiecissent: dixissemus utiq;: Nũquid iuxta
exactam rationem hoc faciunt, Apocryphum non admittentes, propter ea quæ in
Apocalypsi profundè ac obscurè dicta sunt? Quando uero non suscipiunt natura
libros à sancto Ioanne prędicatos: manifestum est omnibus, quod hi & similes his
» sunt, de quibus sanctus Ioannes in catholicis epistolis dixit. Nouissimum tempus
» est, & audiuistis quod Antichristus ueniet, & tunc ecce Antichristi multi, & cæt.
Prætexunt enim hi se uereri cõtradicere sancto Ioãni, eò quod sciunt ipsum in nu-
Ioannis Euangeliũ, Cerinthi esse putatum est. mero Apostolorum esse, & à Domino dilectum, qui pro dignitate mysteria reue-
lauit, & supra pectus Domini recubuit: et ideo alio modo ipsa subuertere cõnan-
tur. Dicunt enim non esse ipsa Ioannis, sed Cerinthi, & indigna esse ipsa Ecclesia,

& ab ipsa statim aggressione redarguuntur, neq; quæ dicunt intelligentes, neq; ea de quibus affirmant. Quomodo enim erunt Cerinthi, quæ contra Cerinthum dicunt? Cerinthus enim recentem & nudum hominem CHRISTVM habet. Ioannes autem semper existens, uerbum prędicauit, & ex supernis uenisse ac incarnatũ esse. Ab ipsa itaq; aggressione confutata est, uana horum calumnia, quæ stultitia quædam est, & non intelligit unde redarguitur. Videntur enim sibi etiam ipsi æqualiter nobiscum credere, quum autem non teneant certam prædicationem, per sanctum Ioannem nobis ex Deo traditam, comperientur redargui in his, quę ignorant, quomodo uidelicet circa ueritatis cognitionem se efferunt. Et si modo uoluerint resipiscere & considerare, cognoscẽt. Nos enim doctrinas à sancto spiritu memorabiliter & securè ac certò existentes non reiecerimus. Dicunt enim contra seipsos, Neq; enim dixerim contra ueritatem, quòd libri ipsius non concordent cum reliquis Apostolis. Et uidentur deinceps accusare sanctam & diuinitus inspiratã doctrinam. Et quid inquiunt dicit? In principio erat uerbum, & uerbum erat « apud Deum, & Deus erat uerbum. &, Verbum caro factũ est, & habitauit in nobis. Et uidimus gloriam eius, gloriam uelut unigeniti à patre, plenum gratia & ue- « ritate. Et statim Ioannes testatur ac uociferatur dicens. Hic est quem dixi uobis. « &, Hic est agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Et deinceps dicit, Et dixerunt ad « ipsum qui audiuerunt, Rabbi ubi habitas? Et statim eodem loco, postera die uo- « luit exire in Galilæam, & inuenit Philippum, dicit ei IESVS, Sequere me. Et po- « stea paulò ulterius dicit, Et post tres dies nuptię factæ sunt in Cana Galilææ, & uo « catus est IESVS ac discipuli eius ad nuptias. Et erat illic mater ipsius. At reliqui E- « uangelistæ dicunt ipsum in deserto fuisse quadraginta diebus ac tentatum esse à diabolo, & tunc reuersum esse, & discipulos assumpsisse. Et non sciunt illi nulla in telligentia prædi- ti, quod unicuiq; Euangelistæ curæ fuit, ut consonè loqueretur quæ ab alijs fuerunt dicta. Imò ut ab alijs relicta sic reuelaret. Non enim erat ipsorũ uoluntas, sed ex Spiritu sancto doctrina ac consequentia. Si enim hunc repræhendere uolunt, discant quod alij tres non ab ipsa consequentia auspicati sunt. Matthæus enim primus incepit Euangelium annunciare. Huic enim erat commissum ac impositum, ut Euangelium prędicaret ab initio. uelut etiam in alia hęresi de hoc perlongum diximus. Neq; uero nobis molestum erit de ijsdem rursus tractare, ad declarandam ueritatem, & erroneos illos confutandos. Hic itaq; Matthæus Euangelium suscipere dignus iudicatur, & iustissimum hoc erat. Oportebat enim à multis peccatis conuersum, & à telonio digressum, in exemplum nobis futurorum saluari, ab eo qui ob salutem generis humani uenit ac dixit, Non ueni uocare iustos, « sed peccatores ad pœnitentiam: & ex telonio educto atq; ab iniquitate conuerso, salutis prædicationem exhiberi, quo ab ipso discerent homines, aduentus benignitatem. Nam post remissionem peccatorum, largitus est ipsi etiam suscitationẽ mortuorum, & mundationem lepræ, & uirtutes sanationum, & fugationem dæmonũ, ut non solum per uerbum persuaderet audientes, sed etiam per ipsum opus. Ita ut prædicaret Euangelia perditis, quoniam inuenientur per pœnitentiam: Et lapsis, quod resurgent, & mortuis quod uiuificabuntur. Et hic quidem igitur Matthæus Hebraicis literis scribit Euangelium, & prædicat, & incipit nõ ab initio, sed recenset genealogiam ab Abraã. Abraam, inquit, genuit Isaac, Isaac aũt genuit Iacob, & « cætera, usque ad Ioseph & Mariam. Et ab initio ponit dicens. Liber generationis « IESV CHRISTI filij Dauid: deinde inquit, filij Abraam. Deinde progressus ad « ipsum quæsitum ait. IESV uero CHRISTI natiuitas sic erat. Quum desponsata « esset mater eius Maria Ioseph, priusquam congressi essent, inuenta est in ute- « ro ex Spiritu sancto. Et quum Ioseph iustus esset, quærebat dimittere ipsam « clanculum.

Euangelistarũ consonantia.

Matthæi Euangelij ratio.

» clanculum. Et ecce Angelus Domini apparuit ipſi in ſomnis dicens . Ne dimittas
» uxorem tuam, quod enim in ipſa eſt ex Spiritu ſancto eſt. Ecce enim pariet filium,
» & uocabis nomẽ eius IESVM. Hic ſaluum faciet populum ſuum à peccatis, & hoc
» inquit, factum eſt ut impleretur id quod dictum eſt à Domino per prophetã dicen
» tem. Ecce uirgo in utero habebit, & cætera. Et excitatus inquit, à ſomno Ioſeph ſic
» fecit, & aſſumpſit uxorem ſuam, & non cognouit ipſam, donec peperiſſet filium ſu
» um primogenitum, & uocauit nomen eius IESVM. Quum autẽ natus eſſet IESVS
» inquit, in Bethleem Iudææ, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente accelſe
» runt Hieroſolyma dicentes, ubi eſt qui natus eſt rex Iudæorum? Vidimus enim
ſtellam ipſius in oriente, & uenimus ut adoremus ipſum. Vbi igitur eſt negotia
um Zachariæ? Vbi ea quæ à Luca tractata ſunt? ubi uiſio angeli? ubi prophetia
Ioannis Baptiſtę? Vbi Zachariæ obiurgatio? Vbi non potuiſſe ipſum loqui, do
nec facta eſſent quæ ab Angelo dicta fuerant? Vbi quæ à Gabriele ad uirginem
dicta ſunt? Vbi declaratio certitudinis Mariæ quæ cum prudentia Angelo re
ſpondit, ac interrogauit dicens: Quomodo erit hoc, quoniam uirum non cogno
ſco? Et pura illa narratio cum ſinceritate quod dixit ad ipſam. Spiritus ſanctus ſu
perueniet in te, & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi? Quid igitur dicemus? Quan
doquidem non annunciauit Matthæus quæ à Luca relata ſunt, ergo diſcors fuerit
ſanctus Matthæus à ueritate? Imô non uera dicit ſanctus Lucas , quum dixerit de
primis à Matthæo non tractatis? Nonne unicuicq; diuiſit Deus , ut quatuor Euan
geliſtæ debentes prædicare, inueniant ſinguli quod faciant? & aliqua quidem con
ſonè ac æqualiter prædicent, ut oſtendantur ex eodem fonte procedere: aliqua ue
ro unicuicq; relicta alius narraret, qui accepit à ſpiritu partem proportionis. Quid
autem faciemus? quum Matthæus quidem prædicet in Bethleem Mariam pepe
riſſe, iuxta genealogias quæ ſunt apud ipſum, ab Abraam & Dauid tradẽs CHRI
STI in carnem aduentum, Quomodo non reperitur ſanctus Marcus hæc tradere,
ſed à negocio in Iordane introductionem Euangelij facit, & dicit. Initium Euange
» lij ſicut ſcriptum eſt in Eſaia propheta, Vox clamantis in deſerto . Sic etiam quæ à
ſancto Ioanne tractata ſunt, & in Spiritu ſancto munita ſe habent. Curam enim ha
buit, ut ne de ſæpe iam prædicatis diceret, ſed de neceſſarijs ab alijs relictis. Vniuer
ſa enim Euangelij doctrina talem modum habuit. Quum enim Matthæus prædi
caſſet CHRISTVM genitum, & ex Spiritu ſancto conceptum, & ſemine Dauid &
Abraam ſecundum carnem diſpenſatum: error quibuſdam accidit qui non intel
lexerunt: non Euangeliſta ipſis cauſſa exiſtente, ut errarent, ſed ipſorum errones
mente, ut declararent certitudinẽ eorum quæ ex Euangeliſta per malam opinionẽ
excogitauerũt. Hinc enim Cerinthus & Ebion nudum hominem aſſerebant. Item
Merinthus, & Cleobius ſiue Cleobulus , & Claudius , & Demas, & Hermoge
nes, qui dilexerunt hunc mundum, & uiam ueritatis reliquerunt. Contradicentes
enim diſcipulis illo tempore, ex genealogia ſecundum Abraam & Dauid ſuã de
mentiam confirmare conabantur: non recte quidem putantes, uerum hinc occaſi
onem & prætextum uenãtes. Contradixit enim ipſis ſæpe ipſe ſanctus Ioannes &
comites ipſius Lucius ac alij multi. Verum impudentia quæ frontem ſuam perfri
cuit, ſibijpſi mala attrahere conata eſt. Statim porrò poſt Matthæum inſequutus
eſt Marcus, iuſſus à ſancto Petro Romæ Euangelium edere, & ubi ſcripſiſſet, mit
titur à ſancto Petro in Ægyptiorum regionem. Hic autem unus erat de ſeptuagin
ta duobus diſperſis ob uerbum quod dixerat Dominus: Niſi quis ederit meam
carnem, & biberit meum ſanguinem, non eſt me dignus : uelut Euangelij uer
ba legentibus clare indicatur : tamen per Petrum reuocatus dignus euadit im
pleri Spiritu ſancto & Euangelium tradere . Incipit autem inde prædicare,

Impudentia frontẽ perfricuit.

Marci Euangelij ratio.

unde

unde ſpiritus ipſum iuſſit, initium faciens à decimo quinto anno Tiberij Cæſaris, poſt annos triginta à tractatione Matthæi. Quum autem eſſet ſecundus Euangeliſta, & non clare de deductione Dei uerbi ex ſupernis indicaſſet, ſed penitus quidem ſignificanter, non tamen iuxta tantam claritatem: contigit prædictis iterum obtenebratio mentis, ut non fierent digni illuminatione Euangelij, dicebantq́, Ecce ſecundum Euangelium quod de CHRISTO ſignificat, & nuſquam ex ſupernis generationē dicit, ſed ait, In Iordane deſcendit ſpiritus ſuper ipſum, & uox, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum eſt. Quando uero hęc ſic in talibus ſtolide fierent, cogit Spiritus ſanctus & compungit ſanctum Lucam, uelut ab altiſſima profunditate, iuxta intelligentiam deceptorum proferre, & ab alijs relicta rurſus adijcere, ut ne quis erroneorum putaret fabuloſe ipſum generationem enarrare, deinde ſublimem ſermonem facit. Verum propter exactam certitudinē tenuiter totam rem exponit, & ad confirmationem ueritatis, teſtes eos qui miniſtri uerbi fuerunt introducit dicens, Quandoquidem multi aggreſſi ſunt, ut aliquos quidem aggreſſores oſtenderet, Cerinthum inquam, & Merinthum atq; alios. Deinde dicit, Viſum eſt & mihi cōſequenter, ubi perueſtigaſſem ex his qui ab initio ipſi uiderunt ac miniſtri uerbi fuerunt, ſcribere tibi optime Theophile (ſiue ſanè Theophilo cuidam tunc ſcribens, ſiue omni homini Deum diligēti) de eorum uerborum in quibus inſtructus es certitudine Et inſtructionem quidem præpoſi tam dixit, ut iam ab alijs quidem inſtructus fuerit, non autem certò ab ipſis didicerit. Deinde certitudinem dicit, Erat in diebus Herodis regis, ex familia Abia pontificis, ſacerdos quidam nomine Zacharias, & uxor ipſius ex filiabus Aaron, cui nomen Elizabet. Et incipit ante Matthæum. Matthæus enim indicauit triginta annorum tempus ab initio, Marcus uero poſt triginta annos poſuit negotium in Iordane factum in ueritate, ſimiliter ut Matthæus & Lucas. Matthæus uero à triginta annorum tempore, ante negotium baptiſmatis in Iordane narrationem fecit, Lucas autem ante tempus priuſquàm conceptus eſſet Saluator in utero, à ſex menſibus tempus indicauit, & rurſus à nouem menſibus ac paucis diebus conceptionis Domini, ut ſit uniuerſum tempus annus unus & triginta ac ultra. Narrat autem & paſtorum, per angelos qui annunciauerunt, Dei uiſionem. Et quod natus eſt in Bethleem, & faſcijs inuolutus in præſepi, & octaua die circumciſus eſt, & in quadraginta diebus oblationes ſecundum legem pro ipſo fecerunt. & quod Simeon in ulnas ipſum ſuſcepit, & quod Anna filia Phanuel confitetur. Et quod ex Nazaret abierit in Hieroſolyma unà cum parentibus faci-
entibus ſecundum legem. Quorum nihil tractatum eſt Matthæo, neq; Marco, imò neq; Ioanni. Vnde etiam aliqui ex Græcis philoſophis, Porphyrius inquam, & Celſus, & Philoſabbatius ex Iudæis oriundus, horrendus ac fraudulentus ſerpens, ſubuerſionem Euangelicæ tractationis molientes, ſanctos Euangeliſtas accuſant, animales ac carnales exiſtentes, & ſecundum carnem militantes, & ad com placentiam Dei impotentes, & quæ ſpiritus ſunt non intelligentes. Vnuſquiſq; enim ſermonibus ueritatis offenſus, propter ignorantiæ in ipſo cæcitatem, in hoc impingentes dixerunt, Quomodo poteſt eadem dies eſſe natiuitatis in Bethleem, & circumciſionē habere octaua die, & per quadraginta dies ad Hieroſolyma aſcenſum, & ea quæ à Simeone & Anna in ipſum facta ſunt? quādo in nocte in qua natus eſt, apparuit ipſi, inquit, Angelus, poſt Magorum aduentum qui uenerunt ut adorarent ipſum, & aperuerunt peras ſuas & obtulerūt ipſi uelut dicit, Apparuit ipſi, inquiunt, angelus dicens, Surge, accipe puerum & uxorē tuam, & abi in Ægyptum, quia Herodes animam pueri querit. Si itaq; in ea nocte in qua natus eſt aſſumptus eſt in Ægyptum, et illic erat uſquequo mortuus eſt Herodes: unde eſt qđ manſerit,

Lucæ Euangelij ratio.

Philoſophi Græci ex Euangeliſtis offenſi.

manserit,& octaua die circumcisus sit? Aut quomodo post quadraginta dies repe-
ritur Lucas mentiens (sic dicunt,contra suum ipsorum caput blasphemantes)
quod dicit, In quadragesima die obtulerunt ipsum in Hierusalem,& illinc in Na-
zaret? Et non nouerunt illi ignorantia occupati sancti Spiritus uirtutẽ. Vnicuiq;
enim Euangelistæ datum est, ut quæ in ueritate in singulis temporibus, tempo-
rumq; momẽtis impleta sunt,enarrarit. Et Matthæus quidem,ubi recensuit quod
natus est in Spiritu sancto,& quod conceptus est sine semine uiri,nihil de circum-
cisione dixit,neq; quicq; ex his quę facta sunt circa ipsum ante duos annos: sed ex-
ponit aduentum Magorum,uelut attestatur nobis uera Dei doctrina,interrogan-
te Herode à Magis tempus,declarabat ipsum exortæ stellæ ac Magorum respon-
sio,à duobus annis ac infra. ut non sit hoc tempus,de quo Lucas tractauit. Verum
Lucas ante duos annos facta narrat,Matthæus uero ubi dixit natiuitatem, transi-
liuit ad biennale tẽpus,& indicauit quæ facta sunt post duos annos. Quapropter
& Herodes animaduertens hoc,postq; reuersi essent Magi per aliam uiam, puta-
uit in multitudine puerorum etiam ipsum natum inuentum iri, & cum ipsis occi-
sum iri. Iussit enim omnes pueros in finibus Bethleem occidi, à duobus annis &
infra,usq; ad diem in qua Magi apud ipsum fuerant. Hinc uero cui non appareat,
Magorum aduentus quãdo. quod quando uenerunt Magi,duos annos puer natus erat? Nam & ipsa tractatio
omnem certitudinem declarat. Lucas etenim dicit,Fascijs inuolutum esse puerum
recens natum,& iacuisse in præsepi & in spelunca, eo quod non esset locus in di-
uersorio. Erat enim tunc descriptio, & qui dispersi erant à tempore bellorũ in
Maccabæis factorum,per omnẽ terram dissipati erant,& pauci omnino mansere
in Bethleem habitantes. Quare in quodam exemplari Euangelistarum appella-
tur ciuitas Dauid, in alio uero pagum ipsam uocant, eo quod ad modicam terram
deuenerit. Quando autem factum est edictum regis Augusti, & necesse habebant
ut uenirẽt dispersi ipsorumq; genera,uenerũt ad locum ut describerentur affluen-
tes populi multitudinis,& impleuerunt locũ. & non erat locus in diuersorio pro-
pter frequentiam. Postea uero facta descriptione abijt unusquisq; eò ubi habita-
onem habebat. quare & amplitudo in terra fuit. Proficiscentes autem memora-
gratia eorum quæ illic facta fuerant, primo anno perfecto, & secundo impleto,ue-
nerunt parentes illuc à Nazaret,uelut ad conuentum hunc. Quare & Magorum
aduentus contigit circa talem casum,ita ut non æqualis fuerit tunc habitatio Ma-
riæ & Ioseph,ei quæ apud Lucam propter descriptionem relata est. Non enim ue-
» uenerunt Mariam in spelunca,ubi peperit. Sed uelut Euangeliũ habet, Deduce-
bat,inquit, ipsos stella usq; ad locũ ubi erat puer,& ingressi in domum inuenerũt
puerum cum Maria: non amplius in præsepi,non amplius in spelunca,sed in do-
mo. ut cognosceretur ueritatis certitudo,& temporis duorum annorum spatium,
ex quo natus est donec accesserunt Magi. Et in illa nocte post duos natiuitatis an-
nos,uisus est Ioseph Angelus,& dixit ut assumeret puerum & matrem in terram
Ægypti. Quapropter non amplius reflectit Ioseph in Nazaret,sed aufugit cum
puero & matre in Ægyptum,& alios duos annos isthic transigit. Et sic rursus An-
gelus post Herodis obitum, reuerti iubet eundem in Iudæam. Tricesimo tertio
Temporis circa CHRISTI *natiuitatem ratio.* enim anno Herodis nascitur CHRISTVS Dominus. Tricesimo quinto uenerunt
Magi. Tricesimo septimo mortuus est Herodes. Et successit Archelaus filius ipsi-
us in regnum,qui regnauit annis nouem,uelut in alijs locis à me dictum est. Discef-
sit igitur ubi audiuisset de Archelao, & digressus habitauit in Nazaret, & illinc
rursus quotannis ascendebat Hierosolyma. Vides,quanta sit certitudo in diuinis
Euangelijs de unaquaq; re? Illi uero ignorantia ducti,occæcata mente sua non no
uerunt finem uniuscuiusq; sermonis, sed simpliciter cõtra sanctos efferũt os suum,

& laxan

& laxant linguam, nihil dicentes in ueritate, sed seipsos à uita abalienãtes. Hinc igitur Lucas postquam exposuit prima, rursus dicit quomodo in duodecimo anno ascẽdit ad Hierosolyma: ut ne relinquat locum his qui putauerunt ipsum simpliciter uirũ perfectum in mundo apparuisse, & in Iordanem ad Ioannem uenisse, uelut traditum est à Cerintho, & Ebione, atq; alijs. Horrẽdus enim serpens obliquè incedẽs, in una sententia permanet, uerum alijs quidẽ uidetur ex affrictu ac semine uiri genitus esse, alijs uero simpliciter homo apparuisse. Quapropter exacte omnia exponẽtes sancti Euangelistæ, certam rationem persequuntur. Et Lucas ex natura uelut ab infernis ac superna erigens mentem dicit: Erat autem IESVS incipiens esse annorum fermè triginta, filijs existens uelut putabatur Ioseph. At putari, nõ uerè est. sed in loco quidem patris erat Ioseph, eo quod sic Deo uisum fuit. Nõ autem erat pater, qui non ad Mariam coniunctionem habuit. Aut solum uir uocatus est eo quod desponsatus fuit, quum senex esset annorum plus minus octoaginta, & filios haberet sex, ex prima sua uera uxore: hãc autem solum propter dispensationem mysterij accepisset, uelut etiam alibi exactius de hoc recẽsui. Quomodo igitur is qui coniunctionẽ non habuit, pater ipsius fuit, quod impossibile est? At dices mihi, quomodo igitur uir ipsius uocatus est, si non hanc habuit? Cæterum qui de his ambigit, ignorat quę sunt in lege, quod nominatur uxor uiri, & siue uirgo fuerit, siue adhuc in domo patris existit, nomine solum talis uxor dicitur. Ea de causa sanctus Angelus dicit: Ne timeas accipere uxorem tuam. Et ut ne quis putet errorem esse in Euangelijs, admirandum enim est mysterium, & narratio super hominis captum. uerum solis filijs sancti Spiritus leuis est tota ac illiminata. Erat igitur annorum fermè triginta, uelut putabatur filius Ioseph, qui fuit filius Eli, qui fuit Matthа. Et subducit generationem ad Abraam, unde etiam Matthæus incepit. Transcendit autẽ Noë, & uenit ad Adam: ut eum qui primus formatus est quæri indicaret, per eum qui de massa ipsius uenit, hoc est de sancta uirgine Maria. Venit enim propter illum olim formatũ, & propter eos qui ab ipso geniti sunt, uolentes uitam æternã possidere. Transgressus autem ipsum Adam, dicit qui fuit Dei. Hinc ergo manifestatio facta est, quod Dei quidem filius erat, uerum per semen Adam iuxta successionem in carne accessit. At rursus non habuerunt illuminationem erronei illi, sed cõtradixerunt sermoni, seipsos seducentes super ueritatem. Dixerunt autem, Ecce tertium Euangelium id quod est secundum Lucam: hoc enim demandatum fuit Lucæ, qui & ipse unus de septuaginta duobus ob sermonem Domini dissipatus fuit, uerũ per sanctũ Paulum rursus ad Dominum reflexit, qui & Euangelium ipsi prædicare cõmisit. Et prædicat quidem primum in Dalmatia ac Gallia, & in Italia ac Macedonia. Principiũ autem in Gallia fuit, uelut etiam de comitibus quibusdam ipsius, in epistolis suis idem sanctus dicit, Crisces inquit, in Gallia. Non enim in Galatia, uelut quidam decepti putant, sed in Gallia, legendum est. Verum ad propositum deueniam: Quum protulerit Lucas genealogias ab imis ad superna, & indicationem fecerit aduentus Dei uerbi ex supernis, simulq; coniunxerit ipsum carnali ipsius dispensationi, ut auerteret ab erroneis ac seductis errorem: illi non intellexerunt. Quapropter cogit sanctus Spiritus Ioannem, recusantem Euãgelium annunciare ob metum & humilitatem, in senecta ipsius, post nonaginta annos uitæ eius, post reuersionem ipsius à Pathmo, quę facta est sub Claudio Cęsare, postquam multos annos in Asia transegisset, Euangeliũ exponere. Et non erat ipsi opus de Incarnationis negocio per longum tractare. Iam enim munitus erat is locus. Sed uelut à tergo quorundam incedens, & uidens ipsos ulterius progredientes, & ad asperiora seipsos exponentes, & in auia ac spinosa: reuocare ipsos in rectam uiam cogitauit, & ipsis prędicare constituit, & dixit, Quid erratis? quo uertimini? quo seducimini tu Cerinthe & Ebion & alij, non est ita ut putatis. Certe genitus est CHRISTVS secundum carnem, manifestum id est. Ecce enim ipse cõfiteor, quod Verbum

Ioseph qui uir fuerit.

Lucas ubi prædicarit.

Ioannis Euangelij ratio.

caro factum est. At nõ ex quo caro factus est, putaueritis eundem esse. Non est enim
à temporibus Marię solum, uelut unusquisq; nostrum ex quo natus est, existit, uerum
priusquam natus est, non est. At sanctus Deus Verbum filius Dei CHRISTVS Do
minus noster IESVS, non est à temporibus Mariæ solum, neq; à temporibus Ioseph
solum, neq; Eli, neq; Leui, neq; Zorobabel, neq; Salathiel, neq; Nathan, neq; Dauid,
neq; à Iacob, neq; ab Isaac, neq; à temporibus Adam, neq; Noë, neq; Abraam, neq;
à quinta die, neq; à quarta, neq; à tertia, neq; à secunda, neq; ab eo tempore ex quo cce
» lum & terra facta sunt, neque à quo mundus fuit. Sed in principio erat Verbum, &
» Verbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Omnia per ipsum facta sunt, &
» sine ipso factum est nihil, quod factum est, &c. Et Verbum caro factũ est, & habitauit
» inter nos, Et uidimus ipsum. Deinde, Erat homo missus à Deo, cui nomen Ioannes,
» hic uenit in testimoniũ ut testaretur de luce, ut omnes crederent per ipsum. Non erat il
» le lux, sed ut testaretẽ de luce. Erat lux uera quæ illuminat omnem hominẽ uenientem
» in mundũ. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus ipsum nõ cog
» nouit. In propria uenit, & sui ipsum nõ receperunt. Quotquot aũt receperunt eum, de
» dit eis potestatẽ filios Dei fieri, qui nõ ex sanguinibus & carne, sed ex Deo nati sunt. Et
» Verbum caro factũ est inquit, & habitauit inter nos. Ioãnes testatur & clamat dicens:
» Hic erat quem dixi uobis. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus. Et dicit, Non
» sum ego CHRISTVS, sed uox clamantis in deserto. Et quũ recensęt hæc omnia di
» cit, Hæc in Bethabara facta sunt. In alijs uero exemplaribus, in Bethania habetur, trãs
» Iordanẽ. Et postea ostendit quod dixerunt ipsi discipuli Ioannis, Rabbi ubi habitas?
» Ipse uero dixit, Venite & uidete. & abierunt, & apud ipsum mãserunt die illa, hora au
» tem erat fermè decima. Erat Andreas frater Simonis Petri unus ex duobus qui sequã
» ti sunt ipsum. Repperit hic primus fratrẽ suum Simonẽ, & dicit ipsi: Inuenimus Mes
» siam, quod interpreteris CHRISTVM, id est unctũ. Hic duxit ipsum ad IESVM. In
» tuitus autẽ ipsum IESVS dixit, Tu es Simon filius Iona, tu uocaberis Cephas, quod
» interpreteris Petrus, id est lapis. Postera die uoluit IESVS exire in Galilęam, & repe
» rit Philippum, & dicit ipsi IESVS, Sequere me. Erat autem Philippus à Bethsaida,
» ciuitate Andreę et Petri. Repperit Philippus Nathanaël, & dicit ipsi: Quẽ scripsit Mo
» ses in lege & prohetæ, inuenimus IESVM filium Ioseph à Nazaret. Et dixit ipsi Na
» thanaël, Ex Nazaret potest quid boni esse? dicit ei Philippus: Veni & uide. Quũ auteꝫ
» uidisset IESVS Nathanaël ueniẽtem ad ipsum, dicit de ipso: Ecce uerè Israëlita in quo
» dolus non est. Dicit ei Nathanaël, Vnde me nosti? respondet IESVS & dixit ei: Ante
» quam uocaret te Philippus, quum esses sub fico uidebam te. Respõdit ipsi Nathanaël
» & dixit, Rabbi, tu es filius Dei, tu rex es Israël. Respondit IESVS & dixit ipsi, Quia di
» xi tibi, Videbã te sub fico, credis: maiora his uidebis. Et dixit ei, Amen amen dico uo
» bis, Videbitis cœlum apertum, & angelos Dei ascendentes ac descendentes super fi
» lium hominis. Et tertia die nuptię factæ sunt in Cana Galilææ, & cætera. Vt ostendat
post quadraginta dies tentationis, & post reditum ab ipsa tentatione, et profectionem
ad Nazaret & Galilæam, uelut alij tres Euangelistæ dixerunt, rursus ad Iordanem ip
sum uenisse: uelut etiam ex sermone Ioannis ostendetur, qui sic dixit: Quando uidit ip
» sum uenientem ad se postera die dixit, Ecce agnus Dei qui tollit peccatum mundi. Et
» rursus alia die ut uidit ipsum ambulantem dixit: Hic est de quo dixi uobis, qui post me
» uenit, & ante me fuit, quia prior me erat. Et testificatus est inquit, Ioannes dicens: Vidi
» spiritum in specie columbæ descendentem & uenientem super ipsum. At uero uox, te
stificatus est: &, Hic est de quo dixi uobis: uelut iam de alio atq; alio tempore præteri
to dicitur. ut ostendat non idem esse tempus hoc, illud baptismatis tempus, sed aliud
præter illud. Neq; enim statim à tentatione ad Ioannẽ peruenit, sed prius in Galilęam,
deinde à Galilæa ad Iordanem, hoc est ad Ioannem. Quapropter dicit: Hic est de quo
dixi

dixi uobis. Et Euangelium dicit, Et teſtificatus eſt Ioannes, Vidi ſpiritum deſcendentem: uelut iam ante aliquod tempus re illa facta. Poſt hæc principium uocationis Petri ab Andrea indicatur. Rediit enim ab ipſo Andreas unus ex duobus qui ſecuti fuerant ipſum, & diſcipuli quidem Ioannis erant, adhuc autem in Galilæa manebant, & per tempus Ioanni operam dabant. Et ſtatim ubi manſiſſet Andreas illa die, hora erat fermè decima, contigit ipſa die ut incideret ipſe in fratrem ſuum Simonẽ, & diceret prę dicta, nempe, Inuenimus Meſſiam, & adduceret ipſum ad Dominũ, & cætera. Et uelut habet cõſequentia quod dixit ipſi, Tu uocaberis Cephas. Et poſtera die uoluit exire in Galilæam, & inuenit Philippum, & dicit ipſi IESVS, Sequere me. Erat autem Philippus à Bethſaida, ex ciuitate Andreæ & Petri. Et uides quod nobis cogitandum dat, ex eo quod ex duobus qui ſequuti ſunt, & Ioannis quidem diſcipuli fuerunt, unius nomen dixit, quod uidelicet Andreas erat: alterius autem non dixit: hunc eſſe cuius nomen non dixit, propter eandem patriam, propter idem cõtubernium, propter eandem artem, propter idem opus: aut Ioannem aut Iacobum, unum ex filijs Zebedæi. Oportebat enim hos primum uocari. Poſtea Philippum iuxta conſequentiam uelut locatum eſt in Euangelijs. Petrus primus, deinde Andreas, deinde Iacobus, poſtea Ioannes, poſt hos Philippus. Verum de his in præſens dicere ſinamus. Multa enim eſt huius rei conſequentia. Ad id uero quod quæritur, reflectemus, quod cõſiderandum eſt, quemadmodum diſcipuli Ioannis et eius diſciplinæ addicti, ubi ſimiliter etiã apud IESVM primam diem fuiſſent, ſequenti digreſſi rurſus piſcaturæ uacabant, uelut reliquorum Euangeliorum conſequentiæ habent. Poſtquam enim poſtera die exiuit IESVS, ſtatim conſequentia dicit, Tertia die nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ. & erat illic mater IESV. Vocatus eſt autem & IESVS ac diſcipuli eius ad nuptias. Ex utriſq; autem uerbis ac tractationibus exacte conſideratis cognoſcere datur, quod etiam alios diſcipulos ſecum aſſumpſit, qui cum ipſo manſerant, Fortaſſis ipſum Nathanaël & Philippum & alios quoſdam. Nam Andreas et qui cum ipſo erant, ſeceſſerat. Qui uero apud ipſum manſerunt, uocati ſunt, etiam ipſi ad nuptias. Et poſtquam feciſſet hoc primum ſignum digreſſus in partes Capharnaum, illic habitauit. Et deinceps ſigna illic incipit facere alia: quando eum qui aridam habebat manum, ſanauit. Sed & ſocrum Petri, qui quidem à Bethſaida erat, uxorem autem à Capharnaũ duxerat, quum procul diſtarent interuallo hi loci. Hanc à febre ſeruauit, & ipſa curata miniſtrabat. Quare hæc eſt conſequentia. Et poſt hæc ubi ipſe rurſus reuerſus eſſet ad Nazaret, ubi educatus erat, tunc legit librum Eſaiæ prophetæ, ipſo de cætero præoccupãte ipſos ac dicente: Omnino dicetis mihi parabolã, Medice cura teipſum. Quæcunq; audiuimus ſigna facta in Capharnaũ, fac & hic in patria tua. Et uides quomodo eſt ueritatis conſequentiæ & nõ fecit inquit, propter incredulitatẽ ipſorũ quicq;. Et illinc digreſſus ad ciuitatẽ Capharnaum iſthic habitauit. Et digreſſus ad partes maris, uelut dicit Matthæus, Vidit Simonem Petrum & Andream fratrem ipſius mittentes retia: & rurſus Iacobũ & Ioannem filios Zebedæi, & perfecte ipſos uocauit, & abiectis de cætero retibus, ſecuti ſunt ipſum. Lucas uero etiam certitudinem rei ſignificat. Quapropter etiam ſequuti ſunt de cætero immutabili ſententia & non differentes uocationem, dicit autem, Vbi ueniſſet ipſe ad ſtagnum Genezaret, uidit Simonem & Andream reficientes retia, & aſcendit in nauem quæ erat Simonis inquit, Petri & Andreę. Hoc autem indicat, uelut ipſo iam noto inter ipſos exiſtente: Quapropter etiam ob conſuetudinem ipſum admiſerunt, & ubi conſcendiſſet nauim conſedit. Deinde dicit Petro poſt habitam doctrinam, duc in altum, & laxate retia ueſtra. Illi uero dixerunt, præceptor. Iam enim propter Ioannis teſtimoniũ, præceptorem ipſum uocabant, qui uidelicet de ipſo prius audierant, Ecce agnus Dei qui tollit peccatũ mundi, & propterea quod apud ipſum per diem mãſiſſent, & poſtera abiiſſent, deinceps in captura piſcium ipſum admirati ſunt,

Euangelicæ hiſtoriæ conſequentia & ordo.

et Petrus dixit, Discede à me Domine, quia homo peccator sum. Fortassis enim et poe-
nituit, eo quod prius ipse uocatus esset, & ad pisces redijsset, ac quæstum piscaturæ.
Ipse uero dixit, Ne metuas: cõfidentem ipsum faciens, quod non reiectus sit, sed in uo-
catione manere possit: quia inquit, Posthac homines capies. Quando etiam sodalibus
qui erant in altera naui, annuerũt ut uenirent in auxilium capturæ. Erant enim socij ue-
lut ait, Simonis: uelut etiam suprà à me indicatum est ex hac tractatione, quum duo se-
quuti sunt ipsum de discipulis Ioannis, ex quibus duobus alter erat Andreas, ita ut no
bis cogitandũ reliquerit Euangelista, alterũ esse unum ex filijs Zebedæi, propter ope-
ris & societatis cõmunitatem. Et deinceps post hęc omnia hi quatuor relictis nauibus
in terram sequuti sunt, uelut Lucæ testimoniũ habet. Quare penitus ostenditur quod
nulla obliquitas, neq; contrarietas, in sanctis Euangelijs, neq; in sanctis Euangelistis re-
peritur, sed omnia manifesta. Verum temporũ sunt distantiæ. Hinc enim deinceps Pe
tro & Ioanne cum suis, ipsi cõiunctis & sequentibus, docebat per totam Galilæam ac
Iudæam. & quum de cætero ampliaretur prædicatio, consequenter diuina signa perfi-
ciebat, ut sit omnino hæc consequentia. Primũ quidem baptizato ipso mensis Athyr
secundum Ægyptios, id est Nouembris duodecima, ante sextũ Iduum Nouemb. hoc
est ante sexaginta dies plenæ diei aduentus, quæ est dies natiuitatis ipsius secundũ car-
nem, uelut habet testimoniũ Euangelij secundum Lucam, Erat aũt IESVS incipiens
esse annorũ fermè triginta, filius existens uelut putabatur Ioseph. Erat enim reuera an-
norum uigintinouem, & mensiũ decem, quando ad baptismum uenit. Triginta qui-
dem annorũ, sed non plenus. Quapropter dicit, incipiens esse annorum fermè trigin-
ta. Hinc quadraginta dies tentationis, & duæ hebdomades, aut paulo amplius in Na-
zaret, à diebus tentationis, et prima dies apud Ioannẽ, itemq; secunda. Et rursus à Ioan
ne prima & secunda, quando secutus est ipsum Andreas, deinde Simon Petrus. Ex po
stera die, uelut diximus, & consequentia Euangelij habet, Philippi uocatio ac Natha-
naël, & deinceps tertia die nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, post prædictos duos
quod primũ signum est & complementũ triginta annorum à natiuitate aduentus ip-
sius in carne. In ipsa enim die natiuitatis suæ secundũ carnem, primum signum fecit
comperitur, mutatæ aquæ in uinum, quũ expleuisset triginta annos, uelut sæpe dixi, à
natiuitate & carnali suo aduentu, quemadmodũ suggerit nobis ut intelligamus ac com-
prehendamus ipsa Euangeliorũ certitudo ac consequentia. Et de cætero à primo hoc
signo, alia signa & prædicatio, & alia omnia completionis admirandæ ipsius ergaho-
mines benignitatis, & Euangelicæ miraculorũ editionis atq; doctrinæ, uelut sæpe di-
xi, & cogor sæpe dicere, propter erroneos illos, qui sibijpsis uenant quæ pertinent ad
incredulitatẽ, & ad contradicendum sancto spiritui, & admirabili Euangeliorũ consi-
quentia. Omnino eĩm aduersantes sancto Euangelio tanta certitudo anteuertet, quæ
declarat quod à baptismate principium fuit reliquæ tractationis, quæ sic se habet. Post
diem baptismatis, quomodo fuerit in tentatione per dies quadraginta in deserto, Ioan
ni scribere nõ curæ fuit. Iam enim hoc per Euangelistas indicatum erat. Et rursus alijs
Euangelistis de alijs scribere nõ fuit curæ, eo quod unusquisq; ab altero adiuuaẽ. & ue-
ritas ab omnibus collecta, una quædã esse ostenditur, & sibijpsi nõ cõtraria. Illic enim
statim à tentatione, uelut dixi, ad Nazaret uenit, & manet isthic, quũ nondum aliquis
discipulus cum ipso esset. Et illinc descendit ad Ioannẽ, quando mox per Andreã uo-
catur Petrus, deinde Philippus, & per Philippum Nathanaël. Neq; uero de hoc quis-
quam ambigens curiosius perscrutetur, quũ uideat quod Andreas primus obuiã ue-
nit IESV, deinde Petrus, et per ipsum uocatus est, neq; hoc ægrè ferre incipiat. Occa-
sus enim Andreæ primus contigit, quũ minor esset Petrus tẽpore ætatis. Postea enim
rursus quando perfecta renunciatio facta est, à Petro facta est, ipse enim fratrem suum
præcessit. Insuper autem & in hoc Deus est qui nouit uocationes cordiũ, & scit qui di-
gnus

Christus VII Idus Nouembris baptizatus est.

Primum signum Christus natali suo fecit.

gnus sit primo loco locari, & elegit Petrum ut dux esset suorum discipulorum, uelut omnino dare indicatū est. Postea uero uenerunt illi ad ipsum, et prima die manserunt, uelut dixi, secūda uero abierunt, Tertia autem die factum est primum diuinū signum, quum quidam discipuli cum ipso essent, non Andreas, nō Petrus, non Ioannes, nō Iacobus. Consequenter uenit in Capharnaū, & hinc reuersus est rursus in Nazaret. & illinc rursus in Capharnaum, & fecit quandam miraculorum partem, eius qui aridam manum habebat, & socrus Petri curationem. & reuersus est rursus in Nazaret, et legit librum Esaiæ. Et descendit rursus in Capharnaum, quando perfecta uocatio Petri & Ioannis facta est. Et sic uniuersa consequentia correspondet, nulla aduersitate existente, sed tota ueritate clarissima, & in ueritate prædicata. Dicunt enim sic alij Euāgelistæ. Quod fugerit à facie Herodis, & post fugam reuersus, permansit in Nazaret. & post Nazaret accepto baptismate abijt in desertū. Et postea reflexit, & postquā reflexit, incepit prædicare. At uero Euangelium Ioannis inquiunt, mentitur. Postquam enim dixit, Et uerbū caro factum est, & habitauit inter nos, & pauca alia: statim dicit, Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ. Et non meminerunt illi qui sibijpsis insipientiā attrahūt, quod Ioānes postquā dixit, Et uerbū caro factum est, dicit, Et habitauit inter nos: hoc est homo factus est. et quod uenit ad Ioannē Baptistam in Iordane, et baptizatus est ab ipso: quum Ioannes Euangelista testet, quod post reditum à tentatione, Ioānes Baptista dixit, Hic est de quo dixi uobis. Et rursus, Vidi Spiritum sanctū descendentē in specie columbæ, & manentem super ipsum. Et, Hic est qui tollit peccatū mundi. Et uides quod nihil per obliuionem recenset. Reliquit autem ea quæ à Matthæo sunt tractata Nō enim erat illis amplius opus, sed diuina enarratione, ad contradicendū his qui putant à Maria & hucusq; CHRISTVM ipsum uocari, & filium Dei nudū hominem, uerum iuxta profectū peruenisse ad hoc, ut uocatus sit filius Dei. Quapropter necessariorum curam gerit, & omniū quę magna sunt & necessaria, & adhuc amplius eorum quę sunt cœlestia, ex supernis dispensationē facit. Dicunt aūt Euangelium secundum Ioannem, quoniā non eadem dicit, intestatum a cindispositū esse, & seipsos illud nō suscipere: per omnia errantes & mente cæcutientes. Nam quū quartus uenerit beatus ille, qui primus quidem est, uerum postremus secundū annos Euangeliū annunciauit: quæ ante ipsum probe exposita erant, ederenon curauit, sed his quæ dicta sunt ea quę non sunt relata præponit. Matthæus enim incipit ab Abraam, post principiū uero & post duos annos natiuitatis, rursus facit narrationem. Marcus uero incipit à decimoquinto anno Tiberij, à medietate post principiū. Lucas aūt principium ante principiū introduxit, id quod ante natiuitatē in conceptione uteri Marię & Elizabet factum est. Ioannes aūt adhuc prius, quum postremus uenisset, munit negociū quod ante carnalem aduentū erat. Spiritualia enim erant pleraq; quæ ab ipso dicta sunt, quū de carnalibus iam ante cautū esset. Quapropter spiritualiter narrationem facit, doni quod nobis ex supernis à patre sine principio uenit, & iuxta bonā uoluntatem patris in sancta uirgine, in uirgineo utero dispensatum est. Sed & reliqui ęqualia his consonè tractantes, eorum quibus opus erat curam habuerunt, Ioannes uero etiam priorū, quò ex quatuor Euangelistis omnem & secundū carnem, & secundum deitatem, certitudinem habere mus. Perfectis enim omnibus circa baptisma & circa tentationem suam: statim ubi uenisset, & discipulos suscepisset, hoc primū signum fecit tertia die prædicationis in Cana Galilææ. Neq; enim ante tentationē dicit CHRISTVM ad nuptias uenisse. Neque enim omnino aliquod diuinū signum, & prædicationē, ante tentationē CHRISTVS fecit. nisi quę de ipso cantantur, quæ puer fecit uelut per lusum, uelut quidam tradunt. Et oportebat reuera etiā pueriles actiones ipsum habere. ut ne occasionem haberent reliquæ hæreses dicētes, quod à Iordane uenit CHRISTVS in ipsum, hoc est columba. Quapropter etiā in duodecimo anno clarè ostendit Lucas, quod disputans cum sacerdotibus ac senioribus ad Mariā dixit, An nesciebatis quod in his quæ patris mei sunt,

Euangelium Ioannis quib. calumnijs impetitum.

Pueritia Iesu.

oportebat me esse? quo caderet sermo eorum qui dicunt quod à tempore baptismatis descendit in ipsum Spiritus sanctus, & ut cognoscatur manifeste quod ex supernis adu uenit uerbum, & incarnatum est ex Maria. Et in Iordane descendit super ipsum Spiritus, ut indicetur quis sit cui testimonium præbetur à patre, nempe, Hic est filius meus dilectus, hunc audite, & ut fiat hoc exemplum uolentibus in ipso illuminari, quod de gni sient Spiritu sancto in lauacro doni, et remissione peccatorum per gratiam ab ipso datam. Ex quo uero perfecta diuina signa incepit facere in tempore prædicationis, hoc primum signum fecit IESVS inquit, in Cana Galilææ, non ante baptisma, uelut supe dixi, sed quando rediit à tentatione, tertia die post duas quibus manserunt apud ipsum duo discipuli Ioannis, qui audiuerunt & sequuti sunt ipsum. Quare statim post duos dies quibus fuerunt apud ipsum, inducit dicens, Et exiuit in Galilæam, & inuenit Philippum, & dixit, Sequere me. Deinde mox tertia die factæ sunt nuptiæ in Cana Galilææ. Oportebat enim ipsum digressum statim dum fiebant nuptiæ in honorem

» suum uocari in nuptiarum benedictionem, & dicit, Nuptiæ factæ sunt tertia die in Ca-
» na Galilææ, & mater IESV erat isthic. uocatus est autem & IESVS ac discipuli eius
» cum ipso ad nuptias. Et ubi defecisset uinum, dicit mater IESV, Vinum nō habent,
& dicit IESVS, Quid mihi & tibi curæ est mulier? Nondum uenit hora mea. Non
postquam uenisset ipse à tentatione, & transisset per mare & Iordanem, & profectus
nem ad propria instituisset, digressus eò ubi enutritus erat, ad matrem in Nazaret,
duos dies mansisset, de cætero festinans ad hominum salutem, prædicationis cur
habere incipit. Et mansit quidem duos dies, eo quod per tempus uenisset, habens
cum discipulos quos iam assumpserat, ubi dimisisset duos qui ipsum sequuti erant,
statim in Galilæam exiret propter prædicationem, & opus diuini miraculi in nup
editi. Vide enim mihi quomodo munitur sermo, quomodo Ioannes Baptista testa-
» dicens, uelut præterito iam sermone, Ego non noueram ipsum, sed qui misit me ad
» ptizandum, dixit mihi, Super quem uideris Spiritum in specie columbæ descend
tem, hic est. Nam Pater mittens Ioannem ad baptizandum, hoc signum ei dedit, ut
uideret, agnosceret eum qui ex supernis demissus est in mundum, Saluatorem uide
cet ac benefactorem animarum nostrarum. Subuertuntur itaq; tales à ueritate acco
tudine talium scripturarum, maxime ex concordia ac consonantia quatuor Euange
starum. Neque enim quis ex sana mente præditis reiecerit ea quæ à sancto Spiritu
sanctis Euāgelistis exacte penitus sunt tractata. Accusant porrò ijdem rursus sanctum
Pascha duo apud Ioannem. Euangelistam, imò magis ipsum Euangelium, quod Ioannes inquiunt, dixit de duo-
bus pascha, quæ Saluator fecit. Alij uero Euangelistæ de uno pascha. Et non sanc
idiotæ illi, quod non solum duo pascha confitetur Euangelium, sed duo quidem pa
ma dicit, sed & ipsum in quo passus est Saluator, tria pascha eorum quæ in prædica-
ne tractata sunt. Statim enim à Iordane uelut Lucas dicit, erat IESVS incipiēs esse
norum fermè triginta, filius existens uelut putabatur Ioseph, qui fuit filius Eli, & Ic
terius. Nascitur enim Saluator quadragesimo secundo anno Augusti regis Roma-
rum, qui sanè erat coniunctionis Romanorum ad Iudæos annus uigesimus nonus.
Christus anno Augusti xlij. natus. Regnauit enim Augustus annis tredecim priusquā Iudæi perfecte cum Romanis co
iungerentur. Erat autem & ex quo Augustus regnauit, post annos quatuor regnig
sius plus autem minus, amicitia quidem Romanorum ad Iudæos, & auxilium soci
tatis bellicæ mittebatur, & præfectus constituebatur, & partes tributorum in quo
annis plus aut minus, donec perfecte tradita est Iudæa, & plenissime sub tributum re
dacta, quum defecissent principes ex Iuda, & Herodes ex gentibus constitutus esset
proselytus tamen & accessorius esset. Deinde CHRISTO nato in Bethlehem Iudæ
& ad prædicationem progresso, ubi defecissent uncti præsides qui duraverant usque
ad Alexandrum præsidem & Saalinam, quæ & Alexandra: hæc omnia perfecta sunt
initio accepto à natiuitate in Bethleem, quadragesimo secundo anno totius regni Au-
gusti

gusti: Erat enim nonus annus à præfectura Antipatri patris Herodis, quando amicitia erat Romanorum erga Iudæos, & partes donorum, & quartus annus Herodis ab Augusto constituti. Post quartum uero annum Herodis, præfecturamq; quinque annorum plus aut minus Antipatri patris ipsius, de cætero tradita est Iudæa perfecte, usque ad trigesimumtertium annum Herodis, & quadragesimumsecundum annum Augusti, subiugataq; tota Iudæa, uelut dixi, postquam ipsa uigintinouem annis Romanis tributum pendisset, & postquam constitutus est præfectus siue procurator Antipater Herodis pater, & post ipsum Herodes rex in Iudæa constitutus est ab Augusto. Hæc autem facta sunt in consulatu Octauij Augusti decimotertio, & Silano consule, cui consulatui successerunt subiecti consulatus consequenter ad hunc modum.

II. Lentuli & Pisonis iterum.
III. Lucij Cæsaris & Pauli.
IIII. Vinducij & Vari.
V. Lamiæ & Seruilij Nummij.
VI. Magni Pompeij & Valerij.
VII. Lepidi & Aruncij.
VIII. Cæsaris & Capitonis.
IX. Cretici & Neruæ.
X. Camilli & Quintiliani.
XI. Cameri & Sabini.
XII. Dolobellæ & Siluani.
XIII. Lepidi & Tauri.
XIIII. Flacci & Siluani.
XV. Duorum Sextorum.
XVI. Pompeij Magni & Apulei.
XVII. Bruti & Flacci.
XVIII. Tauri & Libonis.
XIX. Crassi & Rufi.
XX. Tiberij Cæsaris iterum, & Drusi Germanici iterum.
XXI. Siluani & Balbi.
XXII. Messalæ & Grati.
XXIII. Tiberij Cæsaris tertium, & Drusi Germanici tertium.
XXIIII. Agrippæ & Balbi.
XXV. Pollionis & Veteris.
XXVI. Cethegæ & Vari.
XXVII. Agrippæ iterum, & Lentuli Galbæ.
XXVIII. Getulici & Sabini.
XXIX. Crassi & Pisonis.
XXX. Siluani & Neruæ.

Et uides quod triginta annorum est tempus. Quapropter studium nobis fuit consulatus exacte consequenter exponendi, ut legentes uideant, quod non est aliquid in diuino ueritatis dogmate adulteratum, sed omnia cum certitudine Ecclesiæ prædicata sunt. Quis enim enumeratis iuxta seriem consulatibus qui fallere non possunt, non condemnabit eos qui putant discordiam esse in numero annorum apud Euangelistas celebrato? propter hoc enim etiam corruerunt priores hæreses, quæ fabulosæ descripserunt triginta sæcula, & ea quæ à triginta annis Saluatoris ab ipsis figutate sunt tractata. quò nimirum possint sæculorum ac principatuum suorum describere fabulamentū. Comperitur enim trigesimotertio anno aduētus incarnationis suæ unigenitus passus esse, quum passionis exors sit Deus uerbū ex supernis, uerum

Christus 33. anno passus aduentus sui passus est. 13. Calen. April.

ſuſcepta carne pro nobis pati ſuſcepit, ut mortis cõtra nos Chirographum deſtrueret. Nã poſt illum conſulatũ qui trigeſimo ipſius anno fuiſſe indicatus eſt, alius cõſulatus fuit duorum Geminorum appellatis. Deinde alius Rufi & Rubellionis. & ſic in medio conſulatu eo qui poſt Rubellionis cõſulatum ſucceſſit, Vinnicij & Longini Caſſij appellatus, patitur Saluator in die ante decimum tertium Calen. April. Et redarguitur horum omnium error, dum doctrina ſecundum ueritatem clarè inuenitur. Quæ non ſolum duorum temporũ paſcha circuitus in Euãgelijs habetur, ſed etiam trium.

Chriſtus V. Ianuarij natus Nato enim ipſo circa Ianuariũ menſem, hoc eſt ante octauũ Iduũ Ianuarij, quę eſt quinta Ianuarij menſis ſecundum Romanos. ſecundum Ægyptios, Tybi undecima. Iuxta Syros ſiue Græcos, Audynæi ſexta. Iuxta Cyprios ſiue Salaminios, quinti quinta. Iuxta Paphios, Iulij decimaquarta. Iuxta Arabas, Aleom uigeſimaprima. Iuxta Cappadoces, Atarta decimatertia. Iuxta Hebræos, Tibeth decimatertia, Iuxta Athenienſes, Memacterionis ſexta: pertranſijt prædictos conſulatus uigintinouem plenos. In trigeſimo uero conſulatu circa decimum menſem uenit ad Ioãnem, & baptizatus eſt in Iordane fluuio, trigeſimo anno natiuitatis in carne, hoc eſt ſecũdũ Ægyptios Athyr menſis duodecima. ante ſextum Iduum Nouembrium. Iuxta Græcos, dij menſis octaua. Iuxta Salaminios qui & Conſtantiæi, tertij Choëac ſexta. Iuxta Paphios, Apogonicæi decimaſexta. Iuxta Arabas, Angathalbaith uigeſimaſecunda. Iuxta Macedonas, Apellæi decimaſexta. Iuxta Cappadoces, Aratata decimaquinta. Iuxta Athenienſes, Metagitnionis ſeptima. Iuxta Hebræos, Mareſouan ſeptima. Quemadmodũ teſtimonium

Chriſtus VII Idus Nouemb. baptizatus eſt

» præbet mihi Euangelium ſecundũ Lucam, ſic dicens: Erat IESVS incipiens eſſe annorum fermè triginta, filius exiſtens uelut putabatur eſſe, Ioſeph. Et hinc ab Athyr menſis duodecima prædicãte ipſo annũ Domini acceptũ, iuxta ea quæ in Eſaia prophetæ

» prędicta ſunt, nempe, Spiritus Domini ſuper me, cuius gratia unxit me, ad euãgelizandum pauperibus miſit me, ut prædicem captiuis remiſſionem, & cœcis uiſum, ut prædicem annum Domini acceptũ, & diem retributionis. Reuera enim prædicauit annũ acceptum, hoc eſt cui non contradicebatur. Primum enim annum poſt trigeſimũ aduentus ſui carnalis prædicauit, & omnes ipſum ſuſcipiebãt, & neq; Iudæi contradicebant, neq; gentes, neq; Samaritæ. Sed omnes libenter ipſum audiebant. In quo anno aſcendit ad Hieroſolyma, poſtquam baptizatus fuit, & quadraginta dies tentationis peregit, & diſcipulos ſuos elegit, ita ut reflexerit à tentatione ad Iordanem, & penetrarit ad mare Tiberiadis, & hinc tranſierit in Nazaret, unde uidelicet aſcendit Hie-

Annus acceptus.

» roſolyma, & in medio feſtiuitatis clamabat dicens: Si quis ſitit, ueniat ad me & bibat. Et ſic abijt ad Nazaret, & in Iudæam, & in Samariam, & in partes Tyri. Et completo primo anno, rurſus aſcendit Hieroſolyma, & deinceps quæſiuerunt ipſum prænderere in feſtiuitate, & timuerunt. In qua feſtiuitate dixit, Non aſcendo ad feſtiuitatẽ hanc,

» non enim mentiebatur, abſit. In media enim feſtiuitate uenit, inquit, & intrauit Hieroſolyma, & dicebant, Nónne hic eſt quem quærebant prænderere, & ecce palàm liberè loquitur? Nunquid didicerunt ſacerdotes quod hic eſt CHRISTVS? At nouimus hic unde eſt. myſtice enim & ſpiritualiter loquente ipſo ad fratres, non nouerant quid diceret. Dicebat enim ipſis, non aſcenſurum ſe eſſe in templum in illa feſtiuitate, neque in crucem, ut perficeret diſpenſationem paſſionis ſuæ & myſterium ſalutis, & ex mortuis reſurgeret, & in cœlum aſcenderet, quæ implebat omnia in propria ſua poteſtate. Et poſt hæc completo biennij tempore, deinceps trigeſimotertio anno ſuæ diſpenſationis in carne, poſtquam tranſgreſſus eſſet duos conſulatus quos diximus, duorum Geminorum, & Rufi ac Rubellionis, deinceps in tertio conſulatu, in tertio ipſius menſe poſt Ianuarium & Februarium, in menſe Martio perficit myſterium paſſionis, exors paſſionis uerbum, paſſus in carne propter nos. Manet autem paſſionis expers, uelut Petrus dicit, Mortificatus carne, uiuificatus autem ſpiritu. Patitur autem die ante decimumtertium Calendas Aprilis, trangreſſis ipſis unam ueſperam, hoc eſt, decima

decimaquarta lunæ nocturna media. præueniebant enim & comedebant pascha, uelut Euangeliū dicit, & nos sæpe diximus. Comedebant igitur pascha duobus diebus antea quàm comedi solet, hoc est tertia uespera, quod oportebat quinta uespera. Decimaquarta enim sic erat quinta. comprehenditur autem per tertiam eandem seroti nam, quæ erat undecima lunę nocturna. Ante decimumsextum Calen. Apriles quarta, duodecima nocturna. Ante decimumquintum Calen. April. quinta, decimatertia diurna, nocturna uero decimaquarta. Ante decimumquartum Calen. April. prosabbatum, decimaquarta nocturna. Ante decimumtertium Calen. April. sabbatum, decimaquinta diurna. Ante duodecimū Calen. April. illucescens dominica, decimaquinta nocturna. quod ipsum erat illuminatio orci ac terræ, & cœli & noctis atq; diei, propter decimamquintam lunæ & solis cursum, & quoniam resurrectio & æquinoctium ante undecimum Calen. April. propter quam seducti, unam diem transgressionis fecerunt, uelut dixi. Habet autem supputatio horas quasdam subtilis rationis, quę incidit per annos tres apud ipsos, & est dissonans illa una dies. Apponunt enim cursui lunari post trecentos quinquagintaquatuor dies, etiam alias per annum quatuor horas, ut sit in tres annos una dies. Quapropter apud ipsos quinq; menses efficiuntur intercalares, in annos decē quatuor, eo quod aufertur à solari cursu trecentorū sexagintaquinque dierum & horarum trium, hora una. Appositis enim horis deinceps fiunt ccclx. dies præter horam unam. Vnde ipsi sexiès multiplicātes quatuordecim annos octoagesimiquarti anni, in octoagesimoquinto ponunt intercalarem mensem unum: ut sint triginta unus menses, in octoaginta ac quinque annos, qui debebāt esse iuxta exactam supputationem, menses triginta unus, & uiginti quatuor dies, & horæ tres. Huius itaque gratia tunc decepti, non solum anticipabant tumultuantes duos dies edentes pascha, sed etiam transgressionis unam diem apponentes, omnibus modis ipsi errantes: At uero dispensatio ueritatis exactissime omnia nobis salutariter operata est. Vnde & ipse Saluator ubi perfeciſſet pascha, exiuit in mōtem postquam comedit, quum dixisset, Desiderio desideraui, et illic pascha Iudaicum cum discipulis comedisset: non aliter faciens, sed etiam ipse cum facientibus ęqualiter faciens, ut ne dissolueret legem, sed impleret. Et hic postquam transgressus est trigesimum annum quando baptizatus est, & post trigesimum annum ubi prædicauit plenissimū annum acceptum, & cui non contradicebatur. Itemq; alium cui contradicebatur, et qui in persecutione ac molestia erat, & postea alio anno transgressus à natali suo die, hoc est aduentus, quę est quinta Ianuarij mensis, iuxta Ægyptios uero Tybi mensis undecima, ad totos septuagintaquatuor dies, uelut diximus, usque ad diem ante decimum tertium Calen. April. & secundum Ægyptios Phamenoth mensis uigesimamquartam, compleuit plenissime annos trigintaduos, & septuagintaquatuor dies, ab aduentu & apparitionis suæ natali die, & resurrexit secundum Aegyptios Phamenoth mensis uigesimasexta die, quæ erat æquinoctium, & ante undecimum Calend. Aprilis. Quo comperiantur omnes mentiri qui non sunt filij ueritatis. Velut statim primus Valentinus qui triginta nobis sæcula confinxit, ab eo quod triginta annos educationis uitæ, ac uirilis ipsius ætatis esse putauit: ignarus quod non solum triginta annos compleuit, sed in trigesimo baptizatus est, ubi impleuisset annos uigintinouem, & menses decem, uelut dixi, duodecima mensis Athyr, ante sextum Iduum Nouembris, & postea prædicauit annum Domini acceptum, & postea alium annum cui contradicebatur, & septuagintaquatuor dies quibus contradicebatur, à die quo baptizatus est: ut sint omnes anni præsentiæ eius in carne, à natiuitate usque ad passionem, anni triginta duo, & dies septuagintaquatuor. A' consulatu uero Syluani & Neruæ, anni duo & dies centum trigintaquatuor. Et cōfutatus est hic prędictus Valentinus, & multi secundum ipsum delirantes, cōfutati sunt etiam qui Euangelium secundum Ioannem, quos

Pascha esus quando factus est.

Anni iuxta cursum lunarē ratio.

Christi ætas anni xxxij. dies lxxiiij.

quos meritò alogos, id est uerbo carentes appellauerim, quãdoquidem Verbum Dei reiiciunt, Deum uerbum paternũ à Ioanne prædicatum, qui de cœlo descendit; & fa-
lutem nobis operatus est totius sui in carne aduentus ac præsentię. Nam & ex cõsula-
tibus, et ex annis, & ex cõfirmatione Esaiæ prophetæ, & ex Euangelio Lucę Ioannisq;
& Matthæi ac Marci, & simpliciter undiquaque redarguuntur erronei illi. Quoniam
Pascha tria à Domino perfecta sunt. non solum unum pascha post principium prædicationis secundum temporis anni cir-
cuitum perfecit, sed secundum circuitus trium consulatuũ pascha impleuit, post Ioan-
nis baptisma. Et corruit illorum nulla intelligentia prædictorum oratio, penitus erro-
nea, delyra, ac dementia & ignorantia referta, quæ non solum non cognoscit suam ip-
sius uitam, sed etiam falso contra ueritatem frustra militat. Reperimus enim alicubi in
his sermonibus scriptũ ac expressum, quod Verbum Dei Deus CHRISTVS natus
est circa quadragesimum annum Augusti, id quod fefellit scriptorem, quia calculo ip-
sius beta relicto, & My solum restante, quadraginta solum annos fecerunt. quadrage-
simo enim secundo anno Augusti natus est. Dicunt autem quod ante duodecimum
Calen. Iul. aut Iunij, non habeo enim quod dicam, Sulpitio Cãmarino & Cneo Pom-
peiano consulibus. Hoc autẽ consideraui, quod etiam hi qui dixerunt diem concepti-
nis, & quando Gabriel uirgini nuncium attulit, opinionem dixerunt quorundam di-
centium ex traditione, quod per septem menses natus est. Inuenimus enim ab hoc con-
sulatu ante Pisonem, usq; ad undecimam mensis Tybi, & ad diem ante octauum Idu-
um Ianuarij, quando reuera apparitio Dei contigit, & natus est septimestri tempore,
secundum lunarẽ cursum, præter dies quatuor. Quare si alicubi in suspectis locis scri-
Christi natiui tatis dies qui fuerit. pta hæc inueneris, ne offendaris circa cognitionem. Reuera enim natiuitas CHRISTI
certa cõtigit undecima mensis Tybi. Quidam uero dicunt quod decem mensibus in
utero gestatus est prẹter dies quatuordecim & horas octo: ut sint menses nouẽ, & dies
quindecim, & horæ quatuor, innuentes id quod apud Solomonem dictum est, dece-
» mestri tempore concretus in sanguine. Attamen undiquaque undecima Tybi mensis
prędicta Domini in carne natiuitas facta est. Et circa ipsam undecimam post annos tri-
ginta factum est primum signum in Cana Galilææ, quando aqua facta est uinũ. Qua
propter etiam in multis locis usq; in hunc diem hoc fit quod tunc factum est diuinum
signum in testimonium incredulis. Velut testantur in multis locis fontes ac fluuij in u-
Aqua quibus locis in uinum mutata sit. num conuersi. Cibyres quidem urbis Carię fons, qua hora hauserunt ministri, & ipse
dixit, Date Architriclino. Testatur & in Gerasa Arabiæ fons similiter. Nos bibimus
de Cibyres fonte, fratres uero nostri de eo qui est in Gerasa in martyrum templo. Sed
& multi in Ægypto de Nilo hoc testantur. Quare in undecima Tybi apud Ægy-
ptios, omnes hauriunt aquam & reponunt, tum in ipsa Aegypto, tum in multis re-
gionibus. Sic equidem comperitur, quod post duodecimam mensis Athyr, id est
nouembris abierit, & tentatus sit diebus quadraginta: & redierit atque elegerit quos-
dam suos discipulos: & inceperit post quadraginta tentationis dies prædicare: &
descenderit ad Iordanem, & inciderit in Nathanaëlem & eos qui cum ipso erant,
& assumpserit ipsos, quando manserunt apud ipsum duos dies: & digressis ipsis,
& ipso Domino in Galilæam profecto, statim propter priores duos dies, dixit Eu-
» angelium, Tertia die nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, id quod signum & fi-
gura Ecclesiæ erat. Nam in tertia die negocij sui in corde terræ, quod in terra se-
Cana, adeptã significat. cit post passionem, ubi surrexit nuptias coniunxit cum Cana. Cana enim signifi-
cat adeptam. Quæ uero est adepta illa quàm hæres? de qua Psalmista in quinto
Psalmo dixit, de ea quæ hæreditatem consequitur, & cætera. Nuptiæ enim hæ
reuera benedictæ sunt quæ à figura illa occasionem acceperunt. Illic enim erant
nuptiæ sensibiles in Cana Galilææ, & aqua uerè uinum facta est, & appellata iu-
xta duos modos, tum ut aquositatem debacchantium in mundo, in temperantiam

& in

& in caſtitatem nuptiarum adſtringeret, tum ut triſtitiam corrigeret in hilaritatem uini moleſtias diſcutientis & gratiæ, quo omnibus modis obturaret ora eorū qui aduerſus Dominum inſurgunt, & quo oſtenderet quod ipſe eſt Deus cum Patre & ſancto ſuo Spiritu, qui aquam uiti præbet colorans ipſam in illa in uinum & hilaritatem hominum. Verum in alio loco longius de his narrauimus. Hic uero uelut in digreſſione rem percurrimus. Cæterū duo paſcha poſt principium prædicationis Saluator fecit, & tertio paſſus eſt. Quare impleta ſunt iam à me exacte relata, de diebus & menſibus ac conſulatibus. Et undiquaq; corruit erronea de his traditio, quum Euangelia inter ſe conſona ſint, & nullū Euāgelium alteri oppoſitum ſit. Deueniam porrò rurſus ad propoſitum. Dicit Lucas teſtimonium mihi præbens in his quæ multipliciter à me re lata ſunt: factum eſt in ſabbato ſecundo primo: ut oſtendat ſabbatum primum eſſe, quod ab initio decretum eſt ac dictum à Domino in mundi creatione, quod per circuitum ab eo tempore uſq; huc iuxta ſeptem dies reuoluitur, hoc ſcilicet primum eſſe. Secundum uero ſabbatum quod decretum eſt à lege. Dicit enim lex, Accipies tibi ouicu lam anniculam immaculatam maſculam, quę ſanè erat imago Saluatoris: à decima die menſis, & erit ſeruata uſque ad decimamquartam, & mactabitis ipſam ueſperi decima quarta die, & erit tibi ſabbatum dies ſancta, & edetis azyma ſeptē dies, & ſeptima die facies ſanctum ſabbatum diem ſanctam. Et uidetis quod ſecūdum appellatur ſabbatum poſt ſabbatum, eiuſmodi ſancta proſabbati dies, in ſabbatū ſanctificata, ſiue dominica fuerit, ſiue ſecunda ſiue tertia occurrerit. In ſeptem uero dies rurſus reuolutum ſecundum primum uocatur. ut oſtendat hinc, quod non ſolum Ioannes de circuitu dierum anni, duorum & trium feſtorum paſcha indicauit, ſed etiam Lucas & alij. Sic enim dicit lex: Numerabis tibi ſeptem hebdomadas, ab initio manipuli quādo falcem in meſſem miſeris, & facies ſeptimam hebdomada diem ſanctam Domino, indicans de Pentecoſte, hoc eſt quinquageſima. Nam poſtquā mactatum eſſet paſcha, intra tres dies, hoc eſt poſt tres dies agni, præcepit manipulum inferri, ut ſignificaret benedictum manipulum qui reſurrexit ex mortuis, poſt tertium diem terra ipſum proferente, & ipſo ipſum rurſus ab illa ferente in reſurrectione ex monumento, & manente cū diſcipulis per quadraginta dies, & in fine quinquageſimæ inferente ipſum ad cœleſtia ipſi patri primogenitum primogenitorum, quæ ſunt primitiæ ſanctæ, manipulus quem decerpſit ex Maria, ulna quæ amplexa eſt in Deo, fructus uentris, primitiæ areæ. Non enim amplius poſt quinquageſimum diem falx primitias Deo offert. Non enim amplius CHRISTVS moritur, Mors illi non amplius dominatur, uelut ſcriptum eſt: Et uides quod Dei myſteria præfigurauit lex, & impleuit Euangelium? Vnde uero non poterimus horum claritatem oſtendere? Quare non eſt opus ſermonem longius extendere, ideoq; rurſus ad conſequentiam orationem dirigamus. Apparet autem & ex ſpicis, & ex meſſe, atque diſcipulis, quod poſt quadraginta dierum tentationem hæc omnia exponit Ioannes & Lucas & omnes. Cæterum non uerentur tales ſe contra ea quæ à ſancto Ioanne dicta ſunt armare, putantes ſe aliquatenus ueritatem ſubuertere poſſe, neſcientes quod magis contra ſeipſos armantur, quàm contra ſanam doctrinam. Dicunt autē contra Apocalypſim hæc nugantes. Quid mihi inquit, pro deſt Apocalypſis Ioannis, quæ dicit mihi de Angelis & ſeptem tubis? & non ſciunt qui talia dicunt, quod neceſſaria & utilia huiuſmodi ſunt in prædicationis rectitudine. Quæ enim erāt in lege ac prophetis obſcura et in ænigmate dicta, ea Dñs diſpenſauit, ut per Spiritum ſanctum ad noſtram ſalutem, ſeruo ipſius Ioanni reuelarentur. Quæ illic obſcura erant, hic in ſpiritualia ac manifeſta prædicans. Spiritualiter aūt nobis eadem diſpēſauit. Et ex pellibus quidem tunc tabernaculū conſtruxit, pellibus rubiæ ac hyacinthi colore infectis, &c. ut oſtēderet tabernaculū illic quidem tabernaculū eſſe, uerū perfectiſſimū tabernaculum CHRISTI repreſentare, pellis eīn à corpore ſit, quæ

Sabbatum ſecundum primum.

Apocalypſis Ioannis cur reprobata.

quæ mortua est uelut umbra corporis uiuentis: ut ostenderet corpora esse tabernaculum Dei. Quandoquidem enim in sanctis corporibus habitat Deus, ut impleatur dictum illud, Habitabo in ipsis & obambulabo: error quidam futurus fuisset in credentibus, nisi liber nobis spiritualiter reuelatus fuisset. ut disceremus non tubis esse opus, sed sciremus quod spirituale est totũ Dei negocium, ut ne iuxta Iudaicas, accipiamus æreas tubas aut argenteas, sed spiritualiter intelligamus, uelut à cœlo sit Ecclesiæ prædicatio, quemadmodum etiam alibi dixit: In illa die buccinabunt tuba magna. Tubæ enim erant prophetæ. Tuba uero magna, sancta uox Domini in Euangelio. Quapropter etiam angelis datum est reuelare nobis. Buccinabit enim inquit, & mortui resurgent. Si uero irridẽtur apud uos ô boni, angelorum tubæ, eo quod in Apocalypsi scriptæ sunt: Irridebitur etiam tuba apud sanctum Apostolũ relata. Descendet inquit, de cœlo in extrema tuba, & mortui resurgent in extrema die in uoce Archangeli. Quum itaq; Apostolus concordet cum sancto Apostolo Ioanne in Apocalypsi: quæ nam reliqua fiet contradictio? quomodo uero nõ statim unusquisq; error redarguetur? quum Deus in unoquoq; sancto dederit testimoniũ. Deinde aliqui ex ipsis rursus reprehendunt dictum in eadem Apocalypsi, & dicunt contradicentes quod dixit rursus, Scribe angelo Ecclesiæ in Thyatiris: & non est illic Ecclesia Christianorum in Thyatira. Quomodo igitur scribit ei quæ non est? Et reperiuntur tales seipsos cogentes confiteri, ex his quæ prædicant contra ueritatem. Si enim dixerint, non est nunc Ecclesia in Thyatiris, ostendunt uaticinatum esse Ioannem. Quum enim inhabitarint hi isthic, itemq; Phryges, & instar luporum rapuerint mentes simplicium fidelium, transtulerunt totam ciuitatẽ in suam hæresim, & qui negant Apocalypsim uerbi huius, insubuersionem contra illud tempus arma mouerunt. Nunc autem propter CHRISTVM in hoc tempore, post tempus centum & duodecim annorum, est Ecclesia & augescit, & aliæ quædam isthic sunt, tunc uero uniuersa Ecclesia euacuata erat in hæresim secundum Phrygas appellatam. Quapropter etiam Spiritus sanctus studuit reuelare nobis, quomodo erratura esset Ecclesia post tempus Apostolorũ, tum Ioannis, tum deinceps sequentium, quod erat tempus post Saluatoris assumptionem, per nonagintatres annos errorem ac confusionem passura isthic Ecclesia in Phrygastarum hæresi. Sic enim statim redarguit Dominus. Scribe angelo Ecclesiæ Thyatirensis. Hæc dicit qui habet oculos uelut flammam ignis, & pedes eius similes chalcolibano. Noui tuam fidem, et charitatem, & ministerium, et quod nouissima tua plura primis. Habeo autem contra te, quod permittis uxorem Iezabel decipere seruos meos, quæ se dicit prophetissam, et docet comedere ea quæ simulachris immolata sunt, & scortari. Et dedi ipsi tempus ut gendi pœnitẽtiam, & non uult resipiscere ex scortatione sua. Nõ uidetis ô boni, quod de mulieribus dicit in prophetiæ opinione deceptis, & multos decipientibus: de Priscilla inquam, & Maximilla & Quintilla, quarum fraus non latuit Spiritum sanctum, sed præuaticinatus est prophetice per os sancti Ioannis, quod factum est post sancti Ioannis dormitionem. quum ipse uaticinatus sit in temporibus Claudij Cæsaris, quãdo in Pathmo insula erat. Confitentur enim & hi in Thyatiris hæc impleta esse. Itaq; secundum prophetiam scripsit his qui illic in CHRISTO illo tempore conuersati sunt, quod mulier seipsam prophetissam appellatura esset. Et corruit ipsorum doctrina undiquaq; excogitata et contra ueritatẽ excitata: quum ostensum sit quod sermo in Apocalypsi propheticus sit, ex Spiritu sancto secundum ueritatem. Efferunt autem ijdem se rursus mente, dictiones uenãtes sine fine, ut sancti Apostoli libros meritò reijcere uideantur, Ioannis inquam Euangeliũ & Apocalypsim, fortassis autẽ & epistolas. Concordant enim etiam hæ Euangelio & Apocalypsi: Et dicunt, Vidi & dixit angelo, solue quatuor angelos qui sunt in Euphrate, Et audiui numerum exercitus, uicies millies decem millia. & erant induti thoraces igneos & sulphurulentos & hyacinthinos. Putauerunt

Apocalypsis Ioannis utilitas.

tauerunt enim hi, nunquid ridicula est ueritas? Si enim dicit quatuor angelos qui in Euphrate desident, ut ostendat quatuor differentias gentium sedentium isthic ad Euphraten, Assyriorum uidelicet, Babyloniorum, Medorum ac Persarum. Hæc enim quatuor regna per successionem in Daniele habentur, quod primùm Assyrij regnauerunt, & Babylonij temporibus ipsius: Medi uerò successerunt, & post ipsos Persę. Quorum primus fuit Cyrus rex. Nam regna & gentes sub angelis posita sunt, uelut attestatur mihi Moses sanctus Dei seruus, iuxta consequentiã interpretans, ac dicens: Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi: seniores tuos, & dicent tibi. Quando diuisit altissimus gentes, uelut dispersit filios Adam, constituit terminos gentium, iuxta numerum angelorum Dei. & facta est portio Domini populus ipsius Iacob, funiculus hæreditatis ipsius Israël. Si igitur gentes sub angelis positæ sunt, meritò dixit, Solue quatuor angelos qui in Euphrate desident, ac detinentur, ut permittant gentibus bellum, usque ad tempus longanimitatis Domini, donec imperabit per ipsos ultionem fieri sanctorum suorum. Detinebantur enim impositi illi angeli à spiritu, non habentes occasionem incursus, eo quod nondum solutum esset ipsis ius, ut reliquas gentes soluerent propter contumelias in sanctos. Soluuntur autem tales & inuadunt terram, uelut Ioannes uaticinatur, & reliqui prophetę. Nam commoti angeli commouent gentes ad impetum ulciscendi. Quod autem igneos & sulphureos ac hyacinthinos thoraces significat, nemo ambigit. Illæ enim gentes ex tali colore habẽt indumenta. Sulphur ulentę enim uestes coloris sunt melini appellati, ex lana sic infecta. Ignea autem, coccinea dicit indumenta. Et per hyacinthina callainam ostendit lanã. At hi non suscipientes spiritum sanctum, percunctantur quidem spiritualiter, non intelligentes ea quæ sunt spiritus: & secundùm doctrinam dicere uolunt, non scientes dona in sancta Ecclesia, quæ uerè & constanter in intelligentia & sana mente spiritus sanctus recensuit, sanctiq; Prophetæ & Apostoli, inter quos etiam sanctus Ioannes per Euangelium et Epistolas ac Apocalypsim ex eodem sancti spiritus dono impertiuit. Venit autem super ipsos id quod dictum est, Blasphemanti in spiritum sanctum non remittetur neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Nam contra uerba à spiritu dicta hi pugnarunt. Cæterùm quum tot ac talia dicta sint cõtra huiusmodi hæresim, ea sufficere arbitror. Et quum uelut scolopendram, aut uermem iulum appellatum (qui reptile multipes est, exiguum quidem uiribus & dolore ueneni, multipes uerò, & longam speciem prę se ferens) ipsam per uirtutem Dei ac ueritatem conculcauerimus, deinceps rursus, ô charissimi, procedentes, ad sequentes per uirtutem Dei pergamus.

Angeli quatuor significant regna quatuor, i Daniele.

Callaina lana.

Scolopendra Iulus uermis.

Contra Adamianos, Hæresim LII.

TAlpam appellant animal quoddam infrà in terra latitans, quadrupes. Persodit id terram, & in intimis ipsius habitationem habet, uelut parui catuli canis staturæ circunferentiam habẽs, cui in totum nullus est uisus. Desolatorium autem est animal, infernè eradicans omnem hominũ agriculturam, cucumerarias maximè & acres plantas, cepas item ac allia, bulbosq; ac huiusmodi, lilia quoq; & alia. Si uerò in perfodiendo contigerit, ut per inconsiderantiam extra terram ad aërem perueniat, aut capiatur ac præhẽdatur ab hominibus, ridiculum quiddam inducit omnibus qui hoc animal cœperunt. Sic sanè etiam ipse nunc aggredior dicere de proposita secta, quæ quantũ ad cor attinet, cæcutit & fatua est. Veram solitudinem sibijpsi efficit, & constitutionẽ suam infernè exscindit, & multas radices uirorum in ipsam collapsorum deuastat ac corrumpit. Et si contigerit ut à prudentibus conspiciatur, risum non uulgarem excitat, uelut etiam prædictum animal, cui illudunt homines ob ipsius cæcitatem ac incontinentiam, & quod non reperit ubi rursus ingressum faciat, uelut etiam hæc secta. Imposuerunt enim sibijpsis nomen ipsius Adam. Hoc autem ex auditu referimus, ut

Talpæ descriptio.

qui ex multis uiris id accepimus: non enim in literas relatum inuenimus, neque in alios quos tales incidimus. Quum igitur multi de hac re retulerint, iustum duximus etiam ipsius mentionem facere. Quapropter etiam meritò hanc prædicto cæco animaleulo assimilauimus, eo quod hominibus fermè nõ apparet, & occultè in terra est, & corruptionem ex infernis inducit. Ridicula est autem, & decreueram ipsam in totum nõ in numerum referre. Verùm quia omnino sonus eius in mundo est, nihil molesti fuerit prudenti auditori de omnibus nosse, quæ in mundo instar zizaniorum à diabolo seminata sunt. Siue enim est talis, siue non est, quum multos de ipsa dicentes audiuerimus, securitatis gratia etiam de ipsa dicere consentaneum mihi uisum est, & non relinquere, etiam si exoluta est, & non amplius extat. Non enim certò scio aut adhuc sit, aut non sit. Quid uerò longiori procœmio utens tempus extendo? Incipiam narrare ridiculum, imò potius lugubre. Lugubre quidem, quod diabolus in hominum mente habitauit, ut subsannet opificium ex Deo formatum. Ridiculum uerò, de his qui neque uident, neque sapiens quid meditantur. Primum quidem dicunt, tales, Ecclesias suas, siue latibula & speluncas (sic enim meritò appellauerim hæreticorum conuenticula) in hypocaustis, id est locis qui subtus incenduntur, extruere. Subincendere uerò infernè, ut sit tepor ad calfactionem intus in domuncula congregatorum. Dum autem ingrediuntur, sunt quidam uestium custodes ad fores instar Campsariorum ab ipsis constituti. Et quilibet ingrediens, siue uir siue mulier, exuitur foris, & ingreditur nudus, uelut ex matre, uniuerso corpore. Et qui ipsorum principes uidentur esse doctores, omnes uelut ex matre sedent, alij supernè, alij infernè, mixtim ac sparsim. Sunt autem apud ipsos qui uidelicet Continentes dicuntur, et uirgines se esse iactant, ueluti seipsos decipiunt, & lectiones, & alia omnia nudi faciunt. Si uerò uisus fuerit quis (nam & hoc dicunt) in delicto esse, eum non amplius in congregationem admittunt. Dicunt enim ipsum esse Adam, qui comedit de ligno, & iudicant ut expellatur è Paradyso, hoc est ex ipsorum Ecclesia. Putant enim suam Ecclesiam esse Paradysum, & seipsos esse Adam & Euam. Qua igitur ratione subincendunt domum, ut ne frigus ipsos contingat? Adam enim & Eua non in hypocausta domo uitam degerunt, neque in incendio quopiam comprimebãtur, neque frigus ipsos grauabat. Erat autem ipsis aër purissimus, & omni temperamento ordinatè ex Deo refertus, neque frigoris aduersitate intentus, neque molesto æstus feruore incitatus: & diæta immortalis, & locus ex Deo factus ipsis dispositus erat, iucunditate & uitæ opulentia redundans, & neque frigori, neque æstui, uelut dixi, expositus. Quum autem hi talibus indigeant, ualde ludibrio expositi sunt. Deinde uerò etiam aliud consideremus, quomodo uniuersus ipsorum error redarguitur. Neq; enim una hora aliqua illi nudi erãt, sed perpetuò, & non uerecundia confundebantur. His uerò nõ ob id quòd nõ pudefiant nuditas adest, etiã si sic ipsi putarint, sed inexplebilis uoluptatis gratia, quæ oculorũ pupillis delectationẽ inducit. Ablata est enim ab ipsis uerecundia, quæ in omnibus sanctis Scripturis laudatur: & uerè impletum est id quod apud Prophetam dictum est, Aspectus meretricis tibi est, impudens factus es erga omnes. Cæterùm postquam horam illam foris uestibus induuntur, & non amplius sunt Adam. Neque enim illæ statim uestium copiam habuit, sed primùm folia fici, postea tunicas pelliceas: & post multum tempus uitæ ipsorum, uaria Dei sapientia cognitionẽ ipsis immisit uestimentorum. Et omnibus modis subsannabuntur ipsi, dicentes seipsos esse Adam & Euam, mentientes contra seipsos, & simul uerũ dicentes. Nam quod hi Adam non sunt, manifestum est ex multis indicijs, uelut etiam ostendimus. Quod autẽ ab intelligibili serpente ludificantur, id manifestum est ex ascititia ipsorum forma, & nuditate, & turpitudine, & ludibrio. Indigna porrò res est nos magnificare horum subuersionem. Neque enim simile ipsis animal, hostilibus instrumentis aut magnis armis opus habet, ut

Hypocausta Adamianorũ. Campsarij.

Paradisi uita.

ut tollatur. Per exiguam enim uirgam hoc tollitur. Sæpe uerò ubi ſurſum prolatum eſt ex latibulo, relinquitur ſolum, & per ſeipſum perit, derideturq́; ac ludibrio expoſitum eſt. Sic etiam hi, etiamſi non reperiantur, per ridiculum ludum, & inuerecundam uitam, ac nugis plenam doctrinã, intereunt. At cõſequentes ſectas conſideraturi, rurſus precemur Deum, ut nobis auxilio ſit, ad ipſarum inuentionem ac ſubuerſionem, & ad noſtram ac legentium ſalutem.

Contra Sampſæos. LIII hæreſim.

SAmpſæi quidam in Peræa, de quibus iam in alijs ſectis mentionem fecimus, qui etiam Helceſæi appellantur, hæreſis quædam eſt in Peræa appellata regione, ultra ſalſum aut mortuum appellatum mare, in Moabitide regione, circa torrentem Arnorum & ulterius, in Iturea & Nabatide, uelut iam ſæpe à me de hoc dictum eſt. Hi enim iactant Elxæum ſuum eſſe doctorem. Et adhuc hodie de genere ipſius exiſtentes duas mulieres adorant, uelut deas uidelicet, eo quòd ſint ipſæ ex ſemine benedicto. *

Elxæus pſeudopropheta.

Vtuntur autem hoc libro etiam Oſſæi, & Ebionæi, & Nazoræi, uelut iam ſæpe dixi. Natura uerò hi Sampſæi ex ipſo procedunt, neque Chriſtiani exiſtentes, neque Iudæi, neque Græci, ſed medij ſimpliciter exiſtentes nihil ſunt. Dicunt & alium librum ſe habere fratris ipſius Elxai. Deum autem unum dicunt, & ipſum colunt baptiſmis quibuſdam utentes. Addicti ſunt Iudæis in omnibus. Quidam ex ipſis etiam ab animatis abſtinent, & pro his qui ex genere Elxai ſunt moriuntur. Et in hoc quidem tempore audiui mortuam eſſe unam fœminam Marthus uocatam. Supereſt autem etiam nunc Marthana, niſi etiam ipſa mortua eſt. Si uerò aliquando exibant in publicum tales, aliquò abeuntes, turbæ ipſas ſequentes puluerem pedum colligebant, medelæ uidelicet gratia, & ſaliuam ſputorum ſimiliter, maximopere deluſi, utebanturq́; ipſis in præſeruatiuis ac amuletis. Omnis enim error habuit primum cæcitatem, deinde uanitatem. Et neque prophetas admittunt tales, neque apoſtolos. Omnia uerò apud ipſos fraudis plena ſunt. colunt & aquam, & hanc uelut Deum putant, fermè dicentes eſſe uitam ex hac. CHRISTVM autem nomine confitentur, creaturã ipſum putantes, & ſemper apparentem. Et primum quidem formatum eſſe ipſum in corpus Adam, & rurſus induere quando uult. Vocari autem ipſum CHRISTVM, & eſſe ſpiritum ſanctum ſororem ipſius fœmineo habitu præditam, & unumquemq; ipſorum: CHRISTVM & ſpiritum ſanctum habere altitudinem ſex miliariorum, & latitudinem uiginti quatuor. Et multa alia nugis plena. Iam uerò de hoc ſæpe in alijs ſectis facta mentione ſubuerſiones feci. Quapropter non neceſſarium duxi longius de ipſis ſubuertendis inquirere, quum iam à nobis hoc præſtitum ſit, in ipſum Elxæum ſiue Elxai & complices eius, in alijs iam declaratis ſectis. Omnibus enim deprehenſu facilis eſt talis, & ipſius hæreſis, quòd erauit. Proinde uelut qui lacertam ſolarem uirga ſpei CHRISTI & crucis eius percuſſimus, ad ſequentes eamus. Iuſtum enim eſt, ut quo nomine ſeipſos hi appellauerunt, eodem ænigmate nos utamur ad exprimendum adulteratum ipſorum nomen. Sampſæi enim ſolares ſunt, ſi interpreteris uocem: quapropter etiam animalis mentionem fecimus. Hanc enim lacertam ſic homines appellant, Solarem uidelicet. Peior eſt autem hæreſis hæc quàm lacerta, ne minimam quidem utilitatem in ſe habẽs. Illa enim ubi per tempus hebetem uiſum habuit, per conuerſionem ad ſolem oculos rurſus leuat, dum in latibulo ad orientem conuerſo ſeipſam apprimit, & ieiuna ſe ad orientem conuertit. Hæc autem ſecta in omnibus inſipientiam animantis eius habet, nõ tamen uel modicum laudis. Proinde & hæc hæreſis, lacerta ſolaris à nobis dicta, & à ueritate conculcata hic maneat, nihil ualens contra ueritatem Dei.

Aqua pro Deo.

CHRISTI & ſpiritus ſancti menſura.

Lacertæ ſolaris natura.

Nos uerò ad alias pro conſueto more pergamus.

Contra Theodotianos, hæresim LIIII.

Theodotus. SVrrexit rursus Theodotus quidam, qui est auulsio ex prædicta Alogorum secta, quæ Ioannis Euangelium, & Deum Verbum quod erat in principio, & in illo Euangelio habetur, negat, itemq; eius Apocalypsim. Sed & cum alijs prædictis sectis conuersatus est & uixit, & secundum tempus ipsis successit. Ex quo sanè Theodotiani sunt appellati. Et quamuis hæresis hæc adhuc sit ignota, tamen quæ ad nos exciptis peruenerũt, referemus. Hic Theodotus à Byzantio originem duxit, quæ nunc Constantinopolis appellatur, coriarius quidem arte, uerùm multæ eruditionis ac doctrinæ. Hic cum quibusdam pluribus tempore persecutionis instante (haud scio quali persequutione) à ciuitatis principe compræhensus, & cum alijs pro CHRISTO examinatus, quum alij omnes serui Dei uictoriam abstuliissent, & martyrium pro CHRISTO subeuntes præmia cœlestia abstuliissent, hic CHRISTO abnegato à ueritatis scopo dilapsus transgressionem fecit. Et quum id ipsi à multis exprobraretur, præ pudore à patria sua aufugit, & Romam profectus illic uitam transegit. Cognitus autem à quodam Romæ, rursus in idem opprobrium incidit, eo quod prouocaretur à noscentibus ipsum propter eruditionem: quomodo uidelicet ut magnæ doctrinæ excidisset à ueritate. & sanè malam suijpsius defensionem excogitauit, nouo hoc dogmate prolato. Nempe, Deum ego non negaui, sed hominem negaui. Deinde interrogatus, qualem hominem? respõdit, CHRISTVM negaui hominem. Hinc adeò ille sibijpsi dogma constituit, & qui ab ipso descenderunt Theodotiani, nudum hominem dicentes esse CHRISTVM, & ex semine uiri genitum esse. Deinde ad malam suijpsius defensionem quæcunque utilia reperit, non pure sentiens, sed occasione præuaricationis suæ ea sibi congregans collegit. Nam Dominus (inquit) dicit, Nunc autem quæritis me occidere hominem, qui ueritatem uobis dixi. Vides, inquit, quod homo est. At nõ nouit miser ille, quod CHRISTVS dicit, Veritatem quam à patre meo audiui. Patrem autem suum dicit Deum, non hominem. Si enim ab homine audiuisset, non gloriatus esset testimonio ueritatis, dicens ab hominibus se ueritatem audiuisse. Sed hoc fecit, ut Deum se esse significaret ex patre è supernis genitum, hominem uerò propter nos factum, & carne occisum, deitate uerò semper uiuentem. Deinde neque peccatum se fecisse dicit quod CHRISTVS abnegauit, quum ipse CHRISTVS dixerit: Omnis blasphemia remittetur hominibus: & qui dicit uerbum in filium hominis, remittetur ipsi: qui uerò maledixerit in spiritum sanctum, nõ remittetur ipsi. Ignorat miser ille homo, quod Dominus uolens muniri salutem eorum qui aliquando in ipsum maledicta iecissent, & ad pœnitentiam reflecterent, ut ne decerneret ipsis condemnationem: hunc sermonem præuenticinatur, propter excellentem mansuetudinem ac benignitatem erga homines, & eo quod nosset futurum ut aliqui insurgerent ac blasphemarent spiritum sanctum, & serui locum ipsi decernerent, & creatum ac alienum ab essentia Dei affirmarent. Quapropter muniens, dicit: Qui uerò blasphemat in spiritum sanctum, non remittetur ipsi, neque hic, neque in futuro seculo. Non laudans blasphemantes ipsum, sed suam prænotionẽ ac benignitatẽ ostendens, quæ certos facit de salute, eos qui à blasphemia eius pœnitentiam agunt. Ipse enim rursus dicit, Qui negauit me coram hominibus, abnegabitur coram patre meo. Et rursus, Abnegabo ipsum. Et rursus, Qui confitetur me, confitebor ipsum coram patre meo. Sed & rursus idem Theodotus dicit: Et lex de ipso dixit, Prophetã ex fratribus uestris excitabit Dominus uelut me, ipsum audite. Moses autem erat homo: qui uerò ex Deo excitatus est, inquit, CHRISTVS, hic non erat Deus, sed homo, quandoquidem ex ipsis erat, uelut etiam Moses homo erat. Et non uidit in seipso Theodotus ille in delicto constitutus, quomodo rursus unaquæq; dictio habet suam munitionem. Nam quod ex fratribus ipsum excí-

Byzantium Constantinopolis.

Christus homo esse, quomodo probetur à Theodoto.

excitabit Dominus, dicit, eo quod ex Maria ipse genitus est, dicit. Sic enim ait prophe
ta, Ecce uirgo in utero habebit, & pariet filium, & uirgo manēs in utero habebit, non «
ex semine uiri: & pariet filium, manifestus est fœtus in carne à uirgine genitus: & uo-
cabunt nomen eius Emanuel, quod significat Deus nobiscum. Est enim Deus ho
mo, à patre quidē genitus sine principio & sine tempore: homo uero ex Maria, pro-
pter aduentum in carne. Deinde etiam ipsum Euangelium dixit ad Mariam, Spiri- «
tus Domini superueniet in te: & non dixit, Spiritus Domini nascetur in te. Quapro-
pter undiquaq; contentiosus ille & stolidus homo à ueritate excidit. Scriptura enim
undique uitam nostram muniens comperitur, quo ostendat trinitatem semper, & in
omni specie sibiipsi adesse ac cooperari, ut ne aliqui dicant alienum esse Spiritum san
ctum à CHRISTO & patre, id quod multi sibiipsis mala prætexentes faciūt. Itaq;
ea gratia Angelus dicit ad Mariam, Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissi «
mi obumbrabit tibi. Quapropter & quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius «
Dei. Et non dixit solum, quod nascetur: sed, Quapropter & quod nascetur: ut osten
dat ex supernis Deum uerbum, & in utero genitum, secundum suam incarnationē,
& secundum suam bonam uoluntatem, propter quam dispensauit suam incarnatio-
nem ad nostrā salutem. Ideoq; apponit, Quapropter & quod nascetur ex te sanctum,
uocabitur filius Dei. Si enim dixisset, Spiritus sanctus ingredietur in te, non amplius
putandum fuisset filium Dei in carne adueniisse, sed spiritū sanctum in carne accessisse.
Quod autem ex supernis uenerit Verbum, Ioannes declarans euangelicam angeli uo
cem dicit, In principio (inquit) erat uerbum, & uerbū erat apud Deum, & Deus erat «
uerbum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Deinde post hæc, «
Et uerbum caro factum est. & non dixit, Spiritus caro factus est. Neq; dixit, CHRI
STVS homo genitus est. Vndique enim muniens diuina scriptura, Deum & homi
nem ipsum nouit, Deum ex Deo ex supernis delatum, hominem ex Maria sine uiri se-
mine genitum. Quum autē hæc duo uera sint, qui ea excedit non est ex ueritate. Præ-
texit insuper miser ille Theodotus, dicens quod Hieremias de ipso dixit, Homo est,
& quis cognoscet ipsum? & non nouit quod seipsum à ueritate abalienat. Nam sicut
dixi, unaquæque dictio habet suæ ipsius uirtutis interpretationem. Qui enim homo
est, omnino à multis cognoscitur qui eum noscunt: à patre, inquam, ac matre, fratri-
busq; ac cognatis, contubernalibusq; ac uicinis, ciuibus item ac famulis. Hic uerò scri
ptura miraculum totius negocij ipsius exponens, hominem quidem ipsum dixit, ob
aduentū in carne. Verùm quod dixit, Quis cognoscet ipsum? significauit de incom-
prehensibili ipsius deitate. Quandoquidem enim nemo nouit filium nisi pater, & pa-
trem nemo nouit nisi filius, & cui reuelauerit. Nemo igitur cognoscet ipsum, nisi ipsi
reuelauerit. Reuelat autē per sanctum spiritum seruis suis, suam & patris sui gloriam
ac deitatem, & uitam suam æternā futuram, & mysteria sua atque doctrinam, & suum
propter nos uerum in carne aduentū, quod est Deus ex supernis, & homo ex Maria.
Deinde idem Theodotus rursus dicit, quod etiam Esaias de ipso dixit quod homo
sit, sic inquiens: Homo gnarus ferre languorem, & uidimus ipsum in plaga & in affli «
ctione, & ignominia affectus est, & non reputatus est. At nō nouit belua illa, quomo «
do rursus redarguitur. In ipsis enim uerbis Esaias sic dixit: Sicut ouis ad mactationem «
ductus est, & sicut agnus coram tondente ipsum obmutescit, ita non aperit os suum. «
In humilitate ipsius, iudicium ipsius sublatum est. Deinde dicit, Generationē ipsius «
quis enarrabit? quia tollitur à terra hominum uita ipsius. Et non dixit, tollitur uita
ipsius, sed ab hominibus. Semper enim Verbum uiuens existit, & in seipso uitam ha-
bet, & uitam diligentibus ipsum dat, & ex hominibus quidem uita ipsius sublata est:
à seipso uero uita existit. Viuit enim Verbum, & omnibus uitam exhibet qui sperant
in ipsum in ueritate. Et addit, Generationem ipsius quis enarrabit? Si esset homo nu-

dus ex Maria genitus, facile enarrari poterat generatio ipsius. Quando uerò est ante
» Dauid, ante Abraam: Abraã enim pater uester, inquit, desiderauit uidere diem meũ,
» & uidit, & gauisus est. deinde ipsis mirantibus ac dicentibus, Quinquaginta annos
nondum habes, & Abraam uidisti: redarguens Theodotum & infideles, & abnegan-
» tes Deum Iudæos, dixit: Amen amen dico uobis, quod ante Abraam ego sum. Erat
enim ante Abraam uere, & ante Noë, & ante Adam, & ante mundũ, & ante cœlum,
& ante tempus mundi, & ante uniuersa, & ante creaturas. Quapropter quum sit sine
tempore & inenarrabilis, annunciatur per spiritum sanctum ab Esaia, Generationem
ipsius quis enarrabit? quia tollitur ex terra uita ipsius. At, inquit, dixerũt Apostoli,
Viri appellatio de Christo. Virum approbatum erga uos signis & miraculis: & non dixerunt, Deum approba-
tum. Redargueris autẽ rursus Theodote. nam rursus Apostoli in ipsis Actis dixerũt,
uelut beatus Stephanus dicit, Ecce uideo cœlum apertum, & filium hominis stantem
in dextra Dei. Quin & rursus prætexit dicens, quod de ipso dixit Apostolus, Me-
diator Dei & hominum CHRISTVS IESVS. Et non nouit rursus quod hoc
contra seipsum citat. Qui enim dixit, Mediator Dei & hominum CHRISTVS
» IESVS, ipse declarauit, dicens: Qui declaratus est filius Dei in potentia, secundum
» spiritum sanctificationis, ex eo quod resurrexit è mortuis CHRISTVS IESVS
Dominus noster. Et rursus, Factum, inquit, obnoxium legi. Verùm horum uerbo-
» rum faciens certitudinẽ dicit, Siquidem sunt qui dicũtur dei multi, & domini multi,
» Nobis autẽ unus Deus, ex quo omnia, & unus Dominus IESVS CHRISTVS,
per quem omnia. Si autem per quem omnia, & nos in ipsum: non ergo nudus homo
fuerit unigenitus à Maria & hucusq;, neq; à semine uiri: alioqui quomodo per ipsum
omnia esse potuisset ante ipsum facta, uelut tu dicis, si nudus homo esset? Aut quomo-
do per ipsum omnia, quæ ante ipsum cognita fuerunt & facta? Et undiquaq; corrue
huius delira nugacitas. Cæterùm quum quæ ad notitiam eius pertinent, & unius-cu-
iusq; dictionis ipsius subuersionẽ dixerimus, pro ordinis ratione, uelut partem quan-
dam reptilis adhuc se uolutantis transgrediemur, per ueritatis spem ac fidem conual-
catam ac sublatam. & deinceps sequentes considerabimus, & bestialissimas hæreses
contemplari studebimus.

Contra Melchisedecianos, hæresim LV.

MElchisedecianos rursus alij seipsos uocant, auulsi fortassis à Theodotianis appel-
latis. Hi Melchisedec in scripturis relatum glorificãt, magnam quandam uirtu-
tem putantes. Esse autem ipsum superne in innominatis locis. Et esse hunc nõ solum
uirtutem quandã, sed etiã maiorem CHRISTO asserunt. CHRISTVM uerò
simpliciter uenisse putant, & illius ordine dignum factum esse: nimirum ex dicto illo,
Melchisedec quis sit. Tu es sacerdos in æternum, secundũ ordinem Melchisedec: ut sit ipse adhuc inferior
Melchisedec. Nisi enim fuisset in secunda quadam institutione positus, nõ utiq; illius
ordine opus habuisset. Cæterùm de ipso Melchisedec dicunt, quod sit sine patre, sine
matre, sine prosapia, ex epistola Pauli ad Hebræos id ipsum cõprobare uolentes. Fin-
gunt autem & libros sibijpsis cõmentitios, seipsos decipientes. Verùm ex ipsorum dic-
» tis subuersio ipsorũ cõtingit. Quum enim dicit de Domino, Dauid ipse prophetãs,
secundũ ordinem Melchisedec sacerdotem ipsum esse, in hoc fore CHRISTVM sa-
cerdotem diuina Scriptura narrat. Reperitur autẽ statim dicere, Assimilatus filio Dei,
manet sacerdos in perpetuum. Si autẽ assimilatur filio Dei, non æqualis est filio Dei.
Quomodo enim potest seruus esse æqualis domino? Melchisedec enim homo erat.
Quod autẽ sine patre, sine matre dicit, non eo quòd nõ habeat patrẽ aut matrẽ, dictũ
est: sed eo quod nõ sunt manifestissimè in scriptura nominati. Diuinæ enim scripturæ
profunditas, & claritudo mentẽ humanæ naturæ excedens, decepit quàm plurimos.

Etenim

Etenim qui in Arabia Petrea, Robom & Edom appellata habitãt, Moſen propter diuina ſigna Deum putant, adorantq; ipſius imaginẽ, quam effingẽtes ſeducti ſunt, non iuſto ipſis cauſa exiſtente, ſed errore ipſis per iuſtum in ignorantia imaginationẽ inducente. In Sebaſta autem quondam Samaria appellata, filiam Iephthae deificarũt, & in eius honorẽ quotannis feſtiuitatem celebrãt. Sic & hi audientes ſapientia & glorioſa Scripturæ uerba, ad ſtultitiã euerſi ſunt, & in tumidã mentem elati, uiam ueritatis reliquerunt, & fabulas ſibijpſis ementiti, per omnia redarguentur. Nam apud quoſdam Melchiſedec pater ac mater habetur, non autem in expreſſis ac genuinis ſcripturis. Dixerunt autem quidam Eraclan uocari ipſius patrem, matrem uerò Aſtaroth, quæ & Aſteria dicitur. Erat autẽ hic filius indigenarũ, illo tempore in campeſtri regione Sabæ habitantiũ. Salem autẽ ciuitas uocabatur, de qua alij aliter prodiderunt. Quidam enim dicunt ipſam quæ nunc Hieruſalem appellatur, aliquando uerò Iebus dicta eſt. Alij dixerũt aliam quandã Salem eſſe in campo Sicimorũ, ex aduerſo eius quæ nunc Neapolis uocatur. Siue autem hinc ſiue illinc, non longè diſtant loci: tamen ipſum argumentum docet opus. Obtulit enim, inquit, ipſi Abraam panes & uinum, & erat ſacerdos altiſſimi in illo tempore, qui benedixit Abraã, & decimã ab ipſo accepit. Oportebat enim ſacerdotẽ altiſſimi à ſeruo Dei honorari, & primũ quidem Abraam offerre ſacerdoti in præputio ſacra celebranti, quandoquidem ex ipſo ex circunciſione futurum erat ſacerdotiũ, ut omnis altitudo quæ ſe effert contra cognitionẽ Dei, per cognitionem Dei deſtrueretur, ad hoc ut ne ſe iactans circunciſio de ſacerdotio, cõtradicere poſſit ſacerdotio ſanctæ Eccleſiæ. Abraam enim obtulit ipſi Melchiſedec decimam. Qui uerò ab Abraamo deſcenderũt, ipſi Leui offerunt & Aaron. Poſt tempus autem quũ rurſus eſſet ſacerdotium ex circunciſione per Aaron & filios ipſius, conſequẽter Scriptura dicit per Dauidẽ, poſt generationes duodecim à generatione Leui, ſeptimam uerò à ſucceſſione Aaron, natura uilum eſt ut in ueteri ſacerdotio ſacerdotalis dignitas ne cõſtituatur, uerum ad id quod ante Leui & ante Aaron fuit ſecundum ordinem Melchiſedec ſacerdotium transferatur: quod ſanè nunc in Eccleſia uiget à CHRISTO & hucuſq;, dum nõ amplius ſemen ſecundùm ſucceſſionẽ eligitur, ſed forma iuxta uirtutem quæritur. Primum enim ſacerdotiũ in præputio per Abel perficitur. Sed & deinceps per Noë. Tertiũ uerò per Melchiſedec. Et quod quidẽ Melchiſedec homo erat, ipſe ſanctus Apoſtolus in epiſtola dicit ſic: Atis cuius genus non recenſetur ex ipſis, decimas accepit à Patriarcha. Manifeſtũ igitur eſt quod ipſius genealogia ex illis nõ recenſetur. Quot uerò ſunt alij quorũ genus nõ manifeſtè recenſetur? Daniel, Sedrach, Miſac, Abdenago, Helias Thesbites, & in omnibus receptis libris nuſquam habẽtur horũ patres ac matres. Quo uero non iuxta hoc error aliquis contingat, nihil moleſti fuerit etiam ea quæ in Traditionibus deprehẽdimus dicere. Inuenimus enim patrem Danielis, Sabaan quendam appellari. Heliæ uerò patriarchatum ex natura eodem modo inuenimus, quem iuxta ſeriem exponam hoc modo. Helias Thesbites frater fuit Iodac ſacerdotis, ex ſacerdotibus nimirum etiã ipſe exiſtẽs, filius autẽ Achimaam. Achimaã autẽ filius Saduc. Saduc, Achitob, qui fuit filius Amoria. Amorias filius Moriæ. Morias Zaza, qui fuit Azia. Azias, Phinees. Phinees, filius Eleazar. Eleazar filius Aaron, ſacerdotis uidelicet. Aaron, filius Ambram. Ambram Caath, Caath Leui, Leui tertius filius Iacob. Iacob antẽ frater quidem Eſau, filius uerò Iſaac. Iſaac filius Abraam. Verum in receptis libris horum genealogiæ nõ ualde claræ habentur, ſed ſolum in Paralipomenis tractationis de Helia partes. Naturã autem trium puerorum, Sedrac, Miſac, Abdenago, neque in Apocryphis, neq; in Traditionibus inuenimus. Quid igitur dicemus? Nunquid & illi, de Sedrac & alijs dico, ſeducent nos, ut cogitemus quæ non oportet, & tumide admiremur ultra modum uniuſcuiuſq; tractationẽ? Imò abſit. Termini enim nobis poſiti ſunt & fundamẽta, & ædifi-

Moſes ubi pro Deo habeatur.

Salem, quæ ciuitas.

Traditionum autoritas.

Heliæ genus.

catio fidei, & apoſtolorũ traditiones, & ſcripturæ ſanctæ, & ſucceſſiones doctrinæ, & undiquaq; ueritas Dei munita eſt. Et nemo decipiatur nouis fabulis. Redibo autẽ ad propoſitum, uelut hi imaginantur de Melchiſedec. Etenim iuſtus fuit, & ſacerdos Dei, & rex Salem: non autem in cœlo eſt, neque de cœlo deſcendit. Nemo enim aſcendit in cœlum, niſi qui ex cœlo deſcendit filius hominis, ſanctus & uerus Dei ſermo inquit. Ordinẽ uerò Melchiſedec corroborãs Scriptura, & Spiritus ſanctus expreſſe docens, translationẽ ſacerdotij oſtendit, à ueteri ſynagoga & cõſuetudine, ad conſuetudinẽ optimam ac ſummam, & carnalem ſucceſſionem non habentem, atq; unitam. Melchiſedec enim ſanctus hic nõ amplius poſt ſe ſucceſſionẽ habuit, ſed neq; ſacerdotij ablationẽ. Manſit enim ipſe ſacerdos per omne tempus uitæ ſuæ. & adhuc in Scriptura celebratur ſacerdos, ita ut nemo ipſi ſucceſſerit, aut miniſteriũ ſacerdotij in tempore ipſius ſubuerterit. Sic & Dominus noſter, nõ homo exiſtẽs, ſed ex Deo ſanctus Deus, Verbum, filius Dei, genitus ſine principio & ſine tempore, ſemper cum patre exiſtens, natus propter nos ex Maria homo, & non ex ſemine uiri. Sacerdotium autem patri offert, ex humana natura maſſa accepta, ut pro nobis ſacerdos conſtitueretur ſecundùm ordinem Melchiſedec, qui nõ habet ſucceſſionem. Manet enim pro nobis in perpetuum dona offerens. Et primùm quidem ſeipſum obtulit, ut ſolueret ſacrificium ueteris Teſtamenti, quũ perfectius & uiuens pro toto mundo obtuleriſ, ipſe uictima, ipſe ſacrificium, ipſe ſacerdos, ipſe altare, ipſe Deus, ipſe homo, ipſe rex, ipſe pontifex, ipſe ouis, ipſe agnus, omnia in omnibus pro nobis factus, ut nobis uita omnibus modis fieret, & ſacerdotij ſui immutabile firmamentum in ſecula efficeret: non amplius ſecundùm ſemen ſucceſſiones diuidens, ſed ſecundùm iuſtitiam ſeruans in Spiritu ſancto largiens. Imaginantur porrò alij, de hoc Melchiſedec dicentes: carnaliter enim tales perſcrutati ſunt, ſpiritualiter non intelligentes ea quæ à ſancto Apoſtolo in epiſtola ad Hebræos dicta ſunt. & Hierax quidem hunc Melchiſedec putat eſſe ſpiritum ſanctum, eo quòd aſſimilatus eſt, inquit, filio Dei. Manet enim ſacerdos in perpetuũ, ex ipſa dictione quam ſanctus Apoſtolus retulit. Spiritus autem intercedit ſuſpirijs ineffabilibus: qui uerò nouit ſapientiã ſpiritus, nouit quod pro electis intercedit & interpellat apud Deum. Excidit autẽ & hic penitus à propoſito. Nõ enim carnem induit unquam ſpiritus. Quum autẽ carnẽ non induerit, nõ potuit eſſe rex Salem, & ſacerdos loci alicuius. Verũ quãdo de hoc Hierace & ipſius hæreſi ſubuerſionẽ facturus ſum, tum latius de his agã. Nunc uerò in conſequentia permanebo. Quot uerò & quãta de hoc Melchiſedec alij imaginãtur? Samaritæ equidem hunc putant eſſe filiũ Noë ipſum Sem. Ridiculi autẽ etiam ipſi inuenientur. Nam diuina ſcriptura omnia cum bono ordine muniens, ueritatẽ per omnia firmauit, nõ fruſtra temporibus & annis locatis ac expreſſis. Quãdo enim Abraam fuit annorum octoaginta octo aut nonaginta plus minus, tunc Melchiſedec ipſi obuiã uenit, & propoſuit ipſi panes & uinum, myſteriorum ænigmata præfigurans & exemplaria: quum Dominus noſter dicat, Ego ſum panis uiuens: & exemplar ſanguinis ipſius, qui ex latere ipſius compuncto fluxit, ad purgationem inquinatorum, & reſperſionem ac ſalutem animarum noſtrarum. Abraam autem pater Tharra, ſeptuageſimum agens annum, Abraamum genuit, & facti ſunt anni centum ſexaginta plus minus. Nachor autẽ genuit Tharra, quum annorum ſeptuaginta nouem eſſet, & facti ſunt anni ducenti triginta nouem. Seruch autem genuit Nachor, quum eſſet annorum centum triginta, & facti ſunt anni trecenti ſexaginta nouem. Ragan uerò genuit Seruch, annos habens centum triginta duos, & facti ſunt anni quingenti & unus. Phalec autem genuit Ragan annorum exiſtens centum triginta, & facti ſunt anni ſexcenti triginta unus. Heber autem genuit Phalec anno centeſimo trigeſimo quarto uitæ ſuæ, & facti ſunt anni ſeptingenti ſexaginta quinq;. Sala uerò genuit Hebor centeſimum trigeſimum agens

CHRISTI ſacerdotium.

Hieracis hæreſis.

Melchiſedec Sem eſſe creditus eſt.

agens annum,& facti ſunt anni octingenti nonaginta quinque. Arphaxad autem annos natus centū triginta quinque genuit Sala, & facti ſunt mille triginta anni. Sem autem prædictus, quem Samaritæ Melchiſedec eſſe imaginãtur, centeſimo anno genuit Arphaxad, & facti ſunt anni mille centum triginta. Vſque ad tempus Abraam, quo obuiam uenit ipſi Melchiſedec, reuerſus à cæde Chodollogomor & Barſa, & Symobor,& Hamarphal regum. Nō uixit autem Sem tot annos, iuxta nugacem horum imaginationem, ſed centeſimo anno genuit Arphaxad, ſecundo anno poſt diluuium. & uixit poſtea quingentis annis, uelut ait diuina Scriptura. & genuit filios & filias,& mortuus eſt. Quum itaq; annos ſexcentos uixerit,ac mortuus ſit,quomodo potuit uenire ad annos mille centum triginta? ut Sem filius Noë ante decem generationes uocatus, Melchiſedec apud hos poſtea poſt decem generationes, & mille centum triginta annos putetur? Et ô ingentem hominum errorem. Cæterum iuxta calculum aliorum exemplarium, ab ætate Sem, ex quo natus eſt ipſe Sem, uſque ad præiudicatum tempus, occurſus Abraam & Melchiſedec, qui octoageſimo aut nonageſimo anno uitæ ipſius cōtigit, fiunt anni ſexcenti uiginti octo plus minus. Quare omnino non potuit Sem ad præiudicatum Abraæ tempus peruenire, ut Melchiſedec putetur. & corruit undiquaq; Samaritarum uaniloquium. Iudæi rurſus dicunt ipſum quidem eſſe iuſtum & bonum,& ſacerdotem altiſſimi, uelut diuina habet ſcriptura. Verum eo quòd filius ſit ſcorti, dicunt matrem ipſius non ſcriptam eſſe, neque patrem ipſius noſci. Concidit autem & horum delirus ſermo. Nam & Raam meretrix eſt, & ſcripta eſt. & Zanibre qui ſcortatus eſt, ſcriptus eſt: & Chasbite cum ipſo, etiamſi aliena ſit, & non de genere Iſraël exorta. Et omnis qui non per oſtium ingreditur, uelut ſanctum dicit Euangelium, latro eſt, & non uerus paſtor exiſtit. Porrò in Eccleſia quidā diuerſimode de hoc Melchiſedec pronunciant. Aliqui enim ipſum putant natura filium Dei, in humana ſpecie tunc Abraamo apparuiſſe. Excidunt autem & ipſi à propoſito. Non enim quis ſibijpſi unquam ſimilis eſſe poterit, uelut habet Scriptura diuina. Aſſimilatus filio Dei manet ſacerdos in perpetuū. Reuera enim cuius genus nō recenſetur ex ipſis, is Abraamum decimauit. Quandoquidem enim non ex ipſis Iſraëlitis genus eius recenſetur, recenſetur autem ex alijs hominibus: horum ſanè gratia, omnium aliorum propter hanc hæreſim mentionem fecimus, & uelut in digreſſione de his narrauimus. At uerò in nomen huius Melchiſedec prædicta hæreſis etiam oblationes offert, & ipſum eſſe introductorem ad Deum dicit, & per ipſum (inquit) oportet Deo offerre, quia princeps eſt iuſtitiæ, ob hoc ipſum conſtitutus à Deo in cœlo, ſpiritualis quiſpiam exiſtens, & filius Dei ordinatus. Et oportet, inquiunt, nos ipſi offerre, ut per ipſum offeratur pro nobis, & inueniamus per ipſum uitam. Et CHRISTVS quidem, inquiunt, electus eſt, ut nos uocaret ex multis uijs ad unam hanc cognitionem, à Deo uictus, & electus factus. Nam auertit nos à ſimulachris, & oſtendit nobis uiam. Ex quo ſanè Apoſtolus miſſus, reuelauit nobis quod magnus eſt Melchiſedec, & ſacerdos manet in æternum. Et uidete quantus eſt hic, & quod minus ex maiore benedicitur. Ob hoc, inquiunt, etiam Abraamum patriarcham benedixit, uelut maior exiſtens: cuius nos ſumus myſtæ, ut ab ipſo benedictionem aſſequamur. Et uide mihi quàm uana eſt uniuerſorum hæreticorum ſententia. Ecce enim & ipſi abnegarūt Dominum ſuum, qui ipſos redemit proprio ſanguine ſuo. Qui non à Maria initium habuit, uelut ipſi putant, ſed ſemper eſt apud Deum, Deus uerbum, genitus ex patre ſine principio et ſine tempore, uelut tota ſcriptura narrat. Dicit enim, Faciamus hominem ſecundum imaginem noſtram, & ad ſimilitudinem: & non ſecundum Melchiſedec. Hic equidem ſacerdos Dei altiſſimi eſt in propria generatione, & non habuit ſucceſſorem poſt ſe, At non eſt qui ex ſupernis de cœlo deſcendit. Non enim dixit Scriptura quod detulit

Geneſeon calculi uariāt in exēplarib.

detulit Abraamo panem & uinum, sed obtulit ipsi & posteris eius, uelut à regibus uenientem patriarcham excipiens, & benedixit ipsum propter iustitiam quæ erat in ipso, & fidelitatem ac pietatem uiri. Quia in omnibus examinatus, in nullo excidit à iustitia patriarcha. Sed & in hoc cooperatorem habuit Deum, contra eos qui uerterunt Sodomitarum regionem, & abstulerunt nepotem ipsius sanctum Loth, quem & reduxit cum omni præda ac spolijs. Et unde non demõstrauerimus? Quia
» erat semper filius cum patre. In principio enim erat uerbum, & uerbum erat apud
» Deum, & Deus erat uerbum. Et non dixit, Melchisedec erat in principio. Et rursus,
» Venit igitur Dominus ad Abraam, & pluit Dominus à domino ignem & sulphur
» super Sodoma & Gomorrha. Et sanctus Apostolus dicit, Vnus Deus ex quo omnia, & unus Dominus IESVS CHRISTVS, per quem omnia. Et ne quis dicat, Vbi est igitur Spiritus? Quandoquidem enim de uno & uno narrat, non oportebat ipsum spiritum suijpsius per se constitutorem esse. Semper enim obseruat diuina scriptura, ut exemplar nobis fiat. Loquutus est igitur in spiritu sancto Apostolus, & dixit, Vnus Deus ex quo omnia, & unus Dominus IESVS CHRISTVS, per quem omnia. Erat autem cum sancto spiritu dicens hoc, non enim ut deficeret uni
» nitas. Verùm ipse Dominus clarè dicit, Euntes baptizate omnes gẽtes, in nomen pa-
» tris & filij & spiritussancti. Et rursus Apostolus dicit, Vnus est autem spiritus, qui di-
» uidit unicuique ut uult ad utilitatem. Ecce itaque pater, ecce filius, ecce spiritus sanctus. Et nusquam Melchisedec, neque inter dona dixit quod donet, neque inter alias tudines. Et frustra ab his decantantur falsa & excogitata offendicula, non à ueritate, sed ex ipso sibilo draconis, prout unumquenque potuit decipere ac seducere. Et de his iam abundè loquuti, relinquamus hanc hæresim, uelut murem araneum ab pide ictum, per firmum fidei fundamentum, à ueneno uirus eiaculantis bestiæ elapsi. Etenim murem araneum dicunt ad tempus nihil iniuriæ inferre commorso, tempore autem quodam corpus disperdere, & contactum ad mutilationem totarum partium ducere. Sic etiam hæc sententia, his qui statim de his audiuerunt, apparet uelut nihil sit. Verum affricta uerborum attractio quæstionem inducit, & uelut dissipationem his qui non auxilium huius antidoti assequuntur. Non autem fermè apparet animal hoc. In nocte enim ambulat, & sic damnum inducit, maximè in Ægyptiorum regione. Quare sciendum est his qui animalium cognitionem habent, quod non incassum, neque per calumniam, de animali hoc mentionem fecimus. Hæc enim eius proprietas est. Consequenter autem pergam ad alias, quo promissum in Deo explere digni facti, Deo gratias agamus.

Vnus Deus, & unus Dominus, quomodo accipiendum.

Muris aranei natura.

Contra Bardesianistas, hæresim LVI.

Bardesianus. POst hos deinceps sequitur Bardesianus quidam, sic uocatus. Bardesianus autem hic, ex quo hæresis Bardesianistarum orta est, ex Mesopotamia secundum genus erat, ex inhabitãtibus ciuitatem Edessenorum. qui primum quidem optimus uir fuit, & libros non paucos cõscripsit, quando sanam mentem habebat. Nam ex sancta Dei Ecclesia procedebat, doctus existens in duabus linguis, Græca & Syrorum. Augaro autem Edessenorum principi uiro sanctissimo familiaris erat primum, & simul eius adiutor, & ipsius eruditionis particeps. Durauit post illius obitum usque ad tempora Antonini Cæsaris, non Pij appellati, sed Veri. Et multa in Abidan astronomum contra fatum differens, collegit. Sed & alia eius scripta secundum piam fidem circumferuntur. Apollonio uerò Antonini amico contradicebat, admonenti, ut negaret seipsum Christianum dicere. Hic autem fermè in confessionis loco constitutus erat, sermonesq; prudentes respondit, pro pietate uiriliter defensionem suscipiens, mortem se non formidare dicens, quam necesse sit affore, etiam si regi non contradiceret.

Augarus Edessenorum princeps.

Antoninus Verus.

ceret. Et ſic uir hic per omnia magnopere ornatus erat, donec in errorem ſectæ ſuæ incidit, factus inſtar pulcherrimæ nauis, cui incomparabile onus immittitur, & quæ iuxta ripas portus tracta eſt, & totum mercimonium perdidit, & alijs qui nauem conſcenderunt mortem induxit. Corrumpitur enim hic per Valentinianos: & ex ipſorum improbitate, uenenum & zizania horum haurit. Multa autem & ipſe alia principia emiſſiones q; ac productiones narrauit: & abnegata mortuorum reſurrectione, hanc hæreſim docuit. Vtitur autem lege & prophetis, ueteriq; ac nouo Teſtamento, & quibuſdam apocryphis ſimiliter. Subuertetur autem etiam ipſe cum omnibus qui præceſſerunt & poſt ipſum fuerunt, ut qui ſeipſum à ueritate abalienauit, & uelut à face lucida ignis in fuliginem tranſmutatus eſt. Equidem de mortuorum reſurrectione iam nobis in multis ſectis dictum eſt. Non fuerit autem moleſtum etiam rurſus in hoc ſubuertendo paucis uerbis uti. Siquidem enim uetus Teſtamentū admittis ô bone, & ſimiliter nouum, unde nō redargueris ueritatis uiam corrumpens, & teipſum à uita Domini in ueritate abalienans? Ipſe enim Dominus primus (ut fieret nobis reſurrectionis arrabo, & primogenitus ex mortuis) & mortuus eſt pro nobis, & reſurrexit, & non ſimpliciter in apparentia paſſus eſt. Sepultus eſt enim, & corpus eius ge ſtauerunt. Et teſtatur Ioſeph ab Arimathæa. Teſtantur & mulieres quæ tulerunt unguenta ad monumentum, & centum librarum aloës pondus, quod non erat apparentia neque phantaſia. Teſtantur etiam angeli, qui mulieribus apparuerunt, dicentes, Reſurrexit, non eſt hic, quid quæritis uiuentem cum mortuis? & non dixerunt, « Nō eſt mortuus. ſed, Reſurrexit qui paſſus eſt in carne, uiuit autem ſemper in ſpiritu, & læſionis expers eſt in propria deitate. Qui ex ſupernis ex patre genitus ſemper eſt. cui in extremis diebus complacuit, ut ex Maria uirgine homo fieret. Velut teſtatur ſanctiſſimus Paulus, dicens: Genitus ex muliere, factus obnoxius legi. Ergo nondum audiuiſti dictum, quod ait? Oportet corruptibile hoc induere incorruptibilitatē, & « mortale hoc induere immortalitatem. Aut non perſuaſit te Eſaias propheta, dicens: Et reſurgent mortui, & excitabūtur hi qui ſunt in monumentis. Aut ipſe Dominus, « dicens: Reſurgent hi in uitam æternam, & illi in ſupplicium. Aut non meminiſti con « uerſationis ipſius Abel poſt mortem cum Deo? quomodo non animam dicit interpellare ac clamare ad Deum, ſed ſanguinem. Sanguis autem non eſt anima, ſed in ſanguine eſt anima. Corpus enim eſt ſanguis uiſibile. Anima uerò inuiſibilis exiſtens, in ſanguine locum habet. Et undiquaque confutata eſt tua ô Bardeſiane, peruerſa fides, ex ipſa ueritate ſubuerſa. Cæterùm de multis principijs quando quidē ſæpe contra eos qui ſic dicunt, multa diximus, hic non multam diſputationem facturus ſum, ſed uelut in commonefactione, quum ſanctus Apoſtolus dicat: Nobis unus Deus « pater, ex quo omnia, & nos in ipſum: & unus Dominus IESVS CHRISTVS, « per quem omnia, & nos per ipſum. Quomodo igitur multitudo deorum erit, & multa principia? ſi unus eſt Dominus IESVS CHRISTVS, propter quem omnia, & per quem omnia, & nos per ipſum. Igitur unus eſt creator, & neque multi dei, neque multa ſecula. Dixit enim, Siquidem ſunt multa quæ dicuntur ſecula: uocem autem Quæ dicuntur, uelut de his quæ non ſunt, pronunciauit. Verum propter eos qui Græcorum dicuntur, & quos ipſi Græci deos fecerunt, ſolem & lunam, ſideraq; & his ſimilia pronuncians, omnium erroneorum ſententiam excluſit. Quum autē ſana fides undiquaq; ſeruetur, quæ fundamentum eſt & ſalus fidelium, facile omnium ſectarum excogitata uanitas euertitur. Velut etiam hic ſubuerſus eſt, & miſerabilem ſeipſum cōſtituit, & ſeipſum à uita abalienauit. Dicit enim Propheta ad ſanctam Dei Eccleſiam, Ponam carbunculum lapidem tuum, & fundamenta tua ſaphirum, & « muros tuos lapides electos, & propugnacula tua iaſpin. Deinde poſtea dicit, Omnis « uox quæ inſurget contra te, omnes ipſos uinces, contra te uerò non proſperabun- « tur.

Simile.

Anima in ſanguine.

„ tur. Nihil enim ualebit aduersus fidem ueritatis. nam super petram ædificata est, & portæ inferni non præualebunt contra ipsam: uelut sanctus Deus uerbum ipsi promisit, qui rex eius est & sponsus, & dominus eius atque hæres: Cui gloria, honor, imperium, patri in filio, cum sancto spiritu, in secula seculorum, Amen. Quando uerò & hæc ipsa hæresis conculcata est, & uelut concisi serpentis caput adhuc se uoluntans, per lignum uitæ oppressa, ipsi Deo gratias agentes ô charissimi, rursus ad alias speculatores transeamus.

Contra Noetianos, hæresim LVII.

Noetus. ALius rursus post hunc Noëtus nomine surrexit, non antè multos annos, sed antè hoc nostrum tempus centum triginta plus minus annis, Asianus urbis Ephesi existens, qui alieno spiritu ductus uoluit à seipso, quæ neque prophetæ, neque apostoli, neque Ecclesia ab initio obtinuit, neque cogitauit, dicere ac docere. Hic à seipso insaniæ elationibus elatus, ausus est dicere patrem passum esse. Insuperq; ad maiorem fastum ac dementiam delatus, seipsum dixit esse Mosen, & fratrem suum Aaron. Verùm interim dum hæc fama de ipso ferebatur, beati Ecclesiæ presbyteri, accitũ ipsum de his omnibus examinabant, & an hanc blasphemiam de patre protulisset interrogabant. Ipse uerò primùm quidem negabat coram presbyteris constitutus, eo quòd nemo ante ipsum horrendam ac pernicioſam hanc amarulentiam euomuisset. postea uerò ex rabie quam habebat, in alios quosdam immittens, ut ita dicam, & secum decem uiros trahens, in maiorem arrogantiam ac temeritatem elatus, ac audax factus, palàm deinceps hæresim docuit. Rursus itaq; ijdem presbyteri accitum ipsum & homines illos ab ipso corruptos, de ijsdem rursus interrogabant. Ipse uerò cum seductus ab ipso perfricta fronte deinceps palàm contradicebat, dicens: Quid enim mali feci? unum Deum glorifico, unum noui, & non alium præter ipsum, genitũ, passum, mortuum. Vbi igitur in his permansisset, expulerunt ipsum ex Ecclesia unà cum discipulis suis. Moritur autem idem paulo pòst unà cum proprio fratre, non uelut Moses in gloria, neque ipsius frater Aaron ille sepultus est in honore. abiecti enim sunt uelut transgressores, & nemo ex pijs ipsos cooperuit. postea uerò sequaces eius mente corrupti, corroborarunt hoc dogma, per ea subducti, quibus etiam præceptor ipsorum ab initio. Quando enim interrogatus à presbyteris dixit, Vnum Deum glorifico: audiuit ex ipsis ex amore ueritatis, Vnum deũ glorificamus etiã ipsi, sed uelut nouimus iuste glorificare: & unum CHRISTVM habemus, sed uelut nouimus unũ CHRISTVM filium Dei, passum sicut passus est, mortuũ sicut mortuus est, qui resurrexit, qui ascendit in cœlum, qui est in dextera patris, uenturus ad iudicandũ uiuos & mortuos. Hęc dicimus docti ex diuinis scripturis, quæ et nouimus. Ex hoc Noëtiani, qui sunt auulsio ipsius, & qui ex ipso processerunt, hoc dogma glorificant, ex dictis his blasphemiosam suã doctrinã confirmare conantes. Nempe ex eo quod dixit Deus ad Mosen, Noetiani.

„ Ego sum Deus patrũ uestrorũ, ego primus, & ego post hæc, nõ erũt tibi dij alij, &c.

„ Dicebant igitur, Nos itaq; ipsum nouimus solum. Si itaque CHRISTVS uenit & natus est, ipse est pater, ipse filius, profectò ipse est Deus qui semper est & nunc uenit:

„ uelut dicit scriptura, Hic Deus tuus, non reputabitur alius ad ipsum. Excogitauit

„ omnem uiam scientiæ, & dedit ipsum Iacob seruo suo, & Israël dilecto suo. Post hæc uisus est in terra, & cum hominibus conuersatus est. Vides, inquiunt, rursus quomodo diuina Scriptura nos adsuefacit, ut ne alium atque alium Deum putemus, dicens quod ipse Deus est solus qui uenit, & ipse rursus postea cõspectus: Rursus uerò alio

„ dicto utũtur hoc, ubi dicit, Laborauit Ægyptus & emporia Æthiopum, & Sabaim

„ uiri alti ad te transibunt, & tibi serui erunt, & ibunt retro te ligati manicis, & in te ado

„ rabunt, & in te preces fundent, quia in te Deus, & non est Deus præter te. Tu enim

es

& Deus, & non noueramus, Deus Israël Saluator. Vides inquiunt, quomodo diuinæ scripturæ unum Deum indicant, & prædicant ipsum manifeste? & in confesso unus est idem semper existens. Et ea de caussa non multos deos dicimus, sed unum Deum, eundem passionis exortem, eundem patrem filij, eundem filium & passum, ut nos per propriam passionem saluaret, & non possumus alium dicere: Nimirum à præceptore suo docti hanc confessionem, & prauam hãc opinionem, & pernicioſam insaniam. Postea uero alia, ad confirmandam hæresim suam, dicta producunt, uelut etiam præceptor ipsorum dixit, quod etiam Apostolus his uerbis testimonium præbet. Quorum sunt patres, ex quibus est CHRISTVS secundum carnem, qui est in omnibus Deus benedictus in sæcula, Amen. Volunt autẽ in hunc modum in uno membro narrare, uelut etiam Theodotus. Et ille quidem ex natura extremè nudum hominem narrauit: Hic uero aliam extremitatem uniformiter, eundem Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, in carne passum & genitum putauit. Necp igitur illi, qui à Theodoto descenderunt aliquid in ueritate dixerunt, necp hic Noëtus & eius socij, potius anoëtus, id est stolidus appellandus: quemadmodum diuinæ scripturæ utrosqp & omnes erroneos redarguunt. Cæterum omnibus qui mentem in Deum habent, & in sancta scriptura ac Spiritu sancto illuminati sunt, facile refutabilis & omni dementia refertus, ipsorum sermo apparet. Audaciæ enim ac temeritatis est hoc opus, & mẽtis occęcatæ opinio, quæ asserit eundem patrem, & eundem filium, & eundem passum. Quare etiam à recta ratiocinatione iudicabuntur qui talia dicunt. Quomodo enim fuerit Pater, idem qui & Filius est? Si enim Filius est, omnino alicuius filius fuerit à quo genitus est. Si uero pater est, seipsum generare impossibile est. Rursus quod uocatur filius, seipsum non genuit, sed ex patre genitum est. Et ô ingentem hominum uesaniam, & deprauatam cogitationem. Est enim rationi consentaneum non uelut hi putant, sed sicut ueritas per diuinam scripturam nobis ostendit. Statim enim ait Dominus dicens, Ecce intelliget filius meus dilectus quem elegi, quem dilexit anima mea, ponã spiritum meum in ipso: & uides quomodo uox patris ostendens natura filium dicit, in quo etiam spiritum suũ ponit. Deinde uero etiam ipse unigenitus dicit, Glorifica me pater in gloria, quam habui apud te antecp mundus fieret. Qui autem dicit, Pater glorifica me: non seipsum patrem uocat, uerum patrem suũ cognoscit. Rursus in alio loco uenit uox de cœlo, Hic est filius meus, ipsum audite. Et non dixit, Ego sum filius meus, me audite. Necp rursus, factus sum filius: Sed hic est filius meus, ipsum audite. Et quum dicit, Ego & pater meus unum sumus: non dixit, Ego & pater meus unus sum, sed ego & pater meus unum sumus. At ego & pater, quum sit in græca loquutione articulus additus, ὁ πατήρ, & coniũctio Et in medio, significat patrem natura patrem, & filium natura filium. Et rursus de Spiritu sancto. Si abiero ille ueniet spiritus ueritatis. Lõge uero clarissimum est hoc, Ego abeo, & ille uenit. Non dixit, Ego abeo, & ego ueniam: sed à uoce ego, & ille, significauit in substantia esse filium, substantiam habere Spiritum sanctum. Et rursus, Spiritus ueritatis qui ex patre procedit, de meo accipiet: ut ostendat in substãtia esse patrẽ, in substantia Filium, in substantia Spiritum sanctum. Rursus in Iordane, ex supernis Pater loquebatur, Filius uero in Iordanem descẽdit. Spiritus intermedius in specie columbæ apparebat, & uenit super ipsum, & quidem quũ Spiritus carnem non gestarit, necp corpus induerit. Quo uero ne putetur coniunctio esse Spiritus sancti ad Filium, figuratur in specie columbæ, ut uideretur natura in substantia esse Spiritus. Vnde uero aliunde non possimus ostendere contra hos, qui insaniam in seipsis pepererunt? Si quidem enim uerum dicit ipsorum sententia, & sermo uanus necp consistentiam, necp uim habens, necp intelligentię rationẽ

Noëtus anoëtus.

S. Trinitatis personarum distinctio.

aut significationem: Ergo reijciendæ sunt scripturæ, quæ ubique Patrem, Patrem cognoscunt, & Filium, Filium: & Spiritum sanctum, Spiritum sanctum. At quid dicis ò bone? Num deorum multitudinem putauerunt, qui uerè cultum & reuerentiam trinitati obtulerunt, qui sanè sunt filij ueritatis & solius catholicę Ecclesiæ? profectò non sic. Quis enim non gaudet unum ueritatis Deum esse? Patrem omnipotentem, ex quo unigenitus Filius in ueritate Deus uerbum, in substantia uerbū uerum genitus ex ipso, sine principio, sine tempore? Quapropter unum Deum certò prædicat Ecclesia, Patrem & Filium, quoniam ego in Patre, & Pater in me: & duo unum sumus, hoc est una Deitas, & una uolūtas, & una dominatio. Ex ipso uero Patre etiam spiritus procedit, in substantia existens, & in ueritate perfectus spiritus ueritatis, qui illuminat omnia, qui ex Filio accipit, Spiritus ueritatis, Spiritus Patris, Spiritus CHRISTI. Quapropter unam Deitatem nouit Ecclesia. Vnus est Deus ueritatis Pater, Pater perfectus in substantia, Filius perfectus in substantia, & sanctus Spiritus perfectus in substantia, una Deitas, unus principatus, unū Dominium. Quapropter ubicq; clarè prædicant diuinæ scripturæ unum Deum, hoc est, trinitatē coessentialem, semper existentem eiusdem identitatis, eiusdem dominationis, & corruit undiquaq;, ò stolide, stoliditatis tuæ sermo. Quum itaque sic dicta sint, & appositè ad prædicti Noëti uoces, considerare ab initio oportet, & sic eadem capita subuertere. Primum igitur quandoquidem introduxit hoc caput,

„ quod unus Deus ex quo omnia, & nos in ipsum, & unus Dominus IESVS CHRI-

„ STVS, per quem omnia, & nos per ipsum: Non uides, quod unus Deus ex quo omnia, & nos in ipsum, quomodo unum principium significat? ut ne ad multa principia mentem conuertat, & rursus ad multitudinem deorum, seductam hominum mentē, per inanem multitudinis deorum uocem, agat? Vides enim quod uno nomine utitur, & una appellatione, non negans unigenitum Deum. Nouit enim ipsum Dominum, & nouit ipsum Deum. Quapropter muniens hoc dicit, Et unus Dominus IESVS CHRISTVS, per quem omnia. Et de Domino quidē hoc dicens, non eundem indicauit Patrem esse, & eundem Filium: sed ostendit Patrem quidem Patrem esse, Filium uero uerè Filium. Nam quod dixit unus Deus, de Patre, non uelut negās de Filio, quod Deus sit, dixit. Si enim nō est Deus, neq; Dominus: quando uero Dominus, utiq; etiam Deus. Verū in unam nomenclaturam reducere coactus, à Spiritu sancto Apostolus, declarauit nobis fidem, euidenter unum Dominum indicans, utiq; & Deum. Cæterum nemo putet quandoquidem dicit unum & unum, nunquid reliquit numerum trinitatis? quum nō nominarit Spiritum sanctum? Quando enim nominauit Patrem & Filium, Deū & Dominum, in Spiritu sancto nominauit. Non enim quia dixit unus Deus, de Patre ex quo omnia, ideo negauit ipsum esse Dominum. Neq; rursus quia dixit, Et unus Dominus IESVS CHRISTVS, negauit ipsum esse Deum. Sed quemadmodum de Patre contentus fuit, una appellatione, dicens unus Deus: Cum eo enim quod est Deus, uidelicet est & Dominus: Ita & in Filio contentus fuit dicere unus Dominus. Cum eo enim quod est unus Dominus, simul est & Deus. De Patre igitur & Filio dicens, non uacuus erat à Spiritu sancto, sed in Spiritu sancto, uelut dixi, loquebatur. Solet autem semper Sanctus Spiritus non suijpsius constitutionē facere, ut ne nobis exemplar exhibeat, ut & nos de nobis ipsis constitutionem faciamus, ac afferamus. Igitur unus est Deus Pater ex quo omnia: Et unus Dominus IESVS CHRISTVS per quem omnia, aut propter quem omnia: & unus Spiritus sanctus, non alienus à Deo, uerum in substantia existēs, quia Spiritus Dei, & Spiritus ueritatis, & Spiritus Patris, & Spiritus CHRISTI. Si uero de hoc, Laborauit Ægyptus, & emporia Æthiopū, Sabaim uiri alti ad te transibūt. Et hoc, Tues

Deus &

Vnus Deus, et unus Dominus, quomodo accipiendū.

Deus & non noueramus. Et tibi ſerui erunt, & ibunt retrò te ligati manicis, & in te adorabunt, quia in te Deus eſt, & non eſt Deus præter te. Tu enim es Deus, & non noueramus, Deus Iſraël Saluator. Non uides inquit, quod unus Deus eſt? Ex talibus enim dictis uelut oſtendimus, non intelligens dicta, ſed improbè mutilans ſcripturas, obliquè quidem exponens, per tranſgreſſionem uero inducens ſermones, non conſequenter & iuxta pedem loquitur, neq; ſecundum ſeriem narrat Noëtus, aut Noëtiani ex ipſo intelligunt. Quemadmodum enim malo cani nomẽ eſt Leo, & eos qui non reuera uident, probè uidentes uocant, & fel dulce dicunt, & acetum aliqui mel appellauerunt, & erinnyas hoc eſt furias, quidam Eumenidas, hoc eſt beniuolas appellarunt. Sic etiam hic, Noëti nomen habens, anoëtus id eſt ſtolidus eſt, quiq; ab ipſo deſcenderunt ſtolidè faciunt, omnino nõ conſequentiam eorum, quæ dicũt, & quæ proponũt intelligentes. ut etiam impleatur in ipſis quod dictum eſt à ſancto Apoſtolo. Neq; quæ dicunt intelligentes, neq; de quibus affirmãt. Videte ſanè mihi, ô uiri fratres, quomodo ſcriptura ſuperius dixit, Imò potius ipſe Dominus, uelut initium capitis habet, unde tota res ac ueritas oſtẽdetur. Interrogaſtis me de filijs meis & filiabus, & de operibus manuum mearum præcepiſtis mihi. Ego feci inquit, terram & hominem in ipſa: Ego manu mea firmaui cœlum: Ego omnibus aſtris præcepi: Ego excitaui cum iuſticia regem, & omnes uiæ ipſius rectæ. Hic ædificabit ciuitatem meam & captiuitatem meam conuertet, non cum pretijs redemptionis, non cum donis, dixit Dominus Sabaoth. Poſtea deinceps, laborauit Ægyptus & emporia Æthiopum, & cætera: quia in te Deus eſt. In quo autem dixerimus quàm in paterno uerbo? Nam uerè Deus Verbum eſt Filius, & in ipſo pater cognoſcitur ſicut dicit. Qui uidit me, uidit Patrem, & ego glorificaui nomen tuum in terra. Deinde rurſus, ego excitaui regem. Non uides quod uox eſt Patris propria, quæ excitat ex ipſa uerum Verbum regẽ ſuper omnes? eum qui ex ipſo uerè genitus eſt ſine principio, ſine tempore. Qui & excitauit rurſus ipſum regem, uelut ſanctus Apoſtolus ait dicens. Si uero ſpiritus eius qui excitauit CHRISTVM, ex mortuis habitat in uobis, qui excitauit CHRISTVM ex mortuis, uiuificabit mortalia corpora ueſtra, per inhabitantẽ ſpiritum ſuum in uobis. Vides quomodo concordant prophetica Apoſtolicis, & Apoſtolica Euangelicis, & Euangelica Apoſtolicis, & Apoſtolica propheticis? Deinde, Excitaui regem. Et hic qui excitat CHRISTVM ex mortuis, hic in te Deus eſt. Quàm myſtice quàm mirabiliter omnia enarrat diuina ſcriptura. Nã uelut in templo in carne præuidebatur, & hominũ ſpei prędenunciabatur Deitas ipſa, per conuerſationem ad Patrem. Filius enim Dei Deus Verbum, uelut in ſancta ciuitate & in templo ſancto, hoc eſt in ſancta incarnatione, & aduentu in carne, Deus exiſtens habitans in templo ſancto dicit. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo ac erigam ipſum. Quapropter myſticè omnia diſpenſat Deus uerbũ miſſus à Spiritu in carne, & uinculum dilectionis oſtendens attrahitur, & paruifaciens ſeipſum, quum magnus ſit Deus ipſe Verbum, ex uirgine per Spiritũ ſanctum genitus Filius Dei. Vnus exiſtens, qui ſeipſum carne & ſpiritu unum fecit, uelut dicit: Qui deſcendit ipſe eſt, & qui aſcendit, Filius hominis qui eſt in cœlo. Quid igitur dicit Noëtus in ſua ſtoliditate? Num in cœlo caro erat? nimirum non erat. Quomodo igitur qui deſcendit ex cœlo, ipſe eſt qui aſcendit? Imò hoc dicit, ut uerbum quod deſcendit indicet non ex infernis eſſe, ſed ex ſupernis deſcendiſſe. Quandoquidem uero homo factus eſt in carne, non à ſemine uiri, uerum ex ſpiritu & carne, ſuã diſpenſationem perfecit. Ob id unam unitatem indicans conuenientis uerbi & incarnationis, dicit eum qui ex ſupernis uenit ſurſum aſcendiſſe, in perfectione Deitatis. Et enim nunc qui non erat unq;, caro eſt ex ſpiritu & uirgine, qui

Iuxta pedem loqui.

ne, qui productus est à Patre perfectum Verbum, qui ante hac in cœlo non erat ex
ro. Quid igitur erat, qui in cœlo erat, quàm Verbum à cœlo demissum habẽs, uni-
tionem in unam Deitatem, secũdum uirtutem Patris counitam? ut ostendat quod
in terra & cœlo idem Deus Verbum fuit, immutabilis & inalterabilis existens.
Verbum enim erat, Deus erat semper: Spiritus erat: Virtus erat: Qui commune
Filij hominis appellatio. nomen & apud homines compræhensibile in seipsum susceptt, sic uocatus, Filius
hominis quũ Filius sit Dei. Et in prophetis anteq̃ esset, nominabatur, quod non-
» dum in carne erat, ob id, quod in ipso futurum erat. Quemadmodum etiam Dani-
el dixit: Vidi uelut Filium hominis uenientem in nubibus. Quapropter iustè in
cœlo nomine, hoc uerbum uidit, in Spiritu sancto propheta, Filium altissimi uo-
» cans. Ideoq̃ priora posteriora indicans unigenitus dicit: Nemo ascendit in cœlũ,
nisi qui ex cœlo descendit Filius hominis. Non quod supernè erat caro, sed ex su-
pernis descendit. At quid est inquies tu, quod hic ait Deus noster, & non reputa-
» bitur alius? Valde bene dixit, quemadmodum etiam Apostolus cõfirmat dicens,
» Quorum sunt Patres, ex quibus est CHRISTVS secundum carnem, qui est in om
» nibus Deus. Mirabiliter narrat. Hic enim qui est, est in omnibus Deus. Quando-
quidem enim ipse docet nos dicens: Omnia mihi tradita sunt à Patre meo: ob id
» in omnibus est Deus. Sic etiam Ioannes testatur dicẽs: Quod erat ab initio, quod
audiuimus & oculis uidimus, & manus nostræ palpauerunt. Et rursus in Apoca-
lypsi dicit, Qui erat ab initio, & qui uenit omnipotens, bene per omnia dixit: bene
enim dixit, omnia mihi tradita sunt à Patre meo: & exactè proposuit. Super om-
nia igitur est Deus, & proprium suum habet Patrẽ, in eo quod dicit, Abeo ad Pa-
» trem. Si autem esset ipse Pater, ad qualem Patrẽ, ô stolidè, abiret? Rursus enim di-
Ego & Pater unum sumus, & ego & tu unum sumus, quomodo ac-cipiendum. cit, ut sint unum, uelut ego & tu unum sumus. Semper enim scriptura muniens ca-
sus hominum iuxta summum, undiquaq̃ mentem contrahit, ad mediam ueritatis
uiam. Et ad eos quidem, qui putãt alienum esse filium à Patre, uelut Arrius & alie
secteq̃ putant, dicit: Ego & Pater unum sumus. Ad eos uero, qui putant ipsum esse
Patrem, & eundem esse Filium, eò quod dixit, Ego & Pater unum sumus: dicit,
Fac ipsos ut unum sint, quemadmodum ego & tu unum sumus, quò pudefaciat
Noëtum & ipsius scholam, adducens in medium discipulorum unionem. Quo-
modo enim potuit Petrus & Ioannes, & alij deinceps unum esse, uelut per coniun
ctionem? Verum quod essent in una unitate Deitatis, & in una sententia ac uirtu-
te, ad repellendum omnem opinionem, contra alterutram ueritatis partem insur-
gentem. Philippus porrò sanctus ille Apostolus dicit, ostende nobis Patrem tuũ.
Ipse uero dixit, Qui uidit me, uidit Patrem: & non dixit, Ego sum Pater, sed me
significationem, seipsum dicens, uerum uidit Patrem, non seipsum dicens. Aliud
enim est præsertim in Græca oratione, τὸν, articulus ad uocem, Patrem, adiectus,
quasi dicas ipsum Patrem, & aliud me: Et aliud ego: & aliud me. Si enim esset idẽ
ipse Pater, dixisset ego sum. Quandoquidem uero non est ipse Pater, sed Filius, ue
rè dicit: Qui uidit me, Vidit Patrem: quò Arrij blasphemiam repellat, quæ Filiũ
à Patre alienum facit. Quare quum tota scriptura clarè nobis uiã ueritatis pro-
ponat, Et nos hunc Noëtum & ipsius hæresim, Noëtianos inquam, cum alijs sectis
Draco ostra-cites. repulerimus, uelut Draconem ostraciten appellatum, qui in eo quod hominẽ per-
sequitur, se flectere non potest, neq̃ ad dexteram, neq̃ ad sinistram: declinata ipsi-
us ac scholæ eius improbitate, ad sequentes, per uirtutem Dei, mentem adhibebi-
mus, ad enarrationem ac confutationem nouarum dictionum, in ipsis, contra ueri-
tatem excogitarum.

Contra Valesios, Hæresim LVIII.

Valesij. DE Valesijs audiuimus sæpe numero, nõ tamẽ cognouimus ubi sit, aut quis sit,
aut unde

aut unde originem duxerit, aut quid dicat, siue admoneat, siue loquatur hic Valēs: & nomen quidem Arabicum existens, quandam suspicionem nobis præbet, ut cogitemus hunc, & sectam ipsius in hunc usq; diem durare, ita ut sint quidā in Bacathis regione Philadelphina ultra Iordanem. Et indigenæ quidem Gnosticos hos appellare uolunt. Nō sunt autem ex Gnosticis, aliter enim hi sentiunt. Quæ uero ad nos peruenerunt, hoc modo se habent. In Ecclesia æquidem plures congregati erant, usq; ad tempus aliquod, donec in amplitudinem dilatata est ipsorum demētia & ab Ecclesia reiecti sunt. Sunt autem omnes execti. Sed & ipsi de principijs siue principatibus ac potestatibus, atq; alijs eodem modo opinātur, & ubi acceperint hominem in disciplinam, quanto quidem tempore mēbris nondum exectus est, animatis nō uescitur. Vbi uero persuaserint ipsum, aut per uim execuerint, tūc omnibus uescitur, uelut iam à certamine quietus, & non amplius in periculo constitutus, ut impellatur per edulia ad concupiscentiæ uoluptatem. Non autem solū proprios hoc modo perficiunt, sed sæpe etiam peregrinos accedentes, & adhuc apud ipsos hospicio exceptos, ad talem uitam deducunt, uelut multa de hac re fama fertur. Abripiunt enim tales intus, & uinculis alligatos per uim castrāt. Et hæc sunt quæ de his ad nos uenerunt: de quibus quum cognouerimus, in quo loco mansionem habeant, & quod nomen hoc frequens sit in illis partibus: ubi hæresis nomen aliud non deprehendimus, putauimus hanc esse. Ingens est autem horum uesania. Si quidem enim hoc quod est in Euangelio implere uolunt, Si offendiculo fuerit tibi unum membrorum tuorum, recide à te. Melius est enim tibi, ut in regnum cœlorum ingrediaris claudus aut cæcus aut mutilus: & cætera. At quomodo possunt in regno cœlorum, aliqua esse detruncata? Si enim regnum cœlorum omnia perficit, nihil imperfecti in se habet, & quando corporis erit resurrectio, omnia membra resurgent, & nullum ex ipsis relinquetur. Et si omnino membrum non resurget, neq; totum corpus resurget. Et si unum membrum, quod offendiculo fuit, solum relinquitur, nullum omnino membrum restās relinquetur, omnia enim nobis offendiculo fuerunt. Quis uero rescindet cor suū, quod omnibus offendiculo est? Ex interius enim inquit, procedunt scortationes, adulteria, petulantia, & his similia. Quis igitur rumpet cor suum? Si uero non resurgit corpus, iuxta quorundam dementiam & impietatem, quomodo ergo differet sermo de his decretus? Quum enim omnia membra, non ingrediantur in regnum cœlorum, quid amplius opus circa unum fieri membrum, quum alia hoc non expleant? Si uero resurgit corpus (resurgit enim) quomodo possibile est adhuc in regno cœlorum fieri mutilationem? Aut quomodo non erit indecorum regnum cœlorum, multa habens corpora ad gloriam? Si uero etiam omnino resectum fuerit membrum, quod scandalo est, ergo resectum est & non peccauit, resectum autem & peccato non inquinatum, ipsum sanè primum omnium resurgere oportet, quū non peccarit. Qui uero ob procliuitatem ad opus uenereum temerè se castrarunt, hi ab omnibus se reprobarunt ac abalienarūt. Neq; enim uiri sunt, propter castrationem. Neq; mulieres esse possunt, eo quod præter naturam habent. Sed & coronæ certaminis ac præmij huius cognomen anteuerterūt. Neq; ulli aliqui ex tribus Eunuchorū ordinibus, à Domino relatis, hi esse possunt. Sunt enim, inquit, Eunuchi, qui ex utero matris ipsorum sic geniti sunt. Illi enim insontes sunt à castratione sua, neq; uero peccatum habent, eo quod sic nati sunt, neq; rursus peccatum facere possunt, rei uenereæ inquam, quia nō habent instrumenta gignendi liberos, ex Deo creata. Sed neq; mercedem habebunt castrationis cœlorū, eò quod ad certamen non sunt initiati. Si uero etiam concupiscentijs initiati sunt tales, non potētes facere, quod non oportet facere, & non facientes mercedem non habent. Non

Eunuchorum secta.

Eunuchi triplices.

enim eo quod uoluerunt, opus ab ipsis nõ factum est, sed eò, quod non potuerũt. Et hic quidẽ est ductus primæ castrationis, à Domino relatæ, quæ à matribus ge-
» nita est, ex quorum numero hi esse non possunt. Et sunt Eunuchi, qui ab homini-
bus eunuchi facti sunt, inquit Saluator. Et neq; ex his sunt prędicti: Et illi quidem
gignuntur: Hi uero ab hominibus castrantur, usus alicuius gratia regij, aut domi-
norum. Quidam enim Barbari reges aut etiam tyranni, æmulationis aut suspicio-
nis gratia, erga proprias uxores, adhuc ualde paruos pueros accipiunt, ipsosq; ca-
strant, ad hoc ut adulti facti, proprias suas uxores ipsis credãt: & sic mundo facta
est huius castrationis causa. Vnde sanè arbitror etiam Eunuchum uocari ab eo,
Eunuchorum appellatio unde. quod εὐνοεῖν, hoc est benevolus esse, ac fidem seruare possit, ablatis membris, & nõ
affricari per mistionem corporum, uelut organis priuatus. Alter itaq; ordo Eunu-
chorum hic est, eorum, qui pueri accipiuntur ac castrantur ab hominibus, nõ pro-
» pter regnum cœlorũ. Et sunt, inquit, Eunuchi qui seipsos castrarunt, propter re-
gnum. Qui nam igitur hi fuerint, quàm generosi Apostoli ac monasticam uitam
degentes, & deinceps uirgines. Ioannes quidem & Iacobus filij Zebedæi, qui mã-
serunt in uirginitate, neq; tamen proprijs manibus membra resecuerunt, neq; nu-
ptias contraxerunt, sed proprio corde decertarunt, & mirabiliter gloriam coronæ
huius certaminis abstulerunt. Post ipsos uero quot milia in mundo solitariam ui-
tam degentes, & à monasterijs, & à uirgineis conuentibus huius certaminis glo-
riam abstulerunt? qui corporibus mulierum non mixti sunt, sed in perfectissimo
certamine decertauerunt. Velut etiam Helias in ueteri Testamento reperitur, &
Paulus dum dicit: Dico autem inconiugatis, bonum est ipsis si manserint sic, ut &
» ego. Si uero se non continent, contrahant matrimonium. Quomodo igitur ipse
manſit? Si quidem enim refectus erat, & secundum ipsum mãserunt assimilati ipsi,
ut implerent hoc, sicut & ego. Quomodo exectus aliquis potest matrimonium cõ-
trahere, si se non continet? Sed & matrimonium contrahant & ne urantur, uide
quod de continentia dicit, & non de membrorum ablatione? Si uero dicunt hi,
propter regnum cœlorum seipsos castrasse: quomodo seipsos alienos facient à
dicto uerbo, quòd sunt quidã, qui eunuchi facti sunt ab hominibus. Si enim ipse
proprijs manibus seipsum castrat, homo est, & manus ipsius nefarium hoc
opus perpetrarunt. Si uero ipse sibijpsi nihil facere potest, uerum ab alijs castra-
tus est, non amplius est propter regnum cœlorum: quoniam ab hominibus ca-
stratus est, aut per seipsum, aut per eos, qui hoc fecerunt. Excidet autem & à co-
rona, & à brauio: Non amplius gratiam habens, propter abstinentiam huius
usus, uerum quod non potest uti, ablatis huius causſæ partibus. Et ob unum
hoc ipsum iudicabitur, uelut qui proprium membrum corrumpit, & qui alienũ
uineam exscindit. Non enim secundum Deum uixit, sed per insidias talis opifici
Domino Deo restitit. Et talis ad ampliorem concupiscentiam deueniet. Nam
Eunuchus celebratur apud sapientem, non abstinens à cupiditate, sed non po-
» tens concupiscentiam perficere, uelut dicit: Concupiscentia Eunuchi, est deuir-
ginare iuuenculam. Et ô ingentem uanitatem, undiquaque in mundo multifor-
miter excogitatam. Atque hæc sunt quæ de his cognouimus. Quapropter quan-
do compendiò de ipsis diximus, & uelut dixi hos prædictos, illos esse suspicati
Scorpius geminum aculeum habens. sumus, relictis ipsis ac irrisis, uelut scorpio geminum aculeum habente, qui
quidem extremitatibus, ac chelis ab origine patrum uitis aduersati sunt, per
aculeum uero formæ sanctæ Dei Ecclesiæ resistunt, ubi firmo calciamento,
hoc est per Euangelij dicta, ipsos conculcauimus ac derisimus, pro consue-
tudine nostra ad reliquas transeuntes, hic ab ipsorum improbitate desiste-
mus.

Contra

Contra Catharos, Hæresim LIX.

Consequenter ab his quidam Cathari appellati exorti sunt, à Nauato quodam, uelut frequens fama refert. Hic Nauatus Romę fuit, tempore persequutionis, quæ ante Maximinum prima fuit. Fortassis Decij tunc erat, ut puto, aut Aureliani. Cæterum ab occasione eorum, qui in persequutione lapsi sunt, arrogãtia elatus cum socijs sibi allectis, noluit societatem habere, cum pœnitẽtiam agentibus à persequutione, & ad hanc hæresim conuersus est: dicens non esse salutem, sed unam pœnitentiam. Post lauacrum autem, non amplius posse misericordiam assequi lapsum. Sed & ipsi dicimus unam esse pœnitentiam, & per lauacrum regenerationis huius fieri salutem: Verum non tollimus Dei benignitatem, gnari prædicationis ueritatis, & misericordiæ Domini, & naturæ uenia dignæ: & scientes animæ instabilitatem, carnis debilitatem, sensuum humanorum profunditatem. Quoniam nemo sine peccato est & purus à sorde, etiamsi una sit dies uitæ eius in terra. Et perfecta quidem pœnitentia in lauacro est. Si uero quis lapsus est, hunc nõ perdit sancta Dei Ecclesia. Dat enim & reuersionem, & post pœnitentiam pœnitentiam. Nam ad Cain Dominus dixit, Peccasti, quiesce. Et ad paralyticum, Ecce sanus factus es, ne amplius pecces. Et Petrum reuocat Dominus post abnegationem, & pro tribus abnegationibus, ter ipsum prouocat ad confessionem, diligis me Petre, & ait, pasce oues meas. Seducit autem ipsos, dictum ab Apostolo relatum. Fieri non potest, ut qui semel fuerint illuminati, gustauerintq; bonum uerbum Dei, uirtutesq; futuri sæculi, si lapsi fuerint, denuo renouentur, rursus crucifigentes Filium Dei & ludibrio exponentes. Terra enim, quæ combibit imbrem sæpe in ipsam uenientem, & parit herbam accommodam his, per quos colitur, benedictionem recipit. Quæ uero producit spinas & tribolos, reproba est, & maledictioni uicina. Cuius finis ad exustionem tendit. Etenim reuera semel renouatos & collapsos, renouare impossibile est. Necq; enim amplius crucifigetur CHRISTVS, ut crucifigatur pro nobis, necq; rursus crucifigere quis potest Filium Dei, qui non amplius crucifigitur, necq; potest quis secundum lauacrum accipere. Vnum enim est baptisma, & una innouatio. Verum statim infert sanctus Apostolus horum sanationem, Ecclesiæ medens & membrorum ipsius curam gerens, & dicit: Cæterum credimus de uobis dilecti meliora et cum salute coniuncta, etiamsi sic loquamur. Non enim iniustus est Deus, ut obliuiscatur boni operis uestri. Et uides quomodo innouationem non posse iterum fieri perfectè pronunciauit. Verum à salute non amouit, adhuc pœnitentiam agentes, sed & cum salute coniunctas esse dicit, & Deum susceptorem bonorum operum ipsorũ esse, qui etiam à delictis perfectissimè pœnitentiam agunt, reuertunt, ac resipiscunt: Suscepit igitur sancta Doctrina, & sancta Dei Ecclesia semper pœnitentiam, nõ diluta fiens, necq; segnes, cursum facientes efficiens, sed Dei gratiam & benignitatem quidam reflectens, modum uero uniuscuiusq; scopi sciens. Sicut enim qui uirginitatem amisit, corporaliter ipsam recuperare non potest, quum id naturæ impossibile sit: Sic etiam qui à lauacro in magna delicta collapsus est. Et quemadmodum qui à uirginitate lapsus est, secundum honorem continentiam habet: Ita & à lauacro in maiori delicto constitutus, secundam medelam habet, non eam uirtuosam, uelut primam, uerum non reiectam à uita habet, secundam, quam acquisiuit. Non reprobat itaq; diuina scriptura mercedem eorum, qui in pœnitentia laborant. Postea uero ipsi rursus ab hoc prosilientes, etiam alia quædam excogitarunt. Nam & ipsi eandẽ, quã nos habemus fidem se habere dicunt. Nõ uolunt autẽ cõmunem doctrinã habere. Si enim quis post baptisma cõiunctus fuerit uxori secũdę, apud hos non suscipitur amplius. Et tota res stulticiæ plena est. Sicut enim si quis uideat

Nauatus.

Pœnitentia una saltem.

Simile.

aliquem natantem in aqua, & ignorans natandi experientiam, seipsum det aquis
Similia. & submergatur, quum non expertus sit, neq; certò sciat scientiam eorum, qui per
manus & pedes sibijpsis salutem suppeditant, sed simpliciter putet aquam gestare
hominē, citra manuum adminiculum. Aut sicut, si quis audiret ducem supplicio
affecisse eos, qui aliquid mali fecerunt usq; ad minimum: & putaret ultionem æ-
qualem exequi oportere in omnes, uelut ob cędem, ita etiam in calumniantem, aut
pugnantem contra proximum. Aut sicut, si quis sit penitus idiota, & uideat princi
pem, qui potestatem accepit contra scelestos gladium eduxisse, aut contra præsti-
giatores & blasphemos ac impios, putet omnes potestatem habere, ut de talibus
criminibus ulciscantur, & ubi uidit homines pœnas dedisse, etiam ipse similia imi-
tatus, uelit quosdam occidere, uelut qui iniustos iudicet. At talis deprehensus ipse
pœnam dabit, ut qui à rege talium faciendorum potestatem non accepit, & æqualē
calculum à legum iusticia, contra omnes exire putauit, & seipsum in iniusticia per
propriam inexperientiam ac inscitiam, in interitum dedit. Sic etiam ipsi omnium
facta simul miscentes, ab omnibus exciderunt: & non intelligentes doctrinæ Dei
sinceritatem, ad aliam uiam decepti, conuersi sunt: nescientes quod hæc est diuinæ
scripturæ traditio ac cōsequentia. Quæ enim ad sacerdotium tradita sunt, propter
eminentiam celebrationis sacrorum, ea ad omnes æqualiter ferri putauerunt, quū
audierint, quod oportet Episcopum irrepræhensibilem esse, unius uxoris uirum,
continentem. Similiter & diaconum & presbyterū. Reuera enim non suscipit san
Digamiæ ratio. cta Dei prædicatio post CHRISTI aduētum, eos, qui à nuptijs, mortua ipsorum
uxore, secundis nuptijs cōiuncti sunt, propter excellentem sacerdotij honorem ac
dignitatem. Et hæc certò sancta Dei Ecclesia cū sinceritate obseruat. Sed & adhuc
uiuentem et liberos gignentem unius uxoris uirum non suscipit, sed eam, qui se ab
una continuit, aut in uiduitate uixit, diaconum & presbyterum & Episcopum &
Hypodiaconum: maximè ubi sinceri sunt canones Ecclesiastici. At dices mihi om
nino in quibusdam locis, adhuc liberos gignere presbyteros & diaconos & hypo
Coniugij sacerdotum ratio. diaconos. At hoc non est iuxta canonem, sed iuxta hominum mentem, quæ per tē-
pus elanguit, & propter multitudinem quum non inueniretur ministerium. Nam
quod decentius est, id semper Ecclesia per Spiritum sanctū bene disposita uidens,
statuit apparare, ut cultus diuini indistracti Deo perficerentur, & spirituales neces
sitates cum omni beniuola conscientia peragerentur. Dico autem quod decorum
est, propter repentina ministeria ac necessitates, ut presbyter & diaconus & Epi-
scopus Deo deditus sit. Si enim etiam populo præcipit, sanctus Apostolus dicēs,
ut ad tempus uacent orationi: quanto magis sacerdoti idem præcipit? ut indistra-
ctus sit inquam, ad uacandum secundum Deum sacerdotio, quod in spiritualibus
necessitatibus ac usibus perficitur. Licitum est autē populo, ut propter imbecilli-
tatem feratur, & ut qui non possunt in prima uxore cōtenti esse, secundæ, post pri-
mæ mortem coniungantur. Et qui quidem unam habuit, in maiore laude ac hono
re apud omnem concionem habetur. Qui uero non potuit, una mortua contentus
esse, ob aliquam caussam, scortationem, aut adulterium, aut separatione ob aliquā
malam caussam facta, eum diuina scriptura non accusat, si aut uir secundę coniuga-
tur uxori, aut uxor secūdo uiro, neq; ab Ecclesia & uia abdicat, sed suffert propter
Secundarum nuptiarum ratio. debilitatem: non ut duas uxores simul habeat, altera adhuc superstite: sed ut ab
una separatus, secundæ, si ita contingat, lege copuletur, diuina scriptura & sancta
Dei Ecclesia eius miseretur: maximè si aliàs talis pius sit, & secūdum legem Dei ui
uat. Etenim non utiq; dixisset Apostolus uiduis, nubant, liberos pariāt, familiam
gubernēt: neq; rursus dixisset uiro, Patris uxorē habēti, & Satanę tradito in interi-
tū carnis, ut seruet spiritus in die Domini, nō dixisset inquā, cōfirmate erga ipsum
charitatem,

charitatem,ut ne ob ampliorem mœrorem consumatur talis. Dixit enim rursus, « Cui quid condonatis,& ego condono. Nam si quid condonaui, propter uos con- « donaui,in conspectu CHRISTI,ut ne circumueniamur à Satana. Non enim ipsius « cogitationes ignoramus. Et uides quomodo dat pœnitentiam,etiam post delicta? Rursus autem Dominus dicit: Remittite alter alteri delicta, ut & Pater uester,qui « in cœlo est,remittat uobis. Sed et in alio loco sic dicit,Lugeo multos inter uos,qui « lapsi sunt,& pœnitentiam non egerunt: uelut ostendens,quod etiamsi lapsi essent, & pœnitentiam egissent,acceptabiles hi fiant,& non reijcientur, quum Dominus sciat,quid cum singulis facturus sit. Et quod quidem canon ueritatis,talem charaterem ac formam habet,omnibus manifestum est. Post primam enim pœnitentiam per lauacrum regenerationis,in qua pœnitentia renouatus est omnis homo, secunda quædam talis non est. Non enim duo sunt baptismata,sed unum: neq; bis crucifixus est CHRISTVS, sed semel: neq; bis mortuus est pro nobis & resurrexit. Et huius gratia muniri nos oportet, ut ne lapsi coronam renouationis perdamus. Sed si quis lapsus fuerit,& in quodam delicto præoccupatus, uelut Apostolus dicit,uos spirituales,perficite talẽ in spiritu mãsuetudinis,cõsiderans teipsum, ne & tu tenteris. Si quis igitur præoccupatus fuerit,in quocunq; sanè delicto,pœ- *Pœnitentiæ bonum.* nitentiam agat. Suscipit enim Deus pœnitentiam,etiam post baptisma,si quis lapsus fuerit. Quomodo uero postea facit,ipse solus nouit. Imperscrutabilia enim « sunt iudicia ipsius,& imperuestigabiles uiæ ipsius. Et ante aduentum non oportet iudicare,donec uenerit Dominus,qui & occulta cordis reuelabit, & tũc laus uniuscuiusq; manifesta erit. Dies enim manifestabit,quia in igne reuelatur. Neq; igitur promittimus libertatem omnino his,qui post baptismum lapsi sunt. Neq; desperamus de uita ipsorum,Deus enim miserator est & misericors: & dedit pœnitentibus reuersionem. Et primum quidem est manifestum, Secundum uero nouimus, quod misericors est Deus,si ex tota anima pœnitentiam egerimus,à delictis. Habet enim in manu uitam & salutis benignitatem: Et quid quidem ipse facit, ipsi soli notum est. Verumtamen damnũ non est à pœnitentia,neq; desperatus est,qui pœnitentiam agit ab omnibus delictis. Quanto sanè magis qui secundum legẽ secundæ uxori coniunctus est? Et prima quidem uxor ex Deo ordinata est, secũda uero ex hominum debilitate: & adhuc amplior si coniuncta fuerit, debilitas semper suffertur. Dicit enim, Mulier ligata est matrimonio,quãto tempore uixerit uir « eius. Si autem mortuus fuerit uir,libera est,ut cui uelit,nubat: post obitum uiri li- « bertatem à peccato,absq; omni contradictione pronuncians, atq; hoc tamen cum appositione indicans,nempe,In Domino: Velut nõ sit ipsa aliena à Domino,quę post obitum uiri,alij uiro coniungitur: aut is qui post mortem uxoris, secundæ uxori coniungitur: solum in Domino, uelut Apostolus dicit, & ait: Beatior autẽ est,si manserit sic. At uero in Domino,non in scortatione,non in adulterio,non in clandestinis nuptijs: sed in libertate, in reuerendis nuptijs, permanere in fide, in mandatis,in beneficentijs,in pietate,in ieiunijs, in concordia, in eleëmosynis, in probitate,in bonis operibus. Hæc enim ubi simul sunt,& permanẽt, cum ociosos neq; infrugiferos faciunt,in Domini aduentum. Et sacerdotio quidem primus locus assignatus est,& exacta de omnibus ratio, populo uero,quod moderatum est & uenia dignum, quò omnes doceantur,ac misericordiam reperiant. Misericors est enim Dominus,& potens omnes saluare propria sua æquitate: & uera fide prædicationis puritatis. Ipse enim solus est purus. Hi uero, qui seipsos Catha- *Catharorum appellatio.* ros,hoc est puros appellant,ab ipso doctrinæ suæ argumẽto,impuros seipsos efficiunt. Oĩs enim qui seipsum purũ pronũciat, impurũ seipsum pfectè cõdemnauit. Magna autẽ est dementia taliũ putantiũ esse quoddã,etiamsi uerũ esset pręconium, quod de

quod de omni populo ſic dicat. Oportebat autem noſſe, quod non ſolum de hoc argumento ac ſcopo, animæ crimẽ incumbit, aut quod propter hoc ſolum uirtuoſa fiat, ſed etiam ut ne conuicietur, ne iuret iuſiurandum, neque in ueritate, neque in mendacio, ſed etiam etiam, & non non dicat, neque doloſe agat, neque calumnietur, neque furetur, neque mercimonia tractet. Ex his enim omnibus cõtrahuntur nobis ſordes peccatorũ. Sicut enim palus, inquit, in medio duorum lapidum conteritur, ita peccatum in medio mentis & uentis. Et quod ex multitudine omnino & ebrij ſunt, & ſcortatores, & auari, & fœneratores, & omnino quod talia habent & his ſimilia: & quod mendacia unumquenq; ipſorũ ſequuntur. Quomodo igitur poterint ſeipſos catharos, hoc eſt puros appellare, per unam promiſſionem, uniuerſo ſecundum Deum negocio, de omnibus erroribus ac delictis, munito? Non nouerunt autem hi ſinceritatem prædicationis, neq; cui decreuit hanc digamiæ, ac ſecundarum nuptiarum certitudinem. Sed & qui à perſequutione exciderunt etiam ipſi, ſi perfectam oſtenderint pœnitentiam in ſacco & cinere, deſidẽtes ac plorantes coram Domino, potẽs eſt Deus, beneficus etiam ipſorum miſereri. Nõ enim quid mali fit à pœnitentia: Suſcipit igitur pœnitẽtes Dominus & ipſius Eccleſia. Quemadmodum conuertit ſe Manaſſes filius Ezechiæ, & ſuſceptus eſt à Domino, & qui negauit ad tempus ſanctus ille Petrus, ac ſummus Apoſtolorum, qui uerè nobis factus eſt firma petra fundans fidem Domini, ſuper quam ædificata eſt Eccleſia per omnes modos, primum quidem, quia confeſſus eſt CHRISTVM Filium Dei uiuentis, & audiuit, ſuper hanc Petram firmæ fidei ædificabo Eccleſiam. quãdoquidem manifeſtè confeſſus eſt ipſum Filium Dei uerum. Nam quod dixit Filium Dei uiuentis, oſtendit filium genuinum eſſe, cum appoſitione uiuentis, uelut in omni fermè hæreſi de hoc à me dictum eſt. Sed & de Sancto Spiritu idem nos munit, dicẽs ad Ananiam & uxorem eius: Cur tentauit uos Satanas, ut mentiremini Spiritui ſancto? Non homini mentiti eſtis ſed Deo. Quia ex Deo eſt Spiritus, & non alienus à Deo. Sed & hic firma Petra ædificationis, & fundamentum domus Dei factus eſt, In eo quod abnegauit ipſum, & rurſus conuerſus eſt, & à Domino inuentus ac dignus factus ut audiret, paſce oues meas: & paſce agnos meos: & paſce oues meas. CHRISTVS enim hoc dicens, ad conuerſionem pœnitentiæ nos duxit: ut in ipſo rurſus ædificaretur illa bene fundata fides, quę nõ deſperat de uita hominum, qui in mundo ſpiritum trahunt, & in ueritate pœnitentiam agunt, & delicta ſua in hoc ſęculo corrigunt. Et in Cantico Cãticorum dixit, ipſa ſponſa ad ſponſum ſic. Reſpondet frater meus & dicit mihi: Surge, ueni, proinqua mea, pulchra mea, columba mea, quia hyems præterijt: (triſtia uidelicet ac obſcura nubila & horrẽda, ut ita dicam) præterijt pluuia, abijt, tranſiuit. Flores apparuerunt in terra noſtra: Tempus ſectionis uenit: uox turturis audita eſt in terra noſtra: ficus protulit groſſos ſuos: uineæ noſtræ florent, dederunt odorem ſuum, ut oſtendat omnia præterita præterijſſe. Ver autẽ recens florere, & mare tranquillum eſſe, & timorem pluuiæ abijſſe, & ueteres uites ſectas eſſe, & herbam non ſolũ herbaſcere, ſed etiam flores emittere, & prædicationis uocem in deſerto clamare, hoc eſt in terra noſtra, & ficum quondam maledictam, groſſos proferrè fructus pœnitentiæ, iam in ramis & arboribus apparentes. Vineas autem iam florentes, odoratam prædicationem fidei Euangelij emittere. Quandoquidem uero conſtim uocauit ipſam & dixit: Surge, ueni, Surge à mortificatione peccatorum, & ueni in iuſticia: Surge à delicto, & ueni in fiducia: Surge à peccatis, & ueni ad pœnitentiam: Surge à membrorum reſolutione, & ueni in perfectione: Surge à mutilatione, & ueni in ſanitate: Surge ab incredulitate, & ueni in fide: Surge à perditione, & ueni in inuentione. Quandoquidem uero nouerat totum

oraculum

oraculum quod poſt primam pœnitentiam, & poſt primam uocationem, ac ſa-
nationem, ut ita dicam, multa delicta humanæ naturæ accidunt, rurſus dicit: Sur- "
ge, ueni tu columba mea. Iterum hanc uocat, & non ſemel. Secunda autem uoca-
tio non eſt æqualis primæ. In priori enim uocatione ſic dicit: Surge, ueni, pro-
pinqua mea, pulchra mea, columba mea. Primum quidem ſurge ueni, & non di-
xit, & ueni tu. Deinde apponit uocem tu, ut oſtendat uocationem ſecundam im-
mutatam, poſt priorem à delictis reſurrectionem rurſus porrigentem, manum be-
nignam & cœleſtem. Et ueni inquit, Tu columba mea in tegmine petræ, contiguę "
muro. In tegmine Petræ, in benignitate CHRISTI, & in miſericordia Domini.
Hoc eſt tegmen Petræ, tegmen ſpei & fidei ac ueritatis: Contiguæ muro, hoc eſt
priuſquàm claudatur porta, priuſquam rex intra mœnia conſtitutus, non amplius
admittat poſt diſceſſum hinc & mortem: quando non amplius contiguæ muro,
ſed concluſæ ſunt portæ, & nõ amplius licet corrigere. In futuro enim ſæculo poſt
hominis mortem, non ieiunij ſuppeditatio, non pœnitentiæ uocatio, non eleëmo- *Opera in futu ro ſæculo nul- la.*
ſyną oſtentatio, Imò neq; criminalia opera, non bellum, non adulterium, non pe-
tulantia, Imò neq; iuſticia & pœnitentia. Sicut enim poſt meſſem ſpicæ, non datur
ut craſſeſcat granum, non ut à uento corrumpatur, non ut alia aliqua læſio accidat. *Simile.*
At ne dixeris mihi horrei corruptelas, hoc eſt uermes & tineas. Hæ enim per ea,
quæ in hoc ſæculo ſunt, fiunt. Verum ſimilitudo hæc eſt, intra portas receptorum,
& horreo munitorũ, & eſt fidei exemplar atque imago. Vbi neque latrones per- "
fodunt, neque tineæ diſperdunt, uelut diuinus ſermo ait: Sic neque pietatis neque
pœnitentiæ ſuppeditatio, uelut dixi, poſt mortem eſt. Nõ enim Lazarus uenit il-
lic ad diuitem, neq; diues ad Lazarum. Neq; Abraam demittit ſpolia, ut diteſcat,
pauper poſtea. Neque diues accipit quæ petit, etiamſi magnis precibus miſericor-
dem Abraam roget. Obſignata enim ſunt promptuaria, & impletum eſt tempus,
& certamen perfectum eſt, & euacuatum eſt ſtadium, & coronæ datæ ſunt, & qui
decertarunt, quieſcunt, & qui non præuenerunt, diſceſſerunt, & qui non decerta-
runt, non amplius adſunt, & qui in ſtadio uicti ſunt, eiecti ſunt, & omnia palàm cõ
ſummata ſunt, poſt factum hinc diſceſſum. Quum autem adhuc ſunt omnes in cer-
tamine, etiam poſt caſum eſt reſurrectio, adhuc ſpes, adhuc medela, adhuc confeſ-
ſio, etiamſi non perfectiſſime, attamen aliorum ſalus non eſt deſperata. Omnis au-
tem hæreſis, quæ à ueritate deſciuit, in tenebris cæcutit & manibus prætentans in-
cedit, alia pro alijs intelligens. Similes enim ſunt hi quibuſdam inartificioſis, & nõ
cognoſcẽtibus ſingulas qualitates, & uſus, & uniuſcuiuſq; membri ornatus, & fa-
ciẽ deliram quandam ſimilitudinem, atq; imaginem ſtulticiæ ipſorum proponam.
Calceamenta equidem capiti circumdant, coronam autem pedibus, & cingulũ au- *Hæreticorum imago.*
reum circum uentrem. reliquum uero ueſtitum, odonia uidelicet aut bracas apud
quoſdã appellatas, manibus induũt, anulos autẽ pedibus. Ita erronea & inordina-
ta eſt diſpoſitio eorũ, qui ignorãtiam poſſident. Nam quę in ſacerdotio cauta ſunt,
de ſecundis nuptijs atque alijs, ea hi ad omnem populũ tranſtulerũt, & quæ ob ex-
cellentem rigiditatem à Deo prædicata ſunt, ut ne per ſocordiã, aliqui in uitia inhu
mana incidant, populo attribuerunt: Et ſicut ſi quis ueſtẽ manu tenens, à iunctu- *Simile.*
ra manus uſq; ad cubitum ſe tegat, & manicã illam ſemper ob oculos præ ſe ferat,
& alios irrideat, qui ipſi uitio uertunt, quod totum ipſius corpus nudũ eſt. Sic etiã
hi gloriantes, quod nõ ſuſcipiũt digamos, omnia mandata ſimilia huius, & adhuc
cũ exceſſu pulchriora & morti deſtinata reliquerunt; & ignorãtes ſe toto corpore
nudos eſſe, ab omnibus mãdatis ceſſarunt, & unũ hoc nõ purè ſeruant. Et ò ingen
tem hominũ uanitatẽ. Oĩs occaſio quãtumuis modica ſingulas hereſes à ueritate di
ſtraxit, & ad multa mala deduxit. Quemadmodũ enim ſi qs tranſitũ reperiat in ſepi

circa

circa publicam uiam, & per hunc sibi eundũ esse putet, & relicta publica uia per
Simile. hunc eat, putans se propinquissimum habere, unde reflexu facto rursus uiam ap-
prehendat. Ignoret autem quod murus consistit altissimus & longo interuallo
extructus. Percurrat autem & non reperiat per quam uiam exitum faciat, & per
unum signum siue miliare progressus, adhuc amplius uiam non reperiat, & sic ad
plures se conuertat. Quum autem sic laboret & facultatem non habeat per quam
uiam ad rectum iter perueniat, fortassis neq; inuenire poterit, nisi reflexerit per eã,
per quam etiam ingressus est. Sic omnis hæresis uelut compendium quoddam in-
uenire potens, à longa uia discessit. Inuentus est autem ipsi murus infractus, ipsa
ignorantiæ implicatio. Et non utiq; inuenerit talis, quomodo ad ueram uiam per-
ueniat, nisi reflexerit ad primariam uiam, hoc est regiam. Sicut etiam lex ipsa pa-
„ làm clamat, sancto Mose ad Regem Edom dicente. Hæc dicit frater tuus Israël, cir
„ ca confinia tua transibo ad terram, quã iurauit Dominus, patribus nostris datu-
„ rum esse, terram fluentem melle ac lacte, terram Amorrhæorum, ac Pherezæorum
„ & Iebusæorum, & Euæorum, & Chananæorum & Chettæorum: Terram fluen-
„ tem lacte & melle, non declinabimus ad dextram aut sinistram. Aquam in argen-
to bibemus, & edulia argenti edemus. Non declinabimus hinc aut illinc, uia regia
ibimus. Est enim uia regia, sancta Dei Ecclesia & iter ueritatis. Vnaquæq; uero
Via regia quæ sit. harum regia relicta, & ad dexteram aut sinistram inclinatione facta, ubi deinceps
nimium se in errorem dederit, distrahetur, & non amplius mensuram habet apud
unamquanq; sectam, erroris impudentia. Age itaq; serui Dei, uos filij sanctæ Dei
Ecclesiæ, qui certam regulam nouistis, & uia ueritatis inceditis, ne retrahamini uo
cibus, & uniuscuiusq; confictæ professionis uerbis. Erroneæ enim sunt horum
uiæ, & accliuis callis adulteratæ ipsorum intelligentiæ: Magna iactant & parua
ignorant, libertatem promittunt, quum ipsi sint serui peccati. De magnis gloria-
tur, & paruorum omnino non participes facti sunt. Cæterum de his Catharis hoc
est, puris appellatis, impuris uero si ueritatem dicere oportet, hactenus dixisse fuf-
ficiens esse puto. Hac uero hæresi relicta, uelut Basilisci persona & aspectu, qui
nominis prætextu, eminentissimam quandam appellationem habet, ipsaq; per lu-
gni uirtutem percussa, ad alias rursus procedemus, ipsam Dei supplicationem in-
ducentes, ad hoc ut nobis comes sit, nobiscum maneat, adsit, cooperetur, conser-
uet nos & erudiat, ac dignos faciat, ut ueritatem dicamus, quo neque ipsi menda-
cium dicentes, in eadem incidamus, in qualia collapsæ sunt hæreses, quæ uera
mundum non docuerunt. Adhuc porrò & qui in Aphrica & Bizicania à Do-
Donatiani. nato quodam, Donatiani appellantur, similia his sentientes, rebellatores sunt: &
ipsi nimirum propterea, quod societatem non habent cum his, qui in persequu-
tione lapsi sunt, per eadem subuertentur, quemadmodum & alterum iugum
Nauatiani. cum ipsis trahentes, Nauatiani siue Cathari appellati. Quapropter non fuit opus
de his quid amplius agere, sed ipsos simul cum similibus ipsis coniunximus. Ve-
rum amplius hi & deterius exciderunt. In fide enim secundum Arrium senti-
unt. Subuertantur autẽ similiter de fide, in qua male sentiunt, uelut etiam Arrius
subuersus est, per doctrinam ueritatis, qui eadem cum ipsis sentit, & hi cum illo.
Hac itaq; hæresi præterita, rursus ad consequentes ibimus, uelut qui horrendare-
ptilia in Domino conculcauimus.

Contra Angelicos, Hæresim LX.

Angelici. ANgelicorum hæresim audiuimus, & nomẽ solum ad aures nostras peruenit.
Non autem ualde certò scimus, quæ sit huiusmodi hæresis, eò quòd fortassis
aliquando ad tempus durauit, & postea desiuit ac penitus deleta sit. At uero ob
quam

quam causam nomen accepit, non scimus. Siue enim ex eo quod aliqui mundum ab angelis factum esse dicunt, & ipsa hoc asserens hoc nomine appellata est, non possum dicere: siue quod seipsos in ordine angelorum esse iactant, & uitam eminentissimam degant: neq; hoc affirmo: siue etiam à loco hoc nomen acceperunt. Nam locus quidam est Angelina ultra Mesopotamiã regionem situs. Iam uero si tu à me promisso rum recordaberis, neutiquam in suspicione ut nos condemnes fueris. Promisimus enim quarundam quidem radices ac occasiones, & prætextus, aut quid ex his quæ ab ipsis fiunt, nos indicaturos esse. Aliquarum uero nomina solum prolaturos esse. Prout autem diuina uirtus dedit ac opem tulit, usq; ad hanc sectam omnes recẽsuimus, & nullam reliquimus indeclaratam, una hac excepta. Omnino autem eo quod ad modicum tempus fastu elata est, & postea defijt ipsius comprehensio atq; opinio, ideo non ualde manifeste cognouimus. Quando uero appellationis huius solum mentionem fecimus, nomine ipso uelut abortiuo usi, præteribimus locum, & ad alias considerandas mentem applicabimus, precantes uniuersorum Dominum, ut declaret nobis, & quæ exactæ apud ipsas fiunt, exiguę menti nostræ ostendat, quo omnia synceriter significemus, & nosipsos atq; proximos corrigamus, ut fugiamus mala, in bonis uero acueriſſimis constantiam nobisipsis per Deum comparemus.

Angelinæ locus.

Contra Apostolicos, hæresim LXI.

Post hos alij seipsos Apostolicos uocauerunt. Volunt autem & Apotacticos se appellare à renunciatione. Obseruatur apud ipsos, ut nihil possideant. Sunt autem ipsi quoq; auulsio dogmatum Tatiani, Encratitarumq; ac Catharorum, qui naturalem non suscipiunt. Euariant autem apud ipsos etiam mysteria. & gloriantur de inopia, findunt hi frustra ac lædunt sanctam Dei Ecclesiam per ultroneam superstitionẽ, dapsi à benignitate Dei. Neq; enim lapsi alicuius amplius susceptio apud ipsos fit. Similia uero superius relatas sentiunt de nuptijs atq; alijs rebus. Et Cathari quidem rece ptis solum scripturis utuntur. Hi uero actibus Andreæ ac Thomæ appellatis utplurimum nituntur, omnino alieni à canone Ecclesię existentes. Si enim abominabiles sunt nuptiæ, ergo in totum immundi sunt, quum per nuptias geniti sint. Et si solum est sancta Dei Ecclesia eorum qui nuptijs renunciauerunt, nõ amplius nuptiæ ex Deo sunt, neque totum procreãdorum liberorum negocium. Ergo etiam ipsi alieni à Deo sunt. qui ex talibus nati sunt. Vbi igitur est quod dictum est, Quæ Deus coniunxit, homo ne separet? Equidem ex necessitate separare, ab homine est. Verum cum uolũtate continere, non homini sed Dei opus esse ostendit. Et habet quidem naturalis necessitas sæpe reprehensionem, quia non cum bona ratiocinatione necessarium perficitur; sed extra canonẽ egreditur. Non enim necessariũ est cultus diuinus, sed ex uoluntate iustitia. Quæ uero natura necessaria sunt ad pietatem, manifesta sunt, quę natura mensurata sunt, uelut nõ scortari, non adulteriũ cõmittere, non lasciuire, non simul secundas nuptias contrahere, non rapere, non iniuriã facere, non inebriari, non helluari, nõ ueneficum esse, non simulachra colere, non occidere, non maledicere, non conuiciari, non iurare, indignari & cito placari, irasci & non peccare, non occidere solem super iram. At uero nuptijs legitimis coniunctum esse, natura ex Deo se habere, ac sibi permissum esse ostendet. Et alia quæ eiusmodi sunt, utrinque habent considerationis modum. At sicut de his antea diximus, in modico loco hi sunt, circa Phrygiam & Ciliciã ac Pamphyliam. Quid igitur? Ergo excinditur Ecclesia à finibus terræ usque ad terræ fines? & non amplius in omnem terram exiuit sonus eorum, et in fines orbis terrarum uerba eorum? Neque amplius est id quod à Saluatore dictum est, Eritis mihi testes usque in extrema terræ? * Siquidem enim non sunt reuerendæ nuptiæ, & uitam non conseruant: gignantur sine nuptijs. Si uero ex nuptijs gignuntur, ergo impuri

Apotactici.

Actus Andreæ ac Thomæ.

Necessarij ac uoluntarij ratio.

« « *

* sunt

sunt propter nuptias. Si uero ipsi soli non sunt impuri, & quidem quũ sint ex nuptijs non impurę sunt nuptię, quia sine ipsis nemo unquam gignetur in mundo. Et ingens quidam est hominum error, qui per uarietatem & multas occasiones operatus est malum in humana natura, & unumquemq; per occasionẽ à ueritate seduxit. Habet equidem Ecclesia renunciationem, sed non abominatur nuptias. Et habet inopiã, sed non attollitur his quæ iustè possidet, & quæ ex proprijs parentibus habet, quæ sibĩpsi & egentibus sufficiat. Et abstinent quidem multi à cibis, sed non inflantur cõtra non abstinentes. Qui enim edit, non edentem ne uilipendat. & qui non edit, edentem ne iudicet. CHRISTO enim edit ac bibit. Et uides unam concordiam, & unam spem, & unam fidem in Ecclesia, unicuiq; gratificantem iuxta propriam facultatem, & iuxta proprium laboris certamen. Similis est autem sancta Dei Ecclesia naui. Nauis autem non ex uno ligno constat, sed ex diuersis. Et carinam quidem ex uno ligno habet, sed non uno modo. Ancoras autem ex alia materia. Mali item & tabulata, & puppis partes prorietumq; ac transtrorum, uelorum item ac temonum, gubernaculorumq; ac aliorum omnium ex diuersis lignis compactionem habent. Vnaquæq; uero hæresis uelut è uno ligno constat, & Ecclesiæ formam non ostendit. Sancta autem Dei Ecclesia nuptias quidem habet reuerendas, & colit has, nam uenerabiles sunt nuptię & lectus non pollutus. Habet continentiam in admiratione, & laudat talem: quoniam certat certamen, & cõtemnit uitam uelut adhuc potentior. Habet uirginitatem, & magnificat talem uelut uirtuosam et pennaleuissima ornatam. Habet qui renunciauerunt mundo, & non inflatur contra eos qui adhuc in mundo sunt, sed gaudẽtes talibus uelut etiam Apostoli, qui & ipsi nihil possidebant. Et ipse Saluator omnium dominus quum in carne esset, nihil ex terra possedit, sed non reiecit mulieres ipsi & discipulis eius ministrantes. Dicit enim, Quæ sequutæ fuerant ipsum à Galilæa, ministrantes ipsi & discipulis eius de proprijs bonis. Alioqui quomodo implebitur id quod dictum est, Venite ex dextris meis uos benedicti, quibus pater meus cœlestis disposuit regnum ante iacta mundi fundamenta. Esuriui enim, & dedistis mihi quod ederem. Sitiui, et potastis me. Nudus eram, & amicijstis me. Vnde uero hi hæc facere potuissent, si non à iustis laboribus effecissent, & à proprijs bonis in iustitia? Et si quidem ipsi renunciationem sanctam & apostolicam uitam uiuentes, cum alijs permixti fuissent, non aliena esset forma, neq; ab ordinatione Dei abalienata. Et si uxoribus renunciassent ob continentiam, laudabilis esset prædicta, siquidem nuptias non abominati essent, sed his qui adhuc sunt in matrimonio socijs usi essent, noscentes uniuscuiusq; rei modum & ordinem. Deinde nim nauis omnem inscensorem admittit, præter latronem. Nam quum noscat latronem & piratam, ipsum non admittit, neq; fugitiuum & qui à proprijs dominis discedit. Sic & sancta Dei Ecclesia nõ admittit scortationem, non suscipit adulterum, non abnegationem Dei, neq; reprobantes dominium ordinationis Dei, & Apostolorum eius. Suscipit autem alium in magna negociatione, alium in experientia nauigantem, alium gubernatorem & scientem, alium in prora, alium in puppi habẽtem speculationis experientiam, alium qui partem aliquam nauis aut impositarum mercium habet, alium ut transeat solum & non submergatur in mari. Et non omnino ei qui tanta possidet, salutem non exhibet. sed nouit omnes saluare, unumquẽq; uero iuxta propriam negociationem & salutem. Et unde hi ex domo Cęsaris sunt, salutantur apud Apostolum? Vnde uero est Apostolo id quod dictum est, Si putarit quis indecorum uirginis suæ si prætereat nubendi tempus, & sic debet facere, nubat, non peccat. Cæterũ extra lauacrum non potest implere ut ne peccet. Si enim omnes peccauerunt, et egent gloria Dei, iustificantur nimirum gratis per gratiam, per lauacrum uidelicet regenerationis. Lauacrum enim ornauit animam & corpus, abluto omni peccato per pœnitentiam. Itaq; & in eam quæ uirgo est, beneficium baptismatis expassum est: & in eam quæ nõ est uir-

Ecclesia naui similis.

est uirgo, concludi festinat, eo quod graue non est. At ne putent rursus quidam diluti
entes, si dicamus de uirgine quod præceperit Apostolus ut nubat, nunquid Apostolus eam quæ semel uirginitatem Deo seruare decreuit, à proprio cursu detrahere uolens, hæc præcepit? Non enim de his sermo est, sed de uirginibus quæ nubendi tempus excesserunt, quæ non ob uirginitatē in uigore permanserunt, sed quod uiros non habuerunt qui eos ad nuptias petiuissent. Quum enim ex Iudæis processissent Apostoli, & secundum legem conuersati essent, initium prædicationis fecerunt, statutis in lege adhuc detenti. Non secundū carnis iustificationem, sed secundū consonam legis rationē & exactam certitudinem. Mirabiliter enim prædicabat lex, ut ne darent filias Israël alienigenis, ut ne seducerent ipsas ad simulachra. Vnicuique igitur credenti tunc imperabatur, ut non amplius filiam suam Iudeis elocaret, sed Christianis idem sentientibus ac eiusdem mentis. Quum autem noua esset hæc prædicatio, nondum multitudo Christianorum & Christianæ doctrinæ in locis erat. Qui igitur tunc habebant filias uirgines, quum non daretur copia ipsas Christianis elocandi, seruabant uirgines suas ad multum tempus. Illæ uero nubiles annos transgressæ, incidebant in scortationem propter naturalem necessitatem. Apostolus itaque uidens damnum propter exactam rationem accidens, permisit dicens: Si uero quis uult suam uirginem: & non dixit, propriam uirginitatem. Nō enim de proprio corpore dixit, sed de Patre uirginem asseruāte. Si uero suam uirginem, proprium corpus dicit, nihil impediet. Dicit igitur, Qui constitit firmiter in propria mente, & hoc debet facere, nubat, inquit, non peccat, nubat etiam si non fuerit copia, non peccat. Et propterea dixit, Alligatus es uxori? ne quæras diuortium. Solutus es ab uxore? ne quæras uxorem. Qui dicit, Volo omnes esse sicut meipsum: dixit, Si non continent, nubant. Rursus autem inhortans ad nuptias dixit: Dico autem inconiugatis & uiduis, bonum est eis si manserint ut & ego. Quomodo igitur rursus dixit, Alligatus es uxori, ne quæras solutionem? Aut quomodo non proprio Domino contradicere reperietur qui dicit: Qui nō reliquerit patrem & matrem & fratres, & uxorem & filios & filias, non est meus discipulus. Quomodo uero qui dicit, quod oportet relinquere uxorē probam & patrem: idem ipse dicit, Qui honorat patrem & matrem? Hoc enim est primum mandatum quod promissionem adiunctam habet. Et, Quod Deus coniunxit, homo ne separet: Imò omnia diuina uerba non allegoria opus habent, sed prout se habent, accipienda sunt. Speculatione autem indigent & sensu, ad cognoscendam uniuscuiusq; propositi argumenti uim ac facultatem: Oportet autem & traditione uti. Non enim omnia à diuina Scriptura accipi possunt. Quapropter aliqua in scripturis, aliqua in traditione sancti Apostoli tradiderunt, quemadmodum dicit sanctus Apostolus: Sicut tradidi uobis: & alibi, Sic doceo, & sic tradidi in Ecclesijs. Et, Si continetis, nisi frustra credidistis. Tradiderunt itaque sancti Dei Apostoli, peccatum esse post decretam uirginitatem, ad nuptias conuerti. Et scripsit Apostolus, Si nupserit uirgo, nō peccauit. Quomodo igitur hoc cum illo concordat? Imò etiam illam uirginem dicit quæ nō est dicata Deo, sed propter peruriam raritatis in illo tempore eorum qui in CHRISTVM credebant, necessariò sic fiebat. Et quod hæc sic se habeant, docet nos idem Apostolus dicens: Iuniores uiduas reijce, postquam enim lasciuierunt contrà CHRISTVM, nubere uolunt: habentes iudicium quod primam fidem reiecerunt. Si itaq; & ea quæ post mundi experientiam uidua fuit, atq; Deo dicata, & postea nupsit, iudicium & condemnationem habebit, quod primam fidem reiecit: Quanto magis quæ citrà mundi experientiam Deo dicata uirgo fuit, & nupsit, contra CHRISTVM lasciuijt, & maiorem fidem reiecit, & iudicium habebit, uelut quæ proprium erga Deum propositum relaxauit? Nubant itaque, liberos gignant, domum gubernent. Cōpendiarius & medius sermo contra eos qui mala cogitant de tota ecclesiastica prædicationis tractatione. Qui quidem sermo re-

Virgines quæ nubere iussæ sunt à Paulo.

Allegoria quatenus ualeat.

Traditionum usus.

ijcit eos qui se Apostolicos ac Encratitas uocant. Reijcit autem & eos qui diluti in Ecclesia fiunt, & persuadent mulierem à perfecto relaxatam cursu reijcere talem cursus perfectionem. Et habet peccatū & iudicium qui Dei uirginitatem reiecit, & certamen confudit. Nam Athleta qui certamen corrupit, flagris cæsus ex certamine eijcitur: & qui uirginitatem corrupit, ex tali cursu reijcitur, & corona ac brauio priuatur. Sed melius est iudicium quàm condemnatio. Qui enim ut ne confundantur apud homines, occulte scortantur, & sub solitudinis aut continentiæ specie libidinem exercent, non apud homines habent confessionem, sed apud Deum, qui nouit occulta, & redarguit omnem carnem in suo aduentu, prout quisque peccauit. Melius est itaque unum peccatum habere, & non plura, Melius est lapsum à cursu, palàm sibi uxorem sumere secundum legem, & à uirginitate multo tempore pœnitentiā agere, & sic rursus ad Ecclesiam induci, uelut qui mala operatus est, uelut lapsum & fractum & obligatione opus habentem: & non quotidie occultis iaculis sauciari, ab improbitate quæ à diabolo ipsi infertur. Sic nouit Ecclesia prædicare, Hæc sunt sanationis medicamenta, Hæc species ungentariæ confessionis, Hæc præparatio sancti olei in lege, Hæc aromata spirans bona fides, adstringens quidem certatorem ad certamen, prędicans autem ipsi ut cursum extendat, quo coronari possit. Hæc est dei tractatio, omnes congregans ad regiam ordinationē, & purpuram è mari, & lanam ab ouicula, & linum ex terra, & byssum ac sericum, & pelles rubia infectas, & lapidem precio sum smaragdum, & Margaritam & Achatem, coloribus quidem distantes lapides, precio uero æquales, Sed & aurum & argentū, & ligna non marcescentia, & æs & ferrum, sed & pilos caprinos non reijciens. Et hoc quidem tunc erat tabernaculum, nunc autem tabernaculi domus firmata in Deo, fundamentum uero in uirtute. Et quiescat omnis hæresis quæ contra ueritatem excitatur, imò potius seipsam à ueritate fingat. Et hæc hactenus. Cæterum quando superbam hanc uiperam, instar Acontiæ appellati serpentis, aut Typhlopis, aut Myagri, per lignum crucis percussimus, his ipsis reptilibus non modo tantum uirus habentibus, uerum etiam incursione & elatione atque iaculatione, ad huiusmodi probe assimilatis, relictis atque contemptis, deinceps ô charissimi ad consequentes pergamus.

Acontias, Typhlops, Myagrus, serpētes

Contra Sabellianos, hæresim XLII.

Sabellius. SAbellius quidam surrexit in temporibus non adeò priscis. Recens enim est hic, à quo sunt Sabelliani appellati. Et hic similiter ut Noëtiani, paucis quibusdam exceptis docuit. Multi autem in Mesopotamia & in Romæ partibus eiusdem dogmatis sunt, dementia quadam inducti. Docet enim hic & qui ab ipso Sabelliani appellantur, eundem esse Patrem, & eundem Filium, & eundem Spiritum sanctum. ut sint in una substantia tres nomenclaturæ. Aut uelut in homine, Corpus est & anima & spiritus. Et esse quidem corpus, ut ita dicam, Patrem, animā uero Filium, Spiritum autem uelut hominis, ita & sanctum Spiritum in deitate. Aut uelut est in Sole, qui est quidem unus in substantia, tres autem habet actiones, illuminatiuam inquam & calfactiuam, & ipsam circumferentiæ formam. Et esse quidem calfactiuam siue calidam & feruentem, ipsum Spiritum. Illuminatiuam uero, Filium. Patrem autem ipsum esse speciem totius substantiæ. Missum autem esse Filium aliquando in tempore uelut radium, & operatum esse omnia in mundo, quæ ad dispensationem Euangelicam & hominum salutem pertinent. Assumptum uero rursus in cœlum, uelut radium à sole emissum, & rursus ad solem reuersum. Spiritum autem sanctum mitti in mundum, & consequenter & singulatim in unumquemq; qui dignus fit. Reuiuificare uero hunc & excitare, foueréq; ac calfacere, ut ita dicam, per uim Spiritus & per concor-

Similia de Trinitate.

diam. Atque hæc sunt quæ docent. Vtuntur autem omnibus scripturis ueteris ac noui Testamenti. Verum sententijs quibusdam ac dictionibus quas ipsi eligunt iuxta suam propriam & adulteratam uesaniam ac dementiam. Primum quidem dicto, quod dixit Deus ad Mosen, Audi Israël, Dominus Deus tuus Dominus unus est, non facies tibijpsi Deos alios, nõ erunt tibi Dei recentes, quia ego Deus primus, & qui postea, & præter me non est Deus alius. & quæcunq; alia iuxta propriam suam sententiam detorquent. Ad hæc autem confirmanda proferunt rursus ex Euangelio: Ego in Patre, & Pater in me. Et duo unum sumus. Cæterum omnem suum errorem, & erroris sui facultatem ex Apocryphis quibusdam habent, maxime ab Ægyptio appellato Euangelio. cui quidã hoc nomen imposuerunt. In ipso enim multa eiusmodi uelut in abscondito mystice ex persona Saluatoris referuntur, uelut ipse indicet discipulis, eundem esse Patrem, eundem esse filium, eundem esse Spiritum sanctum. Deinde quum inciderint in aliquos simplices qui diuinarum scripturarũ certitudinem non tenent, hanc quæstionem ipsis proponunt. Quid nam dixerimus ô boni, unum Deum habemus aut tres Deos? Quúm uero audierit pius homo, & qui non perfectam certitudinem nouit, statim mente turbatus illorum errori consentit, & Deum negare reperitur, & esse Filium, ac Spiritum sanctum. Omnibus uero his inspirauit hominum aduersarius ab æterno, ut alium sic, alium sic, plures uero simul homines decipiat ac seducat à uia ueritatis. Et quod quidem uerè unus est Deus, & non est alius, palàm in sancta Dei Ecclesia confessum est & consensum. Quia non multitudinem Deorum introducemus, sed monarchiam prædicamus: monarchiam autem prædicantes non fallimur, sed confitemur Trinitatem, unitatem in Trinitate, & Trinitatem in unitate, unam deitatem Patris & Filij & Spiritus sancti. Non enim Filius seipsum genuit, neque pater transmutatus est ab eo quod Pater est. Neque Spiritus sanctus CHRISTVM seipsum unquã nominauit. sed spiritum CHRISTI, & qui per CHRISTVM datur, & à Patre procedit, et à Filio accipit. In substantia est Pater, in substantia Filius, in substantia Spiritus sanctus. At non coniunctio est Trinitas, uelut Sabellius putauit: neque alterata à propria perpetuitate ac gloria, uelut Arius inania loquens docuit. Sed semper Trinitas est Trinitas, & nunquam Trinitas appositionem accipit, una existens deitas, una dominatio, una glorificatio, sed Trinitas numeratur, Pater & Filius & Spiritus sanctus. Non uelut unum quiddam tribus nominibus appellatum, sed uerè perfecta nomina, perfectæ substantiæ nihil immutatum. Pater autem semper pater, & non erat tempus, quando non erat pater, pater. Perfectus existens semper pater in substantia, & Filius semper perfectus existens semper in substantia, ex patre in ueritate genitus, sine principio, sine tempore & inenarrabiliter: non confrater existens Patri, non auspicatus ipsum esse, neque qui interriserit unquam, uerum semper Filius genuinus cum Patre existens, ex Patre sine tempore genitus, æqualis existens, Deus ex Deo, lumen de lumine, Deus uerus ex Deo uero, genitus, non creatus, sed non ipse Pater: neq; Pater ipse Filius: sed semper Deus Pater & Filius & Spiritus sanctus. Semper enim Spiritus cum Patre & Filio, non confrater Patri, non genitus, non creatus, nõ frater Filij, non soboles Patris, uerum ex Patre procedens, & de Filio accipiens. non alienus à Patre & Filio, sed ex eadem essentia, ex eadem deitate, ex Patre & Filio, cum Patre & Filio, semper in substantia Spiritus sanctus, Spiritus diuinus, Spiritus gloriæ, Spiritus CHRISTI, Spiritus Patris. Nam Spiritus Patris qui loquitur in uobis, & Spiritus meus constitit in medio uestrum: tertius nomenclatura, æqualis deitate, non alteratus præter Patrem & Filium, uinculum Trinitatis, signaculum cõfessionis. Filius enim dicit, Ego & Pater unum sumus: & non dixit, unus sum. sed ego, & Pater, significant in substãtia Patrem, & in substan-

Euangelium Aegyptium.

S. Trinitatis mysterij explicatio.

tia Filium,& duo dixit: & non dixit unus.& rursus unum sumus: & non dixit,unus
» sum. Similiter autem, Euntes baptizate in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, ita
ut in medio positi sint articuli syllabæ τοῦ, τοῦ, & τοῦ, ad nomen Patris,& Filij,& Spiri-
tus sancti, pro Græcæ linguæ ratione. Et redarguit Matthæus Sabellium coniunctio
nem introducentem, ubi & significat uerè Patrem, & uerè Filium,uerè Spiritum san-
ctum. Quando uero eiusdem ordinis est Trinitas, & in uno nomine Trinitas appel-
latur, redarguit Arium subdescensum quendam excogitantem in Trinitate, aut altera
tionem,aut euariationem. Etiamsi enim Pater maior à Filio docetur ac prædicatur,de-
centissime tamen filio gloriam uendicat. Quem enim decuerit glorificare proprium pa
trem,quàm genuinum filium? Quando uero rursus æqualitatem dicere uult,ut ne ex-
cidant quidam,minus uelut de filio cogitantes,sic dicit: Qui non honorat filium,sicut
honorat patrem,non habet uitam in seipso. Et,Omnia quæ patris mei sunt,mea sunt.
Quid est autem,quæ patris mei sunt,quàm Deus est pater, Deus sum. uita est pater,u
ta sum. Omnia quæ patris mei sunt,mea sunt. Vide Sabelli & considera,aperi oculos
cordis tui,& ne sis cæcus. Conueniat mens tua & deceptorum à te,sanctum Ioannem
» in Iordane. Aperi aures tuas,& audi uocem Prophetæ dicentis,Ego uox clamantis in
deserto. Audi præcursorem Domini,qui Angelus nominari dignus factus est, qui ab
utero matris Spiritum sanctum accepit, & in ingressu Mariæ exiliuit,qui adhuc in ute
ro cognouit introitum proprij Domini,& exiliuit. Cui data est indicatio prædicatio-
nis & præparatio uiæ Domini. Crede ipsi, & non excides à scopo ueritatis. Ecce enim
» ipse testatur dicens, primum quidem ubi Dominum suum cognouisset: Ego te opus
habeo,& tu uenis ad me. Et quum Saluator dixisset, Omitte nunc,quo omnis iustitia
compleatur,& ipse baptizatus esset ab ipso,uelut diuinum Euangelium recenset,testi-
» monium præbuit Ioannes dicens, Aperti sunt cœli,et uidi Spiritum sanctum in specie
» columbæ descendentem & uenientem super ipsum.& uox ex cœlo facta est, Hic est fi-
lius meus dilectus,in quo mihi bene complacitum est. Superne erat pater ô tu conten
tiose,ex supernis uenit uox, Si itaq; ex supernis uox, percunctare adulteratam mentem
tuam,cui pater dixit,Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacitum est. Et
quis erat hic. Cur uero in columbę specie Spiritus descendit,& quidem quum corpus
non gestet Spiritus sanctus. Solus enim unigenitus hoc induit,& perfecte incarnatus
est ex Maria semper uirgine per Spiritum sanctum, nõ ex semine uiri,sed ita ut ipsum
Verbum principalis ille artifex,sibiipsi corpus efformarit,et animam humanã,& men
tem,& quicquid homo est,omnia perfecte susceperit et couniuerit suæ deitati. Non ut
lut qui in homine habitarit,absit. Ipsum autem sanctum Verbum,Deus Verbum in-
carnatum est. Spiritus uero qua ratione in specie columbæ apparet? Nimirũ quo per-
suaderet te tibiipsi sapientiam arrogantẽ ac nihil scientem, ut ne malediceres,ut ne pu-
tares Spiritum cõiunctionem esse patri ac filio. Ob id etiam si ipse Spiritus sanctus cor
pus non gestarit,in specie columbæ figuratur, quo ostendat ac redarguat errorem tu-
um. quoniam in substantia est Spiritus per se, & in substantia pater,& in substantia u-
nigenitus, sed non diuisa deitate, neq; imminuta gloria ac maiestate. Et uides quomo
do Trinitas numeratur, patre ex supernis clamante, filio in Iordane baptismum susci-
» piente,Spiritu sancto in specie columbę accedente? Dic mihi quis est qui dixit? Ecce in
» telliget filius meus dilectus in quo mihi bene complacitum est,quem elegi,et quem di
» lexit anima mea,ponam Spiritum meum super ipsum,& iudicium gentibus annuncia
» bit,non cõtendet,neq; uociferabitur,neq; audietur in plateis uox ipsius, Harundinem
» contritam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec eiiciet in uictoriã
» iudicium,& cætera. Nunquid hæc possunt habere indicationem Trinitatis ô conten
tiose? Nunquid de ipso tanta pater in Propheta recensuit? Quis autem est de quo scri-

Spiritus sanctus cur in columbæ specie apparuit.

ptum

ptum est, Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis? Et non dixit, ingrede-
read me. Et rursus sicut Euangelium dicit, Et ascendit in cœlum, & sedet in dextra pa "
tris, & ueniet ad iudicandum uiuos & mortuos. Et quomodo rursus non persuase- "
runt te duo uiri in uestibus albis conspecti, qui ad discipulos dixerunt, Viri Galilæi, "
quid statis intuentes in cœlum, hic IESVS qui à uobis in cœlum assumptus est, sic ue- "
niet uelut ipsum uidistis assumi. Quem uero uidit beatus Stephanus quando dixit, "
Ecce ego uideo cœlum apertũ, & filium hominis stantẽ à Dextris Dei? Tu uero ô per "
omnia idiota, non intelligis uocem sanctarum scripturarum, & teipsum atque eos
qui tibi obediuerunt, magis læsisti, elapsus à sancta ueritatis Dei fide. Dicit enim re-
uera, Ego sum primus, & ego sum postea, & præter me non est alius. Reuera enim
non sunt multi Dei, sed unus Deus primus & qui postea, pater & filius & Spiritus
sanctus, non ut coniunctio sit Trinitas, neque diuisa in sua identitate, Sed pater ue-
rè qui genuit filium, & filius uerè genitus ex patre in substantia sine principio, & si-
ne tempore. & Spiritus sanctus uerè ex patre & filio eiusdem deitatis, ex patre pro-
cedẽs, & de filio accipiens, semper unus Deus primus, & qui postea. Cæterum alte-
rius rursus dispensationis gratia, & à persona ipsius CHRISTI cantatur sic. Quan
doquidem sæpe Dominus noster IESVS CHRISTVS apparuit Prophetis, & an-
nunciauit suum futurum esse aduentum, quidam uero ipsum non susceperunt, ex-
pectantes alterum pro ipso, ad superstitiosos quidem simulachrorum cultores, &
qui multitudinem Deorum mundo inuexerunt, ut ne admiratione stupefacti filij I-
sraël, & ad simulachra conuersi Amorrhæorum & Chettæorum, & Chananæorum
& Pherezæorum & Euæorum, & Gergeseorum ac Iebusæorum & Arucæorum, &
Assamæorum, ea adorarent, quemadmodum etiam ipsis prædixit: Adorauerũt enim
Beelphegor & Chamos, & Astarten, & Mazuroth, & Neastho, & Beelzeboth, & re
liqua gentium simulachra: ob id dixit ipse Dominus: Ego sum qui sum, ego sum pri- "
mus, & qui postea: quo ipsos auerteret à fabuloso gentium errore, quæ multos Deos "
adorant. Et quandoquidẽ reiecturi erant aduentum filij Domini nostri IESV CHRI
STI, dixit ad Iudæos, Ego sum primus, & qui postea. Qui primus in carne aduenit,
& qui postea uenturus est ad iudicandum uiuos ac mortuos, qui in cruce passus est,
& sepultus est, & resurrexit, in gloria quidem in ipso corpore assumptus, uerum ad
gloriam deitatis ipsius unito, & illustrato, & non amplius sub tactum cadente, nunc
non amplius mortis participe. Resurrexit enim, uelut dicit Scriptura, CHRISTVS:
Mors ipsi non amplius dominatur, inquit Apostolus. Et uide quomodo certitudo
dominatur, & deducit hominem, ut ne excidat ab alterutra ueritatis parte: & ubi uo
luerit mens multos Deos exquirere, audiat Dominus Deus tuus unus est. ubi ue-
ro CHRISTVM alium præter eum qui uenit, filij Israël expectarint, audiant Ego
primus, & qui postea. Et, Ego sum alpha & ω. alpha, quod deorsum uidet, ω quod "
sursum spectat, ut impleatur quod dictum est: Qui descendit, ipse est qui ascendit su "
per omnem principatum & potestatem ac dominationem, & omne nomen quod no
minatur. Et ut ne quis eo quod dixit, Ego sum primus, & qui postea. Et, Ego sum
alpha & ω. Et, Dominus Deus tuus unus est. Et, Ego sum qui sum: ut ne quis in-
quam, neget filium & Spiritum sanctũ, ob id inquit, Pater meus maior me est. Et, Vt "
te cognoscant, te solum uerum Deum, & quem misisti IESVM CHRISTVM. Non "
quod non est filius uerus Deus, sed ut ad unam unitatẽ reduceret Trinitatis nomina-
tionem, & excluderet mentem hominũ à multitudine deorum ad unam deitatẽ. Si ue-
ro putauerit erroneus quis mente, unũ solum dici uerum Deum, hoc est patrẽ. filiũ ue
ro esse quidem, non aũt uerum: rursus aliter hunc redarguit dicens: Ego sum lux uera, "
quæ illuminat omnem hominẽ uenientem in mundũ. De patre uero, quod lux Deus, "

& non dixit, Lux uera: ut ex eo quod dicit, Deum uerum, & lucem ueram, æqualem deitatem Patris ad Filium, & Filij ad Patrem intelligamus: & ex eo quod dicit Patrem lucem esse, & Filium Deum esse, ita ut uox, uerum, non sit hic adiecta. Non enim opus erat dicere, nulla ambiguitate existente. Nam à uoce Deus & Lux, una perfectio eiusdem sinceritatis Patris ad Filium, & Filij ad Patrem, clarè pronunciata est. Et dissoluta est uniuersa erroris tui uesania. Est enim Pater, pater: Est Filius, filius: Est Spiritus sanctus, spiritus sanctus. Quæ Trinitas est, una deitas, una glorificatio, una dominatio. Cui gloria, honor, imperium, Patri in Filio, Filio in Patre, cum sancto Spiritu in sæcula sæculorum, Amen. Quum autem rursus hanc hæresim uolut Lyben, aut Molurum, aut Elopem, aut unum aliquod horrendissimorum reptilium, non tamen per morsus lædere potentium, repulerimus: & per uirtutem sanctæ Trinitatis conculcauerimus, ad consequentes procedentes Deum inuocemus nostræ paupertatis ac tenuitatis auxiliatorem, quo nobis auxilium contingat, ut pro dignitate quæ ab unaquaque hæresi dicta sunt ac facta referamus, eaq; iusta contradictione reuellamus.

Lybes, Molurus, & Elops serpentes.

Contra Origenianos primos, qui etiam Turpes appellantur, hæresim LXIII.

ORigenij uocantur quidam. Non omnino autem hoc genus existit. Consequenter autem à prædictis & hæc hæresis fuit. Vocantur autem Origenij, haud equidem clarè scio, qua de causa, num ab Origene Adamantio compositore appellato, aut alio quodam, ignoro. Attamen hoc nomen deprehendimus. Hæresis autem apud ipsos recepta est, Epiphanis hæresi consimilis, de quo suprà in sectis secundum Gnosticos indicaui. Scripturas uero hi legunt diuersas ueteris ac noui Testamenti. Reijciunt nuptias, & non cessat apud ipsos libido. Inquinant autem suum corpus & mentem & animam in petulantia. Aliqui enim sunt in habitu solitarie degentium monachorum. Aliquæ uero cum ipsis sunt in habitu solitarie uiuentium fœminarum. corrupti autem sunt corporibus, concupiscentiam quidem suam perficientes. Verum opere utentes, ut castius loquar, filij Iudæ Annan appellati. Sicut enim ille corpore quidem Thamar coniungebatur, & concupiscentiam perficiebat, uerum ad seminis deiectionem iuxta datam à Deo liberorum generationem non efficiebat. sed seipsum iniuria afficiebat, eo modo quo malum operabatur. Sic etiam hi usi sunt quidem consueta Venere hanc nefandam operationem perficientes, Non enim student ipsi castitati, sed simulatæ castitati & nomen saltem habenti. Studium autem eò uergit, ut mulier non concipiat ab eo qui ipsam corrupisse sibi uidetur: Aut ut ne producant liberorum generationem in mundo, aut ut ne deprehendantur ab hominibus, uolentes in honore esse propter putatam apud ipsos castitatis exercitationem. Et tamen hoc est ipsorum opus. Alij uero hoc ipsum detestabile opus perficere student, non per fœminas, sed alijs modis, proprijs manibus se polluentes. Et similiter imitantur prædictum filium Iudæ, terram nefandis suis operationibus & abominabilibus guttis polluentes, & pedibus suis fluxiones suas conterentes in terra, ut ne rapiantur ipsorum semina ab immundis spiritibus ad susceptionem imprægnationis. Vsi sunt autem, uelut dixi, diuersis scripturis ueteris ac noui Testamenti, & quibusdam Apocryphis, maximè actibus Andreæ & aliorum. Iam uero etiam illi ipsi gloriati sunt sæpe, quod audacter ac liberè hoc faciant. & accusant nimirum eos qui in Ecclesia dilectas appellatas, aliunde introductas ac cohabitantes fœminas habent, uelut etiam ipsi hoc faciant occulte, propter hominum reuerentiam, quo cum improbitate

Origenij Turpes.

Episcoporũ dilectæ, amicæ, ac concubinæ

improbitate quidem consepeliantur, prætextu autem hominum gratia, nomen iactent. Retulerunt etiam quidam nobis de quibusdam uita defunctis, quod uidelicet aliqui hoc fecerint, uelut à coactis ab ipsis mulieribus audiuerant. Inter quos & episcopi nomen in medium produxerunt, qui in parua quadam ciuitate Palæstinæ episcopi sortem ad multos annos administrauit, habuit autem eiusmodi mulieres inseruientes ipsi, aliunde introductas inquam. Sed & ex confessoribus talem quendam fuisse nouimus. Attamen his qui hoc dixerunt, & à mulieribus audiuisse affirmarunt, non credidimus. Necessitas enim malignitatis eorum qui id dixerunt, suggessit nobis aliquando quidem ut crederemus, aliquando uero ut non crederemus, de mala fama prædicti illius senis episcopi, post obitum eius. Causa enim quæ in ipsum uenit, eiusmodi quædam fuit. Deprehensus est quidam talis in peccato mulieris, & quum redargueretur à nobis, excusationem ac defensionem talem protulit, quod corrupta cum ipso mulier, quamuis iam anus esset, et in senecta ætate constituta, dixisset ipsi eius malefacti operationem, quod uti quidem Venere ipsum docuisset, uerum abominabiles suas effluxiones in terram dispergere. Et hæc quidem est horum detestanda operatio, mentem ipsorum decipiens, & ex diabolo occæcata. Quorum testimonia per quæ labuntur in hunc errorem, in medium afferre non puto necessarium esse, ut ne uideamur per quæ uolumus exactam rationem tradere, ad auersionem nefandæ uniuscuiusque hæresis petulantiæ, per ea magis impellere laxorum & non satis firmorum mentem, qui malum sibijpsis uenari præ bonitate cupiunt. Cæterum ad confutationem potius horrendæ huius ac reptiliformis hæresis, pauca de multis apponam. Vnde accepistis ô uos nefariæ huius operationis inuentionem? Primum equidem omnibus manifestum est, quod dæmonum est uestra doctrina, seductæ uero ac corruptæ mentis hæc excogitata malignitas. Si enim omnino malum est concipere, non propter liberorum generationem, sed propter corporum coniunctionem. Quomodo igitur superati à uoluptate corpore coniungamini? Et si non malum est coniungi corpore, neque malum est perficere quod genitum est ac conceptum. Aut enim renunciare oportet homini ut terram ne colat, uelut Abel erat pastor ouium, Cain uero colebat terram. Si uero colit quis terram, uelut Noë, qui uir agricola erat, & plantauit uineam: non plantauit ut botrum non proferret, sed plantauit & bibit ex fructu eius, & inebriatus est, uelut scriptum est. Venia autem danda est seni. Quum enim Deo ualde placeret, non propter luxum sustinuit ebrietatem, sed tristicia fortassis inductus graui ore somno opprimebatur, & non ferens ex utrisque, propter debilitatem scilicet & senectam, in debilitatem incidit: non ut subsannaretur à filio. Qui uero derisit ipse sibijpsi, maledictionem accepit, quo castigentur hi qui patribus contumeliam inferunt, & disputationes inter uos excitatæ contra cognitionem Dei, & contra beginitas, sed super ipsas est uirginitas. Virginitas tamen uera gloriosa & uirtuosa appellata est, non inquinata. Quæ & nuptias uenerandas & liberorum procreationem non interdicit, in ignominiam eorum quæ bene ex Deo creata sunt. Imò neq; aliàs usurpat uitam societatis nuptiarum ex Deo ordinatam. Virginitas enim est uere, uelut illa à sancto Apostolo laudata, nēpe, Virgo & innupta curat quæ sunt Domini, quomodo Domino placeat, ut sancta sit corpore et anima: ut ostendat impossibile esse, ut ullius peccati culpam uita solitaria admittat, Sed & Abraam nouimus liberos genuisse, & Domini amicum fuisse. Isaac item & Iacob & consequentes. Et neque seipsos inquinarunt nefarijs operationibus detestanda attingentes, neq; se opposuerunt aduersus liberorum procreationē probe ex Deo per nuptias ordinatā. Sed neq;

Virginitatis ueræ ratio.

qui inter

qui inter ipsos castitatem ac uirginitatem exercuerunt, certamen hoc corruperunt, ne
que per nequitiam uirtuosum certaminis modum aliter tractarunt. Et Helias quidem
ferè penitus in urbes non ingrediebatur, neque cum mulieribus cõuersabatur. uerum
in solitudinibus degebat. Et Heliseus & Ioãnes, & omnes qui per magnam hanc for-
mam imitationis Angelorum, recte secundum Euangelicam Domini ordinationem,
seipsos propter regnũ Dei castrarunt. Quum igitur multa habeamus quæ dicere pos-
simus, & ex multis diuinæ scripturæ argumentis, quæ ipsorum mentem redarguunt
à diabolo illusam, his paucis contenti sumus, quoniam omnino manifestum est quod
non prudentiæ est hoc ipsum illorum opus. neque ex Deo hęc scientia, sed ludíbrium
actionis dæmonum, qui hoc in ipsis operantur. Quando uero & hanc uelut horren-
Scytale serpens. dam uiperam Scytalam appellatam, corpore quidem breuem, uerum ueneni eiacula-
tione graue uirus inspirantem, & perniciem in accedentes efflantem repulimus, ac con-
triuimus, ad sequentes eamus, Deo auxiliario inuocato, ad totius operis nostri pro-
missionem absoluendam.

Contra Origenem Adamantium, hæresim LXIIII.

Origenes Adamantius. ORigenes qui & Adamãtius appellatur, deinceps post hos sequitur. Hic filius fuit
Leonidis beati ac sancti martyris. Sed ut ipse in iuuenili sua ætate plurimas pœ-
quutiones sustinuit, quum uir esset in Græcorum doctrina eruditus, & in Ecclesia e-
Decius rex Romanus. ducatus. In temporibus uero Decij regis notus fiebat in Alexandria. Erat enim gene-
re Aegyptius, & in Alexandria domicilium & educationem habuit. Verum Athenis
ad tempus aliquod philosophorum scholas frequentauit. Multa porrò passus esse di-
citur pro sancta fidei doctrina & CHRISTI nomine: In ciuitate sæpe tractus, con-
cijs impetitus, tormentis ingentibus subiectus. Etenim tempore quodam derasc-
Serapij simulachrũ Athenis. runt ipsum Græci, & ad ascensum simulachri Serapij appellati locatũ, iusserunt fron-
des palmarum porrigere his qui ad nefarium opus & adorationem simulachri ascen-
debant. Talem enim habitũ ferunt sacerdotes eius simulachri. Ipse uero acceptis fron-
dibus, magna uoce ac confidenti mente, nihil timens neque hæsitãs, clamabat dicens:
Venite accipite non frondes simulachri, sed frondes CHRISTI. Et multa sunt fo-
tia facta, quæ per traditionem referunt ueteres de hoc uiro. sed non permanserunt ipsi
quæ ad præmium consequendum pertinent, in finem. propter eminentissimam enim
sanctitatem eius ac doctrinam, ad multam inuidiam deuenit, & per hæc magis inuita-
bat eos qui illo tempore principalem potestatem administrabant. Per diabolicam ue-
ro malignitatem excogitauerunt maliciei operatores, quomodo turpidinem uiro ex-
cogitarent, & plagam talem decernerent, ita ut in abusum corporis ipsius Æthiopem
ipsi subornarent, aut sacrificare iuberent. Ipse uero non ferens diabolicæ operatio-
nis uersutiam, proclamauit utrisque rebus ipsi propositis, sacrificare se potius uel-
le. non tamen spontanea mente hoc potius perfecit, uelut magna de hoc fama re-
fert. Sed quandoquidem omnino confessus est se facturum hoc esse, iniecto in ma-
Origenes dijs gentium thus sacrificat. num eius thure ipsum ad aræ rogum adduxerunt. Atque sic à confessoribus &
martyribus tunc re cognita reiectus est, & ab Ecclesia expulsus. Verum in Ale-
xandria hoc passus, & non potens ferre exprobrantium sannas, discessit: & Pa-
læstinam, hoc est Iudææ terram inhabitare elegit. Quum itaque peruenisset ad
Hierosolyma, uelut talis enarrator & eruditus uir, compellebatur à sacerdotibus,
(Aiunt enim & presbyterio ipsum dignum factum fuisse priusquam sacrificaret,) com-
pellebatur inquam, in Ecclesia docere. Et quum multum coëgissent ipsum hi qui
tunc in Hierosolymis sacerdotium sanctæ Ecclesiæ administrabant, surrexit, et dictum
hoc solum Psalmi quadragesiminoni proloquutus, totam distinctionẽ prætertit: Sic

autem

autem dicit Psalmus : peccatori dixit Deus, Cur tu exponis iustificationes meas, & assumis testamentum meum per os tuum? & complicatum librum deposuit, & cum fletu ac lachrymis consedit, omnibus simul cum ipso plorantibus. Et post tempus quum multa ipsum hinc pellicerent & cogerent, in Ambrosium quendam incidit illustrem illum in aula regia. Quidam uero hunc Ambrosium dixerunt, partim Marcionistam, partim Sabellianum. Instruxit itaque ipsum, ut ab hæresi declinaret, eamq; detestaretur, ac fidem deligeret sanctæ Dei Ecclesiæ. Cæterum prædictus Ambrosius, quandoquidem multas hæreses nosset, & uir doctus atque eruditus circa diuinarum scripturarum lectionem esset, propter sententiarum in sacris libris profunditatem, petiuit ab Origene ut ipsos ei declararet ac interpretaretur. Hic uero quo officium suum erga illum, pro ipsius exhortatione declararet, operam dabat ut totius Scripturæ interpres fieret, eamq; exponeret. & in Tyro Phœnices, uelut fama refert, ea gratia annis uigintiocto uixit, uitam & meditationis ocio ac labore excellentem : ita ut Ambrosius quidem ipsi, & ijs qui uelociter scribendi munere fungebantur, itemq; ministrantibus ipsi, chartam ac reliquos sumptus suppeditatet. Origenes uero in uigilijs ac maximo ocio meditationis, laborem interpretādi scripturam perficeret. Vnde primum ipse diligenter conatus est colligere sex interpretationes, Aquilæ, Symmachi, Septuagintaduorum, & Theodotionis, quintæq; ac sextæ editionis : cum additione uniusc uiusque dictionis Hebraicæ, & simul ipsorum elementorum. Similiter uero euestigiò secundo interstitio usus iuxta columnarem compositionem, Hebraicam quidem dictione, Græcam uero scriptura, aliam rursus compositionem fecit, ut sint quidem hæc, ac uocētur Hexapla, ad Græcas interpretationes, duæ simul additiones Hebraicæ uocis, per Hebraica ac Græca elementa, ut sit uniuersum uetus Testamentum per Hexapla appellata, & per duas Hebraicarum uerborum columnas. Hoc simul uniuersum opus uir ille cum labore tractauit, sed gloriam suam nō in finem inextinctam perfecit. Contigit enim ipsi magna illa experientia in magnam ruinam. Ex ipso enim scopo, quum nihil diuinarum scripturarum absq; interpretatione sinere uellet, in peccatum seipsum coniecit, & lethalia uerba exposuit. Ex quo sunt qui Origenianistæ appellantur, non primi illi qui turpem actionem faciunt. Non enim habeo quod de illis dicam, uelut etiam iam antea dixi, an ex Origene qui & Adamantius dicitur, nomen & initium habuerunt, aut alium quendam ducem habuerint Origenem, appellatum. Tradūt autem & hunc Origenem excogitasse, ut sibijpsi in corpore neruum, uelut quidam dicunt, excinderet, ut ne à uoluptate uexaretur, neque in motibus corporeis combureretur ac inflammaretur. Alij uero hoc negant factum, sed excogitasse ipsum pharmacum quoddam, quod partibus illis imponeret, ut eas resiccaret. Alij autem etiam alia in ipsum referre audent, quod uidelicet herbam quandam inuenerit medicam memoriæ gratia. Et immensa quidem illa de ipso relata, non ualde credimus, attamen quæ dicuntur, referre non pigebit. At uero hæresis ex ipso exorta, primum quidem in Aegyptiorum regione fuit, nunc uero apud eminentissimos, & qui sibi solitariam uitam suscepisse uidentur, & apud eos qui in solitudines secedunt, & paupertatem delegerunt, existit, horrenda etiam ipsa & omnibus ueteribus flagitiosior, quæ etiam similia cum illis sentit. Etsi enim turpitudinem perficere discipulos suos non docet, tamen per turpitudinem, horrendam opinionem in ipsam deitatem impingit. Ex hoc enim & Arius occasiones accepit, & inæqualitatem docentes, deinceps sequuti Anomoëi que appellati, & alij quidam. Asserit enim hic, ausus nimirum in principio dicere, primum quidem quod Filius unigenitus Patrem uidere non potest, imò quod neque Spiritus Filium uidere potest, neque Angeli Spiritum, neque homines Angelos. Et hic primus error ipsius est. Ex essentia enim Patris hunc inducit, simul uero creatum.

Origenis labores in scripturis sacris.

Hexapla. Octapla.

Errores Origenis.

Vult

Vult autem dicere uelut per gratiam filium ipsum appellari. Sunt & alij ipsius erro-
res maiores. Animam enim humanam præexistere dicit, esse autem has angelos & uir-
tutes supernas in peccatis constitutas, et ea gratia in supplicium, in hoc corpus conclu-
sas. Missas autem esse à Deo in supplicium, quo hic primũ iudicium sustineant. Qua-
propter inquit, etiam uinculum uocatum est corpus, eo quod anima in corpore liga-
ta est, ueterem Græcorum fabulosam opinionem imaginans. In hęc autem & fabulas
Anima quur psyche dicatur. proponit. Animam enim dicit ob hoc psychen Græcę appellamus, eo quod ex super-
nis uiuificata est. Testimonia uero contra propriam sententiam confingit ex diuinis
scripturis, quæ non sic se habent, neq; ita edita sunt. Nam quod dicit Propheta, Priu-
» quã humiliatus sum ego deliqui, de ipsa inquit, anima sermo est quod supernè in cœ-
» lo deliquit, priusquam in corpore humiliaretur. Et quod dicit inquit, Conuertere ani-
ma mea in requiẽ tuam: uelut eius qui se uiriliter hic gessit in bonis operationibus, con-
uertere in supernam requiem, propter operationis ipsius iustam actionem. Et multa ta-
lia dicere licet. At uero quod secundum imaginem est Adam perdidisse dicit. Et hinc
» inquit Scripturam etiam pelliceas tunicas indicasse, quia fecit ipsis inquit, tunicas pelli-
ceas, & induit ipsos, hoc corpus est ait. Et multa est apud ipsum decãtata nugacitas. Et
mortuorum resurrectionem defectuosam facit, & alicubi uerbis affirmans hanc, alicu-
bi perfectissime negans, aliquando & partem ex ipsa resurgere asserens. De cętero uero
quæcũq; potest allegorice interpretatur, & paradisum, & huius aquas, & quæ sunt su-
pra cœlos, & eam quæ est subter terram. Atq; hęc & his similia nugari non cessat. Sed
& iam in alijs quibusdam locis talia de ipso mentione facta recensuimus. Nihil autem
molesti fuerit etiam nunc in hæresi ipsius, de eius effrenitate studioq; ac proposito nar-
rare, & ex ipso eorum quos sententiæ suæ subiecit subuersionẽ facere. Multa est enim
huius in posterum facta absurditas, & adulteratæ intelligentiæ studiũ extra ueritatem
progressum. Visus enim est cõtra omnes priores hæreses dicere, easq; subuertere. Ve-
rum postea etiam ipse hęresim non uulgarem hanc in mundum euomuit. Et primum
quidem quæ ab ipso dicta sunt ad adulteratæ ac confictæ ipsius intelligentiæ confuta-
tionem apponam. Deinde etiam contra ipsum dicenda ex nostra mediocritate ostenda-
dam. Et sunt hęc quæ in primo Psalmo introduxit. Nam quum in tota Scriptura sem-
per labatur, in necessarijs ad uerbum excidit. Quandoquidem uero moles ingens est,
dicitur enim magnum opus fecisse. In singulas enim scripturas, uelut dixi, non recusa-
uit dicere quæ ipsi uisa sunt: Et quæ quidem in colloquijs & præfationibus, in mores
& in naturas animalium & aliarum rerum dicta sunt, per medium ductus sæpe gratio-
se narrauit. Quæ uero in dogmata decreuit, & de fide ac maiori speculatione: ea omni-
um absurdissima cõperiuntur, præ omnibus & quæ ante & post ipsum edita sunt, &
ceptis turpibus operationibus à nobis in singulis sectis relatis. uisum est enim ipsi us-
etiam exercitatoriã pietatis uitam delegerit, uelut etiam suprà à me ostensum est. Quã-
propter etiam thoracem ipsius quidam concidisse tradunt, propter insignẽ uitam, me-
diamq; ac abstinentiã ab animatis. Age sanè ipsas ipsius dictiones apponemus expri-
mo Psalmo, & speculationibus in ipso, & his quæ expressis uerbis decreuit ac docuit,
ut ne aliqui dicant ea quę contra ipsum à nobis dicuntur per calumniam excogitata es-
se. Nec est quod quis putet ipsum in primo solum psalmo excidisse à ueritate, uelut fac-
pe dixi, sed etiam in singulis expositionibus. Verum ob ingentẽ operis ipsius molem,
ex prædicto Psalmo collectione facta hic ex una aut duabus aut tribus dictionibus, to-
tam ipsius circa fidem improbitatẽ reuelabimus, & ut idem uelut ipse retulit dicamus,
curabimus. Et est statim uniuscuiusq; dictionis pauimentũ tale, ut cognoscas ô studio-
se auditor, quod apertissime filium Dei creaturam docuit, et ab audacia de filio cogno-
scas quod etiam Spiritum sanctum creatum introduxit. Ab initio igitur recensebimus
Psalmum usq; ad ipsam dictionem, uelut ipse Origenes dixit.

Origenis

Origenis uerba in primum pſalmum.

COnclusas & obsignatas esse diuinas scripturas, ait diuina doctrina, claue Dauid ac forte etiã sigillo, de quo dictũ est: Effigies sigilli sanctificatio Domino. hoc est, per uirtutem Dei qui ipsas dedit, quæ uirtus per sigillum indicatur. Itaq; de eo quod conclusæ sunt & obsignatæ, Ioannes docet in Apocalypsi dicens, & angelo Ecclesiæ in Philadelphia, scribens: Hæc dicit sanctus uerus ille qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit, & claudit & nemo aperiet. Noui opera tua. Ecce dedi ostium coram te apertum, & nemo potest claudere ipsum. Et paulo pòst: Et uidi in dextra sedentis super thronum, librum scriptum intus & à tergo, obsignatum sigillis septem. Et uidi angelum fortem prædicantem uoce magna, Quis dignus ut aperiat librum, & soluat sigilla ipsius? & nemo potuit neque in cœlo, neque in terra, neque sub terra aperire librum, neque uidere ipsum. Et flebam quod nullus dignus inuentus esset aperire librum aut uidere ipsum. Et unus de senioribus dicit mihi, Ne plores, Ecce uicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, ut aperiat librum, & septem sigilla ipsius. De eo uero quod obsignatæ sunt, solum Esaias dicit sic: Et erunt uobis uerba hæc omnia, uelut sermones libri huius obsignati, quem ubi dederunt homini noscenti literas, dicentes, Lege hæc, & dicet, Non possum legere. obsignatus enim est. Et dabitur liber hic in manus hominis non noscentis literas, & dicet, Non noui literas. Hæc enim non solum de Apocalypsi Ioannis & Esaia dici putandum est, sed etiam de omni diuina Scriptura: id quod in confesso est, & apud eos qui mediocriter diuinos sermones intelligere possunt, ut qui referti sint ænigmatis & parabolis, obscurisq; sermonibus, & alijs uarijs speciebus obscuritatis, quas humana mens ægre capere potest. Id quod docere uolens etiam Saluator dicit, uelut claue apud scribas & pharisæos existẽte, qui non conãtur uiã inuenire ut aperiãt: nempe, Væ uobis legisperitis, quia tulistis clauẽ cognitionis. ipsi non ingredimini, & ingredientes non permittitis intrare. Hæc uerò à nobis in præfatione dicta sunt, qui cogimur per magnũ tuum discendi studium, & per bonitatem ac modestiam tuam, ô sacer Ambrosi, incitamur, ut huc descendamus ad maximum certamen, & quod palàm super nos & super uires nostras est. Et quod quidem diu recusantem me, eo quòd nossem periculum, non solum dicendi de sanctis, sed multo magis scribendi, & posteris relinquẽdi: ad hoc me perduxeris, omnisa riam amice & iuxta deitatis promotionem occinens, testis eris mihi apud Deum cum tota uita, & de imperatis, pronunciatisq; à me, & examinatis, quali proposito hoc factum est. Et alicubi quidem assequimur, alicubi uero aut enitimur uiolentius, aut uidemur aliquid dicere. Inuestigauimus autem quod scriptum est, non contemnentes id quod bene à Deo dictum est, quando dicis de Deo iudica. quanquam etiam uera de Deo dicere, periculum non modicum est. Rogamus itaque, quandoquidem nihil sine Deo bonum esse potest, & maximè intelligentia diuinitus inspiratarum scripturarum, ut patrem uniuersorum Deum per Saluatorem nostrum ac pontificem genitum Deum adeas, ac petas dari nobis primum ut recte quæramus. Extat enim quærentibus promissio: quod inuenire debent, fortassis neque omnino quærentes, quum Deus consideret etiam eos qui non uia ad hoc procedunt. *Hactenus Origines.*

Principium est mihi ut dicam contra fastuosum, & in apparentia sapientem, & imperscrutabilium perscrutatorem, & cœlestium examinatorem, hunc qui nugis mundum impleuit, quemadmodũ etiam præstantior me contra ipsum dixit: primum quidem de genito Deo. Et quod quidem æquales dictiones & æquiuoca multa in uita sunt, penitus id manifestum est. Et si quidem ab alio hæc dictio usurpata esset, poterat dici quod iuxta rectam intelligentiam & hoc dictum esset. Quando uerò in multis locis inuenimus ipsum abalienantem unigenitum Deum à deitate & essentia patris, simulq; etiam spiritum sanctum, ea gratia genitum Deum hic dixisse, manifestum est

Clauis Dauid.

γϛνητὸς & γϛνητὸς differunt.

quod creatum decernit. Nam quod quidam nos decipere uolunt ac dicere, æquale esse γϛνητῷ ac γϛννητῷ, non admittendum est, ut de Deo dicatur, sed de creaturis solum. Aliud enim est γϛνητὸν, & aliud γϛννητὸν. Quando igitur γϛνητὸς ab ipso dictus est Deus, quod factum aut creatum potius quàm genitum significat, primum interrogamus, Quibus modis creatus est Deus, qui per hanc uocem apud te honoratur Deus? Quomodo uerò adhuc adorandus erit, si factitius est? Auser enim indignationem quæ est apud sanctum Apostolum, propter eos qui creaturam uelut Deum tractant, & tribue mihi Deum qui adoratur creatum secundum piam fidem, quæ nõ amplius creaturam adorat, sed creatorem, & erit apud te rationi consentanea consequentia ronei tui sermonis à patrum pietate. At non poteris hoc præstare. Si uerò etiam ausus fuisti deprædari aliquãdo ac uiolare, neque in hoc consentaneam ratiocinationem piorum ad tantam improbitatem euertere, ô phanatice, potuisti. Repugnat enim & intellectus & ratio. Omne enim quod creatum est, non est adorandum, uelut dixi. Si uerò omnino adorandum est, quum multa alia sint creata, nihil utique retulerit etiam nos cum uno creato uniuersa adorare quæ conserua sunt, & eidem instituto appellationis subiecta. Videamus autẽ per quatuor Euangelia, per quæ omnem nostram tam gubernauit Deus, Verbum in mundũ allatus, an alicubi dixerit CHRISTVS Deus me creauit, aut pater meus creauit me. Videamus autem an & pater pronunciarit in uno Euangelio, Creaui filium, & demisi uobis. Verùm de hoc hactenus. Cæterùm de testimonijs sæpe multa exposuimus, de his qui creaturam introducunt. Nihil autem molesti erit etiam in præsens ostendere, quomodo sermo facile intelligatur, & dicere ad hunc ultro sibi sapientiam arrogantem: Quomodo poterit, ô bone, creatus esse qui dicit, Ego in patre, & pater in me: &, Duo unum sumus? Quomodo uerò potest alius esse qui æqualem honorem à patre habet? Nemo enim nouit filium, nisi pater, neque patrem, nisi filius. &, Qui uidit me, uidit patrem. Rursus porrò similiter quæ ambigua sunt apud ipsum de resurrectione, ordinem sequẽtes dicemus ex ipsius uerbis. Ab una autem dictione, omnem sententiam ipsius ostendemus, & incredulitatem opinionis dogmatis ipsius reuelabimus. Etsi enim per longum ab ipso sæpe de hoc dictum est, & in multis libris has nugas inculcauit, tamen confutationem apponam ex his quæ in primo psalmo exposuit contra credentes firmæ spei nostræ resurrectionem. Et est uelut dicit: Ob id non resurgent impij in iudicio. Deinde prout consuetudo eius est, ab editionibus persuadere, similiter inquit Theodotion, Aquila, Symmachus. Postea infert contra filios ueritatis cauillando: Hinc, inquit, simplices ex credentibus occasione accepta, putant impios resurrectionem non assequuturos esse, & diuino iudicio non dignos fore: qualem intelligant resurrectionem, & quale imaginentur iudicium, non ualde declarantes. Etiamsi enim uideantur de his pronunciare, approbatio ipsos redarguit, quum consequentiam ex ordine conseruare non possint, quando modum de resurrectione ac iudicio non obtinuerunt. Si igitur interrogauerimus, cuius resurrectio fit? respõdent, inquit: Corporum, quibus nunc circundati sumus. Deinde ubi amplius interrogauimus nos, Vtrũ totius essentiæ ipsorum, aut non? priusquam examinent, dicunt Totius. Si uerò amplius dubitauerimus cum simplicitate ipsorum circumlati, & nihil de eo quod fluxa sit essentia expendentes: An simul resurget sanguis qui in uenarum sectionibus effluxit, & carnes in morbis consumptæ, & pili omnes qui unquam nostri fuerunt, aut soli hi qui ad exitum manserunt? Aliquando quidem offenduntur hac examinatione, putantes opportere permittere Deo, ut quod uult de his faciat. aliquando uerò condescendere uidentur, & pilos quos in fine uitæ huius habemus nobiscum resurrecturos esse dicunt. Qui uerò ex ipsis sunt generosiores, ut ne cogantur sanguinem sermone colligere, multoties ex corporibus nostris secretum, & mutatas in morbis carnes, &

Resurrectio quomodo ab Origene tractetur.

dores

dores, aut qualemcunque tandem materiam: dicunt, corpora nostra qualia in fine
sunt resurgere. Hæc sunt prædicti illius sapientiam sibi arrogantis ambigua circa ue-
ritatem uerba, quæ necessariò apposui declarationis gratia his qui omnem senten-
tiam ipsorum scire uolunt incredulitatis de resurrectione. Nam & alia post alia multa
habet, in hac Psalmi consequentia. Dicit enim, Ob hoc non resurgent impij in iudi- «
cio. Hinc autem & ulterius reprehendit eos qui certam resurrectionem decernunt,
& firmam spem resurrectionis mortuorum credunt, uelut qui simplices sunt, multa
improba addens, & sophisticam quandam opinionem exponens, non fidele quid,
sed syllogisticum quicquid tandem illud est, in subuersionem eorum qui ipsi credũt,
ex his quæ secundum naturam nobis accidunt, euertere conatus est eiusdem resurre-
ctionis nostræ ueræ spei confessionem. Ego uerò his qui iam se probè fatigarunt, &
omnem ipsius excogitatam rhetoricam improbitatem subuerterunt, non in audacia
præstantior esse uolens, ut qui tenuitatem meam non ignorem: contentus esse duxi
his quæ rectè à beato Methodio in sermone de Resurrectione contra ipsum Orige-
nem dicta sunt, quæ sanè hic ad uerbum apponam. Et habent Methodij uerba sic, ue
lut ipse hic expressi ac locaui.

Ex Methodio Epitome Origenis uerborum de resurrectione.

Hinc simpliciores ex credentibus occasione accepta, putant impios resurrectio-
nem non assequuturos esse, & diuino iudicio non dignos fore. Qualem intelligant
resurrectionem, & quale imaginentur iudicium, nõ ualde declarantes. Etiamsi enim
uideantur de his pronunciare, experientia ipsos redarguit, quum consequentiam ex
ordine seruare non possint, quando modum de resurrectione & iudicio non obti-
nuerunt. Si igitur interrogauerimus, cuius resurrectio fit: respondent, Corporum
quibus nunc circundati sumus. Deinde ubi amplius interrogauerimus nos, Vtrum
totius essentiæ ipsorum, aut non? priusquam examinent, dicunt, Totius. Si uerò am
plius dubitauerimus, cum simplicitate ipsorum circumlati, & nihil de eo quod fluxa
sit essentia expendentes: An resurget simul sanguis qui in uenarum sectionibus ef-
fluxit, & carnes in morbis consumptæ, & pili omnes qui unquam nobis fuerunt, aut
soli hi qui ad exitũ manserunt? decurrunt ad hoc, ut permittamus Deo facere quod
uult. Qui uerò generosiores sunt ex ipsis, ut ne sanguinem sermone colligere cogan-
tur, quem sæpe ex corporibus nostris secerni contigit: dicunt, corpus nostrum qua-
le in fine est resurrecturum esse. Amplius uerò & ob id quod mutabilis est corpo-
ris natura, dubitauimus & de huiusmodi, Nunquid uelut alimenta in nostrum cor-
pus digeruntur, & similitudines transmutant: sic etiam nostra corpora transmu-
tantur, & in carniuoris uolucribus ac feris fiunt partes illorũ corporum? Et rursus
illa ab hominibus aut alijs animalibus comesta transmutãtur, & fiunt hominum aut
aliorum animalium corpora? & hoc diu fiente, necesse est idem corpus pluriũ homi
num sæpe partem fieri. Cuius igitur erit corpus in resurrectione? Atque sic in profun
dum nugacitatis nos imprudentes illabi continget. Et post has dubitationes, ad
hoc quod omnia Deo possibilia sunt, confugiunt: & sententias scripturarum quæ
id quod ipsi uolunt iuxta promptam expositionem subijcere possunt, proferunt.
Velut in Ezechiele, Et facta est super me manus Domini, & eduxit me in spiritu, & «
posuit me in medio campi. Et hic erat plenus ossibus humanis, & circumduxit me «
ob ipsa circumcirca, & ecce multa ualde in cõspectu campi, & ecce ipsa sicca ualde: & «
dixit ad me, Fili hominis, num uiuent ossa hæc? Et dixi, Domine Deus, tu nosti hęc. «
Et dixit ad me, Fili hominis, uaticinare. Et dixi ad ipsa, Vos ossa sicca hæc, audite ser- «
monem Domini. Hæc dicit Dominus ossibus istis, Ecce ego induco in uos spiritum «

» uitæ, & dabo ſuper uos neruos, & inducam ſuper uos carnes, & extendam ſuper
» uos pellem, & dabo ſpiritum meum ſuper uos, & uiuetis, & ponam uos in terram
» ueſtram, & cognoſcetis quod ego ſum Dominus. Hoc quidem igitur probabiliore
dicto utuntur. Sed & alia euangelica dicunt, uelut hoc, Illic erit fletus & ſtridor den-
» tium. Et hoc, Timete eum, qui poteſt animam & corpus perdere in geenna. Et hoc
» in Paulo, Viuificabit mortalia corpora noſtra, eo quòd inhabitat ſpiritus eius in no-
bis. Oportet autem omnem ueritatis ſtudioſum, horum ſententiam noſſe, & de re-
ſurrectione contendere, ut ſeruet ueterum traditionem, uitetq; ne cadat in nugas pue-
peris intellectus, ſimulq; impoſſibilis ac Deo indigni. Sic igitur de hoc loco diſtin-
guendum eſt. Omne corpus quod à natura continetur, quæ forinſecus aliqua diſpo-
nit ac ſuccẽturiat inſtar alimenti in ipſum, & pro ingeſtis alia ſecernit (uelut ſunt plan-
tarum & animalium corpora) nunquam idem habet materiale ſubiectum. Quapro-
Corpus eſt fluuius. pter non male fluuius appellatum eſt corpus, eo quòd iuxta exactam conſideratio-
nem, neque per biduum primum ſubiectum idem eſt in corpore noſtro: quanquam
Paulus aut Petrus ſemper idem ſit, non ſolum ſecundum animam, cuius eſſentiæ-
que defluit in nobis, neque ſuperinductitium quid unquam habet, etiamſi fluxa ſit
corporis natura, eo quòd ſpecies quæ effigiat corpus, eadem ſit: ita ut etiam formæ
eædem maneant, qualitatem Petri & Pauli exhibentes. Iuxta quam qualitatem etiam
cicatrices ex pueris in corporibus manent, & aliæ quædam proprietates, uelut lenti-
gines, & ſi quid his ſimile eſt in ſpeciem, ſecundùm quam ſpecificatur Petrus & Pau-
lus ſecundùm corpus, quod in reſurrectione circundatur rurſus animæ in melius
tranſmutatum, non omnino autẽ adhuc inſitum eſt ipſi primum ſubiectum. Quem-
admodum autem ſpecies eſt à puero uſque ad finem, etiamſi characteres ac formæ
multam uideantur habere euariationem: Sic intelligendum eſt etiam in præſenti eam
dem ſpeciem quam in futuro, quantumuis plurima futura in melius mutatione. Ne-
ceſſarium eſt enim animã, dum in locis corporalibus eſt, uti corporibus locis conue-
nientibus. Et quemadmodũ ſi aquatici facti fuiſſemus, & ſi in mari uiuere nos opor-
tuiſſet, omnino ſanè oportuiſſet nos etiam aliam corporis conſtitutionem conſimi-
lem piſcibus habere: Sic quum hæredes futuri ſimus regni cœlorum, & in locis ex-
cellentibus futuri, neceſſarium fuerit uti corporibus ſpiritualibus, non priore ſpecie
diſſipata, etiamſi ad maiorem gloriã eius mutatio fiat: quemadmodum erat IESV
ſpecies & Moſis, ac Heliæ, non alia in transformatione ab ea quæ erat. Ne offen-
daris itaque, ſi primum ſubiectum quis dixerit non fore idem tunc, quando ratio ipſa
inſtare potentibus oſtendit, quod neque nunc per biduum poteſt eſſe primum ſub-
iectum. Operæprecium porrò eſt noſſe, etiam aliud ſeminari, aliud reſurgere. Se-
minatur enim corpus animale, reſurgit corpus ſpirituale. Et ad omnia infert Apoſto-
lus, fermè terrenam qualitatem nos depoſituros eſſe docens, ita ut ſpecies ſeruetur
» in reſurrectione. Hoc autem dico fratres, quod caro & ſanguis regnum Dei poſſi-
» dere non poſſunt, neque corruptio incorruptibilitatem. Fortaſſis equidem conſer-
uabitur ab eo qui aliquando propriam carnem fecit. caro uerò non amplius erit.
Sed quod aliquando imprimebatur in carne, hoc imprimetur in ſpirituali corpore.
Cæterùm ad uerba Scripturarum quæ proponunt fratres noſtri, hæc dicere licet.
Oſſium ſiccorũ ratio apud Ezechielem. Et primum in Ezechiele, in quantum ex his uolunt ſimpliciores, iuxta ipſa uerba.
Neq; carnium reſurrectio erit, ſed oſſium ſolum & pellium ac neruorum. Simul au-
tem oſtendendum eſt ipſis, quod abripiuntur uelut non intelligentes quod ſcriptum
eſt. Non enim ſi oſſa nominantur, omnia oſſa hæc intelligẽda ſunt: quemadmodum
» neque in hoc, Diſſipata ſunt omnia oſſa mea: Et, Sana me, quoniam conturbata ſunt
omnia oſſa mea. quum manifeſtum ſit, non dici oſſa ſecundum communem ſignifica-
tionem.

tionem. Sequitur itaque ad ſermonem ſicut ipſi dicunt, Sicca facta ſunt oſſa noſtra. Ergo dicunt Sicca facta ſunt oſſa noſtra, uolentes reſurgere congregata. ſed hoc impoſſibile eſt. Dixerint autem utique, ſicca facta ſunt oſſa noſtra, qui in captiuitatibus conſtituti ſumus, & omnem uitalem humiditatem amiſimus. Inferunt itaq; hoc, Periit ſpes noſtra: diſſenſimus. Igitur promiſſio reſurrectionis populi eſt, à ruina « & uelut mortificatione qua mortificati ſunt, propter peccata inimicis traditi. Sed & peccatores à Saluatore dicuntur eſſe ſepulchra plena oſſibus, & omni immunditia. Decet autem Deum aperire monumenta uniuſcuiuſq;, & educere nos ex monumentis uiuificatos, uelut Saluator Lazarum foras traxit. At uerò illud, Illic erit fle- «
tus & ſtridor dentium: ſic apud ipſos defendendum eſt, quod uelut in hac uita omne membrum ad uſum quendam opifex conſtruxit, ſic etiam dentes ad findendum ſolidum alimentum. Quis igitur uſus dentium his qui puniuntur? Non enim in geenna exiſtentes, per ipſos comedunt. Et oſtendendum eſt, quod non omnia accipere oportet uelut iacent. Dentes igitur, inquit, peccatorum contriuit, & molares dentes leonum confregit Dominus. Quis autem adeò ſtolidus ſit, ut putet quod Deus peccatorum corpora conſeruans, dentes ipſorum ſolum conteritꝰ Quemadmodum igitur ſi quis talia uolens ſic habere, in anguſtiam redactus trahetur ad allegoriam: ſic inquirendum eſt de ſtridore dentium in his qui puniuntur, anima facultatem manducandi habente, quæ in tempore redargutionis de peccatis, iuxta collisionem dentium, prout ſenſit dentibus fremet. At hoc, Timete eum qui poteſt animam & corpus perdere in geenna: fortaſſis docet, quod incorporea eſt anima: fortaſſis item declarat, quod abſque corpore non punietur. De quo naturæ rationem ſeruantes, de ſpecie ac primo ſubiecto diximus. Sed & hoc apud Apoſtolum, Viuificabit mortalia corpora noſtra: quum mortale ſit corpus, & ueræ uitæ non par- «
ticeps, poteſt ſignificare ubi corporea eſt ſpecies, de qua diximus, natura mortalis exiſtens. Quum CHRISTVS manifeſtatus fuerit uita noſtra, & ipſam tranſmutat, ab hoc ut ſit corpus mortale, uiuificatum per ſpiritum uiuificantem ex hoc quod ſpirituale factum eſt. Quin & hoc ipſum interrogare, quomodo reſurgunt mortui, quali uerò corpore uenient: nudè declarat, quod primum ſubiectum non reſurget. Si enim bene accepimus exemplum proferendum eſt: Seminaria ratio in grano frumenti, decerpens adiacentem materiam, & per totam ipſam procedens, eandemq; ipſius ſpeciem abripiens, facultates quas habet aliquando terræ, & aquæ & aëri, & igni addit, & deuictis illorum qualitatibus, ad hanc tranſmutat, cuius ipſa opifex exiſtit. Et ſic completur ſpica, excellenter differens à grano quod eſt ab initio, & magnitudine, & figura & uarietate.

Dentium ſtridor, quomodo accipiendus.

Reſurrectionis imago.

Hactenus Methodius Origenis uerba retulit. ſequuntur nunc Procli uerba, quæ item Methodius recenſet.

QVæ quidem igitur Origenes tractans negocium de reſurrectione explicauit, maximè uariam oſtendens ſpeculationem, tot ſunt uelut in compendio dicipotuerunt. Memor autem ſis, ut etiam ea quæ ad illa conſequuntur conſideres. Conſequens eſt enim aſſumere adhuc ad prædicta, ex Scripturis teſtimonia, quo uelut ſtatua omnes partes ſuas moderata oratio capiat, & in totum plena ſit conſtructa, & nihil habeat defectuoſum ex his quæ ad figuram ac pulchritudinem conducentia colliguntur. Quid igitur concinant Scripturæ ad hæc, ad uitæ melioris complementum hominem corroborantes, dicendum eſt. Has enim ſi quis potens fuerit exactè intelligere, ita ut nihil à decoro reſcindat, cognoſcet reſurrectionem de hoc corpore non oportere accipi, ut quod non poſſit in æternum immutabile permanere: ſed de ſpirituali, in quo idem ipſe character qui nunc in hoc habetur, conſeruabitur,

quo unuſquiſque noſtrum etiam ſecundum formam idem ſit, quemadmodum & ab Origene dictum eſt. Sic enim ille reſurrectionem futuram eſſe ſentit. Quum enim fluxile ſit corpus materiale, & nunquam mancat in ſeipſo, ne minimo quidem tempore, ſed accedat & diſcedat circa ſpeciem, quæ hominem delineat, à qua etiam figura ipſa continetur: neceſſariò efficacius quiddam relatis tolerabunt. Verùm hanc ipſorum contentionem, & ex his & ex alijs pluribus quis redarguere poterit. Demonſtrabimus enim in ſequentibus ac ſermonis progreſſu, per naturæ ueritatem, & non per coniecturas, neque Hieremiam uinctos terræ nos dixiſſe, propter ſocietatem ad corpus, neque Dauidem hac de cauſa ligatos. Operæprecium enim eſt hæc proferre in quibus maximè labi uidentur. Proinde quum de pelliceis tunicis, & quod ante ſtructuram ipſarum primi parentes uixerunt cum corpore immortalitate fruentes, inſuperq; quod non poteſt corpus uinculum & carcer putari, ea quæ conueniunt dixerimus, ô uiri ludices: iudices enim uos dictorum ô optime Theophile uoco: deinceps ad conſequentia me conuertam, uelut promiſi, ut diluciduis uideamus quod uolumus. Vniuerſorum opifex Deus quum uniuerſa bono ordine compoſuiſſet, uelut magnam ciuitatem, & uerbi præcepto exornaſſet, & ſingula elementa conſonè adaptaſſet, & animantium differentijs omnia expleuiſſet, ut mundus perfectè ad pulchritudinem augeſceret, ubi omnigenas naturæ formas produxiſſet, ſidera in cœlo, uolatilia in aëre, quadrupeda in terra, natatilia in aqua, poſtremum hominem, præparata ipſi uelut domo pulcherrima, in mundum induxit, totum imitamentum propriæ imaginis ſimile, & uelut ſtatuam in illuſtri templo bonam ſuis manibus conſtructam. Nouerat enim omnino quod quicquid ſua manu fabricaturus eſſet, id neceſſariò immortale futurum eſſet, utpote immortalitatis opus. Immortalitatis enim immortalia fiunt opera, uelut maliciei mala, & iniuſtitiæ iniuſta. Non enim iuſtitiæ opus eſt iniuſta facere, ſed iniuſtitiæ. Neque uicioſum iuſta facere opus eſt iniuſtitiæ, ſed iuſtitiæ. Quemadmodum neque incorruptibilitatis corrumpi facere, ſed corruptionis. Immortalem facere nõ corruptionis ſed incorruptibilitatis. Et in ſumma, quale fuerit id quod facit, iuxta eandem rationem id quod fit efficere ſolet. Deus autem & immortalitas eſt, & uita, & incorruptibilitas. Opus autem Dei homo. Quicquid uerò ab immortalitate factum eſt, immortale eſt. Immortalis igitur homo eſt. Quapropter ſanè hominem quidem ipſe Deus fecit, reliqua uerò animantium genera aëri & terræ ac aquæ producere præcepit. Homo autem ueriſſimè dicitur ſecundùm naturam, neque anima ſine corpore, neque corpus ſine anima, ſed quod ex compage animæ & corporis in unam bonifortam compoſitum eſt. Vnde hinc immortalem hominem factum eſſe apparet, extra omnem corruptionem & morbos conſtitutum. Didicerit autẽ hoc quis etiam abunde ex Scriptura. De alijs enim omnibus quæ temporum ſpacijs pubeſcentia acneſcentia tranſmutantur, Educant, dicitur, aquæ reptilia animarum uiuentium, & uolatilia uolantia in terra iuxta firmamentum cœli. Et producat terra animam uiuentem ſecundùm genus, quadrupeda & reptilia, & beſtias terræ ſecundùm genus. De homine uerò non amplius ſimiliter ut de illis dicitur, Producat terra, aut educant aquæ, aut fiant luminaria: ſed, Faciamus hominem ſecundùm imaginem & ſecundùm ſimilitudinem noſtram, & imperent piſcibus & uolatilibus cœli, & omnibus pecoribus. Et accepit Deus limum de terra, & formauit hominem. Et quo ſanè magis etiam uos differentiam percipiatis, quod omnino & penitus ab alijs differens reperitur homo, & in ſecundo honore ab angelis connumeratus, & immortalis exiſtens: age iuxta ueram & rectæ opinionis ratiocinationem etiam hoc tractabo. Alijs equidem ab inſpiratione ſpiritus in aëre datum eſt ut animata ſint & uiuant. Hinc què

Hominis præſtantia.

rò ex ipsa immortali & excellenti essentia. Insufflauit enim Deus in faciem ipsius spi rationem uitæ, & factus est homo in animam uiuentem. Et illis quidem ut seruiant & imperio subdita sint, præceptum est: huic uerò, ut imperet & dominetur. Et illis diuersæ figuræ ac formæ naturarum dantur, quas solida & uisibilis natura iubente Deo generauit: huic uerò forma & imago Dei, & omnia ad illam exactam primariam patris ac filij unigeniti imaginem. Fecit enim Deus hominem, secundùm imaginem Dei fecit ipsum. Quapropter etiam curam gessit perpetuitatis statuæ suæ, ut ne ex facili corruptioni obnoxia fiat, quemadmodum etiam statuarum opifices. Non enim solum pulchritudinis statuarum & decoris ipsarum curam habent, ut sint pulchræ & præclaræ: sed etiam quantum eius fieri potest, sibijpsis immortalitatem ex operibus procurant, ut ad longum tempus conseruentur, & non dissoluantur. Quemadmodum etiam Phidias fecit. Hic enim ubi Pisæum simulachrum fabricasset, ex ebore autem idipsum erat, oleum effundi iussit circum pedes coram ipsa statua, ut pro uiribus ipsam immortalem conseruaret. Si itaq; manuarij opifices sic faciunt, Deus optimus ille artifex, qui omnia potest ex nihilo facere, non magis statuam rationalem suijpsius hominem ipsum, incorruptibilem & immortalem omnino esse, ex omni necessitate machinatus est: sed siuit ita ignominiosè dissolui, interituiq; ac corruptioni tradi, quam præcipuè proprijs suis manibus facere dignatus est, ita ut secundùm imaginem formarit ipsam, & secundùm similitudinem suijpsius, mundum mundi, propter quem mundus factus est? Non licet hoc dicere. Esset enim ad extremam desipientiam delati hoc sentire. At fortassis opponetis uos ipsos aduersus relata ô Aglaophon, & dicetis, Et quomodo si immortale erat ex natiuitate, apud nos mortale factum est animal? quando sanè immortale impermutabiliter hoc quod est esse oportet, non delabens, neque decedens ad turpiorem & mortalem naturam? impossibile enim hoc est, alioqui non esset immortale. Dicam, quum liberi arbitrij esset homo ad boni electionem, & hanc legem accepisset: Inuidia bonum odio habens, instituit & inuidit. Deus enim creauit hominem ob immortalitatem, & imaginem propriæ æternitatis fecit ipsum. Deus enim mortem non fecit, neque delectatur in interitu uiuentium. Verùm per inuidiam diaboli mors ingressa est in mundū. quemadmodum etiam sapientia per Solomonem testatur. Et unde est mors, rursus dici necesse est, si non mortem fecit Deus? Si ab inuidia est, & quomodo inuidia uoluntate Dei magis potuit? At hoc ægre explicabile dicemus. Vnde est inuidia? dicit aduersarius. Si enim à diabolo est, & cur diabolus factus est? Si factus est, etiam qui fecit ipsum, autor est ut sit malum. At omnino non est Deus malorum causa. Non est igitur factus diabolus: & si factus non est, etiam læsionis ac interitus exors est, & indefectuosus. Nam non facto hæc ex omni necessitate adesse oportet. diabolus autem aboletur & punitur. Quod uerò punitur, alteratur ac patitur. Læsionis uerò exors est quod factum non est. Non ergo est non factus diabolus, sed factus. Si autem est factus, & omne quod factum est, à quodam principio factum est, & est ipsius opifex, etiam diaboli. Et utrum etiã ille non factus est, aut factus? At non factum esse, solum Deum intelligi oportet. Neque enim est omnino in summa, in uniuersum alius opifex præter ipsum. Ego, inquit, primus, & ego postea. & præter me alius non est Deus: neque transmutari aliquid oportet, aut creari potest præter ipsius uoluntatem. Etenim quod filius nihil à seipso facere potest, confitetur, nisi uideat patrem facientem. Quæ enim, inquit, facit pater, ea & filius facit. Nec uerò hostile quid, aut diuersum ab ipso sentiens, aut Deo oppositum est. Alioqui si quid feciisset contra Deum, esse utique cessasset, soluta eius constitutione per uirtutem & robur Dei. Soli enim creatori soluere etiam immortalia possibile est. Ipse igitur diabolus dicetur spi

Phidiæ statuarij factū.

Diabolus nō est factus.

Diabolus est factus.

ritus circa materiam se habens, uelut dictum est, ô Athenagora, factus à Deo: quemadmodum etiam reliqui facti sunt ab ipso angeli, & ob materiam & materiæ speciem concreditam sibi habent administrationem. Hoc enim erat angelorum constitutio, quod facti sunt à Deo ob prouidentiam eorum quæ ab ipso constructa sunt: quo uniuersalem quidem ac perfectam prouidentiam uniuersorum Deus haberet, & autoritas ac imperium omnium ex ipso penderet, & uniuersum uelut nauigium sapientiæ gubernaculo citra inclinationem dirigeret: particularem uerò angeli ad hoc ordinati haberent. Cæterùm reliqui in his, ob quæ fecit ac constituit ipsos Deus, manserunt. Hic uerò uiolauit, & prauus factus est circa concreditorum ipsi administrationem, & inuidiam contra nos concepit. Quemadmodum & qui postea carnes amauerunt, & cum filiabus hominum ob concubitus amorem conuersati sunt. Spontaneam enim etiam ipsis habere ad utraque uoluntatem Deus constituit, uelut etiam in hominibus: ut aut obedientes uerbo essent cum ipso, & acciperent beatitudinem, eaque fruerentur: aut non obedientes iudicarentur. Erat autem & diabolus stella Lucifer. Quomodo exeidisti, inquit, è cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? Erat lucis sidus matutinum, sed excidit, & in terram contritus est, ubi procurasset homini contraria. Deus enim indignatur superbis, & contumacem sententiam impedit. Inuadit autem, ut uersibus dicam,

Angeli cur facti sunt.

Diabolus lucifer stella.

Cuncto uelut qui principium finisq; sit
Mortalium serpens malorum statui,
Thesaurum habens adeò grauem secum mali.
Errore cæcus, ignorantiæq; dux,
Vitæ lachrymis gaudens, simul suspirijs.
Ad improbas persuadet hic iniurias,
Consanguineas armemus ut contra manus
Fratres. Cain perduxit ut respersérit
Cruore primus terram sæuus rubido.
Et primus ut noster parens cœlestibus
De sedibus miser ruinam fecerit.

Et diabolus quidem sic. Mors autem ad conuersionem inuenta est, quemadmodum pueris qui literas discũt plagæ ad correctionẽ. Nihil enim aliud est mors quàm discretio ac separatio animæ à corpore. Quid igitur, causa mortis Deus dicetis? Ideo enim nobis rursus sermo ad aures uenit. Absit. Nam neque præceptores principaliter causa sunt ut pueri plagis tristificentur. Bonum igitur est mors, si quemadmodum plagæ pueris ad conuersionem inuenta est: non mors peccati, ô sapientissime, sed discretionis ac separationis carnis. Quum enim liberum arbitrium habeat & potens sit homo, & uoluntatẽ per se dominantem ac deliberantem ad electionem
» boni, uelut dixi, acceperit, audieritq;, De omni ligno in paradiso edite, de ligno uerò cognitionis boni & mali ne edatis. Quacunque enim die ederitis de ipso, morte
» moriemini: consentiens à seipso ad esum, & diabolo uariè ad inobedientiam persuadenti inescatus, reprobauit mandatum Dei. & factum est hoc ipsi in scandalum, lapidem queumq; ac offendiculum. Non enim fecit Deus malum, neque est omnino in totum autor mali. Sed quicquid liberi arbitrij sic ab ipso factum est, aut ad custodiendam ac seruandam legem quam ipse iuste tulit, id non seruans ipsam malum dicitur. Grauissimum autem est damnum Dei præscriptum negligere, & iustitiam secundum liberum arbitrium transgredi. Vnde quandoquidem pollutus & inquinatus est homo, à sententia Dei discessione facta, & multas maliciei maculas sibi affricuit, quas princeps ille & pater erroris peperit, qui laborem uelut Scriptura ait, concepit, quo homi-

Mors cur inuenta.

hominem ad iniuſtitiam ſemper ſeducere ac concitare poſſit: Deus omnipotens immortale malum ex inſidijs ipſum factum intuitus, uelut etiam diabolus ſeductor erat, pelliceas tunicas ob id fecit, uelut mortalitate ipſos amiciens, quo per corporis ſolutionem, omne in ipſo factum malum moreretur. Iam uerò antea dubitatum eſt ac demonſtratum, pelliceas tunicas nõ eſſe corpora, tamen etiã rurſus (neque enim ſemel hæc dicere ſatis eſt) dicemus. Ipſe primus formatus Adam ante præparationem ipſarum confitetur, ſe & oſſa habere & carnes, quando ſanè uxorem ſibi adductam conſpicatus, dixit: Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro ex carne mea. Hæc uocabitur uxor, quoniam ex uiro ſuo ſumpta eſt. Huius gratia relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carnem unam. Non enim tolerabo quòſdam nugantes, ac uiolantes impudenter Scripturam, quo ipſis carnis reſurrectio non eſſe concedatur, oſſa intelligibilia & carnes intelligibiles ſupponentes, & alias aliter ſurſum ac deorſum allegorias tranſmutantes. Quum hæc ita uelut ſcripta ſunt accipi debere, CHRISTVS ipſe confirmet, ubi interrogantibus phariſæis de ſeparatione uxoris, reſpondet: Qui ab initio creuit, maſculum & fœminam fecit, & dixit, Huius gratia relinquet homo patrem ac matrem, &c. Quomodo enim de animis ſolum accipiendum eſſet hoc, Creſcite & replete terram. Aut hoc, Accepit Deus limium de terra, & formauit hominem: quod propriè de corpore dictum eſſe apparet. Non enim de limo & grauioribus, eſſentiam adepta eſt anima. Quare ueriſſimè certum eſt undiquaque, ante pelliceas tunicas incorporatum fuiſſe hominem. Hæc enim omnia ante lapſum ipſius dicta ſunt. de tunicis uerò, poſt lapſum. Vnde procedamus rurſus inſpecturi, quæ in manibus habemus, quum ſufficienter oſtenderimus pelliceas tunicas non eſſe corpora: ſed mortalitatem à ratione animalium conſtructam. Hoc enim conſequens eſt. Denique extra terminos paradiſi ob hanc causam ejicitur. Non enim quod non uellet Deus ipſum decerpere de ligno uitæ ac edere, ejecit: poterat enim in æternum uiuere, ubi rurſus de ligno uitæ ediſſet. ſed ut ne immortale fieret malum, uelut indicauimus. Alioqui cur CHRISTVM è cœlis demiſiſſet in terram, ſi omnino uoluiſſet hominem mori, ut penitus uitam non gu-ſtaret? Si uerò ex pœnitentia Deum hoc feciſſe dixerit aduerſarius contradicens, debilis eſt ipſorum ratio, pœnitentem Deum inducens. At neque ignorans futuri Deus, neque mala faciens, ſed & ſummè bonus, & præſciens futura. Quare non eo quod non ſeruetur in æternum ipſe qui de ligno uitæ edit, eum ejecit. Sed ut mortificaretur primum morte peccatum, quo ſic poſt mortem conſumpto peccato, excitatus homo purus ederet uitam. Nemo uerò improbior periculum faciat argumentando, uelut hæc aliter dicta ſint. Qui enim omnino decernit carnem hanc non eſſe immortalitatis ſuſceptoriam, reuera dementiæ per morbum maledicus eſt. Cur enim poſt tunicarum pellicearum conſtructionem Adam ejicitur, prohibitus edere de ligno uitæ ac uiuere, ſi omnino impoſſibile erat hominem in æternum uiuere cum corpore? Impedimentum enim contingit, uelut poſſit ipſe non mori, ſi de ligno guſtet. Ait enim, Et fecit Dominus Deus Adam & uxori eius tunicas pelliceas, & induit ipſos. Et dixit Deus, Ecce factus eſt Adam ſicut unus ex nobis, ut cognoſcat bonum & malum: & nunc ne forte extendat manum, & accipiat de ligno uitæ, & comedat ac uiuat in æternum. Et expulit ipſum Dominus Deus ex paradiſo uoluptatis, ut coleret terram ex qua acceptus eſt, & ejecit Adam. Igitur potuiſſet uiuere corpus in æternum, & immortale eſſe, niſi prohibitus fuiſſet guſtare uitam. prohibitus eſt autem, ut peccatum coocciſum cum corpore moreretur, corpus uerò peccato perdito reſurgeret. Quo itaque non eſſet homo malum immortale, uelut dixi, & perpetuum haberet in ſeipſo peccatum prædominans, utpote quod in immortali corpore germinaſſet,

Pellicearum tunicarum ratio.

minasset, & immortale alimentum haberet: Deus ob hoc ipsum prohibuit, mortalitate amictum. Hoc enim pelliceæ tunicæ uolebant, quo sanè per solutionem ac diuisionem corporis, peccatum infernè stirpitus ac radicitus in totum corrumperetur, ut ne uel tantillum radicis sineretur, à quo noua peccatorum germina emergerent.

Simile. Quemadmodum enim, ubi in ædificijs templorum pulchrorum ficus enata est, & in longitudinem ac magnitudinem probe coalta, & in omnes compositiones lapidum per multum sarmentosas radices diffusa, non priùs à nascendo quiescit, donec tota euellatur, dissolutis lapidibus in locis in quibus enata est. possunt enim rursus in suos locos adaptari lapides, ficu sublata: quo templum quidem seruetur, nihil amplius malorum ipsum dissipantium sibijpsi producens, ficus uerò tota radicitus euulsa emoriatur. Eodem modo etiam Deus optimus artifex templum suum hominem, qui instar syluestris ficus peccatum produxit, breuibus mortis ictibus dissoluit, occidens (uelut scriptum est) & uiuificans: quo rursus earundem partium caro, post exsiccatum ac mortuum peccatum, instar renouati templi, immortalis & illæsa excitetur, peccato perfecte ac funditus perdito. Viuente enim adhuc corpore antequam moriatur, necesse est simul uiuere peccatum, intus in nobis radices suas abscondens, etiamsi forinsecus per castigationum ac admonitionum sectiones fuerit refrenatum. Alioqui post illuminationem non contingeret nos iniusta facere, utpote peccato penitus sinceriter à nobis ablato. Nunc uerò etiam postquam credimus, & ad aquam purificationis deuenimus, sæpe in peccatis reperimur. Nemo enim sic seipsum à peccato alienum esse iactet, ut neque omnino in animo de iniquitate cogitet. Quare contingat contrahi quidem ac sopiri per fidem nunc peccatum, ut ne fructus noxios producat, non tamen radicitus tolli. Et nunc quidem prauas cupiditates ac cogitationes uelut germina ipsius contrahimus, ne qua amara radix sursum enascens infestet, non sinentes hiare & aperiri conclusa oscula ad faciendos exortus, doctrinæ rationeinstar asciæ radices ipsius infernè nascentes secante. Tunc uerò etiam ipsa cogitatio de malicia dissipabitur. Neque uerò Scripturarū testimonio hic sermo caret, si quis sinceriter uerùm dicere uelit. Nam nouit etiam Apostolus nondum radicem peccati integre ex hominibus sublatam esse, nunc quidem dicens, Noui enim quod non habitat in me,
» hoc est in carne mea, bonum. Velle enim adest mihi, operari uerò bonum,
» non. Non enim quod uolo facio bonum, sed quod nō uolo malum, hoc facio. Si ac-
» rò quod non uolo, hoc facio: non amplius ego facio ipsum, sed quod habitat in me
» peccatum. nunc uerò, Delector lege Dei secundū internum hominem. Sed uideo
» aliam legem in membris meis, rebellantem legi mentis meæ, & omnino captiuum fa-
cientem me legi peccati, quæ est in membris meis. Adeò nondum cōtigit peccatum funditus ac radicitus exscindi. Nō enim penitus moritur, sed uiuit. Quomodo enim id fieri posset antequam homo morti obijciatur? quo unà cum ipso tabefactum ac corruptum, ipsum quidem prorsus pereat ac pessundetur, uelut planta soluto eo in quo occultans radices suas conseruabatur: homo uerò rursus non amplius habens radicem producentem amaritudinē exuscitetur. Proinde in auxiliaris medicamenti modum, ab auxiliatore nostro & uere medico Deo, ad eradicationem peccati accedit letionem, assumpta mors est, ut ne perpetuò durans in nobis immortale sit peccatum, ut quod in immortalibus exortum est. Ipsi uerò mutilati & ægrotantium modo exurgentes, in uirtutis domo diu conuersemur, ut qui in subsistentibus semper, immortalibusq; corporibus magnum peccati morbum nutrimus. Quapropter sanè hanc ad ambo salutem, ad animam & corpus, instar medicamentariæ purgationis, mortem Deus bene inuenit, quo sic omnino inculpabiles ac innoxij efficiamur. Age uerò, quandoquidem multis circa talia exemplis opus est, hinc ipsa maximè cōsideremus, non

non prius deſtituri, antequam in clariorem interpretationem ac demonſtrationem oratio ipſa deſierit. Videtur igitur uelut ſi quis ſummus opifex ſtatuam pulchram ex auro aut alia materia à ſe conſtructam, & per omnia membra congruenter ad pulchritudinem exornatam, rurſus conflet, mutilatam repente conſpicatus à peſſimo quodam homine, qui præ inuidia nõ tulit decoram eſſe ſtatuam, eamq; læſit, inanem uoluptatis fructum capiens. Attende ô ſapientiſſime Aglaophon. Quod ſi uoluerit opifex ille non eſſe mutilam & uituperabilem, eam quæ cum tanto ſtudio ac cura ab ipſo elaborata eſt, rurſus impelletur ut conflet ipſam, ac talem faciat qualis prius erat. Si uerò non conflarit, neque coëgerit, uerum manere ſiuerit, curans ipſam ac corrigens, neceſſe eſt ignitam ac cura contrectatam ſtatuam non amplius poſſe conſeruari eandem, ſed immutatam fieri ac diſtractam. Quapropter ſi uoluerit opus ipſum pulchrum eſſe ac irreprehenſibile, confringi, ac rurſus conflari oportet, quo turpitudines & alterationes omnes, & quæ ex inſidijs ac inuidia in ipſo ſunt, per reparationem ac conflationem pereant. Ipſa uerò ſtatua in ſpeciem ſuam integra & inadulterata ſimilima ſibijpſi fabricetur. Statuæ enim perire non contingit per artificem ipſius, etiamſi rurſus in materiam reſoluatur. reſtitui enim poteſt. Turpitudines autem & mutilationes perire contingit. colliqueſcunt enim. Reſtitui autem non poſſunt, eo quòd in omni arte optimus opifex non ad turpia aut offenſas, ſed ad ſymmetriam rectitudinemq;, ac congruentiam operis reſpiciat. Idem ſanè uidetur mihi etiam in nobis Deus diſpoſuiſſe. Hominem enim decentiſſimum ſuum opificium, inſidijs & inuidia male afflictum conſpicatus, non ſuſtinuit relinquere tale, quum benignus erga homines ſit, ut ne in æternum eſſet uituperatum, immortale in ſe habens uituperium. Sed diſſoluit rurſus in materiam, quo per reformationem colliqueſcant ac diſſipentur omnia in ipſo uituperabilia. Nam illic conflari ſtatuã, eſt hic mori ac diſſolui corpus. Illic uerò reformari materiam ac ſuo nitori reſtitui, eſt hic poſt mortem reſurgere. Quemadmodum & propheta Hieremias dicit, nam & ipſe de his ſic admonet: Et deſcendi, inquit, in domum figuli, & ecce ipſe faciebat opus inter lapides, & excidit uas quod faciebat in manibus ſuis, & rurſus fecit ipſum uas alterum, uelut placuerat ipſi facere. Et factum eſt uerbum Domini ad me dicens: Num quemadmodum figulus hic, non potero hoc uobis facere domus Iſraël? Ecce ſicut lutum figuli uos eſtis in manibus meis. Attende enim quomodo, uelut dixi, poſtquam tranſgreſſus eſſet homo, magna illa manus non probauit in contentionem relinquere ſuum opus uelut adulterinum, quum diabolus illud iniuſte ex inuidia læſiſſet. ſed liquefactum emolliuit ipſum rurſus in lutum uelut figulus, reformans ipſum, quo per reformationem omnes in ipſo turpitudines ac cõtuſiones deleantur, & ipſum totum compactum placens denuò irreprehenſibiliter fiat. Aut non habet poteſtatem lutifigulus facere ex eadem maſſa uas, aliud ad honorem, aliud ad ignominiã? hoc eſt (ſic enim Apoſtolus mihi declarare uidetur) Nunquid poteſtatem non habet Deus, qui ex materia unaquaque eandem effinxit ac efformauit unamquanque ſpeciem, aut in honorem ac gloriam nos exſuſcitare, aut in ignominiam ac condemnationem? in ignominiam quidem, eos qui in peccatis praue uixerunt: in honorem uerò, eos qui in iuſtitia. Quemadmodum oſtenſum eſt hoc etiam à Daniele, qui dicit: Multi ex dormientibus in aggere terræ, excitabuntur, partim in uitam æternam, partim in opprobrium ac confuſionem æternam. & prudentes ſplendebunt uelut ſplendor firmamenti. In nobis enim eſt, non extirpare perfectè prauitatis radicem, uerùm non in extenſionem ſinere excreſcere ac fructificare. Nam uniuerſalis & perfecta raditionem: particularis uerò, ad hoc ut ne germen ferat, à nobis. Et propterea cum qui cum ipſius ſublatio ac interitus à Deo fit, per corporis (uelut dictum eſt) diſſolu-
enutriuit ipſam magis in augmentum ac magnitudinem, & non eruit ac adſtrinxit quan-

Simile.

Opificiũ Dei ornatiſsimum homo eſt.

quantum in se fuit, necesse est pœnam dare: quoniam quum potuit & facultatem ad hoc habuit, maluit nociuum utili potius præferre. Quare nemo qui ipse in causa est, petulanti lingua reprehendat diuinam naturam, uelut non iuste distribuentem uni cuiq; uitiorum ac uirtutis taliones. Quis enim es ô homo qui contrà respondes Deo? Num dicit figmentũ ad fictorem, Cur me feciſti sic? Quomodo enim id faceret, quando ex propriæ uoluntatis consilio maliciam elegit? Quapropter etiam nõ dicet Deo, inuariabilibus iustitiæ decretis iudicanti, Cur me sic feciſti? Quemadmodum potens

Paulinæ dictionis ratio.

ille iaculator Apostolus, distortis uerbis in medium coniectis, obscuram quidem & occultatam facit lectionum altitudinis elaborationem, ueriſſimam autem & rectæ opinionis, & quæ nihil habet neglectum, aut ægrè adeò explicabile. Nam his qui non adhibito studio & ingeneroſe à uerbis excidunt, aliquando incohærentia & dissona dicere uidetur. Qui uerò studioſe & sobria ratiocinatione relegunt, magno ordine ac ueritate plena. Proinde exactè de his nunc tractare, ipsum per se solum ingens opus fuerit. Etenim ridiculum sit si relinqueremus tuam cõsiderationem, cuius gratia hæc scripsimus, & ad alia transiremus. Hæc enim à nobis dicta sunt propter eos qui ultro per se mali existunt, instar fatuorum. Quum itaq; clariſſimè ostensum sit, mortem homini non in malum aliquod excogitatam esse, sed in bonum: deinceps oportet nos male his intendentem, de corporis resurrectione considerare. Quomodo enim non utilis sit mors, quæ corrumpit ea quæ naturam nostram deprædantur? etiamsi interdum grauis sit quo afferri uidetur, uelut austeriſſimum ægroto pharmacum. Et ut ne sæpe eadem de ijsdem repetamus, age & ex cantico Deuteronomij sermonis confirmatione facta, procedamus sequentia distincturi. Nam quod dicitur à Deo,

» Ego occidam & uiuere faciam, percutiam, & ego sanabo, & non est qui eximat ex manibus meis: quid aliud docere uult, quàm quod ob hoc corpus primum occiditur ac moritur, ut rursus resurgat ac uiuat: percutitur primum ac sauciatur, ut rursus saluum ac sanum formetur? Et nihil omnino in uniuersum eximere ex magna ac forti ipsius manu ad perditionem & interitum potest, nõ ignis, non mors, non tenebræ, nõ chaos, nõ corruptio. Quis enim, inquit, separabit nos à charitate CHRISTI? quum interpreteris manũ patris & Verbum: tribulatio aut angustia, aut persequutio, aut fames, aut nuditas, aut periculum, aut gladius? uelut scriptum est: Propter te mortificamur tota die, reputati sumus uelut oues ad mactationem destinatæ. uerùm in his omnibus superamus, per eum qui dilexit nos ueriſſime. ut impleatur uelut dixi, Ego occidam & uiuere faciam, percutiam & ego sanabo, & non est qui eximat nos à charitate Dei, quæ est in CHRISTO IESV ad perditionem. Quapropter etiam reputati sumus uelut oues mactationi destinatæ, ut mortui peccato, uiuamus Deo. Et hæc quidem hactenus tractata sint. Cæterùm quæ cum his cohærẽt, sic in manus sumenda sunt. Si omne quod generatum est ægrotat (sic enim aduersarius proponit) & secundùm natiuitatem, ac secundùm alimentum, ab accedẽtibus, inquit, augetur, & decedentibus minuitur. Quæ uerò non generata sunt, sana sunt, neque ægrotant, neque indigent, neque concupiscunt. Concupiscunt autem generata, & coitum, & alimentum. Concupiscere autẽ, est ægrotare. Verùm non cõcupiscere, neque indigere, est sanum esse. Ægrotant autem generata, quoniam concupiscunt. Non generata uerò, non ægrotant. Patiũtur autẽ ægrotantia, aut secundùm plenitudinem ac copiam, aut inopiam eorum quæ accedunt & decedũt. Quod uerò patitur, & deficit & perit, quapropter etiam generatur. Generatur autem homo. Non potest ergo exors lasionis esse homo, & immortalis. At uerò concidit ipsis ratio etiã in his. Si enim omne quod factum aut generatum est, perit: nihil enim refert utrum dicas, nam & primi patres non generati sunt, sed facti. facti item sunt angeli & animæ. Qui facit, inquit, angelos suos spiritus: pereunt ergo angeli & animæ, ex ipsorum ratione. At neque angeli

geli neque animæ pereunt. Immortalia enim sunt hæc, & indomita, quemadmodum qui fecit esse uoluit. Immortalis igitur est homo. Non placet autem ut illud dicatur, quod omnia funditus pereant, & terra & aër, & cœlum non futura sint. Exardescet equidem ad purgationem ac renouationem descensione facta totus mundus, igne dilutus. Non tamen ad perfectum interitum ac corruptionem deueniet. Si enim melius est non esse quàm esse mundum, cur Deus qui mundum fecit, quod peius est elegit? frustra laborauit. Igitur ad hoc ut sit & maneat, creaturam Deus construxit. Quemadmodum etiam Sapientia confirmat, Creauit enim Deus omnia ad hoc ut sint, dicens: Et salutares sunt mundi generationes, & nõ est inter ipsas lethale medicamentũ. Sed & Paulus palàm testatur, dicens: Etenim sollicita creaturæ expectatio reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est, non uolens, sed propter eum qui subiecit ipsam ob spem. Nam & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Vanitati enim creatura subiecta est, inquit, liberabitur autem à tali seruitute. Accipe quod creaturã mundum hunc nunc dicere uult. Non enim ea quæ nõ uidentur, corruptioni seruiunt, sed hæc quæ uidentur. Manet igitur creatura in melius ac decentius renouata, exultans & gaudens resurrectione ob filios Dei, propter quos ingemiscit, & uelut ex partu nunc dolet, redemptionem nostri corporis à corruptione etiam ipsa expectans, quo nobis exsuscitatis, & excussa mortalitate carnis, iuxta id quod scriptum est, Excute puluerem, & resurge ac conside Hierusalem: liberatisq; à peccato, liberetur etiam ipsa à corruptione, non amplius uanitati seruiens, sed iustitiæ. Nouimus enim quod omnis creatura coingemiscit, & uelut ex partu dolet usque ad hoc tempus. Non solum autem illa, sed & qui ipsas primitias spiritus habent, & nos ipsi in nobisipsis ingemiscimus, adoptionẽ expectantes redemptionem corporis nostri. Qui & Esaias confirmat. Quo enim modo cœlum nouum, & terra noua, quæ ego, inquit, facio manent in conspectu, dicit Dominus: sic erit semen uestrum, & nomen uestrum. Et rursus: Sic dicit Dominus qui fecit cœlum. hic qui cõdidit terrã, & fecit ipsam, ipse discreuit eam non in uanum, sed ut inhabitetur. Reuera enim non in uanum neque frustra ad interitũ creauit uniuersa Deus, uelut sentiunt hi qui uana sentiunt, sed ad hoc ut sint, & habitentur ac permaneant. Quapropter necesse est etiam rursus terram ac cœlum fore post uniuersorum exarsionem ac cõsumptionem. Cur uerò hoc necessarium sit, ampliorem adhuc præ-dictis rationem afferre oportuerit. Neque enim in ociosam materiã, & talem statum qualem ante cõstructionem habebant resoluẽtur uniuersa. neque rursus in perfectum interitum ac corruptionem. At si non pereunt uniuersa, dixerint aduersarij, Quomodo igitur Dominus cœlum ac terrã præteritura esse dixit? & Propheta dixit, Peribit cœlum uelut fumus, & terra uelut uestimentũ inueteraſcet? Quandoquidem hic mos est Scripturis, respondebimus, ut hanc mundi transmutationem in meliorem ac magis glorioſam restitutionem, interitum ac perditionem dicat, tanquam uidelicet prior figura pereat per uniuersorum ad illustriorem statum immutationẽ. Nam nulla contrarietas aut absurditas est in diuinis Scripturis. Præterit enim figura mũdi huius, & non mundus, dictum est. Sic sanè morem habent scripturæ ut perditionem uocent, mutationem in meliorem, aut pulchriorem prioris formæ. Velut si quis perditionem dicat figuræ puerilis, mutationem in uirum perfectum, dum puerilis ætas in magnitudinem ac pulchritudinem mutatur. Quando enim eram puer, loquebar ut puer, sentiebam ut puer, cogitabã ut puer. Quando uerò factus sum uir, ea quæ pueri sunt abo leui. Etenim expectandum est ut creatura turbetur uelut moritura circa exarsionem quo renouetur, nõ tamen pereat, ut renouati in renouato mundo tristitiæ exortes habitemus: aut uelut dictum est, Emittes spiritum tuum & creabũtur (in centesimo tertio psalmo) & renouabis faciem terræ: temperamentũ ambientes deinceps procurãte

Mundi exarsio.

Creaturarũ perpetuitas.

Perditionis significatio.

Deo. Quum enim futura sit post hoc seculum terra, necesse est etiam fore habitato-
res, qui non amplius moriantur, nuptias contrahant, ac generent, sed uelut angeli
irreuersim in incorruptibili optima facientes. Quapropter delictũ est dicere, in qua
uitæ statu tunc erunt corpora, quum neque aër, neque terra, neque alia futura sint.
Operæprecium autem est etiam illud ad prædicta considerare, quod magnã ruinam
res habet, si de his rebus libere loqui ô Aglaophon oportet. Nam ubi pronunciasti
Dominum dixisti, quod qui resurrectionem asſequẽtur, erunt tunc uelut angeli, ubi
teneant uidelicet ipsum Sadducæi: mox intulisti, Angeli uerò carnem non habe-
tes in summa beatitudine, & propterea gloria sunt. Ergo etiam nos, qui æquales an-
gelis futuri sumus, necesse est similiter uelut illos nudos fore: ignarus ô optime, quod
is qui uniuersa ex nihilo fecit ac construxit, immortalium naturam non in angelos &
ministros solum distributam construxit, sed etiam in principatus & thronos, & po-
testates. Aliud enim genus est principatuum, & aliud potestatum. quia non unus or-
do, & unus status, & tribus ac familia immortalium, sed genera, & tribus, ac differen
tiæ. Et neque Cherubim propria natura decedunt, & in angelorum formam mutan-
tur, neque rursus angeli in aliorum. Oportet enim ipsos esse & quod sunt, & quod fa-
cti sunt. Nam & homo mundum habitare, & omnia in ipso gubernare constitutus,
ex structura ab initio immortalis existens, nunquam transmutabitur ab eo quod ho-
mo sit, neque in angelorũ, neque in aliorum formam. Quia neque angeli in aliorum
formam ex ea quam ab initio habent, transmutãtur. CHRISTVS enim uenit, non
in aliam transformari ac transmutari humanam naturam prædicans, sed in id quod
erat ab initio, antequam excideret quum mortalis esset. Oportet enim in propria sua
habitus figura unumquodq; creatum manere, ut omnia omnibus sint impleta, cœli
angelis, throni potestatibus, lumina ministris, diuiniores loci & pura lumina ipsis
Seraphim, qui assistunt magno Senatui uniuersa continenti, mundus hominibus.
Si uerò dederimus mutari homines in angelos, occasio data fuerit dicendi, mutari
etiam angelos in potestates, & has in aliud atque aliud, donec sermo progressus in pe-
riculum incidat. At neque ut malum fabricauit Deus hominem, aut circa efforma-
tionem eius aberrauit, & postea angelum ipsum facere cogitauit, pœnitentia ductus
uelut pessimi opifices. Neque ab initio angelum facere uoluit, & quũ id non posset ho-
minem formauit. imbecille enim hoc esset. Cur igitur hominem fecit, & non angelũ,
si hominem angelum & non hominem fieri uoluit? Quod nõ potuit, dicere, blasphe-
mia est. At distulit, de meliore peius faciens? Et hoc absurdum est. Neque enim aber-
rat circa faciendum bonum, neque differt, neque impotẽs est. Sed & ut uult, & quan-
do uult potestatem habet, quum ipsa sit potestas. Igitur ut esset homo homo, uolens
ab initio ipsum creauit. Si autem uolens, uult autem bonum, bonum autem homo,
homo uerò quod ex anima & corpore compositum est dicitur: ergo non erit absque
corpore homo, sed cum corpore: ut ne alius homo præter hominem fiat. Oportet
» enim Deum immortalia genera omnia seruare. Creauit enim, inquit Sapientia, Deus
» hominem ob incorruptibilitatem, & imaginem propriæ sempiternitatis fecit ipsum.
Nõ ergo perit corpus. Homo enim ex anima est ac corpore. Quapropter scias quod
Dominus eadem hæc docere uult, non credentibus Sadducæis in resurrectionem
carnis. Hoc enim est dogma Sadducæorum. Vnde concinnata parabola de muliere
& septem fratribus, ut sermonem de resurrectione carnis in dubium uocarẽt, Acces-
runt ad ipsum, inquit, Sadducæi dicentes resurrectionem non esse. CHRISTVS
igitur, si nõ esset resurrectio carnis, sed anima solum seruaretur, suffragatus esset ipsis
uelut bene ac recte sentientibus. Nunc uerò respondit, dicens: In resurrectione neq;
matrimonia contrahuntur, neque nuptum elocantur, sed sunt sicut angeli in cœlo,
non quod carnem non habent, sed quod non matrimonium contrahunt, sed sunt de-
cætero

Sicut angeli erunt homines in resurrectione.

cætero in incorruptibilitate. & per hoc angelis assimilatos dicit, ut quemadmodum angeli in cœlo, sic & nos in paradiso, neque nuptijs, aut conuiuijs amplius uacantes, sed ut uideamus Deum, & colamus, uitam gubernante nobis CHRISTO. Non enim dixit, Erunt angeli: sed sicut angeli, nempe, gloria quidem & honore, uelut scriptum est, coronati, uerum paululum ab angelis euariãtes, & propemodum ut angeli simus. Quemadmodum si quis dixisset, ubi bona aëris constitutio est & tranquillitas noctis, & omnia ætherea lunæ luce ornata, Luna lucet uelut sol: non omnino sole carentem lunam esse, ipsum testari diceremus, sed sicut solem. Quemadmodũ & quod non est aurum, prope autem est ut sit aurum, sicut aurum dicitur, & non aurum. Si uerò esset aurum, non diceretur uelut aurum, sed aurum. Quando uerò non est aurum, sed propemodum est aurum, & imaginetur quis aurum, uelut aurum dicitur: ita etiam quum uelut angelos fore dicit in resurrectione, non hoc ipsum proferre audimus ipsum, angelos uidelicet fore sanctos in resurrectione, sed prope ut sint angeli. Quare absurdissimum est dicere, Quoniam CHRISTVS pronunciauit sanctos conspiciendos esse uelut angelos in resurrectione, ob id corpora hæc non resurgere, & quidem quum ipsa dictio clarè actionẽ rei contingentis declaret. Resurrectio enim non de non lapso, sed de lapso dicitur & resurgente. Quemadmodum ubi dicit Propheta: Et resurgere faciam ac erigam tabernaculum Dauid collapsum. Cecidit autem labefactatum desiderabile animæ tabernaculum, in terræ cumulum. Nõ enim quod non moritur, sed quod moritur inclinatur. Moritur autẽ caro. Anima enim immortalis est. Proinde si anima est immortalis, corpus autem ipse mortuus, qui resurrectionem quidem esse dicunt, uerùm carnis non esse, hi resurrectionem negant. Quoniam non quod stat, sed quod lapsum est ac inclinatum resurgit. uelut scriptum est: Nunquid qui cecidit, non resurgit, aut qui auertitur, non reuertitur? Quod uerò immortalis sit anima, clarè docuit Saluator, & per seipsum, & per Solomonẽ loquutus. Per seipsum quidem, in historia diuitis & pauperis Lazari, hunc quidem in sinu Abraam quiescere dicens, post corporis depositionem: illum uerò in doloribus, per ea quæ Abraam loquentem introduxit. Per Solomonem uerò in libro Sapientiæ titulum præferente, ubi scriptum est: Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget ipsos tormentum. Putati enim sunt in oculis stultorum mortui esse, & reputatus est afflictio exitus ipsorum, & profectio à nobis contritio. Ipsi uerò sunt in pace, & spes ipsorum plena est immortalitate. Quare corporis est resurrectio, & non animæ. Non enim stantem quis erigit, sed iacentem. Quemadmodũ neque sano medentur, sed ægroto. Si uerò quis resurrectionem de anima, & non de carne futuram esse, dicere nititur: multa est huius stultitia ac temeritas. Dico enim corruptionem primum ac solutionem animæ talem ostendere, quo ostendat etiam resurrectionem, non sanè nugantem, sed palàm dicentem aliquid apparere. Attamen dandum est hoc ab ipso, ut mortalem animã decernat. Alterum enim ex duobus concedendum est, aut uera dominum pronunciasse, quum animã immortalem docuit, & falsum esse, dicere ipsam corrumpi: aut corrumpi, & falsum esse, docere CHRISTVM ipsam immortalem ac interitus exortem, tum in sermone de diuite & paupere, tum in Mosis ac Heliæ uisione. At nihil aliàs Dominus loquutus est aut ementitus. Non enim spectrum aut uisum ostendit discipulis in mõte Heliam & Mosen, quo ipsos deciperet: sed id quod erant, citra falsitatem. Quare indocilis etiam, ut ita dicam, discere potest, immortalem & interitus exortem animam ipsum affirmasse. Igitur carnis resurrectio fit, non animæ, quo collapsum in corruptionem tabernaculum Dauid erigatur, & ubi erectum est ac reædificatum, uelut dies seculi, dein ceps illæsum ac ruinæ expers maneat. Vult enim Deus non lapideam domum Dauid ædificare, neque ut in regno cœlorum domum pulchram habeat, sed carnem tabernaculum animæ, quod ipse suis ma

Resurrectionis uox.

Animæ resurrectionem fore, absurdum est dicere.

nibus fabricauit. Porrò ſic te ô ſapientiſſime Aglaophon cõſiderare oportet. Omni-
no autem facillimè diſces hoc, ſi ad dormiendi imaginem reſpexeris, itemq; reſurgen-
di. Si enim dormire à uigilijs contingit, & reſurgere à ſomno: & hoc reſurrectionis
ac mortis exercitium eſt. Somno enim ac morti gemina adſunt, quorum alterum re-
uiuiſcere uidelicet, neceſſarium eſt eſſe, ut uiuat caro ex eo quod mortua eſt: ſicut ex-
tari à ſomno. Quemadmodum enim ex dormiendo excitari ac uigilari contingit, &
qui dormit non omnino in eodem habitu permanet ut ſemper dormiat, ſed rurſus re-
ſurgit: ſic etiam uiuere ex morte continget, & non omnino qui mortuus eſt, poſt
quam mortuus fuerit in eodem manet. Si enim ex dormiendo uigilare, & ex cadu-
do erigi, & ex deſtructione reædificari contingit, quæ fraus eſt in inclinato non ſpe-
rare erectionem, & in mortuo reſurrectionem? Etenim nos non decepti confitemur
ex mortuis corporibus reuiuiſcere contingere. Et non ſolum hoc, ſi ita uis, ex dormi-
endo ac reſurgendo expendito, ſed etiam à ſeminibus & plantis, quomodo in omni-
bus ipſis reſurrectio denunciatur. Conſidera enim ſemina, quomodo nuda & ſine
carne mittuntur in terram, & perfecta effecta rurſus redduntur. Alioqui ſi morere-
tur quidem ac putreſcerent ſemina, ex ſeminibus uerò non amplius contingeret re-
uiſcere ac naſci, quæ ſit expectatio ut non omnia conſumantur in mortem? Cæte-
rùm de his plura dicere in præſens, optime Theophile, uosq; reliqui ſermonis iacu-
ces, omittamus. Arripiamus autem & ea quæ deinceps ad hæc cõſequuntur, quo-
do longè ab eo quod oportet diſceſſit: quando in prophetia ſexageſimi quinti Pſal-
mi, quam coacte & impropriè exponit, reſurrectionem in ſola ſpecie ſeruari ſperare
* oportet, dicit. Et, ut ne dicas quod non ſemper obſcure tractat, ille enim hoc diſtinxit.
Ego tibi clarius ſic ſententiam exponam. Equidem omnino uidiſti pellem animalis
aut aliud quid tale aqua impletum, quomodo ſi paulatim euacuetur, & paulatim im-
pleatur, ſemper eandem ſpeciem oſtendit. Quale enim fuerit quod continet, neceſſe
eſt ad ipſum etiam quod intus eſt formari. Age enim ſi ſubefluat aqua, ſi quis adhæ-
at quantum effunditur, non ſinens utrem aceruatim aqua euacuari, neceſſarium eſt
id quod adijcitur tale uideri, quale eſt & totum: eo quòd etiam id quod cõtinet ideo
ſit. Et ſanè ſi quis corpus his aſſimilare uelit, nullo pudore cõfundetur. Eodem enim
modo etiam ea quæ ab alimento introducuntur pro expulſis carnibus, in figuram
ſpeciei ipſius continentis tranſmutantur. Et quantum quidem ad oculos diffuſum
fuerit, oculis ſimile eſt: quantum ad faciem, faciei: quantum ad alias partes, ijſdem: ita
idem unuſquiſque appareat, non quod ſint carnes in eodem primæ ſubiectæ, ſed ſpe-
cies iuxta quam ſpecificantur ea quæ accedunt. Proinde ſi non ſumus ijdem uel ad
paucos dies corpore, ſed ſpecie in corpore: hæc enim ſola conſiſtit à natiuitate: mul-
tò igitur magis neque tunc ijdem ſecundùm eandem carnem erimus, ſed ſecundùm
ſpeciem, quæ ita nunc ſemper conſeruatur in nobis & manet. Quod enim illic eſt po-
lis, hoc ſpecies eſt hic. quod uerò illic in ſimilitudine eſt aqua, hoc hic eſt quod acce-
dit & decedit. Quemadmodum igitur nunc quum corpus non ſit idem, tamen cha-
racter ſecundùm eandem formam idem ſeruatur: Sic non eodem exiſtente corpore,
ſpecies in maiorem gloriam aucta, non amplius in corruptibili, ſed in læſionis exce-
te ac ſpirituali corpore oſtendetur. Quale ipſius IESV in transformatione erat,
quando in montem aſcendit cum Petro, Moſe ac Helia conſpectis ab ipſis. Et hæc
quidem hucuſque conſiderata ſint. Hæc enim eſt uelut in ſumma Origenis dogma-
tum ſententia. Si uerò quis ex ambigentibus proponens corpus CHRISTI, eo
quod primogenitus & primitiæ mortuorum ac dormientium ipſe dictus eſt, dicat,
quod quemadmodum ille reſurrexit, etiam omnia ſimiliter illi reſurrectura eſſe ſpe-
» rare oportere, ut ſicut CHRISTVS excitatus eſt, ita & Deus eos qui dormierunt
»» per IESVM ducet cum ipſo; Surrexit autem corpus IESV, & carnes habuit,

Somni & uigiliarũ imago ad mortẽ & reſurrectionem.

Seminum ac plantarũ imago ad reſurrectionem.

Corpus Chriſti quale reſurrexit.

ac ossa, quemadmodum credidit etiam Thomas: respondebimus. At CHRISTI corpus non erat ex uoluntate uiri, neque ex uoluptate interueniente, in iniquitatibus conceptum, ac in peccatis in utero gestatum: sed ex Spiritu sancto, & uirtute altissimi, & uirgine. Tuum uerò corpus somnus est, & uoluptas, & sordes. Et propterea sapiens ille Sirach in eo quod moritur homo, dicit: Possidebit reptilia & bestias ac uermes. Et in Psalmo octoagesimo septimo, Nunquid mortuis facies mirabilia, aut medici suscitabunt & confitebuntur tibi? Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, & ueritatẽ tuam in perditione? Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, & iustitia tua in terra oblita? Sed & alia huiuscemodi uerba ex Scripturis plurima colligere licet, si quis uelit, ut ne omnium nos mentionem facientes longius orationem extendamus.

Sequuntur deinceps ipsius Methodij uerba.

QVum igitur uix desijsset Proclus, & silentium præsentium diu fuisset, ad fidem non habendam multum prostratorũ, & ego reuera quietum me esse sentirem, placide eleuato capite, & respiratione facta, uelut solent nauigantes undarum tempestate desinente, tremens adhuc & uertiginosus (ictus enim eram, ut id coram uobis fatear, uehementia orationis perfusus) conuerto me ad Auxentium, & uocans ipsum, ô Auxenti arbitror, dixi, non frustra dictum esse poëticum illud, Si duo coniuncti pariter eant. Nam aduersarij duo sunt, quare utrique amborum robur sustinemus. coadiutorem enim te, & certaminis socium appello cõtra ipsos: ne nobis Aglaophon cum Proclo & Origene, orationibus persuasiuis contra nos armatus, resurrectionem excutiat. Age igitur contra sophismata ipsorum aciem instruamus, nihil timentes contradictiones quibus timidi impetuntur. Nihil enim in ipsis sanum est ac firmum, sed imaginatio solum decora uerborum, ad stupefaciendos auditores, & persuasione instructa, non ueritatis neque utilitatis gratia, sed ut coram præsentibus orationem sapientem ostentent. Hinc itaque orationes aliquando uerisimiles ad pulchritudinem ac uoluptatem uariegatæ, præstantiores putantur his quæ ad sinceram ueritatem expensæ sunt, dum illarum doctores neque ad bonitatem ac pietatem contendunt, sed ad hoc ut placeant & successum habeant: quemadmodum Sophistæ qui mercedem ex orationibus exigunt, sapientiæ laudibus uili precio coempti. Antiquitus igitur ualde pauci expositores erant, quum hi qui tunc erant conarentur non delectare, sed iuuare præsentes. Ex quo autem deinceps ad leuitatem res deuenit, ut omnibus liceat interpretari Scripturas, & omnes ad faciendum quidem bonum hebetati sunt opinione referti, circa ratiocinandum uerò profectum fecerunt, iactantes se uelut qui omnia cognoscere possint, doceri quidem sibi opus esse, confiteri erubescentes, contendere uerò potius ac prosilire uelut doctores assueti. Audaces itaq; hinc facti, à pietate & mansuetudine, ac fide, quod Deus quem profitentur omnia facere possit, lapsi sunt: & ad quæstiones uanas ac blasphemias deuenerunt, non intelligentes, quod non opera uerborum gratia facta sunt, sed uerba operum. Quemadmodum in medicina per quam ægri seruari debẽt, opera uerbis dominari debent, & uerba operibus confirmari. Proinde in communi nostra concordia per omnia consona nobis mens sit, quæ optimis sermonibus mores linguæ consonos exhibeat instar lyræ, sed eos non inconcinnos, & à Musis alienos. Nam propter assequendam ueritatem contendere oportet, ut iustitiam exerceamus, & non propter comparandam opinionem sapientiam ostentare, & magis ad gloriam quàm ad ueritatem certare, & prætextus omnemq; simulationis apparatum subinduere. Sunt enim hi qui uerborũ prætextibus tragico more ornati sunt, uelut mulieres quæ forinsecus se

Duobus simul euntibus.

Sophistæ Theologi.

Verba operũ gratia facta.

de industria ad fraudem ornant: nisi quis caute & sobrie fidem respiciat in his quæ adhuc sunt iuniores. Quare cauendum est ut talem sermonem in cor admittamus, antequam exactè consideremus. præoccupant enim sæpe impostores ipsos ueros doctores. Quemadmodum etiam Sirenes uocis iucunditate odium erga homines procul occultant, & fugientes ipsas alliciunt. Aut quomodo dixi ego, ô Auxenti, tu de his sentis? & is respondit, Sic planè quemadmodum tu. Igitur omnino Sophistas aliam opinionem habentes, simulachrorum ueritatis imitatores esse dicimus, ueritatem nõ cognoscentes, uelut pictores. Nam & hi nauium structores & nauigia ac gubernatores imitari conantur, fabricare naues & gubernare nescientes. Vis ne igitur ut deradentes colores, persuadeamus pueros eiusmodi picturas admirantes, quod neque nauis nauis est, neque gubernator gubernator, sed paries forinsecus ad delectationem coloribus ac picturis exornatus: & quod imitatores simulachri nauis ac gubernatoris sunt tales, qui à coloribus & non naui hæc expresserunt. Longum profectò audire cupido procœmium, sed utile dixi ego ô optime. nam uerba diuinitus inspiratarum scripturarum, quibus hi gloriam suam ad fraudem colorantes depingunt, iustitiam ac ueritatem contumaciter nominantes, & iustitiam omnino nescientes, si quis auferat: quantum ipsos talibus nominibus denudatos subsannandos esse putas? Valde multum, inquit ille. Vtrum igitur ô Auxenti, inquam ego, tu huius uiæ dux esse uis, aut ego præcedam? Iustum est, inquit ille, te præire. Tu enim & sermonem auspicaris. Itaque dicebatur (age enim pro parte ab initio consequenter Aglaophontis sententiam expendamus) Anima corpus hoc nobis circumsitum propter transgressionem suscepisse, quum superioribus temporibus absque ipso feliciter degisset. Pelliceas enim tunicas corpora esse, in quæ concludi animas contigit, quo mortale gestantes pro his quæ fecerunt pœnam darent. Aut non erant hæc quæ primùm in principio à te dicta sunt Medice? Imò admone, si non uideor tibi recte meminisse. Non opus habes, inquit ille, admonitione. Hæc ipsa enim erant quæ in primis à nobis dicta sunt. Quid uerò, non ne & hoc in sequentibus multifariam à te dicebatur? Quod impedimento esset nobis corpus ad comprehensionem ac cognitionem eorum quæ reuera sunt, propter occupationes circa illud ornandum ac curandum, & propter alios uentris circa concupiscentiam impetus: & quod esset insuper blasphemiarum & omnis generis peccatorum causa, eo quod non possit omnino per seipsam citra corpus anima peccare. Et propterea post profectionem ex hac uita, liberam ipsam ac nudatam corpore manere oportere, quo à peccatis & inobedientia aliena sit in cœlis, ubi etiam conuersationes cum angelis habebit. Nam corpus, ut polluatur ac peccet, causa & auxiliarius illi existit. Sine corpore enim impossibile est animam peccare. Vnde quo sine peccato per infinita secula seruetur, non amplius ipsam corpus assumpturam esse, quod ipsam deorsum ad corruptionem & iustitiam degrauat. Dictum & hoc est, inquit ille. Quid uerò etiam bene ac rectè hoc, inquam, à te dictum esse putas? Et quid hoc, inquit, tua interest? At non redargues sermonem. Neque tu animam, inquam ego. At ferre potes, ut propter ea quæ dixisti, sermo ipse expendatur? Bene & recte, inquit ille. Bene uerò ac recte tibi sentire uidetur, qui sibi ipsi contraria ac dissona dicit? nequaquam. Quid igitur inconcinne tibi uidetur hic ueritatem simulare? Maxime omnium, inquit. Non ergo admittis eum qui harmonias intendit ad falsam sermonis cantilenam? nequaquam. Quid igitur? Ergo neque teipsum dicentem inconcinnè quodcunque tandem admittes. Quum enim dederis incorporeas peccasse animas, mandatum prætergressas: & dixeris, propter iniquitatem dedisse ipsis postea Deum tunicas pelliceas, ut mortalia gerentes pœnam

Sirenes.

Sophistæ uelut pictores.

Corporis impedimentum.

nam darent, tunicas corpora interpretatus: in progressu sermonis oblitus eorum quæ antea asseruisti, animam per seipsam non posse peccare dicis, neque omnino ad hoc aptam esse, sed causam ipsi omnium malorum corpus esse. Vnde ut ne ipsa rursus ad iniustitiam concitetur à corpore, quemadmodum contigit priùs, sic ipsam in æternum citra illud futuram esse: & quidem quum dixeris, in paradiso ante corpus, animam quando adhuc beata & indolens erat, peccasse. Vbi enim transgressa est mandatum, obtinente iam peccato propter serpentis persuasionem, uinculum ipsi datum esse in pœnam corpus asseruisti. Quare aut prius illud, aut posterius, non rectè habet. Aut enim ante corpus peccauit, & nihil minus etiamsi non acceperit corpus, peccabit: & uana est tua de eo quod corpus non resurgit inaniloquentia. Aut cum corpore, & non possunt pelliceæ tunicæ corpus esse putari. Reperitur enim homo ante ipsarum structuram diuinum mandatum reprobasse. Qua de causa etiam tunicæ parantur, nuditatem quæ à peccato ipsorum accessit occultaturæ. At nunquid persuadeo te, & uides quod incohærentia asseruisti? & tibi hoc manifestum factum est: aut nondum intelligis, ô Aglaophon, inquam, quod dico? Intelligo, inquit ille, & non amplius opus habeo ut rursus audiam. Verùm non animaduerti me non rectè dixisse. Necesse est enim mihi, qui dedi pelliceas tunicas corpora esse, ut confitear etiam, prius quàm in corpus uenerit, animam peccasse: eo quòd ante structuram ipsarum transgressio facta est. Nam propter transgressionem tunicæ ipsis fiunt, & propter ipsam harum præparatio, & non transgressio propter tunicas contingit: & ut ex hac confessione assentiar, quod non hoc corpus causa malitiei est, sed ipsa anima in seipsa. Quapropter etiamsi non accipiat corpus, peccabit. quoniam etiam prius absque corpore peccauit. Et stolidum est dicere, corpus non posse reuiuiscere, ob id ut ne causa peccandi animæ fiat. Peccabit enim, uelut etiam ante corpus peccauit, ita quoq; post corporis depositionem, etiamsi non rursus corpus acceperit. Vnde necesse est ob hæc, neque me, neque alium dicentem admittere, quod pelliceæ tunicæ sint corpora. Si uero admisero, confiteri oportet me etiam quæ relata sunt. Quid uerò, nonne & illud inquam, ô Aglaophon, uidetur tibi non rectè habere? Quale illud, inquit ille? Dicere, inquam ego, uinculum & pedicas corpus constructum esse contra animam: & quod Propheta uinctos terræ nos dixit. ideóque etiam Dauid, ligatos. Et ille, Non habeo, inquit, in promptu quod tibi respondeam. At cur cum alio non disputas? Et ego (sentiebam enim erubescere ipsum, uitantem ne sermo redargueretur) putasne, inquam, per inuidiam aggredi me, ut redarguam te, & non contendere ut meo studio propositum clarum faciam? At, ô bone, ne delasseris dum interrogaris. Videsenim non de paruis nobis esse sermones, sed quo modo credere oportet. Etenim nullum tantum malum homini accidere posse arbitror, quantum à rebus necessarijs, quum falsa de ipsis opinione tenetur. Age igitur, promptè ea de quibus interrogaui declara, & si quid tibi dicere ueri non uideor, magis ueritatis quàm mei curam habens redargue. Maius enim bonum esse puto redargui quàm redarguere: quanto maius est, ut quis ipse à malo liberetur, quàm ut alium liberet. Age igitur, comparantes inter se sermones, consideremus an quid inter se differant. Etenim de quibus ambigimus non ualde parua sunt, sed de quibus scire præstat, non scire turpe est. Igitur tu quidem non putas reuiuiscere corpus, ego autem puto. Et ualde quidem, inquit ille, propter ea quæ dixi. Et tu quidem, inquam ego, uinculum, & carcerem, & sepulchrum, & onus, & pedicas, ipsum esse dixisti. Ego autem non ita sentio. Vera, inquit ille, mihi dicis. At uerò per proteruitatem, & errorem, & tristitiam ac indignationem, & in summa, omnia alia mala, quorum

Pelliceārū tunicārū ratio.

Corpus uinculum dici.

cauſam ipſum eſſe dixiſti, impedire nobis impetum animæ ad id quod melius eſt, ſeris, non ſinens nos ad eorum quæ reuera ſunt comprehenſionem ac cognitionem peruenire. Etſi enim aggrediamur aliquid eorum quæ ſunt uenari, caligo ſemper intercidens, rationi obſcuritatem inducit, non permittens nos ueritatem clarè conſiderare. Fraude enim repleta eſt, uelut dixiſti, conſideratio noſtra per aures. fraudulenta item plena eſt conſideratio per oculos, fraude etiam ea quæ contingit per alios ſenſus. Vides, inquit ille, ô Eubuli, quod ego paratus ſum te laudare, ubi rectè dicta raueris ſermones? Ergo quo ſanè me amplius laudes, ſi uinculum corpus uobis uidetur, non poteſt putari maliciei cauſa animæ eſſe, ampliuśque iniquitatis, ſed uicem uerſa modeſtiæ & caſtigationis. Sic autem rem conſidera: ita enim rem magis aſſequi poteris. Quò ducimus eos qui corporibus ægrotant, nonne ad medicos? manifeſtum eſt hoc, inquit. Quò uerò peccantes? nonne ad iudices? neceſſarium hoc. Igitur pœnam daturos, inquam, iuſtè propter ea quę fecerunt? etiam. Iuſtum autem esse bonum eſt? confitetur. Qui uerò iuſtè iudicat, bene facit: iuſtè enim iudicat? consenſit. Quod uerò bonum eſt, utile apparet. utilitatem ergo capiunt qui iudicantur. Tollitur enim improbitas ipſorum, tormentis prohibita: quemadmodum etiam utilitatem capiunt morbi à ſectionibus ac medicamentis medicorum. Nam iniuſtum pœnam dare, eſt animam corrigere, magnum illum morbum iniquitatem abijciendo. confitetur. Quid uerò, non iuxta proportionem peccatorum ſupplicia iuſtè adhiberi dicis his qui puniuntur? quemadmodum & his qui curantur iuxta uulnerum proportionem chirurgias? annuit. Igitur qui morte digna fecit, ad mortis ſupplicium condemnatur: qui plagis, ad plagas: qui uinculis, ad uincula. confitetur. Punitur autem is qui debet uinculis aut plagis, aut alio quodam huiuſmodi ſupplicio, quo pertinentiam agens, iniuſtè agere ceſſet, dum per tormenta uelut lignum intortum dirigitur? ueriſſimè, inquit, dicis. Nõ enim præteriti delicti gratia iudex ipſum ſupplicio afficit, ſed futuri, ut ne rurſus faciat. hoc manifeſtum eſt, inquit. Vinculum enim damnorum eſt ipſi, quod impetum ad iniuſtè agendum tollit, non permittens facere quæ uult. uerum eſt hoc. Ergo prohibetur à peccando, uinculis non ſinentibus ipſum iuſtè agere, ac uoluptatibus uti, ſed contrahentibus, & iuſtitiam colere docentibus, donec didicerit per admonitiones temperatus eſſe. apparet, inquit. Neque igitur cauſa eſt uinculum peccandi, uelut apparet. Caſtigat enim, & iuſtiores facit, auxiliare medicamentum animæ exiſtens, auſterum quidem & mordax, ſed curatiuum. palàm eſt, inquit. Age, expendamus rurſus ſuperiora. Conceſſiſti corpus non eſſe uinculum animæ propter tranſgreſſionem? & concedo, inquit. Peccare autem animam cum corpore, ſiquidem adulterium committere, occidere, ac impium eſſe, peccatum tibi uidetur, quæ anima cum corpore facit? annuit. At uinctum confeſſi ſumus, non poſſe iniuſtè facere? confeſſi ſumus, inquit. Prohiberi autem, triſtificatum à uinculis etiam. Vinculum autem animæ eſt caro? annuit. At peccamus dum in carne ſumus, conſentiente nobis in hoc carne? peccamus, inquit. Qui uerò ligatus eſt, non poteſt peccare? & hoc annuit. Coarctatur enim? etiam. Nec permittitur à uinculo? manifeſtum eſt. At corpus quidem ad peccandum eſt auxiliarium? etiam. Prohibet autem uinculum? aſſenſus eſt. Non ergo corpus eſt uinculum, inquam, neq; ſecundum te, neq; ſecundum alium, ô Aglaophon, ſed ad utrunq; animæ auxiliariũ, ſiue ad bonum, ſiue ad malũ. conceſſit. Igitur his ſic habentibus, reſponde ô Aglaophon, ad ea quæ primũ aſſeruiſti. In ſuperioribus enim uinculũ & carcerẽ & pedicas animæ corpus dixiſti. Et uides quod nõ concordãt cũ his quę dixiſti. Quomodo enim cõcordarint, ſiquidẽ neceſſe eſt, ô optime, uinculũ quidẽ carnẽ putari, animã uero uinculo auxiliario ac adiutore uti ad iniuſtitiã? quod eſt impoſſibile. Si enim propter peccatum tormen-

Corpus uinculũ nõ eſſe.

tormentū datū eſt, ad hoc ut triſtificata anima erudiatur ad colendū Deum: quomodo cooperat̀ ac concertat corpus ipſi ad iniuſtè agendū? Vincula enim & carceres ac pedicę, et in ſumma omnes eiuſmodi machinæ adiutrices ad correctionē, eos qui puniuntur cohibent ab iniuſtè agendo ac peccando. Non enim ut is qui iniuſtè egit, amplius iniuſtè agat, uinculum ipſi auxiliariū ad iniuſtè agēdum datur, ſed ut ab iniuſtè faciendo ceſſet, dū per uincula torquetur. Nam & iudices ob hanc cauſam malos pedicis ligant. Prohibentur enim etiam ſi non uelint, à uinculis, ut ne mala faciant. Libertè autem degentium malefacere eſt, & eorum qui incuſto ditè uiuunt: & non ligatorum. Homo uerò primum quidem occidit ſecundum Cain, auctus eſt ad incredulitatem, ſimulachris addictus fuit, defecit à Deo, & quomodo ipſi corpus uinculum datum eſt? Aut quomodo Deus poſtquam homo ante corpus peccauit, auxiliariū ipſi maiorem ad iniquitatē ipſum corpus dedit? Quomodo uerò etiā poſt uinculi conſtructionem dicitur hoc? Ecce ante faciem tuam poſui uitam & mortem, ut eligas uitam: bonum & malum, ut eligas bonum. Et, Si uolueritis & audieritis me. Hæc enim ipſi uelut poteſtatem habenti, & non uelut ſub uincula ac neceſſitatem adacto dicta ſunt. Quare undiquaque confirmatur, neque uincula aut carcerem aut pedicas corpus putare: neq; uinctas aut captiuas terrę eſſe animas, condemnante ipſas Deo, ut terreis pedicis ſint ligatæ. Quomodo enim hoc ita ſe haberet, quando id demonſtrari non poteſt? Abſurdum uerò eſt etiam illud conſpicuè, putare uidelicet in uita ſeculorū futura æterna corpus animæ non affore, eo quòd uinculum ſit ipſum ac pedicæ, ut ne perpetui cōdemnati uincti fiamus, uelut corruptores in regno lucis futuri. Soluto enim ſufficienter ac confutato ſermone, in quo carnem animæ uinculum eſſe decreuerunt: ſolutum eſt etiam quod non uincti erimus propter ipſam in regno lucis quod accipiemus. Sed & aliud oſtendere oportet, ſi quis animam in carnem, uelut in laqueum, pœnam peccatorum ſubituram immittit, ſtultitiæ hoc magis eſt quàm rectæ opinionis. Si enim ante tranſgreſſionem, uelut iam in ſuperioribus expoſuimus, animæ corpora habuerunt, quomodo poſtea facta tranſgreſſione, in laqueum in corpus inducuntur? quum non ſit tempus in quo antequam acciperent corpus peccarint. Non enim prudentis eſt, aliquando dicere, animas uelut propter corpus peccaſſe: aliquando uerò, quando quidē peccauerūt, ob id & uinculum & laqueum ad condemnationē ipſum factū eſſe. Si enim propter corpus peccarunt, aderat ergo ab initio ipſis & ante peccatum corpus. quomodo enim propter hoc peccaſſent, quod nondum erat? Si uerò laqueus ac pedicæ ac uinculum, ipſum corpus putatur, non amplius ambo ſimul cauſa ſunt, ſed anima ſola peccauit. Cur enim poſt peccatum, ei quod peccauit uincula & laquei ac compedes parantur? Atqui confeſſi ſanè ſumus, non poſſe uinculū animæ eſſe ipſum corpus. Nam corpus quidem ad utraq; & ad iuſtitiam & ad iniuſtitiam cooperatur. Vinculum autem ab iniuſtè agēdo prohibet. Quare alterum ex duobus neceſſe eſt. Aut enim ab initio peccauimus cum corpore, & non apparet tempus in quo extra corpus fuimus, & ſimul cauſa eſt corpus animæ & malorū & bonorum. Aut ſine corpore degētes peccauimus, & inculpabile eſt à malitia ex toto. At abſq; corpore à bruta uoluptate anima non ſuperatur. Superati autem ſunt primi parentes, bruta uoluptate ineſcati. Erat ergo anima cum corpore etiam ante peccatum. Nam quod non locus ſit, ipſum putari propter tranſgreſſionem, in pœnam uinculum factum eſſe, quo purum & aſſiduum tormentum habeat anima ſecundum ipſos mortale geſtans, id ipſum arbitror me plenè cum omni demonſtratione declaraſſe. Quare inconſtans & impoſſibile eſt, corpus quidem laqueum & uincula ducere, Deum uerò inducere animas in laqueum pœnam ſubituras, ita ut ex ſupernis ex tertio cœlo eiiciat, quoniam in ſupernis mandato inobedientes fuerunt. Ad quid enim reſpectu habito, crediderit

quis

quis his quæ ita proteruè ab ipsis dicta sunt: & quidem nõ habente sic Psalmo, etiam
si uiolenter ipsum exponant. Verùm proferam ea quæ in ipso habentur, quo fabulo-
sitas expositionis ipsorum appareat, qui non uolunt scripturas rectè intelligere. Sunt
» enim hoc modo dicta. Probasti nos Deus, igne examinasti nos, uelut igne proba-
» tur argentum. Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorsum nostrum.
» Induxisti homines in capita nostra. Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti
nos ad refrigerationem. Et statim inferunt: Hæc de animis dicta sunt, quæ in laque-
um in ipsum corpus, uelut in certamen delatæ sunt ex tertio cœlo, ubi est paradisus.
Nam transiuimus per ignem & aquam, inquiunt, aut per uterum in mundum ani-
mæ accessum indicat, quandoquidem in tanta flamma ac humiditate contingit: aut
delapsum à cœlis in uitam, penetrantem fontes ignis & aquas super dorsum firma-
menti. Aduersus quos operæprecium duco instare. Age enim pro ipsis, ô Aglao-
phon, responsum dato, quid dicent? Primùm enim paradisus, unde in primo paren-
Paradisus ubi sit. te eiecti sumus, ex hac terra palàm locus eximius est, ad iucundam quietem, & uo-
tam meliorem sanctis destinatus. Ab ipso Tigris & Euphrates, & reliqui fluuij
qui illinc profunduntur, hic apparent fluxionum excursus in nostrum continen-
tem inundantes. Non enim ex supernis de cœlis effunduntur ac eliduntur. Nam ne-
que sustinere potuisset terra, ut tantam aquæ molem aceruatim ex alto delaben-
tem susciperet. Sed neque Apostolus asserit paradisum esse in tertio cœlo, si quis
» subtiles sermones audire nouit. Noui enim raptum usque ad tertium cœlum, dicens:
» & noui talem hominem, siue in corpore, siue sine corpore, Deus nouit, quod rap-
tus est in paradisum. Duas reuelationes magnas se uidisse indicat, quum bis assum-
ptus sit euidenter: semel quidem usque ad tertium cœlum, semel uerò in paradisum.
Nam quod dicit, Noui raptum talem usq; ad tertium cœlum: priuatim reuelationem
ipsi apparuisse in tertium cœlum assumpto, confirmat. Quod uerò rursus infertur, Fa-
noui talem hominem siue in corpore, siue extra corpus, illatum in paradisum: aliam
rursus ipsi manifestatam esse reuelationem in paradiso ostendit. Fabula igitur est, &
tragica cantilena, dicere animas ex cœlis deiectas esse, & transire fontes ignis & aquas
super dorsum firmamenti, dum in mundum hunc nostrum feruntur. Nam neque
Adam ex cœlis eiectus est, sed è paradiso plantato in Edem iuxta orientes. Non e-
nim ante incorporationem delictum admissum est, quemadmodũ sufficienter osten-
dimus, neq; rursus corpus hoc est laqueus. Sed post insitionem animæ in corpus fa-
ctum peccatum. Nam hoc utrumque simul est homo. Et delapsus ex paradiso hic est. Atur-
rò Aglaophon omnino negligentius sermoni attendebat, sed de rebus nullam intel-
ligentiam habentibus disceptabat, Psalmum iuxta improborum opiniones exponc-
re nitens, de quibus dicere plura omittemus. Volo enim, quandoquidem semel ad
corrigendam improbitatem ipsorum deuenimus, etiam huius prophetiæ rationem
ipsis denudare. Probasti nos Deus, igne examinasti nos, uelut igne probatur ar-
» gentum. Probati assiduè martyres per impetus tormentorum in tentationibus (ple-
Psalmi prophetia exposita. runque enim prophetiæ in nostram fidem implentur) & piè ac fortissimè decer-
tantes, gratias Deo agunt: Probasti nos, ad Deum dicentes. qui ut maiorem a-
pud ipsum gloriam assequerentur, per multos labores ipsos redarguit, uerè Olym-
piacum certamen uincendum proponens. Et considerate, quomodo consona his
uerbis palàm de martyribus Solomon pronunciat. neque enim scripturarum ali-
» rum testimonio hic sermo caret. Deus tentauit ipsos, & inuenit ipsos dignos sei-
» so. Velut aurum in fornace probauit ipsos, & uelut integram fructificationem ho-
» ni odoris suscepit ipsos, & in tempore uisitationis ipsorum. quum antea dixisset,
» Etsi enim in conspectu hominum puniantur, spes ipsorum immortalitate plena est, e-

parum

parum castigati, magnis beneficijs afficientur. Sed & quod in Psalmo centesimo uicesimotertio dictum est, Nisi Dominus erat in nobis, quum insurgerent homines in nos, profectò uiuos deuorassent nos. Torrentem pertransiuit anima nostra, profectò pertransiuit anima nostra aquam intolerabilem. Benedictus Dominus, qui nõ dedit nos in prædam dentibus ipsorum. Anima nostra uelut passer liberata est ex laqueo uenantium. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Martyres sunt qui psallunt. Duo autem sunt chori martyrum, qui pulchras uictorias tulerunt. unus Testamenti noui, alter ueteris, qui resonantem hymnum concinnè ad propugnatorem Deum & uniuersorum regem transmittunt: Probasti nos Deus, igne examinasti nos, uelut igne probatur argentũ. Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorsum nostrum. hoc est forum iudiciariũ gentium, aut tentationes, per quas tribulati & igne examinati fortiter probati sunt. Proba enim me, inquit, Domine, & tenta me, igne torre renes meos & cor meum. Dicat sanè etiam Abraam, igne examinatus in uisceribus ob unigenitũ filium, ubi mandatũ Dei prætulit, postquam audiuit, Abraam parce filio tuo, abiecto gladio: Probasti nos Deus, igne examinasti nos, uelut igne probatur argentum. Dicat & Iob post purulentiæ defluxum, & ubi ab amicis improperia pertulit, & corpore malè affectus doluit, & per procellam loquentem ad ipsum Deum audiuit: Putas me aliter tibi responsum dedisse, quàm ut iustus appareas? Posuisti tribulationes coram nobis Domine, quo nos uelut aurum in fornace probes. Dicant tres illi in camino pueri, rore madentes, ut ne comburerẽtur igne: Probasti nos Deus, igne examinasti nos, uelut igne probatur argentum. Transiimus per ignem & aquam, & eduxisti nos ad refrigerationem. Quare & mihi Methodio dicere licebit, ubi in die tua, ô Deus omnipotens, æternus pater CHRISTI, citra dolorem transgressus fuero ignem, & aquarum naturam in ustoriam mutatam habuero, ipsorum que impetus effugero, Transiui per ignem & aquam, & eduxisti me ad refrigerationem. Tua enim est hæc diligentibus te promissio: Si transieris per aquam, tecum sum, & fluuij non concludent te: Et si transieris per ignem, non combureris, flamma non comburet te. Sed enim de expositione Psalmi hæc sufficiunt. Insuper porrò etiam illud considerandum est, in quo instar dormientium multiformiter somnijs illusi pronunciant Apostolum dixisse, Ego autem uiuebam sine lege quondam: & uociferantur, uitam nostram in primo parente ante mandatum, ante corpus, dixit: uelut quæ sequuntur confirmant. Ego autem carnalis sum, uenditus sub peccatum. Quia non aliter homo imperio ac dominio mali subijci potuisset, uenditus ipsi propter transgressionem, nisi carnalis factus fuisset. Anima enim per seipsam, inquiunt, à peccato corripi non potest. Quapropter asperè intulit, Ego carnalis sum, uenditus sub peccatum: quum prius dixisset, Ego uiuebam sine lege quondam. Et ipsis quidem hæc dicentibus, tunc plerosque admiratio ac stupor inuadebat. Nunc uerò in conspicuo prominente iam ueritate, non solùm longè seducti apparent, sed etiam ad summam blasphemiam deuenisse. Quum enim dederint, animas sine corpore ante mandatum uixisse, & per seipsos omnino peccato corripi non posse: ratiocinatione rursus facta subuerterunt eum sermonem, imò potius seipsos. Corpora enim fabricãt ipsis postea in suppliciũ, eo quod ante corpus ipsæ peccauerunt. Et sanè etiam conuicia iactarunt ijdem, dum corpus uinculis ac pedicis assimilant, aliá que stolida dicunt. Nunc uerò, uelut dictum est, totum contrario modo se habet. Oportet enim ante peccatum animam fuisse cum corpore, alioquin anima quæ per seipsam peccato corripi non potest, nõ peccasset omnino ante corpus. Si uerò peccauit, non fuit per seipsam exors, ut à peccato corripi nequiuerit, imò magis exposita ut corriperet & apprehẽderetur. Quapropter etiã rursus, quãuis nõ acceperit hoc corpus, peccabit; quemadmodũ sanè etiã antequã ipsum acciperet, pecca-

Martyrum duplicium probationes.

Viuebam sine lege quondã, quomodo sit accipiendum.

peccauit. Cur uerò omnino corpus accepit postea, postquam peccauit: aut quid adeò opus fuit ipsi corpore? Siquidem igitur ut torqueretur & doleret, quomodo magis delicijs fruitur, & proterue agit cum corpore? Quomodo uerò etiam liberum arbitrium habere in hoc mundo apparet? In nobis enim situm est, ut credamus & non credamus. Vbi autem in nobis situm est credere & non credere, in nobis recte facere & peccare, in nobis benefacere & malefacere. Imò etiam iudicium quomodo uelut futurum amplius expectari potest, in quo Deus unicuique iuxta opera, & secundùm fidia retribuet? & non uelut iam præsens putabitur, siquidem generari quidem & corpus uenire animam, iudicari est iam & retributionem accipere. Mori uerò & separari à corpore, liberari est, & ad refrigerationem deuenire: eo quòd ante corpus ipsum peccauit. Quare ex uestra sententia in iudicium induci est ac cõdemnationem, in corpus induci. Cæterùm ex superabundanti ostendit sermo noster, impossibile esse corpus tormentum ac pedicas animæ putari. Sufficiebant quidem igitur hæc, & tempestiuum erat sermonem de his hic finire, quum ex ipsa Scriptura ostenderim, animam transgressionem protoplastum illum ac primum parentẽ ex anima & corpore constitisse. Et ego nunc quidem hæc in summa recenseo, occasiones saltem aggressionum ipsorum corrigere annitens, ut ne modum oratione excedam. In promptu enim uobis est iudices considerare, quod illud, Ego uiuebam sine lege quondam, quod in epistola ad Romanos habetur, non potest cadere in uitam animæ ante corpus, uelut ipsi uolunt, quemadmodum ea quæ post hæc inferuntur indicant: etiamsi genere dis hic medicus, sequentia uerba abripiens, sententiam Apostoli ad id quod sibi uidebatur transformare annisus est, incurabile quiddam admittens, ac ualde puerile. Nam propter eo quod ad proprias concretiones & commissuras membra corporum seruare debebat, quo tota figura corporis æqualis ac integra secundum naturam esset: extremitates detruncauit, scripturæ seriem prætergressus. uelut si Scytha esset, qui hostis alicuius membra crudeliter ad illius internecionem conscinderet. Quomodo igitur Apostolus (dicent) hæc pronunciauit, si tu non sic ipsa habere ostendisti? Quoniam Apostolus (dixerim utique) legem ponens esse mandatum: detur enim hoc primum uestrum propositum, ut mandatum ipse legem dixerit: nõ per hoc asseruit etiam progenitos nostros parentes ante mandatum sine corpore uixisse. Exiguum enim fuit corpus à creatione, usque ad mandatum, in quo uixerunt sine peccato. *

Si uerò rursus contrà intulerint dicentes, Quomodo igitur sapiẽtia carnis dicta est inimicitia esse cõtra Deum? legi enim Dei non subijcitur, neq; enim potest? dicendum, quod sanè etiam hic aberrant. Nõ enim carnem ipsam, sed sapientiam carnis legi Dei non posse subijci asseruit, quæ aliud à carne est. uelut si dixisset, Sordes non probè purgati argenti non subijcitur ad hoc, ut uas idoneum ex ipsa fiat ab opifice: neque enim potest. Eijci enim ipsam prius aceliquari oportet: & nõ per hoc pronunciauit, argentum non posse in uas fictile elaborari, sed id quod æreum est in argento & reliquam duriciam. Sic etiam quum sapientiam carnis dixit, non carnem dixit non posse legi Dei subijci, sed sapientiam quæ est in carne, uelut impetum ipsius dicens ad intemperantias, quem alibi aliquando quidem uetus fermentum maliciei ac prauitatis appellauit, exhortans ut ipsam penitus à nobis expurgemus: aliquando uerò legem rebellantẽ legi mentis, ac captiuam ducentem. Alioqui si ipsam carnem dixisset non posse subijci legi Dei, primum neque accusationem petulanter agentes, aut præterdantes, aut quæcunq; alia per corpus facientes, habere potuissemus apud iustum iudicem, quum impotens sit caro ut legi Dei subijciatur. Quomodo enim accusationem mereretur, si iuxta eam quæ adest ipsi naturam corpus uiueret? Imò neque aliàs ad castitatem aut uirtutẽ induci corpus posset, quum natum sit ad hoc ut bono nõ subijci-

Sapientia carnis, quid.

tur.

tur. Si enim talis est natura carnis, ut legi Dei subjici non possit: Lex autem Dei est iustitia ac temperantia: Oportebat neq; uirginitatem seruare, neq; cõtinenter agere penitus in totum posse. Si uero uirginitatem seruant, & continenter agunt: nimirum corpus subjiciunt, aliàs enim continere à peccato impossibile est. Non ergo nõ potest corpus subjici legi Dei. Alioqui quomodo Ioãnes subiecisset suum corpus ad castitatem? Aut quomodo Petrus ad sanctimoniam? aut consequenter alij ad iustitiam? Quomodo uero etiam Paulus dixisset: Ne igitur regnet peccatũ in mortali corpore uestro, in hoc ut obediatis cõcupiscentijs ipsius, neq; exhibete mẽbra uestra arma iniustitiæ peccato, sed exhibete uos Deo uelut ex mortuis uiuentes, & membra uestra membra iustitiæ Deo. Et rursus, Quemadmodũ exhibuistis membra uestra serua immundiciei & iniquitati ad iniquitatem, sic nunc exhibete membra uestra serua iustitiæ ad sanctificationem. Proinde nouit dirigi posse habitaculum hoc, & nutare ad bonum, ut mortificentur in ipso peccata. Nam quomodo aliter in seruitutem iustitiæ redigi potest homo, si non prius subiectis membris suis carnis ut nõ obediant peccato, sed iustitiæ, uitam degat CHRISTO dignam? Quandoquidẽ peccare & non peccare per corpus fit, ita ut anima aut ad uirtutem, aut ad uitium instrumento ipso utatur. Si enim neque scortatores, neq; simulachrorum cultores, neq; adulteri, neq; masculorum concubitores, neq; molles, neq; fures, neq; auari, neq; ebrij, neque conuiciatores, neq; raptores, regnum Dei possidere possunt: explentur autem hęc & corroborantur per corpus, iustificatur autem nemo nisi prius dominatus fuerit: dominatur autem his qui ad temperantiam ac fidem nutat: subjicitur ergo legi Dei. Lex enim Dei est temperantia. Quare Apostolus non carnem bono subjici dixit, sed sapientiã carnis, hoc est impetum ipsius, ipsum ad iniustitiam ardorem. Expurgate igitur inquit, etiam gulosam uentris intemperãtiam eruere nitens, & tales appetitus ac uoluptates disperdere docens, & eos qui sic deliciari, uiuere esse putant, confundens. Qui Deũ inquit, ducũt uentrem. Edamus aiunt, & bibamus, cras enim morimur: uelut uoracia corpora inferne circa pabulum solum ac mẽsas occupata. Et ubi dixit, Cibi uentri, & uenter cibis: induxit, Deus autem & hunc & hos abolebit. Corpus autem non scortationi, sed Domino, & Dominus corpori. Deus uero & Dominum suscitauit, & nos suscitabit per potentiam suam. Aut nescitis quod membra uestra membra CHRISTI sunt? Num ergo membra CHRISTI faciam membra scorti? Absit. Aut nescitis quod qui adhæret scorto, unum corpus est? Erunt enim, inquit, duo in carnem unã. Qui uero adhæret Domino, unus spiritus est. fugite scortationẽ. Omne peccatum quod peccarit homo, extra corpus est. Qui uero scortatur, in propriũ corpus peccat. Aut nescitis quod corpus uestrum templum est habitãtis in uobis Spiritus sancti, quem habetis à Deo? Et non estis ipsi uestri iuris, empti enim estis precio. Glorificate igitur Deum in corpore uestro. Attende quod quandoquidem corpus hoc potest legẽ Dei & immortalitatem suscipere, si à fomitibus intemperantiæ purgetur, ita ut non illicitis stimulorũ affrictibus polluatur: iccirco Apostolus hæc loquutus est. Quid enim aliud est quod adhæret ac propinquat scorto, & quod caro cum ipso iuxta membrorum copulationem & unam societatem fit, quàm hoc ipsum externum corpus? per quod omnia hæc ad mixtionem & exarsionem peccata implentur. Vnde & omne peccatum quod fecerit homo, extra corpus est. Qui uero scortatur, in propriũ corpus peccat. fastus enim & incrudelitas & iracundia & simulatio, animæ peccata sunt. Scortatio uero & stimulus & deliciæ, corporis. Cum quibus neq; anima ad ueritatem subuolabit, neq; temperantiæ dogmatis subjicietur. sed ambo dilabentur à regno CHRISTI. Itaq; si corpora nostra in sanctificatione detenta, templum sunt habitantis in nobis Spiritus, & Dominus est in corpore, & membra corporis membra CHRISTI sunt: subjicitur ergo corpus legi diuinæ, & regnum Dei possidere potest. Qui enim suscitauit CHRI

Scortationis uitium.

& STVM

» STVM ex mortuis, uiuificabit (inquit) mortalia corpora uestra per Spiritum suũ in
» habitantem in uobis, ut mortale hoc induat immortalitatem, & corruptibile incorru
ptibilitatem, & mors in uictoriam deuoretur. Non enim de alio corpore Apostolus
hic tractauit, sed de hoc quod & moritur & mortificatur: per quod & scortari & petu
lanter agere possibile est. Si uero differentiam esse corporis ad carnem cõiectarint (ut
& hæc ipsis expendere permittamus) & corpus quidẽ aliud putarint, uelut ipsius ani
mæ, quod nõ uidetur: carnem uero, extrinsecum hoc quod uidetur: dicendum quod
non solum Paulus & prophetæ corpus sciunt carnem hanc nominari, sed etiã alij philo
losophi, apud quos sanè maxime nominum certitudo obseruata est. Caro enim omni
no, si de his peritè considerare uelint, tota hæc habitaculi nostri moles proprie non di
citur. sed pars quædam totius, quemadmodum etiam ossa, aut nerui, aut uenæ: Cor
pus uero totum. Vnde etiam Medici qui de corporũ natura exacte tractauerunt, cor
pus nouerunt hoc quod uidetur. Sed & Plato hoc ipsum corpus etiam ipse nouit. Ita
que in Phædone Socrates, Ergo non aliud quid mortem esse putamus, inquit, quàm
animæ à corpore discessum. & esse hoc mortuũ esse, ipsum per seipsum corpus ab ani
ma liberatum seorsim esse, & seorsim item esse animã à corpore. Atqui Moses ille bea
tus, (ueniamus enim iam ad diuinas scripturas) non ne corpus hoc nominari nouit
» quod dicimus? Et lauabit uestes, inquiens, in purificationibus qui contingit immun
» dum, & lauabitur corpore suo aqua, & immundus erit usq; ad uesperam. Quid uero
» Iob? non ne nouit & ipse corpus hoc quod mortificatur appellare? Versatur autẽ cor
» pus meum in purulentia uermium, dicens. Sed & Solomon: In malignã animam nõ
» intrabit sapientia, neq; habitabit in corpore obnoxio peccato. Et in Daniele de marty
» ribus, Nõ dominatus est ignis corpori ipsorũ, dicitur, et capillus capitis ipsorũ nõ est
» exustus. Et Dominus in Euangelio: Ideo dico uobis, Ne sitis soliciti quid edatis, aut
» quid induatis. Non ne anima plus est quàm alimentum, & corpus quàm indumen
» tum? Et Apostolus, Ne igitur regnet peccatum in mortali corpore uestro, dicens, con
» firmat se noscere hoc, quo circũdati sumus, corpus. Et rursus, Si autem Spiritus eius
» qui suscitauit IESVM, habitat in uobis, qui suscitauit CHRISTVM ex mortuis, nõ
» uiuificabit etiam mortalia corpora uestra. Et rursus, Si dixerit pes, nõ sum manus, nõ
» sum ex corpore, nõ ob id nõ ex corpore. Et rursus, Omnes enim nos manifestari opor
» tet coram tribunali CHRISTI, ut reportet unusquisq; ea quæ fiunt per corpus, pro
» ut fecit. Et rursus, Epistolæ quidẽ graues & fortes, præsentia uero corporis debilis. Et
» rursus, Noui hominem in CHRISTO ante annos quatuordecim, siue in corpore
» nõ noui, siue extra corpus non noui. Et rursus, Sic debent uiri diligere uxores suas, ue
» lut corpora sua. Et rursus, Ipse aũt Deus pacis sanctificet uos perfecte, & spiritus ue
» ster integer, & anima & corpus citra reprehensionem, in aduẽtu Domini nostri IESV
» CHRISTI seruetur. Cæterum illi incertè in fluctu ac turbatione Apostolum ferri or
pinati sunt, nihil horum intelligentes, uelut uerborum ipsius sententiæ stabilitatem ac
firmã sedem non habeant, sed sursum ac deorsum natent, ac retractabilia dicant, nũc
quidem carnem resurgere, nunc uero non resurgere. Vnde quo nihil relinquatur ex
propositis, & ut perfecte hydram excindamus, ad propositum rursus reuertar. Conse
quenter enim ubi uelut promisi, etiam alia capita, & quæ ad ipsa dici oportet ostendo
ro, consona ac consectanea etiam ipsa esse declarabo, & ad fidem de resurrectione car
nis dicta. Pergamus itaq; ad id quod primum in Apostolum dicere aggressi sumus.
» Nam quod dictum est ab ipso, Ego aliquando sine lege uixi, uitam nostram superio
rem in paradiso, ante mandatum, non extra corpus, sed cum corpore, in primis paren
tibus declarat, quemadmodũ ab initio asseruimus. Quoniam antequam daretur man
datum, Deus accepto limo de terra formauit hominem, degebamusq; extra concupi
scentiam, nescientes omnino nos brutæ concupiscentiæ impetibus, & attractorijs uo

luptatum

Corporis & carnis uocum significatio quæ sit.

luptatum illecebris, ad intemperantiam cogi. Nam quod non habet præscriptionem, iuxta quam uitã degere oportet, neq; liberã ratiocinandi potestatẽ, ut uitam quam eligit utatur, quo priuatim aut honoretur, aut uituperetur, idipsum ab omni culpa ac crimine innoxiũ esse ostendendũ est. Quoniã non potest ea concupiscere quæ prohibita non sunt. Sed & si concupiuerit, non culpabitur. Concupiscere enim non in præsentia & potestati subiecta cadit. Verum in præsentia quidem, uerum non in potestate sita. Quomodo enim quis id concupiscat & amet, à quo non prohibitus est, & quo nõ habet opus? Quapropter concupiscentiam non nouissem, nisi lex dixisset, Non concupisces. Vbi uero audiui, de ligno cognitionis boni ac mali ne edatis, quacunq; enim die ederitis de ipso, morte moriemini: tunc concupiscentiam in me concepi. Non enim ea quæ habet, & quæ in potestate eius sunt, & quibus utitur, cõcupiscens desiderat ac cupit, sed ea à quibus prohibitus est, & quæ ablata sunt, & quæ non habet. Quare bene profectò dictum est, concupiscentiam non nouissem, nisi lex dixisset, Non concupisces: hoc est, ne edatis de ipso. Hinc enim locum & occasionem nactum est peccatum, ad illudendum mihi, ac me peruertendum. Dato enim mandato, ansam habuit diabolus per mandatum, ut cõcupiscentiam in me operaretur, stimulans me ac illectans per artes suas, ut in prohibitorum appetentiam caderem. Nam absque lege mortuum est peccatum. Non dato enim, & nondum existente mandato, inefficax erat peccatũ. Ego uero uiuebam irreprehensibiliter ante mandatũ, non habens præscriptionem ac constitutionem, iuxta quam uiuere oportebat, & à qua lapsus peccarem. Vbi uero uenit mandatum, peccatum reuixit, ego autem mortuus sum. & inuentum est hoc ad uitam mandatum, ad mortem. Quia postquã legem dedit Deus, & præscripsit quod faciendum & nõ faciendum, diabolus operatus est in me cõcupiscentiam. Admonitio enim Dei, & præceptum hoc datum est mihi ad uitam & incorruptibilitatem, ut obediens ipsi & secundum ipsum uiuens, integram & beatissimam in æternum, & semper florentem ad immortalitatem uitam habeam, ac gaudium. Vbi uero ipsum reprobaui, ad mortem euasit ac condemnationem. Nam diabolus quem nunc peccatum hic appellat, eo quod opifex & inuentor peccati sit, per mandatum occasione arrepta, ad inobedientiam decepit me, & deceptum occidit, id operatus ut reus fierem condemnationis illius: Quacunq; die ederitis de ipso, morte moriemini. Quare lex quidem sancta est, et mandatum Dei iustum ac sanctum & bonum: quoniam non ut lædat, sed ut seruet datum est. Ne enim putemus omnino inutile quid aut nociuum, Deum facere. Quid igitur bonum mihi facta est mors, quæ maximi similiter causa futura boni legislatio data est: Absit. Quia non mandatum Dei factum est ad hoc, ut ego in seruitutem corruptionis redigerer, & ut pernicioſas mortis causas imprimeret. Sed diabolus, ut manifestaretur qui per bonum mihi malum cõstruxit, quo fieret & declararetur inuentor ille ac architectus peccati peccator per excellentiam, & separaretur à bono qui cõtraria mandato Dei procurauit. Nouimus enim quod lex est spiritualis. Quapropter etiã in nullare ulli causa est detrimenti. procul enim à cõcupiscentia bruta ac peccato habitãt spiritualia. Ego uero carnalis sum, uenditus sub peccatum: hoc est, Ego carnalis existens, & in medio mali ac boni constitutus, uelut libero arbitrio præditus, ut in me esset eligere quod uolo (posui enim inquit, ante faciem tuam uitam & mortem) ubi nutaui ad hoc, ut inobediens fierem spirituali legi, hoc est mandato, & obediens fierem consilio illius materialis, hoc est serpentis: uenditus sum propter hanc hæresim, lapsus sub peccatum, diabolo. Vnde hinc obsidens me malum insidet ac uiget, ut in carne mea inhabitet, uelut fucus in fauo apis, circumuolans sæpe circum ipsum ac bombum edens: quum hoc supplicium impositum sit mihi mandato transgresso, & uenditus sim malo. Quapropter etiam non cognosco quod operor, cogitans quod non uolo. Nam quod dictum est, quod operor non cognosco, & facio quod odio habeo: non de eo

Peccati cognitio ex lege.

Diabolus peccatum appellatur.

quod operati ſumus ac perfecimus malum, accipiendum eſt. ſed de eo quod ſolum co-
gitauimus, cogitationibus inſynceris ſæpe nobis aduolantibus, & ſeducentibus no-
ad quæ non uolumus, ita ut anima per cogitationes circa multa circumducatur. Non
enim in nobis omnino eſt ſitum, ut aut cogitemus, aut non cogitemus abſurda: ſed
ut cogitationibus utamur, aut non utamur. Impedire equidem ut ne incidant in no-
cogitationes, quæ forinſecus ad probationem noſtri inſpirantur, non poſſumus.
Non obedire uero, aut non uti ipſis poſſumus. Alioqui quomodo Apoſtolus ma-
lum quidem quod diſplicebat, maxime feciſſet: bonum uero quod placebat, minime
ſi non de extraneis cogitationibus dixiſſet, quas cogitamus aliquando etiam non uo-
lentes, non ſcientes ex qua cauſa? Has itaque cogitationes ſubuertere ac reprimere
oportet, ut ne dilatatæ extremitates animæ obtineant. Impoſſibile eſt enim his oppor-
» tune in nobis uigentibus, exoriri bonum. recte ergo dixit, Quod enim facio, non ſcio.
» Non enim quod uolo facio, ſed quod odio habeo, id facio. Volumus enim ea quæ
non conueniunt, & quæ nephas eſt cogitare. Nam hoc bonum eſt perfectum, non
ſolum à faciendo abſtinere, ſed etiam à cogitando. Et quod uolumus, hoc bonum
non fit, ſed quod non uolumus malum. Obrepunt enim circa cor noſtrum, inſcen-
duntq́ etiam non uolentibus nobis ſæpe, innumeræ cogitationes de infinita curioſi-
tate ac negocijs ſordidis incidentes. Quapropter uelle quidem ut neque cogitemus
ipſa, in nobis ſitum eſt: uerum efficere ac operari quo diſſipentur, ut ne rurſus in men-
tem nobis redeant, hoc in nobis non eſt ſitum, ſed ut utamur ipſis ſolum quodammo-
do, aut non utamur: ut ſit ſententia dicti talis, Non enim quod uolo facio bonum.
Volo enim non cogitare quæ me lædunt. Nam hoc eſt bonum & immaculatum, &
quod dici ſolet, citra reprehenſionem manibus ac mente factum quadrangulum. Et
hoc quidem quod uolo bonum non facio, quod uero non uolo facio malum. Non
uolo cogitare, & cogito quæ non uolo. Et conſiderate, an non ob has ipſas cogitatio-
nes etiam Dauid interpellauit Deum, ægreferens quod & ipſe cogitaret quæ non uol-
» let. Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo. Si non dominata fuerint
mihi, tũc immaculatus ero, & purgabor à peccato magno. Et ipſe Apoſtolus in alio lo-
» co: Cogitationes deſtruentes, & omnem elationem quæ effert ſe contra cognitionem
» Dei, & captiuam ducentes omnem intelligentiam ad obedientiam CHRISTI. Si ue-
ro quis uerbis impetere auſus reſponderit, quod Apoſtolus docet, quod non ſolum
in cogitando eſt malum, quod odio habemus, & quod non uolumus, ſed etiam in fa-
ciendo ac operando ipſum: propterea quod dictum eſt, Non enim quod uolo facio
bonum, ſed quod non uolo malum hoc facio: expetimus ſanè, ſi uera dicit qui hæc di-
cit, ut declaret quod erat malum, quod odio habebat Apoſtolus, & non uolebat qui-
dem facere, faciebat autem: & quod erat bonum quod uolebat quidem facere, non au-
tem faciebat. Sed uice uerſa, quoties quidem uolebat facere bonum, toties nõ bonum
quod uolebat, ſed malum quod non uolebat, faciebat. Nunquid non uolens ſimula-
chra colere, ſed Deum colere, quod quidem uolebat, Deum colere non potuit: quod
uero non uolebat, ſimulachra colere potuit? Aut temperanter quidem agere, quod
uolebat nõ potuit: intemperanter autem agere, quo grauabatur, potuit? Et in ſumma,
crapulari, prodigaliter uiuere, indignari, iniuſtus eſſe, & reliqua improbitatis opera
quæ non uolebat, facere quidem poterat: quæ uero uolebat, iuſtitiam & ſanctitatem
non faciebat? Atqui ipſe in Eccleſijs omnes ad non delinquendum exhortans, non ſo-
lum facientes & operantes abſurda, perniciei & iræ ſeruari admonet, ſed etiam conſen-
tientes ipſis in illa, ita ut iuſtitiam in nobis ſine peccati ammixtione exerceri contendat.
Omne enim peccatum ac ſtudium, conſummationem per carnem acquirit. Sæpe igi-
» tur in epiſtolis palàm hæc ipſa nos fugere ac odio habere docens, dicit: Ne erretis, ne-
» que ſcortatores, neque ſimulachrorum cultores, neque adulteri, neque molles, neque
qui

Cogitationũ & actionum ratio in nobis quæ ſit.

Prouerbium.

qui cùm masculis concumbunt, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque male- "
dici, neque raptores, regnum Dei possidebunt. Et quod summum est, exhortans nos "
ad hoc ut penitus peccatum effugiamus ac excutiamus, Imitatores, inquit, mei estote, "
quemadmodum & ego CHRISTI. Sic, non ob id quod faceret ac operaretur quæ
non uolebat, prædicta retulit, sed quod solum cogitaret. Alioqui quomodo exactus
CHRISTI imitator esset? Nunc uero quandoquidem sæpe bestiales incidunt cogi-
tationes, concupiscentia ac curiositate aliàs aliter nos implentes, Muscarum ueluti den Prouerbialis
sa est populosaq; turba: dixit, Quod enim nõ uolo, hoc facio, usque ad animam. Con- uersus.
fidenter itaque ipsas depellere oportet, ita ut nihil omnino ad faciendum ea quæ ab ip-
sis insusurrantur nutemus. Quo enim admittamur in regnum cœlorum, per omnes
uoluptates ac tristicias probati, si non immutati fuerimus, sed ubique uelut aurum in-
corruptum per ignem examinati, à propria uirtute non discesserimus: contingit hoc
ut à multis mens nostra infestetur. Vnde sanè strennue uelut optimos milites nos resi-
stere oportet, qui ubi se ab hostibus obsessos uident, sagittarum & aliorum iaculorum
ipsorum nullam curam habentes, ob seruandã ciuitatem alacriter contra ipsos proce-
dunt, nullum studium omittentes, donec aciem ipsorum in fugam cõuersam extra ter-
minos expulerint. Vides enim, quod cogitationes propter habitans in nobis peccatũ,
foris secus nobis instant, uelut canes rabiosi, aut feri aut audentes latrones, contra nos
semper instigati, à tyranno ac principe iniquitatis, probantes nos an resistere ipsis pos-
sumus, & aciem contra instruere. Age igitur ô anima, fortiter resiste, ne forte remittens
rapiaris, & non habeamus precium redemptionis quod pro te demus. Quod enim "
hostimentum dabit homo pro anima sua? inquit. Bonum igitur & maximo gaudio
dignum esset, si non haberemus contra nos agentes ac pugnantes. Quando uero hoc
impossibile est, & quod uolumus non possumus. Volumus enim non habere eos
qui extrahunt nos ad affectus, licebat enim sic citra sudorẽ saluari: et quod uolumus,
hoc non fit, sed quod non uolumus. Oportet enim nos probari, uelut dixi: Ne igitur
concedamus ô anima, ne concedamus malo illi, sed assumpta armatura Dei protegen
te ac defendente nos, induamus thoracem iustitiæ, & subinduamus pedes in prompti
tudine Euangelij pacis, in omnibus assumpto scuto fidei, in quo possimus omnia tela
maligni illius ignita extinguere. & suscepta galea salutis, & gladio Spiritus, qui est uer-
bum Dei, ad hoc ut possimus stare aduersus insidias diaboli, cogitationesq; destruere,
& omnem elationem quæ se effert contra cognitionem Dei. Quia non est nobis lucta
aduersus sanguinem & carnem. Hac uero de causa hæc dico, quod hic modus est A-
postoli scriptorum. Multa equidem sunt quæ de singulis in hac epistola relatis osten-
di possint, quod iuxta rectam sententiam & accurate se habeant. Verum longum fue-
rit ipsorum sic recensere. Figuram enim ipsius solum ac uoluntatem ostendere nunc
proposui. Non enim quod uolo hoc facio, sed quod odio habeo, hoc ago. Assentior
legi Dei quod bona est. Nunc autem non amplius ego operor ipsum, sed quod habi-
tat in me peccatum. Noui enim quod nõ habitat in me, hoc est in carne mea, bonum,
recte dicens. Meministis enim quomodo in superioribus decernebamus, etiamsi ego
omnia breui recensere uolens, magis tardo, longiore mihi orationis periodo facta cp̃
speraui, quam sanè ut absoluamus promptos nos esse conuenit. aliàs enim nunquam
ad finem propositi deueniemus. Dicebamus igitur, si meministis, ex quo hominem se
ductum contigit mandatum spernere, hinc ex inobedientia contigit ut peccatum acce-
pta occasione in ipso inhabitarit. Sic enim primum seditio incidit, distractionibusq; ac
cogitationibus alienis impleti sumus, euacuati quidẽ ab insufflatione Dei, impleti au-
tem concupiscentia materiali, quam multiplex serpens in nos inspirauit, quum breui
transgressi essemus nos mandati Dei circulum. Quapropter etiam mortem Deus ad

ſublationẽ peccati propter nos reperit, ut ne in nobis immortalibus exorta, uelut dixi, immortalis eſſet. Vnde Apoſtolus dicens, Noui enim, quod non inhabitat in me, hoc eſt in carne mea bonum, peccatum à tranſgreſſione per concupiſcentiam in nos inductum ſignificare uult, cuius quaſi germina nouella ac ramuli, uoluptuariæ in nobis cogitationes ſemper conſiſtunt. Duo enim ſunt in nobis cogitationum genera. Alterum à concupiſcentia in corpore noſtro blandiente conſiſtens, quod ex materialis ſpiritus uerſutia, uelut dixi, generatum eſt: Alterum à lege mãdati, quam accepimus, ut inſitam haberemus & naturalem legem, quæ cogitationem noſtram excitat ac dirigit ad bonum. Vnde lege Dei in mẽte delectamur, hæc enim eſt internus homo. lege uero diaboli in carne iuxta inhabitans in ipſa peccatum. Lex enim quæ eſt in cupiditate mentis renitens ac reluctans legi Dei, hæc eſt quæ affectuoſas & materiales diſtractiones ad iniquitatem ſemper producit, penitus ad uoluptates nos trahẽs. Tres enim leges Paulus palàm hic mihi aſſerere uidetur. Vnam iuxta inſitum in nobis bonũ, quam etiam clarè legem mentis appellauit. Alteram ex inſultu diaboli inſtantem, & ad affectuoſas imaginationes ſæpe animam diſtrahentem, quam reluctari legi mentis dixit. Tertiam uero quæ per peccatum ex concupiſcentia in carne exultat, quam legem peccati habitantẽ in membris uocauit, hanc ſæpe inuadit improbus ille, in ipſaq; uehit, eamq; contra nos exhortatur, ad iniuſtitiam & malas actiones nos compellens. Quæ enim foris inſecus à diabolo lex inſpiratur, & per ſenſus uelut bituminoſus fluxus, intrò in ipſam animã effunditur, ea à lege quæ conſiſtit in carne iuxta concupiſcentiã corrobora tur. Apparet enim quod in nobis ipſis, aliud melius, alius deterius eſt. Et ubi quidem id quod melius eſt natura, potentius fuerit deteriore, tota mens ad bonũ fertur. Vbi uero id quod deterius eſt redundarit, & bono in nobis reſtiterit, rurſus uice uerſa homo ad omnigenas imaginationes ac cogitationes deteriores rapitur. Qua de cauſa Apoſtolus optat liberari, mortem & interitum ipſum hoc eſſe ducens. Quemadmodum etiam Propheta: Ab occultis meis, dicens, munda me. Ipſa enim uerba hoc declarant, dum dicit: Delector enim lege Dei ſecundum internum hominem, uideo autem aliam legem reluctantem legi mentis meæ, & captiuantem me lege peccati quæ eſt in membris meis. Miſer ego homo, quis me liberabit ex corpore hoc mortis? Non corpus mortem pronuncians, ſed legem peccati in membris per trãſgreſſionem in nobis deliteſcentem, & ad mortem iniquitatis animam ſemper ſeducentem. Infert igitur ſatim, ediſſerens à quali morte cupiat liberari, & quis ſit qui ipſum liberet. Gratia Deo per IESVM CHRISTVM. Animaduertendum enim, quod ſi corpus hoc mortem ô Aglaophon, uelut putaſtis, dixiſſet, non utiq; CHRISTVM uelut liberantẽ ipſum poſtea ex hoc malo aſſumpſiſſet. Nam quid magis admirandũ aut amplius à CHRISTI aduentu habuimus? Quid uero etiam Apoſtolus omnino uelut per aduentum CHRISTI potens ex morte à Deo liberari hoc loquutus eſſet? quando omnibus etiam antequam CHRISTVS ueniret in mundum, contigit mori. Liberabantur enim omnes dum ſeparabantur à corporibus in uitæ huius exitu. Sed & in eodem modo omnes animæ tum credentium, tum non credentium, tum iuſtorum, tum iniuſtorum, in die obitus ſeparabãtur. Quid igitur Apoſtolus plus quàm alij qui in incredulitate degerũt, accipere ſtuduiſſet? Aut cur liberari à corpore optaſſet, quod etiamſi nõ uoluiſſet, omnino ipſi contigiſſet, quemadmodum ſanè omnibus ſtatutum eſt mori, & ſeparari animas ipſorũ à corporibus, ſi quidem corpus mortem animæ aſſeruiſſet? Quare non corpus hoc mortem, ſed peccatum inhabitãs per concupiſcentiam in corpore, ô Aglaophon dicit: A quo Deus ipſum per aduentum ſuum liberauit. Lex enim ſpiritus uitæ in CHRISTO IESV liberauit nos à lege peccati & morte, quo is qui ſuſcitauit IESVM ex mortuis propter ſpiritũ ſuum inhabitantẽ in nobis, uiuificet mortalia

Cogitationũ genera duo.

Lex triplex.

Corpus mortis quod dixerit Paulus.

» »
» »
» »

talia corpora noſtra, peccato, quod eſt in corpore noſtro, ad interitum cõdemnato, ut iuſtificatio naturalis legis ſecundum mandatum ad bonum nos trahentis manifeſtetur rurſus, quæ debilitata fuit carne à peccato ſuperata, ante CHRISTI aduentũ materialibus curis obruta. Impotentiam enim naturalis in nobis boni, ob quam langue bat à cõcupiſcentia in corpore ſita ſuperatum, Deus recurauit miſſo filio ſuo, qui ſimilem carni carnem aſſumpſit. Veritas enim, & non apparentia erat quod apparuit: quo peccato ad interitum condemnato, ut non amplius fructificet in carne, iuſtificatio naturalis legis impleretur, redundans obedientia in his qui non ſecundum concupiſcentiam carnis ambulant, ſed ſecundum concupiſcentiam ſpiritus, eiuſdemq; ductum. Nam lex Spiritus uitæ, quod ſanè eſt Euãgelium, alia exiſtens à prædictis legibus, per prædicationem ad obedientiam poſita ac remiſſionem peccatorum, liberauit nos à lege péccati ac mortis, ut quæ penitus peccatum regnãs in carne uicit. Quæ quidem igitur proponunt etiam ex Apoſtoli uerbis, non recte ipſa exponentes, ea ô Theophile declarata recenſui. Conuertam autem me etiam ad alia, ſi auxiliatorem noſtrũ ad tranſitum orationis reperiremus. Grauia enim ſunt, & nõ ualde facile deſtrui poſſunt quę ſequuntur. Quaproter etiam ſegnius ipſa attingo, quum longã & difficilem ipſorum demonſtrationem fore uideam. Niſi aura aliqua intelligentiæ derepente nos ex cœlo afflet, & uelut in medio pelago natantes, in tranquillum portum ac ſecuriorem declarationem reſtituat.

Hactenus fragmentum ex Methodio.

HAec igitur ſunt quæ ex parte & ex ordine, à beato Methodio, qui & Eubulius dicitur, de prædicto Origene, & mala ipſius fide, per ſophiſticum errorem, in ſermone de reſurrectione relata ſunt. Quę hic apponentes ſufficere arbitrati ſumus aduerſus illius nugas, & ad ipſum deſtruendum, qui humanam uitam per confictam ex Græca doctrina ſuperſtitionem ac malignitatem ſubuertit. Multa equidem etiam alia in huius argumenti conſequentia, à Methodio prædicto uiro ſanè docto & circa ueritatem ualde exercitato relata ſunt, profectò uerſus alij totidem numero. Verum quandoquidem promiſimus in unaquaq; ſecta, modica quædam ad ipſius ſubuerſionem nos dicturos eſſe. non enim paucæ ſunt illæ: hactenus his ex opere ipſius appoſitis contenti fuimus. Cęterum ubi etiam ipſi pauca de noſtra tenuitate, in eaſdem uiri illius nugas appoſuerimus, à certamine contra ipſum inſtituto ceſſabimus, Deo brauium reddentes, qui uictoriam dat, & Eccleſiam ſuam propria ſua benignitate ſemper immarceſſibilibus coronis ornat, ueritatis uidelicet prædicationibus. Dicemus itaque etiam ipſi aduerſus illum pro uirium noſtrarum facultate. Dicis ô bone, uelut etiam ſuprà à me indicatum eſt, cauillans, Nunquid coriarius erat Deus, ut tunicas pelliceas ipſi Adam & Euæ faceret, quum nondum animalia eſſent mactata? Si uero etiam mactata erant animalia, non erant, inquit, tunicæ pelliceæ, ſed terreum quo obſiti ſumus corpus. Et undiquaque conuincitur, quod diaboli uerſutiam & ſerpẽtis fraudem ſequitur, qui incredulitatis corruptionem humanæ naturæ induxit, & Euam decepit, & ſemper ſimplicium animarum mentes per uerſutiam in cogitationibus ipſarum corrupit. Videamus itaque, an quæ à te dicta ſunt, ſtabilitatem habere poſſint, ut qui tantum laborem pertuliſti, et fruſtra certamen tot librorum à te conſcriptorum ſubijſti. Si enim uerum eſt quod de te celebris fama refert, quod ſena milia librorum o inanis operarie conſcripſiſti, & omni labore in uituperia ac dolos uanitatis inſumpto, & opera inaniter collocata: per neceſſaria quæ adulteraſti, ſudorem mercimonij tui deſperatum effeciſti. Si enim reſurgit corpus, neq; anima aliquam hæreditatem aſſequetur. Vna enim eſt & eadem ſocietas corporis & animæ, & una operatio. Reſurrectionẽ autem doloſe etiam ipſe confitens, imaginariam apparentiam & non ueram habens, nomen ſolum confiteris. Qualis igitur reſurrectio animæ dici poteſt, quæ non cadit, neq; ſepelitur? At ma-

Pelliceæ tunicæ expenſæ.

Sena milia librorum Origenes ſcripſit

nifestum est ex nomine, quod lapsi & sepulti corporis est resurrectio, quæ ubique, & in tota Scriptura à filijs ueritatis prędicatur. Si uero non resurgit, non est resurrectio, quæ per omnes Scripturas prædicata est. Si autem resurrectio non est, uana est resurrectionis mortuorum expectatio. Non enim animarum resurrectio est quæ non ceciderunt, sed corporum sepultorum. Si uero & pars resurrectionis suscitatur, pars uero deponitur: hæc ergo pars quomodo erit? Non enim possunt in corpore esse partes quę resurgunt, & partes quæ deponuntur ac relinquuntur. Quod autem est corpus animale, & corpus spirituale, nō aliud corpus est spirituale, & aliud animale, sed idem animale, idē spirituale. Quando enim sumus in mundo, & corruptibilia carnis opera facimus, corpora sunt animalia. Seruimus enim animæ in mundo in absurditatibus, ut et etiam tu ex parte dixisti. Quando uero resurgimus, nō amplius est animæ seruitus, „ sed spiritus consequentia, hinciam habens arrabonem per hoc quod dictum est: Si ui„ uimus spiritu, spiritu etiam ambulemus. Si uero etiā spiritu ambulamus, actiones corporis mortificantes uiuemus. Non enim amplius nuptiæ, non amplius concupiscentiæ, non amplius certamina his qui continentiam profitentur, non amplius delicta castitati aduersantia, non amplius actiones quæ hic agunt, sed sicut dicit Dominus: Qui „ illa resurrectione digni facti fuerint, neq; matrimonium contrahunt, neq; nuptum docantur, sed sunt sicut Angeli. Quemadmodum translatus est etiam Enoch ut non uiderit mortem, & non reperiebatur. Non autē translatus est & reliquit corpus, aut corporis partem. Si enim reliquit corpus, uidit ergo mortē. Ipse uero cum corpore translatus non uidit mortem. In corpore enim uiuente est spiritualiter ablatus, & non animaliter propter trāslationem, & quidem in corpore existens spiritualiter. Sed & de Helia similiter. Quod assumptus est in curru igneo, & est adhuc in carne. carne autem spirituali, & non opus habente, ut per coruos nutriatur, uelut quum in hoc mundo fuit, & ut de torrēte Chorat bibat, & pellem ouillam induat. sed ut nutriatur alio quodam spirituali alimento, cuius suppeditator est qui occulta cognoscit, & inuisibilia creauit Deus, ambrosium quendam ac incorruptibilem cibum habens. Et uides quod idem est corpus animale, idem spirituale. Quemadmodum etiam Dominus noster resurrexit ex mortuis, nō aliud corpus suscitans, sed ipsum quod erat, & nō aliud ab eo quod erat, sed ipsum quod erat in spiritualem subtilitatem transmutans, & spirituale totum conuiens, ingressus per fores cōclusas, id quod fieri nequit hic in nostris corporibus propter crassitudinem & quod nondum in spiritualem subtilitatē sint counita. Quod igitur erat id quod conclusis foribus ingressum est? aliud ab eo quod crucifixū est, aut ipsum crucifixum? Omnino equidem non poteris non confiteri ipsum quod crucifixum est. Redarguit enim te per exactam perscrutationem ac certitudinem ipsius Thomæ, ubi dixit ad ipsum, Ne sis incredulus, sed credulus. Ostendit enim typum clauorum & locum hastæ, & ipsas cicatrices dimisit in corpore, quamuis counisset corpus in unam spiritualem unitatem. Potuisset igitur etiam cicatrices delere, sed non deleuit, ut redargueret te ô Phanatice. Erat ergo corpus quod in monumento sepultū fuit per triduum, & quod cum ipso resurrexit in resurrectione. Ostēdit enim & ossa & cutem & carnes ubi dixit, Videte quod spiritus carnem et ossa non habet, uelut me uideris habere. Quomodo igitur ingressus est foribus cōclusis? ut ostenderet quod corpus quidem esset quod uidebatur, & non spiritus, uerum corpus spirituale, & quidem quod cum anima & deitate & tota incarnatione idem esset, sed spirituale subtilium partium quod aliquando crassarū partium fuerat, idem quod crucifixum fuerat, & idem quod superatū erat insuperabile, counitum ac contemperatū deitate, & quod non amplius solueretur, sed perpetuò maneret, non amplius moriens. Surrexit enim CHRISTVS ex mortuis, primitiæ eorū qui obdormierunt, & non amplius moritur, mors ipsi non amplius dominatur. Quo uero cognoscas & hoc, ob quam causam primitiæ eorum qui

Corporis animalis ac spiritualis ratio.

Enoch translatio.

Heliæ raptus.

qui obdormierunt CHRISTVS dicitur, & quidē quum ipse non inceperit resurgere, nā ante ipsum resurrexerunt per ipsum Lazarus, & filius uiduæ, et alij tum per Heliā, tum per Helisſeū. At quādoquidem illi omnes ubi resurrexerunt, rursus mortui sunt, sic CHRISTVS primitiæ eorū qui obdormierūt est. Quum enim resurrexerit, nō amplius moriē, sicut quę futura est resurrectio per ipsius uitā ac benignitatē. Si uero est primitiæ eorū qui obdormierunt, etiā resurrexit omnino corpus ipsius cum deitate, & incarnatio ipsius resurrexit, ita ut nihil ex ipsa relictū sit, neq; corpus neq; aliud quid. Nō enim relinques animā meam in inferno, neq; cōcedes ut sanctus tuus uideat corruptionem. Et quod quidē dictum est de anima in inferno, significat nō relictū esse. sanctum uero, ut sanctū ostendat corpus quod corruptionē nō uidit, sed incorruptū resurrexit triduanū, & incorruptibilitati counitū in æternum. Tu uero dicis ô bone, hæc corpora esse pelliceas tunicas, quū consequentia hoc nusquā habeat. sed propter semina fabulosæ Græcorū doctrinę in te ab initio cōiecta, & propter maligną cogitationē de resurrectionis incredulitate illic tibi exacerbatā, Grę corū inquā, qui te ad hoc perduxerūt. Animalis enim homo, inquit, nō capit quæ spiritus sunt. Stultitia enim est ipsi id quod spiritualiter recensetur. Siquidē enim ante inobedientiā tunicæ Adam et Euæ factæ fuissent, uerisimile esset tuum nugamentū, & quod seducere posset. Quādo uero apparet post Euam factas esset, undenam formabantur cp̄a à corpore? manifestū hoc est. Immisit enim, inquit, soporē in Adam & dormiuit, & accepit unā de costis ipsius. Costa aūt nihil aliud est cp̄ os. construxit aūt carnem pro ipsa. Quum aūt caro nominetur, quomodo adhuc expectatur huius structura? Et superius dicit: Faciamus hominē secundum imaginē nostram & secundū similitudinē. Et accepit, inquit, limum de terra, & formauit hominē. Limus autē & caro, nihil aliud est cp̄ corpus. Deinde postea, & ubi surrexisset Adam de somno dixit, Hoc nūc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea. Nondum aūt tunicæ pelliceæ. nōdum nugamentū à te allegoricē confictū fuit. Os itaq; ex ossibus meis, & caro ex carne mea, palàm est quod corpora erant, & non incorporeus erat Adam, neq; Eua. Et accepit de ligno ac comedit, uelut deceptus fuit à serpente, & constitutus est in inobedientia, & audiuit uocem Dei ambulantis in paradiso ad meridiem, & occultati sunt Adam & Eua in ligno. & Deus dicit ad Adam, Vbi es? Ipse uero deprehēsus respōdet, Vocem tuam audiui, & occultaui me quoniam nudus sum. Nudum itaq; quid dixit, animam aut corpus? Folia uero fici quem tegebāt, animā aut corpus? Et Quis tibi dixit, inqt, quod nudus es, nisi quod de ligno comedisti, de quo solo præcepi tibi ut ne comederes. & ait, Vxor quam dedisti mihi, dedit mihi, & comedi. Vnde autem data fuit uxor cp̄ à latere, hoc est à corpore, antequam tunicæ ipsis darentur? Et dixit ad mulierem, Cur hoc feciſti? Illa uero serpens, inquit, decepit me, & comedi, ac dedi uiro meo. Deus autem inducit maledictionem, tum mulieri dolorem, tum uiro ut in sudore comedat panem. Et postea dicit, Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis, & nunc ne forte extendat manum, & contingat lignum, & comedat ac uiuat in æternum. Et post alia, Et fecit Deus tunicas pelliceas, & induit ipsos, & eiecit ipsos ex paradiso. Et uides quod uana est uocum inanitas à te innouata? Quanto enim tēpore antea erant corpora ipsi Adam & Euæ? Si uero quis hoc interroget, & non poteris animaliter ratiocinationē faciens spiritus gratiam suscipere, ô incredule & omnes incredulos excedēs, dic mihi singula à Deo facta quantā habent miraculorum operationem ac admirationē? Vnde ex nihilo extentū est cœlum in sublimi dilatatū? Vnde resplenduit Sol, & creata est Luna, & astra? Ex qua primitiua materia accepta est terra ex nihilo facta? Et quibus naturis secti sunt montes? Vnde cōflatus est totus mūdus, qui ex nihilo à Deo productus est? Vnde nubiū constitutio quę in momento cœlū tegit? Vnde culices & uermiculos Moses seruus Dei per præceptū Dei accepit?

Quomodo uirgam ligneam in serpentem mutauit animatum ac reptantem? Vnde contigit manui Mosis, ut in niuem mutaretur? Sic etiam tunc uoluit Deus ô incredule, pelliceas natura tunicas, absque animalibus, absque arte aliqua humana & multiformi cultu, & simul ut uoluit fecit Adam & Euæ, quemadmodum ab initio simul uoluit, & mundus & omnia facta sunt. Et de his sæpe diximus etiam in alijs locis, & superius. Et his quidem qui uolunt uiuere, compendiaria est salus, & praua fides facile ab ipsis confutari potest. Qui uero salutis doctrinam suscipere nolunt, his nec tum æuum ad comprobationem sufficerit, surdo semper existente auditu instar aspidis aures obturantis, ut nõ admittat uocem incantantium, dum uelut diuinus sermo ait, à sapiente incantatur. Filijs autem ueritatis non parum, ut arbitror utilis fuerit hic sermo, etiamsi per longum hic mihi sit expositus. Deueniam porrò ad sermonem de resurrectione. Vbi enim eos qui opinionem tuam non intelligunt, seduxisti, subijcis tu ô uane operarie, & dicis, Quidam simpliciores putãt impios resurrectionem non assequuturos esse.

Pelliceæ tunicæ ante mactata animalia.

Non enim hoc solum est in corpore, sed etiam animalcula ex nobis nascuntur, ut ita dicam, pediculi & lendes, quæ neque extra corpus sunt, neque à corpore reputantur. Et nemo unquam requisiuit lendem ex corpore excretam ad habendum, sed potius ad perdendum, neque corruptionem ex ipsa generatam. Neque quispiam damnum duxerit, huius aut alicuius à nobis fluentis perditionem: etiamsi si sic res se habeat iuxta tuam narrationem: Non enim à nobis hæc quærentur, neque Deus hæc ad nostri constitutionem induxerit, sed instar sordis ex ipsa quidem uestę existentis, rum ab ipsa ornatus gratia reiectæ, reliquerit. Illud autem clarum est, quod perfectam uestem neque defectuosam, neque superfluam, ob bonitatem artis suæ opifex induxerit. omnia enim ipse potest. Si uero non sic esset, ô tu qui ex multiplici uersutia mentem læsam habes, potuisset utique Saluator noster & Dominus filius Dei, qui propter omnem securitatem uitæ nostræ uenit ut spem nostram firmaret, & plurima in seipso expressit ad ueritatis suæ erga nos confirmationem, potuisset inquam, partem eius deponere, partem resuscitare, iuxta fabulosam tuam assertionem, & uanarum ratiocinationum tuarum ô contentiose collectionem. Ipse enim statim redarguens mo-

» res tuos, dicit: Nisi granum frumenti in terra lapsum mortuum fuerit, solum manet.

» Si uero lapsum mortuum fuerit, multa grana producit. Et quod nam dixerit granum, cuius manifestum est, & totus mundus confitetur, quod de seipso dixerit, hoc est de corpore carnis sanctæ quam de Maria accepit, & de tota sua incarnatione. Labi autem siue cadere, & mori, (sicut quum dicit, ubi cadauer illic congregabuntur aquilæ) de triduana corporis sui dormitione dixit. uelut etiam ipse confiteberis. Deitas enim ipsius somni expers, casus exors, insuperabilis ac immutabilis existit. Mortuum igitur est granum frumenti & resurrexit. Totum itaque granum resurrexit, aut patris ipsius resurrexit? Aliud granum ab eo quod erat, aut ipsum quod erat ad esse resurrexit? Quod corpus per Ioseph funebri ritu curatum in sindone, & in monumento nouo positum resurrexit, omnino non negabis. Quem itaque resu-

» rexisse nunciabant Angeli mulieribus, ubi aiunt, Quem quæritis, IESVS Nazare-

» nus, non est hic, surrexit, sicut dixit: Venite, uidete locum, & intelligere facite Origenem, quod non sunt hic reliquiæ sitæ, sed totus resurrexit. Et ut scias quod totus resurrexerit, Resurrexit, inquit, non est hic: quo tuas nugas repelleret, quod reliquiæ ipsius non essent relictæ. sed ipsum totum corpus quod clauis transfixum fuit, quod hasta compunctum, quod à pharisæis detentum, quod consputum fuit. Et quid opus est mihi multa dicere, ad nugarum in misero ac fastuoso illo generatarum confutationem? Ergo sicut resurrexit, & suum corpus suscitauit, sic etiam

Granum frumenti quod sit appellatum.

etiam ſuſcitabit nos. Ex hoc enim demonſtrauit ſanctus ille Apoſtolus ſpem noſtram, ubi dixit: Quomodo dicunt quidam inter uos, quod reſurrectio mortuorum nō eſt: « Si autem reſurrectio mortuorum non eſt, ne CHRISTVS quidem reſurrexit. Si uero CHRISTVS non reſurrexit, inanis profectò eſt prædicatio noſtra, inanis item fides uestra. Reperiuntur autem & falſi teſtes Dei, quia teſtificati ſumus quod ſuſcitauerit CHRISTVM, & cætera. Et poſtea infert dicens: Oportet corruptibile hoc induere incorruptibilitatem, & mortale hoc induere immortalitatem. Et non dixit, mortale ſolum, neq; corruptibile ſolum, neq; immortalem animam: ſed corruptibile hoc, cum additione uocis hoc, & mortale hoc, cum appoſitione uocis hoc. Ipſum igitur totum granum ipſius reſurrexit, & non pars reſurrexit, ſed totum reſurrexit: et non aliud granum præter id quod erat reſurrexit, ſed ipſum quod cecidit in monumentum totum reſurrexit. Et ubi poteſt aliquid tua inaniloquētia? Duo enim grana nouit diuina Scriptura relata. Vnum in Euangelio, alterum apud Apoſtolum. Et alterum quidem ad omnem certitudinē declarat ea quæ perfecte in ipſo facta ſunt, hoc eſt exemplar reſurrectionis. hoc enim & docens & faciens Saluator, omnia ad confirmationem noſtri operatus eſt. Dixit enim de grano, & quomodo ſuſcitatur granum, ut fidem ſpei reſurrectionis noſtræ in ueritate nobis cōfirmaret. Poſt hunc ſucceſſit Apoſtolus, qui Spiritu ſancto ductus, futuram ſanctorum gloriam poſt reſurrectionem nobis exponit, et poſt fruitionem bonorum rurſus per granum frumenti oſtendit, contra incredulos præconem agens. At uero dices mihi, quomodo reſurgent mortui, & quali corpore uenient? Et dicit ad eum qui talia dicit, Stulte: Qui eē omnino ambigit de reſurrectione, ſtultus eſt & deſipiens: deinde dicit, Stulte, tu quod ſeminas, non uiuificatur, niſi « mortuum fuerit. Et quod ſeminas, non quod naſcetur corpus ſeminas, ſed nudum gra- « num, tritici uidelicet aut aliorum ſeminum. & non uiuificatur, niſi mortuum fuerit. « Deus autem dat ipſi corpus prout uoluit, & unicuiq; ſemini proprium corpus. Et ui- « des quod nō mutatur corpus, nemo enim qui ſeminauit ordeum, quærit frumentum ſiue triticum. Neq; qui ſeminauit melanthium, inuenit ordeum. Sed quod ſeminatur, id ipſum eſt quod ſuſcitatur. Si uero etiam relictum fuerit ex ipſo inferne in terra, & reſurrexerit ex ipſo germen, hic quidem in hoc corruptibili frumēto, & ad excretionem non ueniente, id quod relictum eſt, inutile eſt. quod uero ex ipſo ſuſcitatur, præſtabile eſt. Voluit autem oſtendere ſpecioſitatem, propter incredulitatem eorum qui ſpem Dei non expectant. Reuera etenim granum frumenti tenuiſſimum eſt. Vbi uero in tali grano minutiſſimo, & radices, & fundamenta, & ſtipula, & genicula, & tot fiſtulæ, & capitella, & ualuulæ, & culmi, & grana multiplicia? Quo uero clarius etiam dicamus ſimilia his recenſentes, unde Moſi filio Iochabeth et Ambram contigit, ut punge- *Moſis miracula.*
ret petram per uirgam, & produceret aquam ex materia deſperata, & ſiccum in liquidum mutaret: ut percuteret mare & diuideret ipſum in duodecim itinera in mari ſuo ruſſu: ut mutaret fluuiū in ſanguinē: ut tot ranas in momento congregaret: ut uermiculos cnipas Ægyptijs immitteret: ut grandinem cum igne miſceret: ut noctem nigrā & caligine obſcuratam Ægyptijs induceret: ut primogenita occideret per mortem: ut populū quem ipſe regebat per columnā ignis deduceret: ut panem Angelorū detraheret precibus & oratione: ut coturnices immitteret, & tot milia uirorū per præceptū Dei ſaturaret: ut uocē Dei audiret: ut dignus fieret inter tot milia uocem Dei audire, et cum Deo cōuerſari: ut per quadraginta dies totidēq; noctes, non requireret neceſſaria iuxta formationis noſtræ naturā: ut tranſmutaret carne in claritudinem ſolis, ac radiū lucidū, perſtringentem populū ut filij Iſraēl in faciem ipſius oculos intendere nō poſſent: ut manus carnea, in niuē mutaret: ut iuberet terrā hiare quo ſuſciperet Core et Dathan, & Abiron & Annan: ut poſtremū audiret, Aſcende in montē, & illic morere: ut

nēſciat

neſciat homo ipſius ſepulchrum, ſignificante diuina Scriptura, corpus Moſis ab hominibus funeris ritu curatum non eſſe, ſed uelut cogitatio ſuggerit ab Angelis? Atque hæc omnia dum adhuc eſſet ipſe in hoc mundo, adhuc in animali hoc ac ſimul ſpirituali perfecte facto. Hinc itaq; accipiamus arrabonem in exemplum perfectæ tunc germinationis, quando impletur quod dictum eſt: Seminatur in ignominia, reſurgit in gloria. Seminatur in debilitate, reſurgit in potentia. Quomodo enim non fuerit debile quod ſeminatur, & neſcit ubi ſeminatur? Quomodo non ignominioſum fuerit, quod in ſepulchrum mittitur, & cui puluis inijcitur, & quod lancinatur abiciturq;, & non ſentit? Quomodo autem non glorioſum, quod reſurgit & in æternum permanet? & quod in ſpe benignitatis Dei regnum cœlorum adipiſcitur? ubi fulgebunt iuſti uelut ſol, ubi erunt æquales Angelis, ubi cum ſponſo tripudiabunt? Vbi Apoſtoli ſedent ſuper duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Iſrael? ubi accipient iuſti quæ oculus non uidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non aſcenderunt ea quæ portauit Deus diligentibus ipſum? Noſtra itaque reſurrectio in Deo, & omnis hominis iuſti ac iniuſti, increduli ac credentes, ita ut alteri reſurgant ad uitam æternam, alteri ad iudicium æternum. Et tace tu Babylon, uetus illa confuſio quæ nobis renouaris. compeſces os tu Sodoma, & clamor ille multæ uehementiæ ad Deum aſcendens. Veniet enim ex Sion liberator ut auertat impietatem à Iacob, & buccinabit, & mortui reſurgent, & nos rapiemur in occurſum ipſius in aërem. Quemadmodum & præſtantior beatus Methodius dixit, ad eadem uero ipſa etiam nos ipſi ædificantes appoſuimus. Ex coniunctis enim uniuſcuiuſque dictionis lucrum uidere datur. Sanctus equidem Apoſtolus duorum modorum ſpeciem diuidens in unam ſpem contraxit ex hoc, Nos rapiemur in nubibus in occurſum ipſius: ut oſtendat reuera hoc corpus, & non aliud ab hoc. Qui enim rapitur, nondum mortuus eſt. oſtendens autem quod non præueniemus mortuorum reſurrectionem. ut quod apud homines ambiguum eſt, Deo facile ac poſſibile eſſe demonſtret. Nos enim qui uiuimus, non præueniemus eos qui dormiunt, & ipſorum reſurrectionem, oſtendit uiuentes & qui rapiuntur, ut ex unius oſtendat quod illorum corpora tota reſurgent, & ex eo quod illi uiuos reſiduos præcedent, potentiam Dei demonſtret. Et uidete uos qui uitæ ueſtræ curam habetis, quod omnes qui contra ueritatem inuecti ſunt, ſibijpſis iniuſtitiam attraxerunt. Quemadmodum etiam factus propheta Dauid dicit: Concepit laborem, & peperit iniquitatem. Omnis enim qui congregat ſibijpſi laborem alienarum doctrinarum, ſibi & credentibus ipſi parat iniuſtitiam. Lacum aperuit & effodit ipſum, & incidet in foueam quam fecit. Cæterum ſi quis ad hæc omnia habet quod contradicat, ueniat coram Deo repugnans labori. Deus enim fortis non fatigabitur, neque ſitiet. Neque datur excogitare prudentiam ipſius, per quam ſoluta corpora ſuſcitat, per quam perditũ ſeruat, per quam mortuum uiuificat, per quam corruptibile incorruptibilitate induit, per quam granum ipſum in reſurrectionem profert, per quam ſeminata ac mortua ad ampliorem claritudinem ducit, renouans nos uelut in multis Scripturis habetur, in quibus reſurrectio noſtra inſinuatur. Dauid equidem in Pſalmo de innouatione domus, uelut Propheta expectans, & in Spiritu ſancto uidens futurum, conſentaneè de reſurrectione dixit: Exaltabo te Domine, quoniam ſuſcepiſti me, renouans meam domum: hoc eſt corpus collapſum, & non exhilaraſti inimicos meos ſuper me.

Reſurrectionis modi duo.

Reſurrectionis teſtimonia

Et Solomon in Prouerbijs ſimiliter ad præparationem illuc omnem ſpem parans, exhortatus eſt dicens: Para opera tua ad exitum tuum: exitum appellans, hinc diſceſſum. Et para te, inquit, ad agrum: ſimul ad omnes admonitionẽ extendens, & qui in agris, & qui in urbibus, tum eruditas, tum mechanicas artes tractant, in quibus nulla

nulla operatio in agro requiritur. Vnde enim linificis & argẽti fusoribus, poetis item ac scriptoribus præparatio ad agrum? Comprehensum enim simul indiscriminatim uox hęc omnes alloquuta uocauit: para te ad agrum. Imò innuit, quod omni homini ciuili ac rurali, depositio corporis est ager, propter sepulturam et mortem. Deinde po stea eandem resurrectionis spem significans dicit: Et reædificabis domum tuam. Semel enim ædificata est in formatione in uentre, quando matres unumquemq; nostrũ in formatione gestauerunt. Verum à terra est resurrectio, aut ab agro, quæ reædificatur propter illatam ipsi destructionem in sepulturę ruina. Velut etiam Saluator dixit, Soluite templum hoc, & in tribus diebus susciabo ipsum, aut reædificabo ipsum: ut qui sapientia est, & prudentiam ipsius homines excogitare non possunt, per quam ex dubijs locis corpora nostra profert: partim in cinerẽ dissoluta, partim in mari, et alijs à carniuoris auibus, alijs à feris bestijs, alijs à uermibus corruptis. Si enim ea ex nihilo fecit ut essent, quanto magis id quod est in proprium statum facile restituerit? ut iustum decernat iudicium, ut non aliud pro alio iudicet, ut ne id quod laborauit, priuet. Si enim animæ est fruitio, & regni cœlorũ hæreditas, tractet corpus quod uult. In delicijs uersetur Gedeon, ne frustra laboret Ioannes, ex camelis indumentum habens. Ne castigemus carnem in secessu uitæ. Ne domemus corpora nostra castitate. Si uero corpus particeps est in conuersationibus, in castitate, in ieiunio & alijs uirtutibus, non iniustus est Deus si priuet laborem fatigati, & non rependat mercedem corpori unà cum anima fatigato? Statim enim reperietur irritum iudicium. Si enim anima sola iudicium subire reperietur, contradixerit utiq;. Non ex me est, inquit, causa peccati, sed ex illo corruptibili ac terreo corpore, scortari, adulterium committere, petulanter agere. Ex quo enim illud à me discessit, nihil horum à me perpetratum est, atque sic facile se defendet, ac iudicium Dei dissoluet. Si uero corpus per seipsum ante se statuerit Deus, potest enim hoc, uelut etiam suprà à me per Ezechielem declaratum est, etiamsi propter parabolam res ea facta sit. At species ipsa ad allegoriam ueritatis tunc impetitæ perfecta est. Quod congregatum est os ad os, & harmonia ad harmoniam, & quum ossa sicca essent, & nondum anima neque spiritus mouens in ipsis esset, statim coacta sunt corpora, & iuxta prophetæ uerba solidata. Et si uult Deus, potest hoc facere ut adsint corpora, & absque anima moueantur. Quemadmodum etiam sanguis ipsius Abel, quum corpus esset, & non anima, post mortem loquebatur. Non enim anima est ipse sanguis, sed corpus est quod apparet. At non poterit corpus absque anima iudicari. Contradixerit enim etiam ipsum dicens: Ego non peccaui, sed anima. Ex quo enim à me emota est illa, non adulterium commisi, non scortationem peregi, non simulachra colui. Atque sic contradicet corpus iusto Dei iudicio, & meritò contradicet. Hac itaque de causa & propter multa alia necessaria, Deus per sapientiam suam mortua corpora nostra & animas ad regenerationem profert, in benignitatis suæ erga homines promissione, quo is qui fatigatus est in sanctimonia, totam bonam retributionem recipiat: & hi qui uana operati sunt, similiter iudicentur, corpus unà cum anima, & anima unà cum corpore. Cæterum sufficient hæc mihi aduersus ultro sibi sapientiam arrogantem Origenem, qui uanè sibi ipsi Adamantij nomen imposuit: iteḿque aduersus ipsius absurditatem & pernicioſam doctrinam, contra ueritatem in multis fidei partibus male ab ipso excogitatam. Præterita autem huius hæresi, deinceps alias ô dilectissimi considerabo, Deum cõsueto more inuocãs, ut nostræ tenuitati auxiliũ ferat, ut possimus resistere aduersus omnem contra ueritatem excitatam uanã uocem, ipsamq; superare, iuxta ea quæ ab Esaia dicta sunt: Omnis uox quæ insurget cõtra te, omnes ipsos superabis. Ipsi uero rei erũt ob ipsam: quo sic in uirtute Dei compromissum absoluentes, his qui hæc attenta mente

Sanguis loquutus.

mente uerſare uolunt,& ad ueritatis exercitium ac ſanationis pharmacum,(inſtar antidoti,uniuſcuiuſq; ſerpentis ac uenenum eiaculantis reptilis omnium ſectarũ,& huius Origeniſtarum hæreſis,inſtar ranæ rubetæ ex multo humore formatę,quæ & rana rubeta. bationem facit,& magno ſtrepitu uociferatur) reſurrectionem Domini uelut potionem accipientes,lentum ac uiſcoſum uenenum eructemus, ranæ uidelicet illius rubetæ & peſſimi reptilis iniquitatem. Cõtigit enim ipſi & hęc affectio cum omnibus aliis affectionibus. Quare ob ipſum doleo & ingemiſco, hei mihi quomodo læſus es, & quot alios læſiſti. Velut ab horrenda uipera commorſus à mundana doctrina, etiam Myoxi ex uipera interitus. aliįs uenenum factus es. Tradũt equidem naturæ rerum experti myoxum latitare, et fœtus ſuos ſimul in eodẽ loco multos parere, quinq; & amplius. Víperas autem hos uenari. Et ſi inuenerit totum latibulum ipſa uipera, quum nõ poſſit omnes deuorare, pro una uice ad ſatietatem edit unum aut duos,reliquorum uero oculos expungit, & cibos affert,excæcatosq; enutrit,donec uoluerit unumquẽq; ipſorum deuorare. Si uero contigerit ut aliqui inexperti in hos incidant, ipſosq; in cibum ſumant,uenenum bijpſis ſumunt,eos qui à uiperæ ueneno ſunt enutriti. Sic etiam tu ô Origenes à prædicta Græca doctrina,mente excæcatus,uenenum his qui tibi crediderunt, euomuiſti,& factus es ipſis in edulium uenenatum, ita ut per quæ ipſe iniuria affectus es, per ea plus iniuria afferas.

PRIMI TOMI SECVNDI LIbri Epiphanij Finis.

SECVND
PHANII,

1 Pauli Samos
uerbum prolaticiu
prædictorio more
tu suo in carne.

2 Manichæi q
Solem & Lunam
cipia introducunt,
tia apparuisse dicu
in ipso loquutus es
Deo factam esse d

3 Hieracitæ,
dam. Carnis resur
ptijs in totum inter
uiduas suscipiunt.
ticipes fieri negan

4 Meletiani i
ciunt cum his qui i

5 Ariani qui &
creaturam creatu
non animam. Era
xandro episcopo.

SECVNDI TOMI SECVNDI LIBRI EPI PHANII, AVT QVINTI IVXTA TOMORVM CONsequentiam, hæreſes quinq; ſunt, hoc ordine.

1 Pauli Samoſatenſis, Hic parum abeſt ut affirmet Chriſtũ in ſubſtantia non eſſe, uerbum prolaticium eſſe confingens: ita ut quæ de ipſo in diuinis ſcripturis dicta ſunt, prædictorio more ſe habeant: ipſe uero nõ exiſtat, niſi à Maria & hucuſque ab aduentu ſuo in carne.

2 Manichæi qui & Acuanitæ, Maius Perſæ diſcipuli, Chriſtũ figuram dicũt, Solem & Lunam colunt, aſtris item ac uirtutibus & dæmonibus ſupplicãt. Duo principia introducunt, malum & bonum quæ ſemper exiſtant. Chriſtum autem in apparentia apparuiſſe dicunt, & in apparentia paſſum eſſe. Vetus Teſtamentũ & Deum qui in ipſo loquutus eſt, maledictis impetunt. Mundum autem non totum, ſed partem ex Deo factam eſſe decernunt.

3 Hieracitæ, ab Hierate Leontopolita Aegyptio, expoſitore ac magiſtro quodam. Carnis reſurrectionem reprobant. Vtuntur ueteri ac nouo Teſtamento, & nuptijs in totum interdicunt. Solitariam uitam degentes, & uirgines, & continentes, & uiduas ſuſcipiunt. Pueros uero qui nondum ad ætatis uigorem peruenerunt, regni participes fieri negant, eo quod nondum decertarunt.

4 Meletiani in Aegypto ſecta ſunt, & non hæreſis: ut qui non cõmunes preces faciunt cum his qui in perſequutione lapſi ſunt. Nunc autem Arianis coniuncti ſunt.

5 Ariani qui & Ariomanitæ, filium Dei creaturam dicũt, & Spiritum ſanctum creaturam creaturæ. Carnem ſolum à Maria Saluatorem accepiſſe affirmant, & non animam. Erat autem hic Arius presbyter Alexandrinæ Eccleſiæ ſub Alexandro epiſcopo.

CONTRA PAVLVM SAMO*satensem, hæresim LXV.*

Origenis taxatio.

PAVLVS Samosatēsis appellatus his succedit, qui fuit post Nauatum & Origenem, qui de cætero in hæresi numeratur, propter elationē quam sibijpsi attrahere uoluit, & per fastuosas nugas suas contra ueritatem se efferre, idq; intelligentia ex diabolo immissa. Itaq; lugere ob ipsum oportet, uelut qui reuera ex diaboli inuidia impegit, & ex alto cæcidit. In ipso enim impletur id quod dictū est: Inuidia improbitatis destruit bona, & cogitatio concupiscentię eruit mentem innocentem. Hic porrò qui nobis propositus nunc est Paulus Samosatenus, cuius nominis in principio mentionem fecimus, & hæresis ipsius expositionem instituimus: ex Samosatis erat, quæ ciuitas sita est in partibus Mesopotamię & Euphratis. Hic hoc tempore in diebus Aureliani & Probi regum, in Antiochea constituitur episcopus sanctæ catholicæ Ecclesiæ. Elatus autem mente excidit à ueritate, & renouauit hæresim Artemonis, qui quondam erat in principio ante multos annos, & extinctus est. Asserit autem hic Deum Patrem & Filium & Spiritum sanctum unum Deum esse. In Deo autem semper esse ipsius uerbum, & Spiritum ipsius quemadmodum in hominis corde est proprium uerbum. Non esse autem filium Dei in substantia, sed in ipso Deo. Quemadmodum etiam Sabellius, & Nauatus, et Noëtus, & alij. Non autem æqualis illis hic est, sed alius ab illis. Venisse autem uerbum, & inhabitasse in IESV homine. Et sic inquit, unus est Deus, & nō pater, pater: & filius, filius: & Spiritus sanctus, Spiritus sanctus. Sed unus Deus pater, & filius ipsius in ipso, uelut uerbum in homine. Nimirū ex his testimonijs hæresim suam proponens ab eo quod dixit Moses, Dominus Deus tuus, Dominus unus est. Non autem asserit hic uelut Noëtus, patrem passum esse. sed dicit, Verbum uenit & solum operatum est, et redijt ad patrem. Et multa est apud hunc absurditas. Videamus autem an huius impostoris uerba consistant. Dicit enim quod dixerit, Ego in patre, & pater in me. Et nos dicimus ex patre Deum Verbum & cum ipso semper esse ex ipso genitum. Sed non patrem dicimus absque uerbo in substantia existente. Sed uerbum patris unigenitus filius Deus Verbum, uelut dicit: Omnis qui confitetur me coram hominibus, confitebor & ego ipsum coram patre meo. At uox me, & corā patre meo: ostendit patrem natura in substantia esse. Hi uero iudaismum corrumpentes nihil amplius Iudæis habentes, secundi Iudæi uocabuntur, & Samosatitæ, nihil aliud existentes quàm nomine solum ex sua opinione præualentes. Nam Deum ex Deo, unigenitū filium & uerbum negantes illi, sunt quales & hi qui ipsum in præsentia abnegauerūt, occisores Dei ac dominicidæ & abnegatores Dei facti. Reuera autem neque circūcisionem habent, neque sabbatum seruant, & alia omnia quemadmodum Iudæi. Etenim reuera etiam ipsi non duos dicimus esse Deos, neque deitates, sed unam deitatem. Nam neq; duos dicimus patres, neque duos filios, neque duos spiritus sanctos. Sed & Patrem & Filium & Spiritum sanctum, unam deitatem, unam glorificationem. Hic uero non dicit solum Deum, eo quod fons sit pater, sed solum Deum, tollens quantum in ipso est filij deitatem & substantiam, itemq; Spiritus sancti: habens autem ipsum patrem unum Deum, qui non generauit filium, ut sint duo imperfecta, Pater & Filius, pater quidem qui filium non genuit, Verbum uero infructuosum Dei uiuentis & ueræ sapientiæ. Verbum enim uelut id quod in corde est, esse uolunt, & sapientiam qualem in anima hominis unusquisq; habet sapientiam ex Deo adeptus. Quapropter unam personam Deum unà cum uerbo dicunt, uelut una persona est homo, & ipsius uerbum siue sermo. ni-

Aurelianus et Probus imperatores Rom.

Iudæi secūdi, Samosatitæ.

mo, nihilo plus quàm Iudæi, uelut dixi, glorificantes: cæcutientes à ueritate, & surdi facti à diuina doctrina ac prædicatione uitæ æternæ. Neque enim reuerentur uerum Euangelij sermonem dicentem, In principio erat Verbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. Si enim in principio erat Verbum, & uerbum erat apud Deum: id quod erat non solum iuxta prolationem est, sed secundum substantiam. Et si uerbum erat apud Deum: non uerbum est hoc quod apud ipsum erat, neque enim uerbum est is apud quem erat. Si enim in corde habet Deus Verbum, & non genitum, quomodo impletur, erat? Et Deus erat Verbum? Non enim hominis uerbum homo est apud hominem. Neque enim uiuit, neque subsistit. Verum corde uiuente ac subsistente, motus est solum, & non substantia. Dicitur enim & simul ueστigio non amplius est, sed prolatum manet. At Verbum Dei, uelut dicit Spiritus sanctus ex ore prophetæ, Verbum tuum in æternum permanet. Huic autem consonè Euangelista dicit, Deum confitens manifestatum & aduenisse, non simul assumens cum uerbi incarnatione patrem. Verbum enim inquit, caro factum est, & habitauit in nobis. Et non dixit, Verbum & pater caro facti sunt. Et dixit, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Et non dixit, In Deo erat Verbum. Et ut ne aliqui malignè opinentur, lucida & uiuifica uerba in suam ipsorum maliciam ac detrimentum transmutantes (aliter enim atque aliter incumbit cor hominis diligenter ad mala à iuuentute) & incipiant dicere, Non dixit In Deo erat Verbum, uelut etiam tu dicis: sed apud Deum erat uerbum, Ergo non est substantia patris uerbum, sed extra Deum Verbum: rursus commonefacit corrigens filios suos ueritas, redarguens mentes contra ipsam scortantes, & dicit ipse unigenitus, Ego ex patre exiui & uenio. Et rursus, Ego in patre & pater in me. Ille uero in prophetis de Filio, non corporalem habens molem, sed spiritualem habens sermonem, ad humanæ naturæ debilitatem descendens, quo per ea quæ inter nos fiunt, ad sensum declaret, quod ex ipso uerè genitus est Deus ex Deo, Deus uerus ex Deo uero. non extrinsecus existens, sed ex essentia ipsius, dicit in Dauide loquens: Ex uentre ante Luciferum genui te. uelut Septuaginta interpretati sunt. Verum ut alij interpretes, Aquila quidem, ex utero excitatæ infantiæ tuæ tibi ros. Symmachus uerò, uelut diluculo roris iuuentus tua. Theodotion autem, ex utero à matutino iuuentutis tuæ. Quinta uero editio, Ex utero à matutino tibi ros in iuuentute tua. Sexta editio, Ex uentre quærent te ros iuuentutis tuæ. In Hebraico uero, Merem Messaar lactal ieledecheth. hoc est clare & citra ambiguitatem, Ex uentre ante Luciferum genui te. Merem enim, uentris est. Messaar autem, matutinus omnibus, hoc est ante Luciferum, Lactal, & ante rorem puerum. Ieledecheth, hoc est genui te. Quo ex sermone cognoscas, quod Deus uerbum in substantia, ex patre natura genitus est, sine principio & sine tempore, antequam quicquam esset. Non enim Luciferum solum dixit stellam, & quidem quum multa sint sydera, & Sol & Luna in quarta die facta, mare uero & ligna ac fructus antea facta, firmamentumq; terræ ac cœli & cum his simul Angeli facti fuerint. Nisi enim unà cum cœlo & terra Angeli quoque creati essent, non utique dixisset ad Iob, Quando genita fuerunt sydera, laudauerunt me omnes angeli mei uoce. Itaque ante Luciferum, quasi diceret, antequam esset quid, & creatum esset. Erat enim semper uerbum cum patre, per ipsum enim omnia facta, & sine ipso factum est nihil. Porrò dixerit quis, ostendi sti angelos fuisse ante sydera, & unà cum cœlo & terra hos factos esse dixisti, unde facis demonstrationem, dic nobis? Nunquid ergo ante cœlum & terram omnino creati sunt. Nusquam enim clarè indicat Scriptura tempus creationis angelorum. Et be-

Angelorum creatio.

ne quidem oſtendiſti ipſos fuiſſe ante ſydera. niſi enim fuiſſent, quomodo laudaſſent Deum hymnis ob ſyderum creationem? Nos equidem uniuſcuiuſque quæſtionis inuentionem, non ex propriis ratiocinationibus dicere poſſumus, ſed ex Scripturarum conſequentia. Clarè enim indicat diuina Scriptura, quod neque poſt ſydera facti ſunt Angeli, neque ante cœlum & terram. quum palàm intranſmutabile ſit dictum hoc, quod ante ante cœlum & terram nihil erat ex creatis. Nam in principio fecit Deus cœlum & terram: ut principium ſit, & nihil ex creatis ante hoc ipſum fuerit. Non poteſt igitur, uelut antea dixi, uerbum in homine homo uocari, ſed uerbum hominis. Si uero uerbum Dei Deus eſt, non eſt ſine ſubſtantia uerbum, ſed in ſubſtantia Deus uerbū ex Deo genitum ſine tempore, ſine principio. Verbum enim caro factum eſt, & habitauit inter nos. Et uidimus gloriam eius, gloriam quaſi unigeniti à Patre, plenū gratia & ueritate. Ioannes teſtatur de ipſo et clamat dicens, Hic eſt, quem dixi uobis qui poſt me uenit, ante me fuit, quia prior me erat. Hic uenit in mundum, ut mundus per ipſum ſaluus fieret. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus ipſum non cognouit. Vides unigenitum uerbum? uides in mundo completum inter homines & plenam habentem gloriam unigeniti à patre? Non quod Pater ſit Verbum. Non quod pater unà cum uerbo coniunctim apparuerit, quemadmodum homo unà cum uerbo ſuo apparet, & uerbum ipſius apparere non poteſt, niſi adſit is qui uerbum loquitur. Cui itaque credam? cui aſſentiar? A quibus accipiam uitam in diſciplinis? A ſanctis Euangeliſtis & Spiritu ſancto plenis, qui uerbum à Patre miſſum dicunt? aut à Pauli Samoſatenſis ſectatoribus, qui Deum cum uerbo & uerbum cum Deo eſſe dicūt? qui unam perſonam Patris ad Verbum, & Verbi ad Patrem decernunt? Si autem eſt una perſona, quomodo alter mittit, alter uero mittitur? Emittet enim, inquit Propheta, Verbum ſuum, & liquefaciet ipſa. Flabit ſpiritus eius & fluent aquæ. Et rurſus, Ego exiui ex Patre & uenio. Et, Viuo ego, & uiuit me qui miſit me Pater. Quomodo igitur mittitur qui miſſus eſt & per carnem apparet? Deum enim nemo unquā uidit. Vnigenitus Deus qui eſt in ſinu Patris, ille enarrauit. Et ait, Vnigenitus Deus: Verbum enim eſt ex Patre genitum. Pater autem non eſt genitus. & propterea unigenitus eſt Filius. Anticipauit enim diuina doctrina ſuā ueritatem, propter ſuam prænotionem, ad animarum noſtrarum ſecuritatem. Quandoquidem enim ſciebat Samoſatenſis illius dementiam, & peruerſam Arianorū opinionem, & eorum qui inęqualitatem docent malignitatem, & Manichæorū ruinam, & cæterarum hæreſeon fraudulentiam, iccirco de unaquaq; dictione ſecuros nos reddidit diuina Scriptura. Patrem etenim non dicit unigenitum. Quomodo enim fit unigenitus, qui non eſt genitus? Filium autem unigenitum appellat, ut ne Filius putetur Pater, et ut ne uelut uerbum in corde hominis aſſimiletur Deus Verbum. Sicuti uerbum dicitur, propter talem uſum dicitur, ut ne putet quis alienum eſſe ab eſſentia Dei Patris. Et non amplius eſt uerbum ſine ſubſtantia, ſed in ſubſtantia. propterea quod eſt unigenitus plenus gratia & ueritate. Et uides, quod ſint ad ſecuritatem noſtræ uitæ. Hoc itaque dictum, Deum nemo unquam uidit: ut inuiſibilitatem Patris indicaret ipſiusq; deitatis, & ut ſuam deitatem per carnem apparentem confirmaret. Quod uero alia ultra hæc quis colligere poſſit, quę pro nobis faciunt aduerſus Samoſatenſis dementiam? Si enim erat in Patre uelut Verbum in corde hominis, quomodo accеſſit ex propria ſententia loquutus? Ipſe enim ad diſcipulos ſuos loquitur, ac dicit: Qui uidit me, uidit Patrem. Et non dixit, Ego ſum Pater. Sed uox me, in Patre ſignificat. Et non dixit, Ego ſum ille. ſed Ego ueni in nomine Patris mei, & ille eſt qui teſtatur de me. Et rurſus de Spiritu ſancto, Alium Paracletum uobis mittam. Vides uoces, mittam, & alium, & ego, ut oſtendat Patrem in ſubſtantia eſſe, & Spiritum ſanctum

ctum in ſubſtantia. Ille enim me glorificabit, de Spiritu ſancto loquens, quia de meo accipiet, & qualem dicit, eum qui ex Patre procedit, & qui de meo accipiet. Sed & alibi inquit, Duo teſtimonia hominum ſtabilia erunt: & Ego teſtor de meipſo, & teſtatur de me qui miſit me Pater. Quot uero ſunt alia totidem & ultra hæc? Ecce enim inquit, gratias ago tibi Pater Domine cœli & terræ, quod abſcondiſti hæc à ſapientibus ac prudentibus, & reuelaſti ipſa paruulis. Etiam Pater, quia ſic fuit bona uoluntas tua coram te. Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo. & nemo nouit Filium niſi Pater. Et Patrem nemo nouit niſi Filius, & cui Filius reuelarit. Reuelaſti enim paruulis, & omnia mihi tradita ſunt à Patre meo: ut horum excogitatam innouationem exſcinderet. At uide rebellantem ſemper humanæ naturæ diabolum, quid in ipſam inſeuit, ex diabolica uidelicet operatione, ut reſpondeant ad hæc Iudæorum hæreſios miniſtri, uerentes diuinorum Euangeliorum manifeſtam doctrinam, ut ne penitus ueræ Euangelij doctrinæ reſiſtere uideantur. Dicunt enim, homo erat IESVS, & in ipſum inſpirauit ex ſupernis uerbum. & hæc de ſeipſo dicit homo. Pater enim cum Filio unus eſt Deus. Homo uero inferne propriam perſonam oſtendit, & ſic duæ perſonæ explentur. Quomodo igitur homo Deus eſſe poteſt, ô omnium hominum peſſime, & à cœleſti intelligentia animo auerſe? Quomodo poteſt homo eſſe nudus iuxta tuam opinionem, qui dicit, Qui uidit me, uidit Patrem? Si enim homo ſicut Pater eſt, nihil differt Pater ab homine. Si uero Deus uerbum, qui perfecte homo factus eſt perfectus exiſtens, eſt Deus ex ſupernis à Patre genitus, iuſte & clarè loquitur de ſeipſo dicens, Qui uidit me, uidit Patrem. Quemadmodum etiam Iudæi de ipſo dicunt. Non ſolum enim, inquit, quærebant occidere ipſum quod hæc feciſſet, ſed etiam quod Filium Dei ſeipſum dixiſſet, æqualem Deo ſeipſum dicens. Nam rurſus dicendo, Qui uidit me, uidit Patrem: Patrem Deum æqualem ſibiipſi dicit. Non eſt autem homo æqualis Deo, neque ſicut Deus. Sed in ueritate genitus, ex Deo Patre Deus Filius unigenitus. Dicit enim de ipſo Paulus: Qui in forma Dei exiſtens, non rapinam arbitratus eſt eſſe, æqualem eſſe Deo, ſed ſeipſum inaniuit, forma ſerui aſſumpta: de Deo quidem, erat in forma. de ſerui uero forma, aſſumptorem ipſum pronunciauit. & non dixit, formam quæ ipſius aliquando erat. Sæpe uero etiam humano more uerba fecit Saluator ac Dominus noſter IESVS CHRISTVS Deus Verbum. Et ſæpe iuxta humanos affectus loquitur. Sed non quum dicit, Ex Patre meo exiui & uenio. hoc enim non poteſt ab humana natura dici. Verum quando iuſte teſtimonium præbet dicens: Si ego teſtimonium præbeo de meipſo, teſtimonium meum non eſt uerum, ut oſtendat ſuam incarnationem. Et rurſus de deitate loquēs, Etiamſi ego teſtimonium præbeo de meipſo, teſtimonium meum uerum eſt: ut oſtendat ueram deitatem, & ueram incarnationem. Non itaque duo ſunt Dei, quia neque duo patres. Neque ſublata eſt ſubſtantia uerbi, quia non una eſt coniunctio deitatis filij ad patrem. Non enim eſt alterius eſſentiæ filius à patre, ſed coeſſentiarum cum patre. Non poteſt autem diuerſæ eſſentiæ eſſe à genitore, neque eiuſdem eſſentiæ, ſed coeſſentialis. Neque rurſus dicimus ipſum non eſſe eundem eſſentia cum patre. Eſt enim idem deitate & eſſentia filius ad patrem, & non alienus à patre, neque ab alia ſubſtantia. Sed reuera filius patris, & eſſentia, & ſubſtantia, & ueritate. Sed non pater eſt filius, neq; filius eſt pater. ſed filius uere ex patre genitus. Quapropter neque duo Dei ſunt, neque duo filij, neque duo ſancti Spiritus. Sed una deitas ipſa Trinitas, Pater Filius & Spiritus ſanctus, coeſſentialis exiſtens. Quum enim dicis coeſſentialem, non coniunctionem ſignificat. Coeſſentialis enim non uniius ſignificationem habet, neque filij genuini ad patrem eſſentiam diſparat, & ſubſtantiam alienat propter coeſſentialitatem. Non enim duo principia prędicat diuina Scriptura,

S. Trinitas coeſſentialis:

„ ſed unum principium. Conuenient enim, inquit, domus Iuda & domus Iſraël, & po-
nent ſibiipſis principatum unum. Qui itaque duo principia prædicat, duos Deos
prædicat. Et qui Verbum tollit, & ipſius ſubſtantiam, Iudaiſmum detegit. Marcion
enim duo principia oſtendit, imò potius tria ſibiipſis contraria. Noui autem Iudæi
Samoſatitæ hi, Verbi ſubſtantiam tollunt, ut etiam ipſi dominicidæ pronuncientur,
& abnegatores Dei ac Domini noſtri ſalutis. Vnum itaque eſt principium, & ex
ipſo filius, imago exacta, natura exprimens proprium patrem, & ſimilis iuxta om-
nem modum. Quia Deus ex Deo, & filius ex patre, Deus uerus ex Deo uero, &
„ lumen de lumine, una exiſtens deitas, & una dignitas. Quapropter, inquit, Facia-
mus hominem ſecundum imaginem noſtram, & iuxta ſimilitudinem. Neque ſecun-
dum imaginem tuam (ut ne diſtinguas) neque iuxta imaginem meam: ut ne diſſi-
militudinem & inæqualitatem pronuncies. uerum ſecundum imaginem noſtram.
Et faciamus, ut ne alienus ſit pater à factis ab ipſo, neque unigenitus alienus ab opi-
ficio. Sed pater cum filio opifex eſt, & filius per quem omnia facta ſunt, coopifex eſt
patri. & eo quod ex ipſo genitus eſt filius, unus Deus perfectus ex perfecto patre,
& pater perfectus perfecti filiĩ paternæ perfectionis imaginem habentis. Imago Dei
inuiſibilis, non exemplum imaginis, non imago imaginis, non inæqualis, ſed ima-
go patris, ut identitatem nihil euariantem generationis, ex principio ac tempore cer-
te, in ueritate oſtendat. Imago itaque eſt filius patris. Nam & reges non eo quod
habent imaginem, duo reges ſunt. ſed unus rex cum imagine. Vnus rex, non unum
quid ex duabus partibus imperfectum exiſtens. Sed perfectus pater, perfectus filius,
perfectus Spiritus ſanctus. Ego enim in patre, non ſicut Verbum in corde hominis.
Sed patrem nouimus, qui intelligitur cum filio, & filium ex patre genitum. Et non
ſic quod in homine uelut in domicilium uenerit diuinum Verbum, & quod poſte-
quam natus fuit, Verbum in ipſo conſpectum ſit, & rurſus in Deo ſit ſuperne, uelut
in corde hominis uerbum. Hæc enim diabolicæ inſaniæ ſunt, et omnis abnegationis
Dei characteres habent. Porrò pauca hæc aduerſus huius recte ſe habere putauimus.
non enim ardua eſt horum potentia, & quæ non poſſit non ab omnibus intelligen-
tia prædictis ſubuerti. Quapropter quum & radices ſpinarum huius per prædica-
nem ac ſententiam ueritatis exciderimus, & uenenum, ut ita dicam, extinxerimus, &
uirus huius oſtenderimus, auxiliatorem inuocantes patrem cum filio reuera exiſten-
tem, & filium reuera in ſubſtantia genitum, & ſanctum ipſius Spiritum, Spiritum
in ſubſtantia exiſtentem, & ſalutarẽ diſpenſationis myſteriĩ incarnationis: poſtquam
per trophæum contra mortem, crucem inquam, caput huius nouorum Iudæorum
quæſtionis confregimus: ad ſequentes o dilecti tranſeamus. Dryinas equidem ſer-
Dryinas ſerpens. pens quidam eſt ita appellatus, qui ſanè ſimilis eſt huic hæreſiarchæ. Sicut enim dry-
nas dicitur quidem eſſe ſerpens, uerum iuxta herbas & quercus frequentiſſime la-
la ſua habet. Quapropter etiam dryinas uocatur, & quod quercum arborem amat, &
foliorum delapſorum uiriditati ac palliditati ipſe in medio ipſorum ſitus ſeipſum ali-
mulat. Non autem uſqueadeò ingentem dolorem hoc animal infert, uerum ſi is per-
ſeueret, mortem inducit. Ita etiam hic & hæreſis ipſius ſe omnibus numeris aſſimi-
lat, ut qui nomen quidem CHRISTI induit, Iudæorum uero opinionem elo-
git. Verbum CHRISTVM confitens, non eſſe autem hoc ſtatuens, & inter uulgus
triumphum ducere non erubeſcit. Cuius apparentem doctrinã, uerum errorem exi-
ſtentem, quum per calceamentum CHRISTI cõculcauerimus, & per ſcalpellum mu-
dicum Euangeliĩ commorſos lancinauerimus, & uenenum ab ipſis exuxerimus, ad
reliquarum enarrationem, uelut dixi, ueniemus.

Contra

Contra Manichæos, hæresim
LXVI.

MAnichæi etiam Acuanitæ appellantur, propter quendam Veteranum à Meſopotamia progreſſum Acuan appellatū, qui huius ueneni tractationem in Eleutheropolim intulit. Hi iuxta illud uitæ ſuæ tempus magnum mundo malum prædicauerunt, poſt Sabellij inſolentiam. In temporibus enim Aureliani regis hi fuerunt, circa quartum annum regni eius. Eſt autem hæc hæreſis multum diuulgata, & in multis terræ partibus decantata, quæ ex Mane, uelut dixi, initium dilatationis ſuæ per terram accepit. Hic uero Manes ex Perſarum terra originem duxit, Cubricus primum appellatus, ſed qui ſibijpſi Manis nomen impoſuit, ex diuina fortaſſis puto diſpenſatione, furioſum ſibijpſi nomen attrahens. Et uelut ipſe putabat iuxta Babyloniorum linguam Vaſis nomen ſibi indidit. Manes enim Babylonica lingua uas ſignificat. Verum uelut ueritas declarat, Inſaniæ cognomen ſibi adoptauit, quam Maniam Græci appellant, propter quam miſer ille furijs concitus malam doctrinam in mundum diſſeminauit. Erat autem hic Cubricus uiduæ cuiuſdam ſeruus, quæ ſine liberis defuncta pecuniarum incomparabilem uim ipſi reliquit, auriq; ac argenti & aromatum & aliarum rerum. Sed & ipſa hæreditatis ſucceſſionem habuit ex Terbintho quodam, qui & ipſe ſeruus fuit, & Budda tranſnominatus fuit Aſſyriorum lingua. fuit autem hic ſeruus Scythiani cuiuſdam ex Saracenia oriundi, uerum in finibus Palæſtinæ, hoc eſt in Arabia nutriti. Hic Scythianus in prædictis locis Græcorum lingua eruditus, in ipſarum literarum doctrina magnus euaſit circa uanam mundi ſapientiam. Quum autem ſemper proficiſceretur in Indorum regionem, mercimoniorum gratia, magnum mercium quæſtum fecit. Vnde multa bona in mundo acquiſiuit, & per Thebaidem pertranſiuit. Portus enim rubri maris diuerſi ſunt, ad oſcula Romaniæ diſcreti. Vnus quidem ad Ailam, qui eſt in ſacra Scriptura Ailon, ubi aliquando nauis Solomonis per tres annos penetrans, attulit aurum & dentes elephantinos, aromataq; ac pauones, & alia. Alter uero portus ad caſtrum inundationis. Tertius autem ſuperne ad Bernicem appellatam, per quam Bernicem ad Thebaidem feruntur. Et ſpecies ab India uenientes illic in Thebaidem diffunduntur, aut ad Alexandrinorum ciuitatem, per Chryſorhoëm fluuium, Nilum inquã, qui & Geon in ſcripturis appellatur, & amplius ad omnem Ægyptiorum terram, & ad Peluſium feruntur. & ſic in alias regiones per mare penetrantes hi qui ab India ueniunt, ad Romaniam perueniunt. Hæc mihi hiſtoriæ gratia ad uerbum tradere curæ fuit, ut & radicum uniuſcuiuſque argumenti non exortes ſint, qui hæc adipiſci ac legere uolunt. Oportet enim eum qui narrationem aliquam aggreditur pro uiribus ipſam tractare, & ex radice introductionem facere, unde etiam ueritas comperitur: etiamſi is qui dicit, careat orationis ornatu, et dicendi ſuauiloquentia: quo ex uera hiſtoria id quod quæritur, intelligẽtibus demonſtretur. In principio itaque hic Scythianus multis diuitijs elatus, & ungentorũ ac condimentorũ poſſeſſionibus, alijſq; quæ ex India efferuntur, ubi ueniſſet in Thebaidem ciuitatẽ altam ita appellatã, & inueniſſet mulierculam pernicioſiſſimã ac corporis pulchritudine cõſpicuam, & quæ ipſius ſtultitiã admiraretur, abduxiſſetq; ipſam de lupanari, in cõmuni enim turpitudine talis proſtabat, addictus eſt mulierculæ, & liberatã ipſam in nuptias ſibi coniunxit. Poſt multũ uero temporis progreſſum propter excellentẽ uoluptatẽ qua fruebatur, non tulit ſceleratus ille, ſed uelut otioſus et malis adſuetus, ex ſuperflua deliciarũ abundantia, deinceps aliquid noui in uitam proferre cogitauit. & ex ſuo ipſius inſtinctu talia uerba effinxit, non ex diuina Scriptura & ſancti Spiritus uoce excogitata, ſed ex miſera humanæ naturæ ratiocinatione dicens: Qua ratione inæqualia in tota definita creationis amplitudine

Acuanitæ.

Aurelianus rex.

Manis appellatio.

Saracenia.

Indorum mercimonia.

Romania.

Scythianus.

habentur? nigrum & album, fuluum & pallidum, humidum & ſiccum, cœlum & terra, nox & dies, anima & corpus, bonum & malum, iuſtum & iniuſtum, quàm quod omnino hæc ex duobus quibuſdam conſiſtunt? At diabolus in mente ipſius ſe dem firmauit, ipſumq; contra humanam naturam militans, horrendam hanc opinio nem amplius concipere fecit, ut cogitaret quod non eſt, & quod eſt non agnoſceret, quo bellum quoddam in mentibus ſeductorum conſtitueret his, qui putant eſſe quid poſteum qui eſt, & ut ita dicam, ex duabus radicibus, aut duobus principijs omnia effici, id quod improbiſſimum omnium ac impientiſſimum exiſtit. Verum de hoc ruſus dicam. In his prædictus Scythianus mente excæcatus, occaſionibus ex Pytha-

Scythiani libri quatuor.

ra acceptis, ſic ſenſit, & libros quatuor ſibijpſi formauit, quorum primo Myſterio rum nomen impoſuit. ſecundo Summarum. tertio Euangeliorum. quarto Theſau rorum. In quibus æquales & æquiualentes duorum principiorum coniungens per ſonas in unoquoque argumento, ſic ſuſpicabatur miſer ille, & ſic circa hanc partem imaginabatur, uelut qui magnum quid uitæ excogitaſſet. Et reuera magnum ma lum uitæ ſuæ ac ab ipſo ſeductorum excogitauit. Quum autem uir in his eſſet, au diuiſſetq; quomodo Prophetæ & lex de mundi conſtitutione dixiſſent, & de uno ac monarcha ſemper exiſtente & non deſinente eſſe Pater, ac de ipſius Filio, ac ſancto Spiritu: uoluit ampliore quadam inductus uoluptate, & in priuata mente ſua irri dens, & graues cachinnos in ſeipſo habens, proficiſci Hieroſolyma, circa tempora Apoſtolorum, nimirum uelut illic facturus ſermonem apud eos qui de Monarchia prædicarent, & de creationibus Dei docerent. At miſer ille quum aſcendiſſet, op ponere ſe incepit aduerſus presbyteros, illic ſecundum legem Dei Moſi dicam, & in prophetica ſingulorum prophetarum doctrina uiuentes. Nempe, Quomodo di citis unum Deum, qui fecit noctem & diem, carnem & animam, ſiccum & humidũ, cœlum & terram, tenebras & lucem? Illi uero clarè oſtendebant, non enim occultatur ueritas. Hic uero contradicere non erubuit. Et quum nihil efficere poſſet, tamen im pudentia ſeniciei ferebatur. Vbi autem nihil perficere potuit, ſed uictus abiret, rem greſſus eſt per magicos quos habebat libros: Nam & preſtigiator erat ex Indorum & Ægyptiorum & uana ac fabuloſa gentium ſapientia: & horrenda ac pernicioſa incan tamenta conatus, imaginationem quandam ſuper domum conſcendens exercuit, & tamen nihil efficere potuit, ſed è domo delapſus, finem uitæ ſortitus eſt. Multos por rò annos iſtic contriuit, diſcipulũ autem unum ſolum ſecum habuit prædictum Ter binthum. cui etiam ſua credidit uelut fideliſſimo, & qui ex beneuolentia ipſi inſer uiret. Qui ſanè mortuo Scythiano funus ipſius curauit benigniſſime. Et quum ipſum ſepelijſſet, cõſiderat ſecum num ad mulierculam reflecteret, quæ iam à ſcortatione aut captiuitate Scythiano coniuncta erat. Verũ aufugit acceptis omnibus quæ habebat, auro & argento & alijs, in Perſarum regionẽ, nomine ſuo immutato, ut ne deprehen deretur, pro Terbintho Buddã ſeipſum appellans. Hic autem rurſus malã habuit hæ reditatis ſucceſſionẽ, quatuor libros Scythiani, & Magiæ ac incantationis ſtudia. erat enim & ipſe in literis diligentiſſime eruditus. Vbi uero & ipſe in Perſarũ regione dege ret, & ad anum quandam uiduam delatus eſſet cum qua uiuebat, apud ædituos Mi thræ numinis & apud ſacerdotes ſimulachri, prophetã quendam Parcum & Labdã cum, quæſtione de duobus principijs propoſita, quũ non poſſet ne apud ſimulachro rum quidem cultus preſides ſententiã ſuam aſſerere, ſed confutationẽ ac confuſionem ab ipſis auferret, ſimiliter uelut prædictus Scythianus eadem ſentiens, ſuper domum culam quandam aſcendit, incantamentum uidelicet quoddam exercere uolens, & ab Angelo deturbatus concidit, atque ſic mortuus eſt, propter eam quam aggredi uo luit magicam operationem. Anus uero illa corporis ipſius funere curato, pecuniarum

ipſius

ipsius possessionem adepta est. Et quum non haberet filium, neque aliquem cognatio ne coniunctum, multo tempore sic mansit. Postea uero emptum Cubricum, qui & Manes dicitur, sibi in ministrum assumpsit, & moriens malam hæreditatem ipsi reliquit, uelut uenenum ab aspide relictum in multorū corruptionem ac interitum. Rursus itaque Cubricus seipsum Manem appellans, inter ipsos degebat, & inter ipsos disputabat. Et quum nemo ipsi fidem haberet, sed audientes Manichæi, doctrinā ægrè ferrent, & omnes ob innouationem & horrēdum fabulamentum ac uanam fraudem abalienarentur: ipse uidens propriam uersutiam confictorū sermonum subuerti, meretelatus excogitabat sibiipsi occasionem quandam, per quam proprium figmentum horrendæ suæ doctrinæ confirmaret. Et quum fama percrebruisset, quod filius regis Persarum in morbum quendam incidisset, & decumbebat ille in regia Persidis ciuitate: non enim illic Manes degebat, sed alibi procul à regia urbe præ propria malicia cæcutiens: & putaret se ex libris domini sui Terebinthi, siue Buddæ, successoris Scythiani, curationes aliquas efficere posse in filium regis, proficiscitur ex proprio loco, eóq; delatus audenter de seipso indicat, auxilium se laturum esse promittens. Verum non successit præstigiatori spei imaginatio. Excidit enim à spe, quum species quasdam medicamentarias ægroto regis filio exhibuisset. Tandem itaque in in manibus ipsius adolescens moritur, ut omnes ipsius promissiones uanæ ac mēdaces redarguerentur. Hocautem ubi sic euenisset, præcepto regio in carcerem conijcitur. Non enim statim Persarum reges pœnas sumunt de his qui maiora delicta ac culpas in se admiserūt. sed ampliora quædam mortis suffragia colligunt, & tormentis captiuos afficiunt. Et hæc quidem sic transacta sunt, permansitq; Manes qui & Cubricus in carcere degens, & à propriis discipulis uisitabatur. Iam enim circulator ille exercitū, ut ita dicam, sibi congregarat, quos sanè discipulos uocabat, numero circiter duos & uiginti. Ex quibus tres delegit, Thomam quendam appellatum, & Hermeam, & Addam, quum de sacris libris in Iudæa & toto mundo, de Christianicis, inquam, legeq; ac prophetis, Euangelijsq; ac Apostolis audijsset. Dato itaque prædictis auro, in partes Hierosolymorum ipsos misit. Hoc autem fecit priusquam in carcere concluderetur, quando aduersus multos disputans, proprium dogma confirmare non ualuit. Quum autem audijsset de nomine CHRISTI & seruorum eius, Christianorum, inquam, statuit sub nominis CHRISTI argumento seductos decipere. Illi uero digressi, libros emerunt, non enim cunctabantur. Quum autem non deprehenderent ipsum in libero aëre, sed in carcere, eò ingressi libros ipsi ostenderūt. Ipse uero acceptos perscrutatus maliciose peruertit, suo mendacio ad ueritatem adiūcto; ubi inuenit personam uerbi, aut appellationem sententiæ suæ similitudinem efficere potentem. Atque hinc deinceps figmentum suum corroborauit. Sed & interea argentum precibus collectum multum in carcere dedit, & fugitiuus discessit, relictaq; Persarum regione, Romaniam adijt. Quum autem iam in medio Persidis ac Mesopotamiæ esset, circa solitudines adhuc consistens, audijt de magno quodam uiro summa pietate præcellenti, nomine Marcello, in Caschara Mesopotamiæ ciuitate habitante, qui erat uir per omnia Christianus, & in iustitiæ operibus admirādus, uiduis ac pauperibus pupillisq; ac egenis suppeditans. cogitat itaq; sibi adiungere uirum, quo si hunc subditum adeptus esset, per ipsum non solum Mesopotamiæ, sed etiam totius regionis ad Syriam ac Romaniam imperium obtinere posset. Scribit autem ipsi epistolam per Tyrbonem quendam discipulum suum, ex finibus Strangæ fluuij, ex castello Arabionis appellato. Ea epistola hæc continuit, & hac accepta lege, studium improbitatis huius impostoris.

Manes captiuus.

Epistola

Epistola Manichæi ad Marcellum.

MAnichæus Apostolus IESV CHRISTI, & qui mecum sunt omnes sancti & uirgines, Marcello filio dilecto, gratia, misericordia, pax, à Deo patre & Domino nostro IESV CHRISTO, & dextera lucis conseruet te ab instante sæculo malo, & accidentibus ipsius, & laqueis diaboli, Amen. Quum dilectionem tuam maximam esse perceperim, ualde gauisus sum. fidem autem non esse iuxta rectam rationem, indigne tuli. Vnde ad humani generis correctionem missus, parcensq; his qui fraudi & errori seipsos exposuerunt, has ad te literas mittere necessarium duxi. primum quidem ad salutem animæ tuæ, deinde etiam eorum qui tecum sunt, ad hoc ut ne indiscreta habeas cogitationē, uelut simpliciorum duces docent, dicentes bonum & malum ab eodem ferri, & unum principium introducentes: nō discernentes neq; dirimentes à lice tenebras, et bonum à malo ac praua, et externum hominem ab interno, uelut antea diximus, sed alterum cum altero confundere ac permiscere non cessant. Tu uero ô fili, non similiter ut multi homines, citra rationem ac simpliciter utraq; prout contigerit, nias, neq; bonitatis Deo attribuas. Principium enim & finem, & horum malorum patrem, ad Deum referūt, quorum finis maledictioni propinquus est. Neq; enim diffitentur à Domino ac Saluatore nostro IESV CHRISTO Euangelijs credunt. Quod non
» potest arbor bona malos fructus ferre, neq; arbor mala bonos fructus facere. Et subit
» animum meum admiratio quomodo Deum, satanæ & malorum ipsius operum, creatorem & opificem dicere audent. Atq; utinam hucusq; saltem inanis labor ipsorū processisset, & nō unigenitum, qui ex sinubus patris descendit CHRISTVM, Mariæ uirginis cuiusdam filium esse dixissent, & ex sanguine ac carne & reliqua fœminarum uoluptate natum esse. Et ut ne multa per hāc epistolam scribens, mansuetudinē tuam in longum tempus suspendam, quum naturalem eloquentiam non habeam, his contentus ero. Totum uero cognosces præsente me apud te, si quidem salutis tuæ admodum curam geris. Neq; enim laqueum cuiquā injicio, uelut plerisq; imprudentiores faciunt. Considera quæ dico fili uenerandissime. Hanc epistolam ubi legisset memorabilis ille Marcellus, pientissimus ac illustris uir, admirabatur & obstupescebat. Contigit enim ut Archelaus urbis episcopus illa die domi cum ipso esset, qua Manichæi epistolam seruus ille Dei in manus accipiebat. Archelaus autem cognita causa, & lecta epistola, frendebat dentibus uelut leo rugiens: & zelo Dei assumpto, conabatur protinus proficisci usque ad ipsum, & comprehendere talem uelut extraneum ex barbaris, uirum de etiam originem ducebat, & ad filios hominum perdendos insurrexerat. Prudens uero Marcellus episcopum quidem mitigauit, Tyrbonem autem admonuit ut iter repeteret ad Manem in castello Arabionis, ubi Tyrbonem expectabat. Est autem hoc propugnaculū in medio Persarum ac Mesopotamiæ. Verum is recusauit abitionem ad Manichæum. Itaque Tyrbone nō coacto mittit quendam ex suis cursorem, hanc epistolam ad ipsum scribens.

Epistola Marcelli ad Manichæum.

MArcellus uir illustris, Manichæo per epistolā indicato gaudium. Epistolam quidem à te scriptam accepi. Tyrbonem autē pro benignitate mea excepi. Verum literarum sententiā nequaquā cognoui, nisi tu accesseris & singula interpretatus fueris nobis ad uerbum, quemadmodum per epistolam promisisti. Valete. Hæc ubi legisset Manes, perpendebat secum non bonam esse Tyrbonis isthic detentionē. Sapere uero decipiebant ipsum alia quæ præter præsentem statū cogitabat, mentis suæ certitudinē candæ gratia. Attamen accepta per epistolā occasione, uelociter ad Marcellū uenit. At episcopus Archelaus cognito accessu ipsius, habens in seipso cū doctrina etiā fidei feruorem ac æmulationē, uolebat si id possibile fuisset, statim uirū uelut pardalim aut lupum, aut aliam quandā feram bestiā captam morti tradere, ut ne talis ferę incursu pecora cor-

ra corrumperentur. Marcellus uero magis cupiebat ut per longanimitatem ac patien
tiam malorum disputatio aduersus ipsum ab ipso fieret. Hic autem quum iam didi
cisset sententiæ Manis totum argumentum. Exposuerat enim ipsis Tyrbon, tum
ipsi, tum Marcello, totam hæreseos uanitatem. Quod Manes introducat duo prin *Principia rerum duo.*
cipia principio carentia, semper existentia, & nunquam deficientia, eo quod sint in
ter se opposita. & alteri quidem imponat nomen, lux & bonum: Alteri uero tene
bras & maliciam: ut sit Deus & diabolus. Aliquando autem Deos etiam ambos
uocat, Deum bonum, & Deum malum. Esse autem & constare ex duobus his prin
cipijs uniuersa. Et alterum principium bona omnia facere, alterum similiter mala.
Habere autem in mundo hæc duo principia substantias. Et alterum quidem princi
pium fecisse corpus, Animã uero esse alterius. Eandem deinde esse animam in homi
nibus, & in omni animali, & in uolatilibus & reptilibus ac reliquis bestijs, & non
in his solum, sed etiam in plantis: uitæ humorem motum animæ esse dicens, quem *Anima in omnibus eadem.*
etiam in hominibus esse dicit. Sed & aliã quandam fabulã fingens ac docens asserit.
Edentem carnes animam edere dicit, & esse ipsum reum ut & ipse tale quid fiat, ue
luti si porcum comedit, ut porcus rursus fiat, aut taurus, aut auicula, aut aliquid ex
eduli creatura. Quapropter ab animatis abstinent isti. Et si quis inquit, plantauerit
ficum, aut oleam, aut uitem, aut morum, aut persea, etiam ipso mortuo anima eius
ligatur in ramis arborum quas plantauit, & transcendere non potest. Et si quis in
quit, uxorem duxerit, etiam ipse post discessum ex hac uita in aliud corpus transit,
& fit mulier, quo etiam ipse nubat. Et si quis inquit, occidit hominem, aut asinum,
aut aliud animal, post discessum à corpore statim conuertitur anima ipsius in occi
si corpus, aut in murem, aut in serpentem. Aut tale quid omnino futurus est qualia
occidit. Asserebat autem rursus, quod sapientia supernaboni Dei consultans secum
animam in omnibus diffusam (esse enim dicit ipse & qui ab ipso sunt Manichæi, a
nimam partem Dei & ab ipso auulsam) in captiuitatem principum oppositi prin
cipij ac radicis, in corpora coniectam esse, iuxta hunc modum inquit, eo quod ipsa
cibus est hominum qui ipsam rapuerunt, & robur exhibet ijsdem qui in corpora di
uiserunt. huius gratia inquit, prædicta sapientia luminaria hæc locauit in cœlo, So
lem & Lunam & astra, artem hanc operata per duodecim elementa quæ Græci as
serunt. Atque hæc elementa confirmat sursum trahere animas morientium homi
num & aliorum animalium, lucidas existentes. ferri autem ipsas ad scapham: nauigia
enim uult dicere Solem & Lunam: & paruam quidem scapham, siue nauim onerari
usque ad quindecim dies circa plenitudinem Lunæ, & sic transmitti ac deponi à quin
tadecima die, in magnam nauim, hoc est Solem. Solem uero magnam illam nauem
traijcere in uitæ sæculum, & regionem beatorum. Et sic animas per Solem & Lunam
transmissas, uerum de his qui uanitatis ipsius cognitionem habent, dicit purgatas,
dignas fieri hoc traiectu ab ipso confecto. Rursus uero tradit animam non seruari, si non quis cognitionis eiusdem particeps sit. Et magna est huius fabulamenti
tragœdia. Quum autem hæc ita se haberent, & Archelaus opinionum illius refu
tationem comprehendisset, paratissimus que esset tum ob multiplicem scientiam de
Deo, tum ob eam quam acquisierat à Tyrbone, à quo omnes uiri illius præstigias
exacte didicerat. Ecce Manes adest cum uiris quos secum ducebat. Statim igitur ue
niunt ad publicam disputationem in ipsa urbe Caschara, prius iudicibus delectis ad
quæstionis ipsorum discussionem, Marsipo externæ doctrinæ philosopho, Claudio
medico & sophista, Ægialeo natura grammatico, & Cleobulo sophista. Et quũ mul
ta uerba dicta essent ex utraq; parte, ipso Mane fabulosam doctrinã prætendẽte, Arche
lao uero uelut forti armigero, propria sua uirtute aduersariorũ tela excutiente. Tandẽ
uictus est Manes, & iudicũ iudicio ueritas brauiũ tulit. Id qd' mirũ nõ erat, cũ per se

consistat

consistat ueritas, & subuerti nõ possit, etiamsi iniquitas per impudentiam inducta ue-
ritatis firmitati se opponat, quum mendacium nõ habeat substantiam neq; fundamen-
tum. quemadmodum & umbra tenebrarũ, & lubricus gressus serpentis, & inualidum
pedum fulcimentum. Hinc itaq; Manes aufugit, populo uolente ipsum lapidibus ob-
ruere, & nisi Marcellus interuenisset, & reuerenda persona sua populũ placasset, iam-
dudum miser ille mortuus esset. Digressus autem, hinc uenit in pagum quendam Ca-
scharorum Diodoridem appellatum. In quo Tryphon quidam mansuetissimus illo
tempore eius presbyter erat, quem ubi accessisset Manes, rursus turbas ciebat, placens
sibi ob deprehensum uirum, bonum quidem in cæteris ac pietate admirãdum, uerum
eloquentia pauperẽ, sed & in his nõ ualuit illudere CHRISTI seruo, ut uel sperauerat.
Deus enim semper sperãtibus in ipsum dona ex Spiritu sancto suppeditat ac parat. ue-
„ lut etiã promisit mentiri nescius. Nescitis soliciti quid loquamini. Non enim uos estis
„ qui loquimini, sed spiritus patris mei qui loquitur in uobis. Hinc igitur rursus uolen-
te illo disputare aduersus Tryphonem presbyterum, & ipso in multis cõtradicente, &
ad Archelaum de hac re scribente, quod uir quidam uenisset eò, uelut lupus rapax, &
qui ouile perdere conaretur. Proinde rogo scribe mihi quid aduersus hũc facere opor-
teat, aut quibus rationibus improbæ doctrinæ contradicam. Et si quidem ipse digna-
tus fueris accedere, à solicitudine liberabis ouile CHRISTI & pecora ipsius. Arche-
laus autem misit ad ipsum duos libros per quos ex facili Mani resisteret. significauitq;
ipsi ut aduẽtum ipsius expectaret. Manes uero in mediũ pagum diluculo progressus,
prouocat Tryphonem ad disputationem, Tryphone autem comparente, ac respon-
dente ipsi ad uerbum aptè ad ea quæ petebat, iuxta datam ipsi à Deo intelligentiam,
perstringentéq; impostorem placidè quodammodo in quibus sibiipsi nõ integrè con-
stabat: prosilit Archelaus uelut fortis paterfamiliâs suorum curam gerens, & cum fi-
ducia prædam abducere conantem aggrediens fremebat. Statim autem ubi uidit Ma-
nes Archelaum, blande ex simulatione dixit: Sine me aduersus Tryphonem dispu-
re, excedit enim me tua dignitas propter episcopatum. Hic autem cõfutato ipsius se-
mone, ipsoq; simulatore declarato, ipsum cõpescuit. Quum autem prolatos ab ipso
sermones soluisset, rursus ipsum in confusionẽ adduxit, ut ne os quidem aperire pos-
set. At populi rursus zelo commoti, scelestum illum interficere conabantur. Verum
fuga elapsus Manes, in prædictum castellum Arabionis rursus se recipit. Hinc uero
Manes excoriatur. ubi cognouisset rex Persarum Manis refugium, missis eò suis captum ipsum in præ-
dicto castello ignominiose in Persidem pertraxit. & cutem ipsius harundine excoria-
ri iussit, & sic de ipso pœnas sumpsit. Vnde & excoriatum harundine utrem ipsius
paleis expletum, etiam hodie in Perside habent. Atque sic uitam finiuit. Quapro-
pter ipsi Manichæi strata sua super harundines faciunt. Sic autem ipso mortuo, &
dictis discipulis quos diximus, Adda, Thoma & Hermea: hi sanè anteaquam ipse pe-
nam penderet iuxta relatum modum, emissi erant ab ipso, Hermeas in Aegyptum,
cum quo etiam multi conuersati sunt. Non enim est antiqua hæresis, & qui cum pre-
dicto Hermea conuersati sunt, nobis de ipso narrauerunt. Addas uero in superio-
res orientis partes. Thomas autem in Iudæam. ex quibus corroboratum est dog-
gma hucusque. Dicebat porrò Manes seipsum esse Spiritum paracletum, & ali-
quando Apostolum CHRISTI seipsum dicit, aliquando Spiritum paracletum.
& ingens est cæcitatis huius maligna morum abalienatio. Cæterum deinceps ô cha-
rissimi, necessarium est ut in ipsam hæresim eiusq; uanitatem dicamus: Nam relata
omnia iuxta historiæ seriem exposui: ubi sanè incipit docere ac scribere ac dicere per-
Syrorum literæ apud Persas. nitiosissimus Manes, in suo de fide libro. Libros enim diuersos hic edidit. Vnum
eiusdem numeri cum uigintiduabus literis Syrorum per alphabetum compositum.
Vtuntur enim plurimi Persarum post Persica literarũ elementa, etiam Syrorũ literis.

Quemad-

Quemadmodum apud nos multę gentes Græcis literis utuntur,& quidem quum sint propriæ fermè in singulis gentibus literæ. Alij autem profundissimam Syrorum linguam magni faciunt,& linguam circa Palmyram,tum ipsam, tum ipsius elementa. Sunt autem hæc duo & uiginti. Quapropter & ipse liber in uiginti duas partes librorum sectus est. Huic autem libro indunt nomen, Manichæi mysteria: Alium autem Thesaurum appellant. Sed & alios libros consuit. Thesaurum uidelicet paruum appellatum. Et alium de Astrologia: Non enim ab huiusmodi uana curiositate absunt. Imò potius ad ostentationem in promptu propositam habēt Astrologiam,& amuleta, quæ appenduntur uidelicet, & alias quasdam incantationes ac magicas artes. Incipit igitur in libro suo dicere idem Manes. Erat Deus & Materia: Lux & tenebræ: Bonum & Malum: in omnibus extremè contraria, « ut nihil inter se communè haberent alterum cum altero. Et hic quidem est prologus circulatoris illius. Hinc malignas suas artes auspicatur. Et liber quidem late sparsus est, talia quædam alia mala continens: quorum difficultatem & uerborum contrarietatem, etiam ex ipso initio scopi deprehendere datur. Etiamsi enim magna est reliqua nugacitas & fabulosa tractatio, tamen ex introductione tota ipsius improbitas ostendetur. Nam quod dicit, Erat Deus & Materia: nihil diuersum à uana Græcorum opinione dixit. Facilis autem deprehensu ac destructu est, noua hæc sycophantiæ sapientia. Duo enim simul esse contemperanea ac sempiterna, ex consentaneis ratiocinationibus, ac prudenti intelligentia impossibile est, apud eū qui prudenter iudicare nouit,& notum hoc est omnibus intelligentia prędītis. Si enim duo sunt cōtemporanea, ne nomine quidem inter se euariāt. Quicquid enim contemporaneum est, est etiam coæternum. Coæternum autem, etiam semper existens: hoc autem Deus, qui maximè ab aliqua causa principium non accepit. Nihil enim sempiternum quàm solus Deus. Diuersis enim nominibus hæc principia edidisti, ô tu barbare mente,& humanæ naturæ hostis. Et alterum quidem appellasti Lucem, alterum Tenebras. Et rursus alterum bonum, alterum malum. Dicis deinde, quod in omnibus extremè hæc sunt contraria, ita ut nihil commune habeant alterum cum altero. Ergo separas hæc inter se? palàm enim est quod sunt contraria uelut dixisti. Si autem quæ simul sunt, natura amica ac concordia esse solent, etiam inter se conuersantia inuenientur, simulq; degentia ac societatem communē habentia,& omnino non inuicem discedētia, propter excellentiam amoris. Si uero inter se separata sunt, omnino unumquodq; horum terminatum est. Omne autem terminatum, nō est perfectum. Finitur enim eo quod terminatum est. Et aliàs requiretur terminus ad utrorumq; terminationem, ut ne iuxta fines se mutuò contingentia utraq;, priuatim per fines inter se coniungantur, & alterum cum altero communionem habeat,& contrarietatis terminum disperdat. Et si dederis quid prohibens in medio amborum, non amplius id quod prohibet simile his erit, sed neutrum ab utrisq; erit. Si enim ab una parte assimilabitur id quod prohibet uni ex duobus prius dictis æternis, non amplius alienum erit id, quod prohibet ab eo, cui assimilatur, sed ei, cui assimilatur coniunctum, & per adæquatam partem coniunctio continget: & non amplius terminabitur in duarum naturarum inter se distantia. Si uero neq; simile est duobus, neq; ex parte particeps alterius, non amplius duo sunt sempiterna ac semper existentia. Sed de cætero sunt tria. Et non amplius duo principia,& duo prima inter se contraria, sed aliud tertium, & contrarium ambobus,& dissimile utrisq;, id quod prohibet in medio duorum, & cum neutro quicquam commune habet, ob peregrinitatem,& neq; amborum similitudinē accipit. Et decætero erunt non amplius duo, sed tria hæc. Quin & aliàs requiretur alius mediator,& quartus quidam, qui terminum hunc fugat. Non enim poterint

Syrorum literæ apud Persas.

Libri Manichæi.

Principia II. refutata.

Principia III.

duo terminum ponere aut murum, niſi alius fuerit qui terminum præſcribat, & id quod prohibet in medium amborum immittat, & hic ſcientia præditus ac prudens, & moribus manſuetus ac celebris, ut utroſq; ad ineundam pacem perſuadere poſſit. Erit igitur unus qui terminum præſcribit, & unum quod prohibet, & duo quæ terminantur. Et non amplius duo tantum principia, ſed & tria, & quatuor. Et ſecundum hunc modum, ad multa principia mentem conuertere licet. *Principia IIII.* & ſinere ea quæ ſunt, & imaginari ea quæ non ſunt. Vnum uero hoc quærit impro bus ille, ut ne maliciam Deo ammiſceat. Nam & abſurdum eſt hanc Deo adtri buere. Et diuinæ ac Eccleſiaſticæ ſcripturæ character hoc confitetur, Deum pen tus alienum & impermixtum à malo eſſe. Deus enim nihil mali fecit, ſed omnia ualde bona: ut qui bonus ſit natura, incompræhenſibilis eſſentia, omnia com nens, & ipſe à nemine contentus. Neq; igitur malum ſemper erat, neq; ex Deo fa ctum eſt malum. Quum itaq; neq; ſit malum, neq; ſemper ſit, neq; ex Deo factum ſit, reliquum eſt ut quæramus, quali modo id, quod non eſt ſemper, principium autem habuit ut eſſet, deſinit autem & perit, & in finem non permanet, unde prin cipium habuit. Et quum hoc quæſiuerimus, primum conſiderandum eſt, quis eſt malum, & in quale fit malum: Et an eſt aliquid circumſcriptum, aut corpus, ut *Mali conſide- ratio.* ita dicam, aut ſubſtantiam habet, aut radicem acquirere poteſt, & quum hæc con ſideraverimus intra nos ipſos, ſubſtantia carens reperietur malum, & nullam radi cem habens, ſed uſq; ad opera tantum actiuæ humanę operationis effectiuum eſt. Nam in hoc quod facimus nos, malum eſt: In eo uero quod non facimus, non eſt. cogitatione noſtra excogitante, quid nam eſt malum operari non placens Deo, & neq; potens contradicere Deo, neq; diuinitati repugnare. Quicquid enim ab ho minibus exſcindi ac tolli poteſt, id multo minus Deo reſiſtere poteſt. Sed et limus de diabolo ſic diſtinguendum eſt, quod non à creatione naturaliter malus creatus ſit, ſed ſibiipſi poſt tempus malum facere excogitauit, & de quo ignotum non eſt qualis futurus fuerit. Verum creatus eſt unà cum omnibus bene, quũ Deus pro pter excellentem iuſtitiam, & ob eximiam bonitatem, omnes & omnia utiliſſima eſſe uoluerit, & ſua bona omnibus propoſuerit. Iuxta permiſſionem uero liberi arbitrij, omnibus propria uoluntate uti concedat, ut quiſq; quod uoluerit faciat, quo ipſe quidem malorum cauſa nõ ſit, diſcretio autem ſit eorum, qui ad uirtutem procedunt, & uiciſſim benignitatis ac bonitatis ipſius præmia accipiunt. At inſa nus ille Manes, Deum à malicia eximere uolens, maliciam magis ipſi ex æquo at tribuit. Simul autem omnem creaturam uituperare non erubeſcit, ex erroribus in nobis fientibus occaſiones adeptus, & in omne opificiũ æqualiter contexens, pro pugnator magis, ac defenſor factus eſt maliciei, quã ſe abnegare dicit: & pro odio aduerſus ipſam, amicitiam quandam ac ſocietatem cum ipſa amplectens, quando ſubſtantiam ipſi tribuit, & perpetuam ipſam prædicat, ac cum Deo ſemper eſſe, & *Maliciei no- mina.* nunquam eſſe ceſſare. Nominibus etiam quibuſdam ipſam appellans, per omnem tractationem à ueritate excidere comperitur: quum omnis creatura benè ſit à Deo creata, ex his quæ ipſe adducit teſtimoniis. Et primum quidem Materiam hãc uo cauit: Iuxta eandem autem ſententiam exiſtimat hanc eſſe corruptionem. Et pri mum ſi eſt corruptio, cuius ergo fuerit corruptio? Et ſi quidem aliorum corruptio exiſtit, Ipſa uero perpetua eſt. Ergo iamdudum res corrupit, & ipſa ſola conſiſtit, dum tanto tempore potentiæ ſuæ actionem operatur, & non exſcinditur. Si uero ſuiipſius eſt corruptio, corrumpens & domans conſumensq; ac perdẽs: perditur ergo & non conſiſtet, ut quæ ſeipſam conſumit ac corrumpit: Quomodo igitur eõ ſiſtit tanto tempore exiſtens iuxta circulatoris rationem? ſimul autem nullam om nino ſocietatem habebit cum uita, neq; ſimul cum uita neq; cũ bonitate reperietur.

Quando

Quando uero in unaquaq; creatura ab ipso uituperata etiam bonitas ineſt, concidit undiquaq; ſermo ipſius de malicia, eò quòd communitatem alterum cum altero habeat, ex his, quæ ab ipſo dicta ſunt: ut uerbi cauſa de ſerpentibus, & alijs reptilibus uenenum iaculantibus dicamus. Nam quæ ad utilitatem ſunt creata, apud ipſum uero nomine uituperata, inter ipſa etiam oppoſitum maliciei reperitur. Sic in ſerpente & alijs: ex quibus enim uenenum eſt ad mortem, in ijſdem etiam antidotus aduerſus mortem & afflictionem eorum, qui ab illis percuſſi ſunt. Et dies quidem hominibus ad opera, & ut illuminentur ac uideant, Sed & nox quæ ab illo nomine uituperatur, requies quædam comperitur, ex Deo hominibus facta. Atq; ſic unum bonum eſſe comperitur, & quod non à peccatis in nobis nomen habere poteſt, aut quod æqualiter mali æquiuocationem inueniat. Omnia enim bona & iucũda, & nihil à quoquam reijciendum. Et ecce inquit, omnia bona ualde: Et nuſquam eſt maliciei radix. Huius enim gratia etiam Deus ab initio creans totum mundum per ſuam bonitatem, in ſingulis creaturis bonum intulit, dicens: Et uidit Deus quod eſſet bonum: quo bono ipſi teſtimonium præberet, & infidiatorum humanæ naturæ calliditatem tolleret, qui per malignas fabulas ueritatem ex hominibus diſſipare ac delere cogitant: Fecit enim cœlum, & terram, & lucem, & quæ in terra ſunt prima die, & uidit, & ecce bonum, inquit ſcriptura. Ergo non nouerat, quod bonum facturus eſſet, quia poſtquam factum eſt dicit, Ecce bonum? Et ſic deinceps, de aquis, de mari, de germinibus, de lignis, de luminaribus in cœlo, de pecoribus, de uolatilibus, & reptilibus ac piſcibus. De ſingulis enim dixit, & uidit Deus, & ecce bonum? Non prius ignorans, neq; poſtquam factum eſt, uelut per experientiam adeptus, ut ſciret quod eſſet bonum: ſed ab eo quod ſint omnia bona, & quod nuſquam ſit malum, præuaticinatus eſt: propter malignorum opinionem, quum omnia bona ſint, & bonitatis teſtimonium habeant, iuxta ueriſſimum boni teſtimonium, bonum dixit, quod eſt omnis mali ac omnis maliciei priuatio: & ut ab eo, quòd uniuerſa bona ſint, tollatur opinio de malicia inter homines excogitata: quò omnem improbam opinionem eorum, qui hanc doctrinam inuehunt, pœnitus exſcinderet. Deinde progreſſus ad hominem, nõ dixit quod bonum, non quod malum ſit homo, eminentiſſima illa ſuper omnia in terra creatura, qui ad principatum creatus eſt à Deo, inenarrabili ſapiẽtia. Cui traditurus erat Deus Dominium omniũ ab ipſo creatorum, ſicut dicit. Faciamus hominem ſecundum imaginem noſtram, & ſecundum ſimilitudinem: & imperet « piſcibus maris & uolatilibus cœli, ac reptilibus terræ, et pecoribus ac beſtijs, atque « omnibus quæ ſunt in terra: Sed quoniam ſecundum imaginem Dei creatus eſt, contenta fuit diuina ſcriptura tanta dignitate, non opus habens ampliore additamento. Si enim ipſius bonitatis imaginem habet, Domini Dei uidelicet omnis creaturæ opificis & boni, ex quo eſt omnis fons bonitatis, ex quo bonum in omnibus eſt: quomodo amplius teſtimonio opus habeat ut audiat, Ecce bonum? quando ſanè imaginem ipſius boni adeptus habebat. Poſtea uero ad finem uniuerſorum, poſtquam omne opificium perfecit, diuina ſcriptura omnia eodem teſtimonio obſignans appoſuit, dicens. Et uidit Deus omnia quæ fecit, & ecce bona « ualde, cum additamento uocis, ualde. Hæc autem erat ſexta dies, & ſeptima requiei: quò radice mali ſublata, non amplius reperiat quis occaſionem hoc audendi, ut maliciam ſempiternam eſſe cogitet. Sublata eſt enim ea de ipſa opinio. Nuſquã enim erat malum, quum omnia bona eſſent ualde, & à bono Deo facta, & ipſius teſtimonio approbata. Materiæ porrò duplex eſt appellatio, Alterum enim nomen, uelut dixi, iuxta ſceleſti huius opinionem, eſt actionis ac corruptionis conſumentis. Materiam autem ſolemus dicere etiam apparatum uniuſcuiuſque rei

Materiæ ſignificatio.

apud eos, qui artes exercent, sic dicimus materia lignorum, materia cementaria, materia auri, materia argenti. Dicitur & materia quædam operationis in corporibus, quæ ex corruptionum uitiatione colligitur. Dicat itaq; nouus hic uates, & quæ ante sæcula sunt promittens. Ausus est enim hic etiam Spiritum sanctum seipsum appellare, aliquando uero Apostolum IESV CHRISTI seipsum, uelut dixi, cognominat: quum neq; columbæ speciem unquam induerit, neq; spiritum paracletum à cœlo Apostolis missum, quem promisit unigenitus se missurum, nõ post multos dies illos termino constituto, sed statim ubi ascendisset, uelut dixit: Si ego » abiero, ille ueniet. Et statim in cœnaculo repleti sunt Spiritu Sancto, quum reuera » si essent à monte oliuarum, sicut scriptum est. Et uisæ sunt ipsis linguę ignis diui» sectæ, & domus impleta est uelut flatu uiolento, & sedit Spiritus super singulos » eorum, & loquebantur linguis miracula Dei, & unusquisq; audiebat propria lin» gua. Erant autem ex omni genere sub cœlo: & unusquisq; per spiritum consola» tionem accipiebat, tum Apostoli per ipsum donum, tum omnes gentes per audi» tionem admirandæ doctrinæ Dei. Si enim spiritus paracletus, quem Dominus discipulis promisit, hic circulator fuisset uerè furiosus, et cognomini suo satisfaciens, abijssent Apostoli priuati promissione, quũ audierint à mentiri nescio Domino, se accepturos donum Sancti Spiritus, non post multos hos dies. Et comperient impostor ille contra CHRISTVM mendacia confingere, ut qui non impleuit, quæ ab ipso sunt dicta. Præterijt enim generatio Apostolorum, à Petro inquũ, usq; ad Paulum & Ioannem, qui etiam diu fuit in mundo, usq; ad tempora Traiani. Præterijt etiam Iacobus primus Episcopus in Hierosolymis, frater Domini cognominatus, filius autem Ioseph ex propria ipsius uxore genitus, cum reliquis suis fratribus. Cum quibus conuersatus Dominus IESVS CHRISTVS, ex Maria semper uirgine secundum carnem natus, in ordine fratrum consequutus est hoc, ut frater ipsorum uocetur. Præterierunt etiam ex eadem ipsius sede sancti omnes, & cum ipsis Symeon filij patrui eius, filius Clopæ fratris Ioseph. Quorum tempora consequenter & iuxta seriem à Iacobo Episcopo, per successionem in Hierosolymis Episcopos, & singulos cum ipsis reges subiuncti, usq; ad tempus supra indicati Aureliani & Probi, in quo hic Manes cognitus factus est, homo existens Persa, qui hanc doctrinam alienam in mundum genuit. Et habet sic:

Episcoporum Hierosoly. ordo.

1. Iacobus, qui ligno percussus in Hierosolymis martyrium subijt, usq; ad Neronem. 2. Symeon, sub Traiano crucifixus est. 3. Iudas. 4. Zacharias. 5. Tobias. 6. Beniamin. 7. Ioannes, usq; ad decimum nonum annum Traiani. 8. Matthias. 9. Philippus. 10. Seneca. 11. Iustus, usq; ad Adrianum. 12. Leuis. 13. Vaphris. 14. Iosis. 15. Iudas, usq; ad undecimum annum Antonini. Hi ex circumcisione Episcopi fuerunt in Hierusalem. Ex gentibus uero hi. 16. Marcus. 17. Cassianus. 18. Publius. 19. Maximus. 20. Iulianus. Hi omnes usque ad decimum annum Antonini Pij. 21. Graianus. 22. Symmachus. 23. Gaius. usque ad tempora Veri octauum ipsius annum. 24. Iulianus. 25. Capito. 26. Maximus. usque ad decimum sextum annum Veri. 27. Antoninus. 28. Valens. 29. Dolichianus. usque ad commodum. 30. Narcissus. 31. Dius. usque ad Seuerum. 32. Germanion. 33. Gordius. usque ad Antoninum. 34. Narcissus. usque ad Alexandrum filium Mamææ, non Macedonem illum, sed alium. 35. Alexander. usque ad eundem Alexandrum. 36. Mazabanus. usque ad Gallum & Volusianum. 37. Hymeneus. usque ad Aurelianum. In summa uero ab assumptione CHRISTI usque ad Manem, & Aurelianum, ac Probum reges, anni sunt CCLXXVI. secundum aliquos Chronographos, Iuxta alios CCXLVI. Et ab eo tempore hucusque alij fuerunt Episcopi. Bazas: Hero-

mon.

mon, Macaris, Maximus, Cyrillus: Erennis: Cyrillus alius: Hilarionus: qui nunc detinet Ecclesiam, cui obijcitur quod sit Arianorum sectæ. Reges autem deinceps sequuti, quorum tempora coniuncta fuerunt, hi sunt. Aureliano sublato, Tacitus, menses sex, Carus & Carinus & Numerianus, mẽses duos, Diocletianus, annos uiginti. Maximianus, Licinius, Constantinus, Constantius, Iulianus, Iouianus, Valentinianus, Valens, Gratianus, ut sint à prædicto Mane usque in præsens tempus, Valentis quidem annum XIII. Gratiani uero annum nonum, Valentiniani Iunioris annum primum: anni nonaginta tres. Quando quarto anno Aureliani, & temporibus Hymenęi episcopi Hierosolymorum, emissus est in mundum hic error, diaboli habitantis in ipso operatio ac imaginatio, ut à ueritate seduceret eos qui ipsi obedirent. Confutata igitur est undiquaque ipsis nequitia. Quare mens prudentium omnia exacte cognoscens, adulteratam ipsius uersutiam cognoscet ac condemnabit. Si uero etiam alia omnia ipsius sophismata, nugis referta, obliquaq; ac inconsistentia, quæ ab omnibus intelligentia præditis deridentur, ex ordine ad uerbum proponere uelim, & quæ his omnibus opponi possunt conscribere, uereor ne in nimis magnam molem tractationem contra ipsum extendam. Iam uero à magis uiris admirabiles contradictiones ad ipsum confutandum factæ sunt: ab Archelao quidem Episcopo sicut antea dixi, ab Origene uero uelut audiui. Et ab Eusebio Cæsareæ, & Eusebio Emeses, Serapione Thunis, Athanasio Alexandriæ, Georgio Laodiceæ, Apollinario Laodiceæ Episcopo, Titoq; & multis qui contra ipsum dixerunt. Nihil tamen molesti erit, etiam à nostra inopia pauca quædam in miserrimi homuncionis confusionem dici, ad subuertendum erroneam ipsius omnibus mentem ac sententiam, uelut etiam antea diximus. Velim autem non austeris uerbis confutationem ipsius facere, sed quantum eius fieri possit mansuete, nisi omnium Dominum effræni lingua impetere non erubuisset, ut qui statim ipsum creatorem negarit, qui totam hanc cœli ac terræ molem omniumq; quæ in eis sunt, & uniuersa in mundo fecit. Alterum uero quendam imaginetur Deum, qui non est, relicto eo qui est. Excidit enim à ueritate, & accidit ipsi ridiculi prouerbij factum. Sicut coruus cibum habens in ore, & umbra cibi in aqua conspecta, uolens alterum cibum assequi, præsentem amisit, & eam qui nullus erat non est assequutus. Quis uero ferre poterit blasphemum illum? Si enim patres habemus secundum carnem, & non ferimus ut quis ipsos uituperet, quanto magis si audiamus Dominum Deum omnium à malignissimo Mane blasphemijs impeti? Quum igitur per misericordiam Dei pluuiæ demittantur iuxta ipsus bonitatem, ipse maledicus dicere non erubescit, pluuias non ex Deo esse, sed ex principum defluxu. At reliqua dicere cui non ridiculum uideatur, ut fermè Philistionis scripta magis sit necessaria, quàm huius fabulosa imitamenta? Humeriferum enim confingens, docet eum gestare uniuersam terram, & per triginta, inquit, annos lassato humero, in alterum humerum transferre, ac terræ motus fieri. Si autem esset hoc, secundum naturam res esset, & non esset diuina. Redarguunt autem impostorem Saluatoris ipsius uerba, ubi dixit, Estote boni sicut pater uester cœlestis, quoniam oriri sinit solem suum super iustos & iniustos, & mittit pluuiam suam super malos & bonos. Et hoc, Erunt terræ motus in locis, & fames & pestes. Si uero ex natura, aut iuxta consuetudinem terræ motus fiunt, sæpe sanè quum terræ motus per regiones fiunt, contingitq; per totum annum per singulas noctes sæpe terram concuti. Nunquid ergo sauciatis Humeriferi humeris, laborem non ferens ille ducitur assiduam commotionem faciens? Et

Prouerbium de coruo.

Philistion fabulator.

Humeriferi fabula.

Animas in Lunam assumi.

quis talem stulticiam feret? Quid uero aliud probabile non ausus est dicere? Asserit enim hic animas, quæ erroris ipsius cognitionem habent, assumi in Lunã, quum lucida animæ essentia existat. Quapropter inquit, augescit Luna & decrescit ac deficit, dum impletur ab animis eorum qui in cognitione incredulitatis ipsius moriuntur. Deinde easdem à luna minore uidelicet scapha depleri dicit, & in Solem assumi, atq; in beatorum sæculum deponi. At semper cæca malicia suam ipsius confusionem ignorat, quod à suis uerbis redarguitur, nugarum perfectionem absoluere non potens. Primum equidem unus homo formatus est, ipse Adam, ex quo geniti sunt filij & filiæ. In principio autem creationis mundi, circa centesimum plus minus Adæ annum, occiditur Abel annorum plus minus triginta. Post hunc primum occisum, moritur in terra Adam protoplastus annorum nongentorum triginta, sole & luna & astris à quarta die in cœlo fixis ac creatis. Quid igitur dixerimus ô bone, confitebimur dementiæ tuæ argumentum? Quomodo enim potuerunt nongenti triginta anni fieri, citra lunę augmentum ac decrementum? Qualibus itaq; uita defunctorum animis augescebat Luna & implebatur, dic mihi? Verum ignorabat Manichæus quod sunt aliqui intelligentia prædíti, qui non mendacibus uerbis, sed uerissimis demonstrationibus fidem habent. Deinde demus sic esse, quod non est, absit, & ab animis Manichæorum impleri Lunam, dum plena fit: quomodo amplius consistet tale argumentum? Si enim nullus Manichæorum post decimam quintam Lunæ diem moreretur, sed præfinitum tempus esset sanctum, ut usq; ad decimam quintam Lunæ diem Manichæi morerentur, post decimam quintam uero non amplius morerentur, usquequo Lunæ onus depositum esset, ut rursus à nouilunio impleri inciperet: probabile sanè esset mendacium ipsorum. Nunc uero minime uerisimile existit. Quotidie enim moriuntur, & elementa à Deo constituta cursum suum scũdũ & rursus non consistet onus illud animarum in Luna fiens. Rursus porrò iuxta improbitatis uersutiam dicit, matrem uniuersorum quæ uirtutem suam concessit, ex cœlo descendere ut eam furetur à principibus, & auferat ab ipsis uirtutem quã ex supernis acceperunt. Vult enim dicere, quod principatus & potestates, bello illato Deo uiuo, magnam & incomprehensibilem ab ipso uirtutem rapuerunt, quam animam nominat. Et ô ingentem huius absurditatem. Quisquis enim uicit, & cui aliquid rapitur, inferior est. Si itaq; principatus bono Deo superato, uirtutem ab ipso de armatura ipsius auulserunt, fortiores ipsi illo erunt. Ille uero quum his primum cesserit, rursus ab ipsis auferre non potest direptam ab ipso uirtutem, quum ab initio aduersarijs resistere non potuerit. Et aliàs, etiamsi aliquando rursus uictor euadens contra aduersarios, abreptam uirtutem illis abstulerit, quum radix & principium mali adhuc sine principe maneat, & penitus tolli non possit: rursus denuo bello commoto ampliorem uirtutem sibijpsi acquiret, & suam olim acceptam à Deo bono uirtutem, per potentiam quandam prævalens, rursus abripiet. Et erit semper renitens malum, resistensq;, & nunq; detineri potens, perpetuoq; rapiet & rapinam patietur. Si uero etiam dixerint uæsani illi omnibus modis decepti, Si bonus Deus armaturam partis ab ipso abreptæ temporis progressu liberabit, tunc principatus & potestates aduersæ uirtutis dissipabit ac disperdet. Et si adhuc erit hoc, & si omnino dissipabit ac disperdet bonus Deus: cõcidit præstigiatoris sermo, qui dicit non esse iustum illum bonum, neq; in iudicio condemnare peccantem, neq; tormentis tradere, neq; occidere. Si enim omnino diabolum siue oppositam actionem dissipare ac disperdere conatur, aut per se non amplius erit bonus, uelut ipsius sermo habet, aut eo quod quum bonus sit,

malum

malum consumit. Et erit hic qui cœlum & terram fecit Dominus, uelut etiã reuera est, qui unicuicꝫ retribuit iuxta opera ipsius, qui propter excellentem bonitatem, bono & in bonitate fatigato bonum exhibet, & ei qui mala fecit, iusticiã retribuit. Et undiquacꝫ confutata est ipsius opinio corda hominum in contraria corrũpens. Cæterum ad uerbum deinceps opinionem ipsius commode subiungã, ex his quæ Archelaus aduersus ipsum tractauit in contradictione aduersus ipsum, uelut ipse Tyrbon unus ex discipulis ipsius reuelauit, cuius supra mentionem feci. Quum itacꝫ interrogassent Archelaus episcopus & Marcellus Tyrbonem de Manis doctrina, Tyrbo respondit dicens ea quæ ex libro apposui, & sunt hæc.

Manichæi dogmatum Catalogus.

SI Manis fidem discere uultis, à me breuiter ipsam audite. Hic duos colit Deos ingenitos, per se naturales, sempiternos: alterum alteri oppositum: & alterum quidem bonum, alterum uero malum introducit, alteri lucis nomen tribuẽs, alteri tenebrarum. Et lucis quidem esse partem, animam in hominibus, tenebrarum uero, corpus & materiæ opificium. Commixtionem autem siue temperamentum horum factum esse dicit hoc modo, assimilans hos duos huic exemplo. Quemadmodum si duo reges inter se pugnarent, qui essent ab initio hostes, ita ututercꝫ sua seorsim haberet. Et tenebræ quidem collectis copijs ex confinibus suis inuaserunt ac bello lacessiuerunt lucem. Quum autem cognouisset bonus pater tenebras in terram ipsius irruptionem fecisse, emisit ex se uirtutem appellatam Matrem uitæ. Ipsa uero produxit primum hominem, & primus homo quincꝫ elementa, sunt autem, Ventus, lux, aqua, ignis & Materia. Et quum hæc induisset homo uelut ad apparatum belli, descendisse ipsum ait infra & pugnasse cum tenebris. At principes tenebrarum bellum contra ipsum parantes, comedebant ex armatura ipsius, id quod est ipsa anima. Et tũc grauiter pressus est illic infra primus homo à tenebris. Et nisi pater preces ipsius exaudijsset, & alteram uirtutem ab ipso productam, uiuum spiritum appellatam demisisset, & nisi hic descendisset & dedisset ipsi dexteram, & ex tenebris eduxisset, iamdudum primus homo detentus periculum incurrisset. Ex eo itacꝫ tempore reliquit inferne animam. Et propterea Manichæi ubi obuiam alter alteri factus fuerit, dextras dant sibijpsis signi causa, uelut à tenebris seruati. In tenebris enim omnes hæreses esse dicit. Tunc uiuens spiritus mundum creauit: & ipse gestans alias tres uirtutes descendit, & principes sursum tulit, & in firmamẽto cruci affixit, quod est ipsorum corpus ipsa sphæra. Tunc rursus uiuens spiritus creauit luminaria, quæ sunt animæ reliquiæ. Et sic fecit ut firmamentum circulo omnia circumdaret. Et rursus creauit terram in octo species. At humerifer infra gestat, & ubi lassatus fuerit gestando, tremit, & terræ motus causa fit, iuxta statutum tempus. Huius gratia filium suum demisit bonus pater ex sinibus in cor terræ, & in infimas huius partes, quo ipsi cõueniens autoramentum, ac iustum atcꝫ integrum statum præscriberet ac daret, & quotiescunque terræ motus fit, aut lassatus tremit, aut in alterum humerum transfert. Tunc itaque etiam Materia à seipsa creauit plantas. Et quum rapterentur ipsæ à quibusdam principibus, conuocauit bonus pater omnes principum primarios, & accepit ab ipsis singulis unam uirtutem, & construxit hominem iuxta ideam ac formam primi illius hominis, & ligauit in ipso animam. Hæc est de commixtione ac temperamento tractatio. Quando uero uidebat pater uiuens animam in corpore premi, ut qui miserator est & misericors, misit filium suum dilectum in animæ salutem. Nã ob hanc, & humeriferi causam, ipsum demisit. Et filius delatus transformauit seipsum in hominis speciem, & apparuit

Elementa V.

Dextram por rigendi causa.

hominibus uelut homo, quum non esset homo, & homines putabant ipsum
Animarum salutatio mire excogitata. natum esse. Quum igitur uenisset, opificium ad animarum salutem fecit, & machinam composuit habentem duodecim cados, quæ dum à sphæra uertitur, morientium animas haurit, & has magnum luminare radijs acceptas purgat, & Lunæ tradit, & sic impletur Lunæ discus à nobis appellatus. Naues enim, siue scaphas traiectorias esse dicit duo luminaria. Deinde ubi repleta fuerit Luna, transmittit in Subsolanum, & sic oneris depulsionem facit, ac alleuiatur. Atq; sic rursus implet scapham, & rursus deplet, dum hauriuntur animæ à cadis, usquequo propriam suam animæ partem seruet. Omnem enim animam & omne animal quod mouetur, boni patris essentiæ particeps esse dicit. Quum igitur luna onus animarum sæculis patris tradit, permanent in gloriæ columna, quæ uocatur aër perfectus: hic autem aër columna est lucis: refectus est enim animis purgatis.
Luminaria esse naues.
Mortis causſa ridicula. Hæc est causa, per quam animæ saluantur. Causa uero cur homines moriantur rursus hæc est. Virgo quædam pulchra, ornata, ad persuadendum ualde apta, deprædari conatur principes, qui in firmamentum à uiuente spiritu sublati sunt ac crucifixi. Videtur autem masculis quidem, fœmina esse formosa, fœminis uero adolescens speciosus & amari dignus. Et principes quidem ubi uident ipsam ornatam, amoris œstro stimulantur, & non potentes ipsam comprehendere, amoris desiderio mente correpti uehementer ardent. Quum igitur currentibus ipsis uirgo disparet, tunc princeps magnus nubes ex seipso emittit, quo per iram suam mundo tenebras inducat. Et sic si pressus fuerit ualde, ut lut homo sudans affligitur. Sudor autem ipsius est pluuia. Simul autem & alter princeps messor appellatus, si à uirgine spoliatus fuerit, diffundit pestem per totam terram, quo homines enecet. Nam corpus hoc mundus appellatur ratione magni mundi. Et homines omnes radices habent infernè superius illigatas. Quum igitur spoliatus fuerit à uirgine, tunc incipit incidere radices hominum, & ubi incisæ fuerint radices ipsorum, tunc incipit pestis fieri, & sic moriuntur. Si uero supernæ radicis partes intensione concussæ fuerint, fit & consequitur terræ motus, ita ut humerifer simul commoueatur. Atq; hæc est mortis causa. Dicam porrò uobis etiam hoc, quomodo anima in omnia corpora
Animarũ transitus de corporibus ad corpora. transit. Primum purgatur modicum quid ab ipsa, deinde transit in canis, aut cameli, aut alterius animalis corpus. Si uero homicida fuit anima, aut etiam alia animalia interemit, in occisorum corpora transfertur. Si uero reperta fuerit quæ messuit, in mutas illas plantas. Animæ uero nomina hæc sunt. Mens: notio: intelligentia: cogitatio: ratiocinatio. At uero Messores qui metunt, similes sunt principibus qui ab initio in tenebris sunt, quando comedebant ex primi hominis armatura. Quapropter necesse est ipsos transferri in fornum, aut phaselos, aut in ordeum, aut spicam, aut in olera, ut metantur & incidantur. Et si quis comedit panem, necesse est etiam ipsum comedi in panem mutatum. Si quis occiderit auiculam, auicula erit. Si quis occiderit murem, etiam ipse mus erit. Si quis est diues in hoc mundo, & exiuerit ex habitaculo suo, necesse est ipsum in pauperis corpus transire, ut & ipse obambulans petat, & postea ad æternum supplicium deueniat. Quum autem corpus hoc tale sit, tum principum, tum materiæ, necesse est eum, qui plantat perseam multa corpora transire, donec persea illa deijciatur. Si uero quis ædificat sibijpsi domum, distrahetur in uniuersa corpora. Si quis lauat in aqua, suam ipsius animam congelat. Et si quis non exhibet electis suis pietatem, punietur in sæcula, & transit in corpora eorum, qui sacris initiati sunt, donec dederit

dederit pietates multas. Et propterea si quid optimum est in edulijs, id ipsum electis præbent. Et quum panem edere uolunt, orant prius, sic dicentes ad panem: Neq; ego te messui, neq; molui, neque expressi, neque in clibanum misi, sed alius fecit hæc, & attulit mihi: Ego sine culpa comedo. Et quum apud se ipsum dixerit hæc, dicit ad eum, qui in sacris instituitur, orauí pro te, & sic discedit ille. Nam sicut Paulò ante dixi uobis, si quis metit, metetur. Ita si quis frumentum in machinam coniecerit, conijcietur etiam ipse: aut subegerit, subigetur: aut assauerit, assabitur: & propterea interdictum est ipsis, ut ne opus faciant. Et rursus sunt alij quidam mundi, ex quibus oriuntur luminaria hæc, ubi ex hoc mundo occiderunt. Et si quis humi obambulat, lædit terram. Et qui mouet manum, lædit aërem. Nam aër est anima hominum, & animalium, & uolatilium, & piscium, & reptilium. Et si quis in mundo est, dixi uobis quod corpus hoc non est Dei, sed est materiæ, & est tenebræ, & ipsum obtenebrari oportet. Paradysus porrò uocatur mundus. Sunt autem plantę, quæ in ipso sunt, concupiscētiæ & aliæ deceptiones, quæ hominū cogitationes corrūpunt. At uero arbor in Paradyso, ex qua cognoscunt bonum, est ipse IESVS: cognitio ipsius in mūdo est. Qui uero accipit, discernit bonum & malum. Mundus uero neque ipse Dei est, sed ex parte materiæ formatus est, & propterea omnino disperditur. Quod uero deprædati sunt principes à primo homine, hoc ipsum est, quod implet lunam, quod purgatur quotidie à mundo. Et si egressa fuerit anima non cognoscens ueritatem, traditur dæmonibus, quo edoment ipsum in geennis ignis: & post castigationem transit in corpora, ut dometur, & sic mittitur in magnum ignē, usque ad consummationem. Cæterum de prophetis apud uos sic dicit: Spiritū esse impietatis, siue iniquitatis tenebrarū, quæ ab initio emerserunt. Et propterea seducti, loquuti sunt. Excæcauit enim princeps ipsorum mentem. Et si quis sequitur sermones ipsorum, moritur in æternum illigatus in glebam. Quoniam non didicit cognitionem paracleti. Præcepit autem electis suis solis, qui non plures sunt quàm septem numero, Si desieritis edere, orate & mittite oleum multis nominibus adiuratum in caput, ad fidei huius fulcimentum. Nomina uero non sunt mihi manifestata: Soli enim septem his utuntur. Et rursus uenerandum illud ac magnum apud uos nomen Sabaoth, ipsum esse ait, naturam hominis, & patrem concupiscentiæ: & propterea extentis manibus adorant concupiscentiam, Deum ipsam putantes. De Adam uero quomodo creatus est, sic dicit. Qui dixit uenite & faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem, aut secundum formam quam nouimus: princeps est, qui ad alios principes dixit, uenite date mihi de luce quam accepimus, & faciamus hominem secundum nostram principum formam, quam nouimus, quod est primus homo. Et sic creauerunt hominem. Euam uero similiter creauerunt, dantes ipsi ex concupiscentia ipsorum, ad decipiendum Adam. Et per hos facta est formatio mundi, ex principis opificio. Deum autem non habere partem cum ipso mundo, neque gaudere ob ipsum, eò quòd ab initio spoliatus est à principibus, & in angustiam redactus. Atque hac de causa mittit, & deprædatur ab ipsis animam suam quotidie per luminaria hæc, solem & lunam: à quibus totus mundus & omnis creatura rapitur. At uero eum, qui loquutus est cum Mose & Iudæis ac sacerdotibus, principem tenebrarum esse dicit. Quare unum & idē sunt Christiani & Iudæi & gentes, eundem Deum colentes. Nam in concupiscentijs suis decipit ipsos, quum non sit ueritatis Deus. Propterea igitur quicunque in illum, qui cum Mose ac Prophetis loquutus est, sperant Deū: cum ipso ligabūtur, quia non sperauerūt in Deū ueritatis. Ille enim secundū cōcupiscentias ipsorū

loquutus

Oratio ante panis esum.

Paradisus Manis.

Prophetæ quomodo habeantur apud Manem.

Adam & Euæ formatio.

loquutus est cum ipsis. Post hæc autem omnia in fine dicit, quemadmodum ipse idem scripsit: Quum conspicuam fecerit Senex imaginem suam, tunc humerifer dimittit terram foràs, & sic resoluitur magnus ignis, & totum mundum consumit. Deinde rursus dimittit glebam cum nouo sæculo, quo omnes animæ peccatorum ligentur in sæculum. Tunc autem hæc fient, quum statua uenerit. Emissiones autem omnes, IESVS in paruo nauigio, & Mater uitæ, & duodecim gubernatores, & uirgo lucis, & senex tertius in magno nauigio, & Spiritus uiuens, & murus magni ignis, & murus uenti, & aëris & aquæ, & interni ignis uiuentis, circa paruum luminare habitabunt, donec ignis consumpserit totum mundum. In quot annis uero hoc futurum sit, numerum non didici. Et postea restitutio erit duarum naturarum. Et principes habitabunt in inferioribus suis partibus, pater uero in superioribus, propriis receptis. Hanc autem uniuersam doctrinam dedit tribus suis discipulis, iusso unoquoq; in regionem abire. Et Addas quidem orientis partes sortitus est: Thomas uero Syrorum terram adeptus est: Hermeas autem in Ægyptum profectus est: Et usq; in hunc diem isthic degunt, dogmatis propositum erigere uolentes. Hæc sunt, quæ ex prædicto libro Archelai apposui. Et sic zizanios æ in mundo seminationis doctrina excitata est, & sic zizania doctrinæ suæ euomuit. Quot uero ad ridiculi huius imitatoris tantam calumniam quis regerere possit? Itaq; omnibus clarum est, etiamsi non efferuescat oratio nostra ad subuersionem, sufficiet tamen ad confusionem, & ad hoc solum cognoscendum, quod omnia, quæ apud ipsos recepta sunt, non consistunt, & nullam uim habent. Priora enim in posteriobus destruit, posteriora uero alia à prioribus loquitur. Aliquando enim mundum ex Deo factum esse uult: Quandoq; ex principibus: & Deum non habere aliquam causam in mundum, sed perire mundum: Aliquando uero firmamentum pelles primum esse asserit: Aliquando uero crucifixos ipsos esse dicit supernè in polo, & discurrere, & nubes congregare, & concitari, ac amoris œstro stimulari ad uirginis conspectum, & ad pulchritudinem adolescentis. Et ô ingentem turpitudinem. Quid enim improbius, molestius & turpius dici possit, quàm spiritum ueritatis fœminam seipsum exprimere, aliquando uero mascula specie principibus uideri? Turpe equidem est uirum fœminam fieri, & in fœminæ forma esse. Turpissimum autem rursus mulieres uiros fieri, & uiri habitum gestare. Et quomodo non is, qui uirtutis ac diuinus spiritus est, ab hoc fabulatore Mane magis contumelia affici comperietur? Quomodo autem excoriati amoris œstro stimulantur, dic mihi bone uir? Quomodo uero postquam crucifixi sunt, excoriati sunt? Si uero crucifixi sunt, quomodo discurrunt non apparente potestate? Quis uero tolerarit blasphemum, ex sudoribus principum nos nutriri decernentem? & ab excrementi turpitudine pluuiam nobis demitti? Vnde uero etiam ipse potum bibit, ex pluuiis hauriens cum propriis suis discipulis? Quomodo autem non ridiculus fuerit, qui corporali necessitate superatur, sudores bibens? Peccatum equidem diuersum est, Non autem tanta erit pœna eius, qui inuitus peccat, quanta illius, qui ultrò ex mentis proposito peccatum committit. Etenim alij homines, etiamsi sic esset, quod Absit, imaginatur enim sic insanus ille: tamen ignorantes quod sudores, ac turpes excretiones aquantur ac bibunt, uenia magis ac miseratione digni sunt, quàm qui cum conscientia stimulatus, frustra propter uictam suam debilitatem, ijsdem potibus utitur, & alijs ex carne defluxionibus. Et multa sunt per quæ hic, mendaci ore obedientes ipsi decepit. Quid enim apud ipsum non est ridiculum, quod putat semina herbarum ac fructuum & leguminum animas esse? Quare etiam ridi-

Mundi consumptio per ignem.

Contrarietas dogmatũ Manichæi.

Peccatorum diuersitas.

culè iuxta

culè iuxta ipsius fabulamentum, ad ipsum confutandum dicere aggrediemur. Si animæ sunt grana lentis, & phaseli, & ciceris, & aliorum: Anima uero tauri eadem est: magis laudandi sunt qui carnes edunt, iuxta ipsius adeò rationem, quàm qui in uita ac conuersatione temperata se exercent. Timet enim iuxta suum fabulamentum, ne fortè animatorum animalium & aliorum particeps factus, etiã ipse similis fiat, quum contrarium magis contingat: ubi enim conuenerunt uiri quinquaginta aut etiam centum, omnes ex uno tauro nutrientur, etiam secundum uanam ipsius sycophantiam, & tamen ad ipsius confutationem dicendum. Quod quinquaginta aut centum, rei fiunt unius animæ. Qui uero grana seminum edit, in uno ingestionis bolo ac morsu, magis quàm triginta aut quadraginta animarum reus erit. Et omnia ipsius uana sunt ac ridicula. Omni enim, qui mente in Domino præditus est, ueritatis signa ex ipsa uera doctrina manifesta sunt. Et enim Saluatore nihil uerius est ad uitæ hominum reuelationem. Asserit enim hic barbarus ad nos progressus, Persa, ac mente seruus, nihil enim molesti esset corpore ipsum seruum esse, asserit inquam, quod omnes animæ æquales sunt, & quod una in omnibus existit, in hominibus, in pecoribus, in feris, in uolatilibus, in reptilibus, & in marinis ac aquaticis animalibus, & in germinum seminibus, in lignisq; ac alijs omnibus uisibilibus. At non sic ostendit Dominus noster. Profectò enim ubi uenit ad homines saluandos, etiam pecorum sanandorum curam ac medelam habuisset, & resurrectionem lapsorum animalium procurasset. At non sic narrat, necq; sic docet. Absit. Verum hominum animas ipse saluare nouit, quam animam comprehensim comprehendens per ænigma dixit: Non ueni nisi propter ouem perditam, ut diceret totam naturam humanam. Et quid dicit scriptura? Curabat omnes, quos afferebant ad ipsum, lunaticos & occupatos uarijs morbis. Adducebant ad ipsum cæcos, surdos, claudos, paralyticos, mutilatos, & super omnes beneficentiam ac medelam suam expandebat. Nusquam autem scriptum est quod adduxerunt ad ipsum animalia. Deinde rursus, quum uenisset in partes Gergesthorum, uelut Marcus habet, aut in confinia Gergesenorum, sicut Lucas dicit, aut Gadarenorum uelut Matthæus, aut Gergesenorum, quomodo exemplaria quædam habent (Nam locus is inter tres illas partes medius erat.) Et ecce duo dæmoniaci supra modum sæui, è monumentis egressi uociferabantur dicentes. Sine, quid rei nobis tecum est, IESV fili Dei, quod ante tempus uenisti ad cruciandum nos? Nouimus te quis es sanctus Dei. Erat autem grex porcorum illic pascens. Et rogabant ipsum dæmones dicentes: Si ejcis nos ex hominibus, mitte nos in porcos. Et ferebantur in mare, & peribant in aquis. Pastores autem fugiebant, & nunciauerunt in ciuitatem. Et in Matthæo quidem de duobus dæmoniacis dicitur: porcos autem simpliciter indicat, & numerum non declarat. Marcus autem etiam numeri porcorum certitudinem explicauit dicens: Venit in partes Gergesenorum, & occurrit ipsi dæmoniacus, qui ligabatur catenis ferreis, & dirumpebat uincula, & in monumentis degebat ac uociferabatur: Sine, quid rei nobis tecum est, IESV Fili Dei, uenisti ante tempus ad torquendũ nos? Et interrogauit ipsum IESVS, Quod est tibi nomen? & dixit, Legio: quia multa dæmonia ingressa erant in ipsum, & rogabant ipsum, ut ne mitterentur extra regionem, sed ingrederentur in porcos. Erat enim illic grex porcorum pascens, & permisit ipsis intrare in porcos. Et ferebatur grex porcorum præceps in mare. Erant enim fermè duo milia, & suffocati sunt in mari. Et qui pascebant ipsos fugerunt, & denunciauerunt in ciuitatem. Nunquid igitur propter ignorantiam interrogabat Deus Verbum, qui propter nos homo factus est, & non norat nomen dæmonij, antequam interrogaret? Imò solet Deus ex ore interrogatorum uniuscuiusq;

Anima in omnibus una.

argumenti

argumenti propositum clarum facere. Sic etiam hic, ut horrendam dæmonū multitudinem ostendat, quæstionem facit, quo ex illius ore admirandum opus ostenderetur. Et rogabant ipsum dæmones dicentes, Ne mittas nos in abyssum, sed permitte nobis ut ingrediamur in porcos: & permisit ipsis. Et egressi sunt dæmones, & ingressi in porcos: & ferebatur grex porcorum præceps in mare, & peribat in aquis. O ingentem Dei benignitatem, quomodo mendacium redarguit, seruis autem suis ueritatem ostendit, per opera & per sermones, & per omnem suam curam. Opere enim ostendit non eandem animam esse in hominibus, & in pecoribus, & in alijs animalibus. Si enim eadem anima esset, qua ratione unum mundare uolens, aut unam animam saluare hominis dæmoniaci, duo milia animarum simul perdere non pepercit? Et si eadem esset, quomodo unum mundat, aut unā animam, in alia uero corpora siue animas permittit dæmonas ingredi? Non sunt clara lucis opera? non in luce sunt hi sermones facti? Non est illustris facies ueritatis? nonne omnia plana intelligentibus, & rectam inuenientibus cognitionē? Quis his auditis & comparatis, non redarguerit Manem consuentem ea, quæ nō oportet, mentem hominum à ueritate peruertere? At uero rursus scelesti illi, audiui enim quendam sic loquentem, qui ubi ex nobis audiuisset hanc tractationem, conuersus bestialis ille, cogitauit nunquid posset, contra ueritatem Dei, uerba ludibrij plena sibijpsi prætexere, & cogitauit uera mendacio impetere, & dixit. At intulit porcis mortem: discesserunt enim animæ ipsorum de corporibus, & saluatæ sunt. Et multa est dementia non uidentium & mente cæcutientium, & qui neq; ad auditus sensum suscipiunt ea, quæ ab ipsis dicuntur. Si enim omnino animas à corpore discedere, salus putatur: oportebat potius Saluatorem demittere hominem dæmoniacum, ut saluaretur anima à corpore hominis liberata. Ergo dilexit magis animas in porcis, quàm animam hominis. Qua enim ratione non etiam hominem, unà cum porcis permisit ferri in mare ac mori, ut omnes animas hominum & porcorum mundaret ac saluaret? Sed non sic nouimus. Verum Lazarum quidem à monumento quatriduanum uocat & excitat, & in mundum reducit, non malum quid ipsi largiens, neq; malum ipsi faciens. Diligebat enim Lazarum inquit scriptura. Quem itaq; diligebat, quomodo in carnem reuerti faciebat, si quidem mala est caro? quomodo uero non siuit potius semel mortuum, & à corpore saluatum? Et ne quis putet Lazarum statim rursus mortuum esse. Ostendit enim clare sanctum Euangelium, quod discubuit IESVS, & Lazarus discumbebat cum ipso. Sed & in traditionibus inuenimus, quod triginta annorum tunc erat Lazarus, quando est suscitatus. Postquam uero suscitatus est, alios triginta annos uixit. Et sic ad Dominum profectus est, ubi obdormiuit, & cum reuerendo nomine uocatus est, quemadmodum omnes usq; ad horam resurrectionis: quando unigenitus restituet, uelut promisit, corpus animæ, & animam corpori: & dabit unicuiq;, prout fecit, siue bonum, siue malum. Si enim non corporum resurrectio esset, unde esset stridor dentium? At ne rursus quidam ex uesania sua dicunt, dentes ad manducandum nobis constructi sunt, qualem itaq; cibum edemus post mortuorum resurrectionem? Si enim post resurrectionem rursus comedit IESVS, de piscis assi parte, & fauo mellis, & conuersatus est cū discipulis per dies quadraginta. Nunquid ergo erit esus? Et de esu quidem manifestum est. Quoniam beatus est, qui edit panem in regno cœlorum. Et extat Domini ipsius promissio, Sedebitis in mensa Patris mei edentes & bibentes. Et edere quidem ac bibere ipsi soli cognitum est. Nam oculus non uidit, & auris non audiuit, neq; in cor hominis ascenderunt ea, quæ præparauit Deus diligentibus ipsum. Cæterum quandoquidem hoc loco animarum differentias exposuimus, & ea quæ ex ipsa

Porcorum submersio.

Traditionum usus.

Esus post resurrectionē.

ueritate

ueritate,& exemplo perfecto ſunt, quod alia eſt anima hominis,alia pecoris. Et quod non uenit ad ſaluandum animam pecoris,ſed hominis eo,quod pecora non iudicantur. Homines enim poſſident regnum cœlorum, & homines iudicantur. Abibũt enim hi in iudicium æternum,& hi in uitam æternam, inquit unigenitus. Quid autem qui quæſtiones ſpeculantur, ubi acceſſerint & non depræhenderint dicti claritatem, ægreferunt oppoſita ſibiipſis excogitantes magis, quàm utilia ſibiipſis uenantes. Quandoquidem enim Matthæus dicit, Duo dæmoniaci,Lucas uero de uno narrat. Et unus ex Euangeliſtis dicit, quod latrones ſimul crucifixi maledictis impetiuerunt ipſum. Alius uero non ſolum, quod non maledixerint utriq;,ſed etiam defenſionem alterius indicat. Et enim increpabat alterum & dicebat,Non times tu Deum quod in eadem condemnatione ſumus? hic autem ſanctus nihil fecit. Et ad hæc acclamabat dicens, Memento mei IESV quum ueneris in regnum tuum. Et Saluator ad ipſum dixit, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradyſo: uidentur ſanè hæc uelut diſſonantiam habeant in Scriptura, uerum omnia plana exiſtunt. Et ſi enim duo ſunt apud Matthæum dæmoniaci,apud Lucam iidem ſunt. Sed quoniam ſolet ſcriptura rationes factorum dare, ea gratia nõ meminit Lucas duorum,ſed unius. Duo equidem erant à dæmoniis curati, unus autem permanſit in fide, alter excidit. Itaque propter permanſionem in fide, ſequebatur IESVM,uelut Euangelium habet,in quemcunq; locum abibat. Ea gratia alterum reliquit,& alterius qui permanſit in regno cœlorum mentionem fecit. & nihil aduerſatur ad ueritatis inuentionem. Iam uero etiam aliam ſimilem huic argumento rationem Euangelium narrat uelut de uno. Dominus decem leproſos mundauit,nouem autem digreſſi non dederunt gloriam Deo: unus uero reuerſus permanſit,qui etiam à Domino prædicatur,dum dixit,Decem leproſi mundati ſunt,Cur ne unus quidem ex ipſis reuerſus eſt ut daret gloriam Deo, niſi ſolus hic alienigena? Et uides quod propterea quod intellexerit beneficium,& propter gratitudinis opus,unius pro decem mentionem facit. Eodem modo unus Euangeliſta de latronibus meminit. Solemus enim ſingularia pluralia dicere,& plura ſingularia. Dicimus enim,narrauimus uobis,& uidimus uos,& uenimus ad uos: & non duo ſunt qui dicunt, ſed unus qui præſens eſt. Vnus autem iuxta uſus conſuetudinem,ex perſona multorum pluraliter narrat. Sic pluraliter compræhendit Euangelij tractatio. Alter uero narrat,quod unus quidem fuerit maledicus, alter uero confitebatur,& adeptus eſt ſalutem. Et uides quod omnia ueritatis dicta clara ſunt, & nihil contrarium in ſcriptura. Cæterum quum omnia hæc ex ſcriptura recenſuerimus,ſermonis narrationem,ut arbitror,in longum extendimus. Et contingat quidem opto, ut nos longa oratione laſſemur, eos uero qui ueritati aduerſantur redarguamus,filios autem ueritatis per ſalutaria ipſius medicamenta exhilaremus. Deinde rurſus reliqua impoſtoris dogmata uideamus. Dicit enim duo teſtamenta eſſe inter ſe contraria, & Deum qui loquutus eſt in lege, alium eſſe à Deo Euangelij. Et illi quidem principis nomen imponit: hunc uero Filium & Patrem ipſius,bonum Deum dicit. Atq; utinam uera diceret,& non errans contra ſeipſum blaſphemaret. Eidem ſermoni etiam nos ipſi aſſentimur, quod boni Patris bonus Filius,Lumen de lumine,Deus ex Deo, Deus uerus ex Deo uero, uenit ad nos ut nos ſaluaret. In propria uenit,& non in aliena. Sui ipſum non receperunt. Quicunq; uero receperunt eum, dedit ipſis poteſtatem Filios Dei fieri,qui non ex ſanguinibus,neq; ex carne, ſed ex Deo nati ſunt. Quanquam nemo in mundo ſine carne & ſanguine natus eſt. Sed omnes participes carnis & ſanguinis nati ſunt. Quid enim eſſent, antequàm in carne naſcantur? aut quid poſſumus eſſe abſq; carne? Quandoquidem uero mun-

Contrariorũ ſcripturæ locorum conciliatio.

Singularia pro pluralibus, & uiciſſim.

dus ex Deo factus est,& nos creati, ex carne quidem patrum ac matrum geniti
sumus, uenit Dominus, ut generaret nos ex spiritu & igne. Geniti enim sumus,
& est uerum,& non potest quis primam natiuitatem negare, neq; quod ex carne
Natiuitatis ge minæ ratio. sit. Secunda uero natiuitate non ex carne geniti sumus, neq; ex sanguine, hoc est,
non carnis & sanguinis abusu usi sumus, sed carne & anima in spiritu nati, quæ
caro non amplius carnalis est, sed sanguis & caro & anima spiritualiter unita, hoc
est, dedit ipsis potestatem Filios Dei fieri, his qui transmutant mentem,& per car-
nem ,& sanguinem, & animam Deo complacuerunt. Qui igitur in propria ue-
nit, non alienus est, sed Dominus omnium. Et propterea dicit qui loquitur in
» prophetis, Ecce adsum. Et Iudæis dixit, Si Mosi crederetis, crederetis etiam mihi,
» ille enim de me scripsit. Et, Abraam pater uester exultauit ut uideret diem meam,
» & uidit & gauisus est. &, Sic patres uestri fecerunt prophetis. &, Beati estis quũ
» probra iecerint in uos,& dixerint contra uos omne malum mentientes. Gaudete
» & exultate, quoniam merces uestra multa est in cœlis, sic enim persequuti sunt
» prophetas ante uos. Et alibi, Hierusalem quæ occidis prophetas,& lapidas eos
» qui missi sunt: quoties uolui congregare filios tuos. Vox autem quoties, osten-
dit quod per prophetas ipsos congregare curam habuerit. Si enim quæ occidis
Prophetas, dicit redarguendo, profectò Prophetarum curam habet. Qui uero
» prophetarum curam habet, non alienorum curam gerit, sed suorum. Et require-
tur, inquit, sanguis qui effusus est à sanguine Abel, usq; ad Zachariam iustum
qui occisus est inter templum & altare. Et quum omnia sustulisset, & mensas nũ-
» mulariorum subuertisset dixit, Nunquid facitis domum patris mei domum mer-
» cimoniorum? Et ad Mariam ac Ioseph dixit, Cur quærebatis me, non sciebatis
quod in his quæ patris mei sunt oportet me esse? Et statim infert Euangelium,
dicens quod ubi dixerit, Nunquid facitis domum patris mei domum mercimo-
niorum? mox recordati sunt discipuli quod scriptum esset, Zelus domus tuæ ex-
edit me. Et quot producere licet ex Euangelijs & Apostolis ad insanam Manis
maniam confutandam? qui uult diuidere & abalienare uetus testamentum à no-
uo, quum uetus testetur de Saluatore, & Saluator confiteatur uetus Testamen-
» tum. & non solum ipse, sed etiam Apostoli, uelut dicit Dauid, Dixit Dominus
» Domino meo, sede à dextris meis. Si igitur Dominum ipsum uocat, quomodo
filius ipsius est? Et rursus in alio loco dicit, quum pueri clamarent Osanna filio
Dauid,& non increparet ipsos, dicũt Pharisæi, non audis quid hi dicunt? prohi-
» be ipsos. Ipse uero ad illos dixit, Si hi tacuerint, lapides clamabunt. Filius etenim
» Dauidis est secundum carnem, Dominus uero Dauidis secundum spiritum. Et
utraq; loquutio potens est & uera dicit. Nihil enim adscititium habet ueritas. Ve-
rum ut ne longius extendam hoc argumentum, contentus ero his testimonijs.
Deueniam autem ad alia, circulatoremq; confutabo. Si corpus alterius Dei est ò
bone uir,& anima alterius Dei, quæ est societas amborum? Et uereor, ne in pro-
fundam aliquam cogitationum molẽ, exigua tenuitatis nostræ mens irruat. Qua-
propter refrenabo meipsum, ut ne multum lectionis laborem faciam his, qui ex
uno testimonio præstigiatorem redarguere possunt. Equidem simul societatem
Animæ et corporis societatis ratio. habere, non est eorum qui inter se discrepant, sed unius opus, aut duorum amico-
rum operatio. Quum itaq; corpus & anima simul sint, unius Dei opus est. Non
enim est diuisio, eo quod ambo decenter cooperantur ac consentiunt. Si uero iux-
ta huius sententiam, principes qui comederunt animam, fecerunt ipsi uinculũ hoc
corpus, quomodo comestam rursus includunt in corpus? Omne enim quod co-
meditur, consumitur: quod uero consumitur, cedit in hoc ut nõ amplius sit. Quod
uero cedit in hoc ut non amplius sit, id neq; in aliquo loco concluſum est, neq; est,
neq; fiet

neq; fiet ei, quod non est carceris locus. Sæpe autem suæ sententiæ oblitus, de quibus dicat, obliuiscitur, & quæ modo adstruit, eadem rursus destruere se ignorat. Aliquando enim animam comestam, in corporibus quæ sunt conclusam asserit, aliquando uero abreptam esse à principibus superne ex armatura boni Dei eandem tradit, ut non amplius comesta sit, sed captiua detenta. Aliquando uero eandem captiuam detineri, non amplius concorditer dicit, sed alio modo doctrinam contra ipsam narrat, asserens ipsam uelut inescationem uoluntaria mente à superna uirtute eiectam esse, instar hœdi in foueam missi ad hoc ut feram uenetur, irritatamq; feram ad capiendum hœdum descendisse, atque ipsam captam esse. Et si quidem de propria uirtute hœdum demisit superna uirtus, hoc est bonus Deus, aut lux, uelut ipse nominat, siue uenatus fuerit feram, siue omnino uenari potuerit, interim tamen dum primus deuorabitur hœdus, etiam magis seipsam lædet superna uirtus, partem sui in cibum feræ submittens, quo ipsa partis detrimentum passa feram cepisse uideatur. Et non amplius uelut ualida & suprema ac potens ratione aut uoluntate feram capiet, sed multifariam machinatur ac uersute agit, quo feram superare possit. Et si omnino capta fuerit fera, iam tamen de propria parte hœdum comestum amisit. Si enim animam demisit hic superna uirtus, quo per animam principatus ac potestates uenans illaquearet, non successit propositum ei quæ hoc consilium iniuit. Siue enim demisit animam ut caperet, capta est: siue ut illaquearet, illaqueata est, quum descenderit à pura natura, & inciderit primum quidem in uinculum corporis ipsius materiæ, deinde in multas peccatorum absurditates. Et undiquaque corruit impostoris illius sermo ac scelesta doctrina. Age uero uideamus etiam de matre uitæ, quam à uirtute emissam esse dicit, sed & ipsam matrem uitæ, primum hominem, hunc uero quinque elementa produxisse. Elementa uero sunt uelut ipse dicit, Ventus, lux, aqua, ignis, materia. Hæc autem induisse hominem ipsum uelut ad belli apparatum, & descendisse infra, ac cum tenebris pugnasse. Principes enim tenebrarum comedebant ex armatura ipsius, id quod est ipsa anima. O insanum præstigiatoris imitamentum, ô incomparabilem impostura, & ridiculi argumenti aggressionem, undiquaque impotentiam attribuit Deo, undiquaque ignorantiam assignat omnia scienti Deo. Qui enim Matrem uitæ, iuxta ipsius sententiam produxit: is obprobrium fert, aut quod ignorauit ea quæ à matre uitæ fiebant, aut quod facta aliter euenisse comperta sunt, præter cogitationis expectationem. Ignorantiæ enim damnatur, qui alia quidem euentura esse cogitauit, alia uero postea facta inuenit, non iuxta ipsius uoluntatem. Mater enim uitæ, quæ ab ipso uirtus appellatur, ex ipso emissa est, quam etiam turpe est matrem uitæ appellare. Non enim receptum est apud eos qui prudentia præditi sunt, ut fœmina aliqua in deitate cogitetur. Sed & Hæc, inquit, fœmina produxit primum hominem. Et ut in summa dicam, primum hominem, naturam & matrem uitæ, ex his, quæ inter nos fiunt imaginatur. Homo enim uocatus est in terra. Et mater quæ ex terra nos genuit, & ex Deo ipsi Adam creata est. Imaginatur autem ex propriis ratiocinationibus bestialis ille, in cœlo talia esse, qualia etiam in terra existunt, id quod penitus esse nequit, uelut diuinus sermo ubique docet. Dicit enim corpora cœlestia, & corpora terrestria: sed alia est cœlestium gloria, alia terrestrium. Et nondum in totum ea quæ sunt supra cœlos enarrauit, sed de apparentibus his, quæ corpus existunt, Sole inquam, aut Luna, aut his quæ in terra sunt, & de corporibus sanctorum, uelut sanè nos cogitamus, qui tenues sumus. An uero etiam eorum, quæ supra cœlum sunt ratio habebitur, non omnino decernimus, propter profundissimum scientiæ in ipso Apostolo alueum. Attamen

Mater uitæ, Manis.

multa terrestria relata sunt, quanto magis, quæ sunt supra cœlos, unde terrestribus
Primus homo assimilari possunt, ô bone. Primum uero hominem dicis rursus armaturæ gratia,
sibiipsi parasse, uentum, lucem, ignem, aquam, materiam. Si quidem igitur ex
supernis est primus homo, & huc uenit ut sibiipsi armaturam pararet, & produ-
ceret sibi hanc ad munitionem sui & ad potentiam acquirendam: profectò ea
quæ in mundo sunt potentiora sunt, quàm is qui ex supernis de cœlestibus ue-
nit. Aqua enim est quæ uidetur, & lux quæ apparet, & materia quæ ex tua sen-
tentia corrumpitur, & uentus qui ad aures nostras defertur, & ignis hic quo
omnes citra impedimentum utimur in necessitatibus. Et si per talia principes
bello petit, quæ est efficacia belli? dic mihi. Quis nobis tubas inflabit dux belli
ficns? dirimamus phalangas, contrahamus alas belli. Quis miserit primum ia-
culum contra eum, qui grauiter insanit contra principatuum ac potestatum sub-
stantiam? Ventus pugnat ô bone? Imò materia quæ ex tua sententia corrumpi-
tur? Imò ignis in nostrum usum paratus à Domino? Imò lux quæ tenebris ex
parte cedit, interuallis temporum ex Deo ordinatis? Imò aqua? Quali modo e-
narras ea quæ à te sunt nouata? Etenim uidemus per hæc magis & bona & ma
la fieri. In igne enim sacrificia fiunt simulachris, & non recusat ignis, neque pro-
hibet peccatum. Aqua maris libant qui dæmonia adorant, & non prohibitus
est unquam in aqua is qui conatur ignorantiam perficere. Quot autem piratæ
cædes in aqua maris perpetrarunt? Et potius non est contraria aqua principi-
bus prauitatis, uelut tu dicis, sed magis coadiutrix est aqua: quum non sit aqua
causa, sed unusquisque homo causa sui peccati. Et ô ingentes tuas nugas. Quid
uero profuit apparatus armorum & munitio elementorum primo iuxta te homi-
ni, qui ut pugnaret descendit, & à tenebris superatus est? Dicis enim quod pres-
sus est illic infra homo, quum autem ipse precatus esset, audiuit ipsum pater,
& demisit alteram uirtutem ab ipso productam, uiuum Spiritum appellatum,
Menandrum imitatus est Manichæus. Tolle personam tuam ô comœdiarum poëta Menander. Quum enim ille sis, te
ipsum obtegis, adulterorum & ebrietatis opera narrans. Nihil enim in te conti-
stit. Græcorum enim poëmata pro ueritate introducens, seducis eos qui à te decep-
pti sunt. Fortassis enim super te Hesiodus sapuit, ubi poëmata de Deorum genea-
logia recensuit, fortassis Orpheus: fortassis Euripides. Illi enim etiamsi ridicula
narrauerunt, tamen manifestum est quod quum sint poëtæ, ea quæ non sunt fin-
xerunt. Tu uero uelut quæ sint narras, ut errorem ampliorem facias. Hunc Spiri-
tum uiuum descendisse dicis infra, & porrexisse dexteram, ac eduxisse ex tene-
bris primum appellatum apud te hominem, inferne in inferioribus periclitan-
tem, qui descenderat ut saluaret comestam animam, & ipsam seruare non potuit,
sed ipse periculum incurrit. Si qui ad salutem missus est, periclitatus est, & alio
rursus misso opus habuit ad suam salutem. Quanto magis anima periculum in-
currerit, propter quam missus primus homo periclitatus est, imò etiam secun-
dus missus est ad saluandum, quem tu Spiritum uiuum esse dicis? Per pœniten-
tiam igitur pater demisit adhuc fortiorem, ut primi hominis Saluator fieret?
Aut ignorabat illum primum impotentem esse, & illum saluaturum esse spera-
bat, quum autem ipse periclitaretur, postea re per experientiam cognita emit-
tit ac demittit? Et ingens quædam est absurditas o Manichæe, & non cohæ-
rens neque consistens totius doctrinæ tuæ fabulamentum. Dicit autem rursus
quod Spiritus, ubi descendit porrexit dexteram, & primum hominem periclí-
tantem leuauit ac eduxit. Quapropter mysterium discipulis suis tradidit ad por-
rigendam dexteram, ubi alter alteri obuiam uenerunt, signi gratia, quod à te-
nebris sunt seruati. Omnia enim in tenebris esse dicit, præter se solum. Etenim
excl

cæci ludibrij gratia, multum uidentes appellantur à uidentibus, dum declinant, ut ne male audiant. Deinde rursus dicit, alias quasdam substructiones ac architecturas nobis construens, uelut præsens illic & ea quæ non sunt imaginans. Tunc, inquit, hic uiuens Spiritus creauit mundum, & ipse tres alias uirtutes gestans ac descendens principes sursum tulit, & in firmamento crucifixit, quod est ipsorum sphæra. Et uocem quidem sursum tulit, non intelligit brutus ille quomodo sibijpsi repugnat: & quæ apud ipsum laudata sunt uituperat, & quæ uituperata laudibus effert, instar ebrij ac delirantis, & alia pro alijs deblaterantis. Dicit enim principes inferne in tenebris esse, & prauæ substantiæ ac corruptionis esse locum. Et si ex hac corruptione & ex parte tenebrarum, Spiritus principes coegit ac sursum tulit, ob maius supplicium, & malorum locorum mutatione facta, in supplicium sursum traxit: non amplius erunt superna bona & substantiæ uitalis, sed potius mortis: & inferna non amplius supplicium, sed bonæ cuiusdam essentiæ, ex quo loco quum uoluerit spiritus in supplicium trãsferre principes, à iucundis ac necessarijs ad supplicij locum transtulit, ut sic ipsos cruciaret. Et aliàs, si Spiritus mundum fecit, quomodo rursus dicis mundum non à bono Deo factum esse? Et si principum corpus est firmamentum, in qua ergo cruce principes affixit? Aliquando enim dicis ipsos in firmamento affixos esse, aliquando uero ipsum firmamentum corpus ipsorum adstruis. Et multa est uerborum tuorum incohærentia, quæ nullam consequentiam ad ueritatem habet. Ita in omnibus hostis ad nos accessisti, magis autem tibijpsi hostis, & qui sententiam tuam recipiunt. Deinde rursus idem dicit, quod postquam crucifixit principes in sphæra, creauit luminaria, quæ sunt animæ reliquiæ, & non dicit animam, sed animæ reliquias. O inconstans dogma, & sermones mendaces ac incohærentes. Omnes enim reliquiæ, pars sunt plenitudinis: plenitudo uero maior est reliquijs. Si itaque reliquiæ sunt luminaria, ostendat nobis maiorem luminaribus ut animam uideamus. Si uero plenitudo comesta ac consumpta est, reliquiæ autem sunt luminaria, ergo etiam ipsa, quum infra crucifixos principes sint comedentur, principibus summum locum adeptis. Si uero eo quod crucifixi sunt, non amplius possunt animam & luminaria detinere, corruit mendax sermo tuus o Manichæe. Deinde rursus idem docens quomodo humifero iustus status præscriptus sit, creauit & materia, inquit, sibijpsi omnes plantas. Et quum raperentur ipsæ à quibusdam principibus, conuocauit magnus princeps omnes principes ac primarios, & accepit ab ipsis singulis unam uirtutem: & construxit hominem secundum formam primi illius hominis, & ligauit animam in ipso. Hæc est commixtionis tractatio. Quando uero uidebat, inquit, pater uiuens animam in corpore premi, ut qui miserator est & misericors, misit filium suum dilectum in animæ salutem. Nam ob hanc, & humeriferi causam, ipsum demissum esse dicit. Et filius delatus transformauit seipsum in hominis speciem, & apparuit hominibus uelut homo, & homines putabant ipsum natum esse. Quum igitur uenisset, opificium ad animarum salutem fecit, & machinam composuit habentem duodecim cados, quæ dum à sphæra uertitur, morientium animas haurit: & has magnum luminare radijs acceptas purgat, & lunæ tradit, & sic impletur lunæ discus apud nos appellatus. Et uides, quanta sit huius præstigiatoris delira nugacitas, & ebrietatis obliuio? Nam quæ ab ipso dicta sunt, obliuioni tradit, & quæ dicere uidetur, transmutat ac destruit propria dogmata dissoluens, aliàs aliter atque aliter narrans. & posteriora destruunt priora, & quæ in prioribus destruxit, rursus postea ædificat ac extruit, ita ut ostendat quod à seipso non consistit, sed dum à spi-

Simile.

Principum crucifixio.

Luminarium creatio.

ritu immundo impellitur, alia pro alijs narrat, quemadmodum qui ex phrenitide mente capti sunt. Aut enim aduentum Domini nostri IESV CHRISTI dicit, post multos autem annos à factis luminaribus præsentia ipsius uenit, & post machinam duodecim cadorum ab ipso appellatam. Semper enim, ex quo facta sunt sidera, in cœlo existunt. Aut elementa ipsa dicere uult, aut spacia & mensuras cœli. Attamen à quarta die creationis mundi omnia bene ordinata sunt, non in detrimentum eorum qui Domini imperio subiacent, CHRISTI uero aduentus decimoquinto Tiberij Cæsaris anno prædicationem incepit, post trigesimum natiuitatis ipsius annum, quod tempus incurrit in quinquies millesimum quingentesimum nonum creationis mundi annum, & trigesimum ætatis ipsius, trigesimum uero tertium usque ad crucem. Quomodo igitur à quarta die in cœlo fuerunt luminaria & astra? Si uero dicit, Ante hoc uenit & fecit hæc, inconsistens est ipsius nugacitas. Nam priusquàm homo esset in terra, fuerunt ab ipso appellata elementa, & duodecim frustra uocati cadi, & machinam quam gratiosis nominibus seductos ab ipso imaginari uult. Omnibus enim intelligentiam habentibus clarum est ex ipsa Scriptura ac consequentia, quod priusquàm formatus esset Adam primus homo, facti sunt omnes stellæ ac luminaria in quarta die. Hic uero dicit, quod uenit ut faceret duodecim cados, in forma hominis, & apparuit hominibus homo. Siue ignorans, siue iuxta factam ab initio dispensationem se aliquid dicere putans, uelut cæcus seipsum deducens, his qui ab ipso excæcati sunt procedentia in mendacia exponit. Præsente uero ueritate, & oculos per intelligentes aperiente, deliria sua in risum profert. Quibus enim hominibus apparuit non existentibus? Quomodo uero in hominis forma apparuit, qui non accepit corpus? Et si quidem in aduentu in carne impleuit hoc apparens, & non existens, apparentia res ipsa erat. Ergo neque apparuit, neque uenit. Si enim ubi uenit non erat, ne ab initio quidem uenit. Si uero putabatur quidem homo, non erat autem homo, quid urgebat Dei Verbum ut homo appareret quum non esset? Nisi forte à creditoribus trahebatur, & uoluit sibijpsi formam effingere, quo posset latêre ipsum quærentes. Si uero & apparuit, & non erat, qualis erat hæc Veritas? In Veritate enim non est mendacium, sicut dicit de seipso unigenitus. Ego sum Veritas & Vita. Vita autem mortem non habet. Et Veritas alterationem non sustinuerit, ut ne ueritate turbata, non amplius ueritas sit. & concidit ex omni ratione idem tragicum argumentum. Neque enim post aduentum astra creata sunt, neque antea quam fierent astra, homines erant. Et hinc atque illinc confutatus est seductor Manichæus, uelut iam supra à me declaratum est. Cæterum de Lunæ tractatione dicit, quod ex animis discus eius impletur. Priusquam autem mortuus esset homo in terra, unde implebatur discus? Nam post nongentesimum & tricesimum annum uitæ ipsius Adam, qui primus mortuus est in terra, quomodo una anima discum implebat? Aut quomodo nongenti triginta anni uocati sunt, si non Luna implebatur & deficiebat, & constitutum suum cursum perficiebat? non ab animis accipiens repletionem, sed à Deo habens præceptum sapientiæ ipsius. Omnia porrò animalia, inquit, eadem anima plena sunt, quo exæquet animam hominis, & muris, & uermis, & aliorum degenerum formatione corporum. Reliqua uero nugacitas habet, quomodo uirgo apparet principibus, aliquando in uiri habitu, aliquando in fœminæ. Fortassis Hermaphroditum sui dæmonis exprimens, affectus suos concupiscentiæ introducit. Deinde dicit, Quum princeps magnus spoliatus fuerit à dicta uirgine, emittit suas nubes, & facit pestem, & incepit incidere radices, & sic Mors fit. Et non nouit brutus ille

Mũdi ætas trigesimo Christi anno, fuit annorũ 5509.

Lunam animis impleri.

ille quod quam uituperans mortem dicit, magis uitam debebat uocare, eo quod à corporibus animæ discedant. Si uero omnino esse in corpore animam, principes carcerem putarent, nunquam hoc faceret princeps, ut liberaret è carcere animam ab ipso occupatam, iuxta tuam adeò sententiam. Et quanta est absurditas in flagitiosa hac doctrina? Alia deinceps ludibrij plena sunt, uelut electi ipsius appellati. Et reuera quidem electi sunt à diabolo ad condemnationem: quo impleatur quod dictum est, Et edulia ipsius electa. Illi enim desidentes ueſpæ & nihil operantes, sed curiose agentes, & non scientes, quibus sanctus Apostolus prædicat, uelut secundum prophetiam cognoscens, quod non ex doctrina Dei ambulant, sed ex diabolo, attoniti ac stupidi quidam ociosi & pertinaces in malis, dicens, Qui non laborat, neque edat: quo ociosorum illorum propositum obliteret ac damnet. Iubent igitur eos qui ab ipsis instituuntur, ut ipsos large nutriant. Illi uero quicquid necessarium est, exhibent electis suis, quo uidelicet pius uideatur qui alit animas electas. Hi uero ubi acceperunt, quod etiam ridiculum est dicere, per prætextum orandi pro his qui obtulerunt, maledictionem fermè magis ipsis imponunt, maliciei potius quàm bonitatis testimonium ipsis præbentes. Dicunt enim sic, Ego non seminaui te, non messui te, non molui, in clibanum non misi, alius obtulit & comedi, innoxius sum. & potius maleficos nutritores suos ostendunt. Etenim reuera oportebat negantem Deum qui omnia fecit, neque ex creaturis Dei nutriri, per ironiam ac cauillam loquor. Ipsi uero non recidunt botrum, sed edunt botrum, quo penitus redarguantur quod magis ebrietatem habent, quàm ueritatis adeptionem. utrum enim grauius est? Etenim uindemians semel recidit botrum, qui uero comedit, per dentes sectores ac manducatores, & per hoc quod singula grana edomat, magis multipliciter torquet ac secat: & non amplius similis erit ei qui semel secuit, is qui manducauit & consumpsit. Verum ut uideantur solum glorificare, aliquod ueritatis signum prætendunt. Deinde rursus effræni ore loquitur de Paradiso, quem mundum uocat. Sunt, inquit, plantæ quæ in ipso sunt, concupiscentiæ & aliæ impostura deceptionesq; ac fraudes, ut reuera à serpente deceptus indicetur. Sicut enim ille innocentis Euæ aures corrupit, ita horrendus serpens ipsius aures corrumpit. Quæ enim in paradiso sunt plantæ, inquit, cõcupiscentiæ sunt & aliæ deceptiones, quæ hominum cogitationes corrumpunt. At arbor in Paradiso, ex qua cognoscunt bonum, est ipse IESVS, cognitio ipsius in mundo est. Qui uero accepit, discernit bonum & malum. Et uides quomodo omnia recta peruertit? quum Apostolus palàm clamet ac doceat, Metuo ne forte sicut serpens Euam decepit per uersutiam suam, ita corrumpantur cogitationes uestræ à puritate & simplicitate erga CHRISTVM. Et uide quomodo uocet ipsum seductorem, & uersutum, & qui Euam decepit? Et rursus in alio loco idem Apostolus, Vir nõ debet comam nutrire, quum sit imago & gloria Dei. Et uides, quod gloriam Dei dixit comam quæ in corpore fertur, & non in anima. Et post hæc dicit, Adam nõ est deceptus, sed mulier in transgressioni obnoxia facta peccauit. Saluabitur autẽ per filiorum generationem, si manserint in fide. Et uide quomodo natura quæ uera sunt prædicata sunt in diuina scriptura, & frustra hic inaniter se effert, imò potius ludibrio se exponit apud eos qui perfectam intelligentiam habent? Deinde rursus narrat, non esse mundum Dei, sed ex parte materiæ formatum esse. At quia sibi ipsi nõ consentit, sed cõtra sua dogmata modo destructiones modo adstructiones cõfingit, omnibus manifestum est, talem opinionẽ delirantis esse. Trãsitus deinceps animarũ narrat à corporibus in corpora, quos fortassis aut à Platone, aut à Zenone Stoico, aut ab aliquo phanatico collegit, & hoc mẽdaciũ reperit. Quomodo enim

Mortis causa.

Ciborum reuerentia.

Paradisum esse mundum.

Animarũ transitus à corporibus ad corpora.

do enim possibile est animam à corpore in corpus incerni? Siquidem enim corpora formata ac parata essent, & sic animas susciperent, probabilis esset hæc tragica fabula. Si uero quod seminatur, ex modica gutta est, quomodo anima in tam exiguo corpore talem reperit amplitudinem? Sic enim formantur ea quæ formantur, & non amplius consistet ipsius sermo. Neque enim à corpore in corpus transeunt animæ. Nam citra mixtionem fœminæ ad marem, & maris ad fœminam, in singulis animalibus nihil formatur. Nunquid igitur sic consistit anima, ut per duorum corporum coniunctionem, tragicum hoc præstigatoris figmentum perficiat? Et multa est absurditas in his, qui talia uel cogitant saltem. Nos uero ut ne integritatis grauitatem mutemus, contenti sumus eminus solum huius argumenti speciem proposuisse. Præteribo itaque corruptam hanc opinionem. Omnes enim eiusmodi cogitationes absurdæ sunt. Si enim ex corpore in corpus animarum transitus contingit, & quando postea homo fit canis? Cur non ab homine canis fit, aut à boue? Cur auicula non gignitur? At si forte contigerit tempore aliquo in immenso sæculo, ut monstrum nascatur, hoc signi causa fit. Et natura quidem suos terminos nouit, & non euariat ut hominis naturam aliter præter naturam formet, aut etiam uniuscuiusque pecoris. Sed in unaquaque qualitate eadem qualitas fit. Et si omnino corpus aliud pro alio, à corpore non fit. Quanto magis anima hominis in aliud corpus non transibit? Et Cur, inquit, transit? quo si forte in homine ueritatis cognitionem non intellexit, in cane aut equo constituta & edomita intelligat, & in hominis corpus reflectat, & sic adepta cognitionem, in Lunæ discum assumetur. Et mirum uideri debet, quod quum in homine esset, apud quem sunt scholæ, grammatici, sophistæ, & artium immensa copia, & sermo, & auditus & doctrina, in ignorantia fuerit anima. In porco uero constituta, maiorem cognitionem assequuta est: quo ostendat suæ cognitionis iactantiam magis porcorum esse, propter ipsius errorem ac impietatem. Cæterum de formatione ipsius Adam idem narrans, alia pro alijs per errorem contexit. Qui dixit, inquit, faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem, & addit, Venite, faciamus: quod scriptum non est, sed faciamus hominem secundum imaginem nostram & ad similitudinem: princeps est qui ad alios principes hoc dixit. Verum hoc redarguit sanctus Apostolus, & ipse Dominus in Euangelio, quando Pharisæi ad ipsum dixerunt, Non est bonum hominem esse solum. Et Moses dixit dandum esse libellum repudij, & ejciendam esse uxorem. At Dominus ad pharisæos confutationem inferens dixit, Moses iuxta duriciam cordis uestri scripsit, ab initio uero non sic fuit. Sed qui fecit, masculum & fœminam fecit. Et dixit, Propterea relinquet homo patrem & matrẽ, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carnem unam. Et statim infert dicens, Quod ergo Deus coniunxit, homo ne separet. Confitetur itaq; Dominus, Deum hoc est proprium suum patrem fecisse Adam & Euam, & nuptias uenerandas ex ipso institutas esse. Ex eadem con sequentia etiam sanctus Apostolus præco ueritatis dicit, Mysterium hoc magnũ est, ego autem dico in CHRISTVM & Ecclesiam: à similitudine creati à Deo Adam ac Euæ, quos Deus creauit, & dixit Adam, Hoc os ex ossibus meis, & caro ex carnibus meis. Et huius rei gratia relinquet homo patrem & matrem. Et quoniam constituit ipsi costam in uxorem, non amplius aliud quid dicit, sed mysterium magnum, in homine & fœmina formationem. Iuxta tropum autem figuram, per allegoriam fertur. Quomodo igitur hic abominanda narrat, & à ueritate Dei aliena? ea quæ à Deo creata sunt, à principe creata esse, blasphemo ore asserens, & mentem à ueritate distrahens? Deinde dicit, Quandoquidem ani-

Adæ formatio.

ma ab

ma ab initio ex supernis auulsa, angustiam supernæ uirtuti inducit, propterea omnino demittit, ac prædatur à principibus reliquias suas, quæ sunt ipsa anima, per hæc luminaria. Magnæ profectò nostræ spes sunt, & magna nostra expectatio, quod non potest Deus bonus, & uiuens & potens saluare, non dico suam uirtutem ab ipso auulsam, sed quæ ab ipso facta sunt & formata, si non per alium quendam modum & occultam deprædationem, auulsam ab ipso uirtutem spolians, nos saluaret. Et quid adhuc tempus tero in absurditatibus ipsius recensendis, quum etiam blasphema lingua dicere miser ille non erubescat, eum qui loquutus est in lege & prophetis principem esse tenebrarum? Beatæ spes nostræ, quoniam principi tenebrarum CHRISTVS offerre coëgit. Quum enim mundasset leprosum, Abi, inquit, offer munus tuum uelut præcepit Moses. Munus autem erat in lepra, uolucris in sacrificium, & similago in holocaustum. Si autem princeps tenebrarum esset, non utique Verbum, Filius Dei qui ex supernis descendit, & ad conuertendum hominem ab errore principum iuxta Manichæi doctrinam uenit, non in quam subornasset, ut leprosus ab ipso curatus illi subiectus esset, sed potius instruxisset ut fugeret illum, & hoc non facere docuisset. At quoniam non uenit ad destruendam legem: (ipse enim dedit legem) neque prophetas, sed ad implendum, hoc fecit ut legis & prophetarum impletionem, ipse indistractam ab Euangelio ostenderet. Nam eundem Deum prophetæ adorauerunt, & lex ab ipso data est. Nunc autem non per eadem dona eidem Deo adoratio perficitur, sed per preces & gratiarum actiones & alias operationes. Illis enim uelut seruis grauia imperauit, sic enim persuaderi potuerunt, in Euangelio uero leuiora uelut liberis, propter excellentem ipsius benignitatem. Quum autem unus & idem sit Deus & Legis, & Euangelij, neutrius temporis ministerio dissoluto, idem Deus est qui regnat per omne sæculum, & qui colitur à seruis. uerum in singulis generationibus, prout conuenit ipsius benignitati. Et confutatus est undiquaque huius error, quum Saluator præcipiat legis mandata perficere, & postquam præcepit ea perficere, soluat ipsa, non aboleat, sed impleat, & oblationes alias pro his, quæ in lege sunt, Deo offerre iubeat, hoc est pietatem ac bonitatem, castitatemq; ac sanctam uitæ conuersationem. Porrò dicit rursus, quod ueniet Senex, & ostendet imaginem suam in extermis diebus, & tunc humerifer conspicatus ipsius faciem, dimittit terram, & sic ignis æternus consumit terram. Et oblitus est brutus ille, quod materialem ipsam indicet, quam paulò ante à spiritu uiuente creatam esse dixit. Simul autem omnem mundum rursus ab igne consumi asserit. Et tunc, inquit, post hæc restitutio duarum naturarum in idem simul ad archetypum deueniet. O magnum laborem, & post laborem nihil ad correctionem tendens. Si enim postquam creatus & factus est, consumetur ac dissipabitur, ut archetypa maneant: rursus in identitate duarum naturarum boni & mali, erit conatus mali ad excitandum ac instituendum rursus bellum, & ad rapiendum rursus aliam uirtutem, quo rursus alius mundus fiat. Si uero non amplius hoc fiet, ergo resipiscet & moderate se geret malicia, ut ne amplius committatur cum bonitate, & malus Deus aduersus bonum non amplius bellum geret. Si uero etiam unquam resipiscet, non erit malum, quando ab antiqua sua natura immutatum discessit. Si uero etiam mutabilis est mali natura, omnino à malo in bonum transmutatur, & non amplius erit mala natura quæ mutationem bonitatis habet. Potest enim & hodie mutari, & adhuc superstite mala, in bonũ mutabitur malum. Et qua ratione qui mutandus est iam non mutatur? Et si quidẽ per Dei machinationẽ malus mutatur, ut nõ amplius malũ operari possit, nõ amplius malus

Veteris testamẽti Deus, alius ab eo qui est in nouo.

Mundi cõsumptio per ignẽ.

Mali ac boni naturarum cõsideratio.

malus ſuũpſius culpa exiſtit: ſed bonus qui poteſt ipſius malitiam reprimere, & non uult ante tempus ea quæ temporis ſunt facere. Si uero immutabile pertus eſt malum, nunquam ceſſabit bello impetere ac uiciſſim infeſtari, & omnino nunquam erit reſtitutio duarum naturarum, quum immutabile maneat malum, & conetur bono malitiam oſtendere, & bellum contra bonitatem excitare. Etſi omnino malum per concupiſcentiam boni ſemper conteretur, profectò non amplius erit malum. Nam dum deſiderat bonum, attrahere uult ſibiipſi bonum, quo ubi per naturam boni & armaturam ipſius ſibiipſi uim attraxit, in hac uideatur ſe ipſum honorare ac illuſtrare, cõfidentemq; ac potentem efficere. Omni enim qui uult bonum, omnino ex bona opinione hæc cogitatio inſidet, & penitus non amplius malum erit malum, quando bonum concupiſcere reperitur. Omne enim malum inimicitiam habet aduerſus bonum. Sicut etiam bonum non uult malum. Si uero permixta exiſtit amborum facultas, & bonus propria deprædari ſolet, bellat req; ac excoriare principes & poteſtates: aliquando uero tollere ac diſperdere materiam à malo factam, aliquando autem ex ipſa formare: improbitas & inconſtens narratio garrulitatis nobis introductæ ſceleſti illius exiſtit. Sed age dicamus de mali natura rurſus repetita oratione. Dic nobis ô bone uir, qui à temporibus Aureliani regis & hucuſque ueniſti, & quæ ante omnia ſæcula fuerunt enarras, quum hæc neque prophetæ uaticinati ſunt, neque ipſe Saluator docuerit, neque Apoſtoli, niſi conficta aliqua ex ſanctorum nomine nugatus fueris, ita ut libros tibiipſi adoptes, ac producas. Vnde igitur uenis mali principem ab initio principatum nobis afferens? Quum autem interrogatur à nobis mutabilem hanc malitiam aſſerat, aut immutabilem, iam nobis dictum eſt, quod immutabilem ipſam introducit. Et aliquando quidem mutabilem, aliquando uero immutabilem: ad malum quidem immutabilem, ad bonum uero mutabilem: quo ex duobus terminis turpis confuſionis ab hominibus damnetur. Si enim in multis & infinitis ſæculis immutabilis erat malitia, ipſum hoc ſolum nomen habens, & nullum aliud quàm mali: qui mutauit poſt multa ſæcula immutabilem naturam, ut malitia ad non conuenientia mutaretur. Si enim nondum rapuerat uirtutem & bello impetiuerat, neq; acceperat armaturam in ſuam uirtutem & in cibum, manſeratq; per multa ſæcula ſine cibo, neque alimento indigens, quis conuertit eam quæ aliquando alimento non habuit opus, ut uenerit ad cibum, requiſieritq; eum quem aliquando non requirebat, & indiguerit eo, quo olim non indigebat? At ſi mutata eſt natura, quomodo immutabilitas mali confirmabitur? Si uero rurſus ad proprium ſtatum uenerit, non amplius habens quod edat, quomodo malus aut prauus, qui conſuetus fuit edere ac cibo uti, ſufferre poteſt, ut in futurum tempus ſine cibo degat? Si enim quum cibo adſuetus non eſſet, ſuſtinere non potuit, ſed ad cibum deuenit, & animam de prædatum cibum ſibiipſi uendicauit: iam quum in conſuetudine ciborum fuerit, multò minus natura compeſci potuerit, & nihil ipſum perſuaſerit, qui gulo ſus fuit, & in ciborum experientia conſtitutus, ut abſque his uitam degat: quæ admodum ſermo tuus inconſtans hoc ipſum aſſerit. Verum præteribo hunc locum, & ad alias ipſius nugas orationem deducam. Rurſus enim dicit quod principes in propriis partibus tunc erunt, & pater proprias recipiet partes. Quis igitur ille adeò æquus, ut terminum utriuſque partis dimetiatur? Quomodo uero credet is, qui ab initio ueritati & bono non credidit? Si uero cum neceſſitate perſuaſerit bonus iniquo, ut ſuis contentus ſit, & boni portionem non mutet dat: cur non ab initio hoc facere potuit, priuſquàm omnino partes ab ipſo ſpoliaretur? Quomodo uero duo ſimul erũt in eodem, quũ unuſquiſq; ſuam partem poſſideat?

possideat? Si enim omnino partes habet, & aliæ partes non ipsius sunt, non amplius omnipotens uocabitur, sed uterq; ipsorum proprium habet dominium. Cuius uero tandem malus erit Dominus, non amplius existente mundo, neque animalibus & hominibus impio ipsius subiectis? Si uero omnino malus, est & materia & corruptio, quomodo non potius corruptus est? Si enim ex eo tempore malicia corruptio fuit, & corrumpit quidem alia, ipsa uero seipsam non corrũpit: non amplius corruptibilis est, quæ alia quidem corrumpit, ipsa autem perpetua manet & non disperditur. Quum autem ipsa maneat in solida substantia, corrumpatq; alia & non seipsam, nihil relinquere potest: sed penitus corruptio aliorum, alia corrumpit, ipsius uero substantia permanet. Et non amplius aliquid rerum sinet, sed ipsa sola manebit, quæ uero per ipsam corrumpuntur, abolentur. Si uero etiam sibiipsi mala est, & sibiipsi corruptio: non amplius substantia ipsius cõsistet, non solum in futuro dixerim, sed etiam ex eo tempore abolita fuit, ut quæ iam seipsam in seipsa corrupit ac dissipauit. Verum hæc omnia narrationes sunt stultæ uaniloquentiæ, quas ubi cognoueritis uos prudentes Filij sanctæ Dei Ecclesiæ fideiq; Domini, dijudicate circulatorem, & nugas ipsius deridete. Redit porro ad prætextus male à seipso excogitatos, et ad similitudines ex diuinis scripturis, quæ non sic se habẽt, sed sic ab ipso male intelliguntur. Age igitur proponamus ea ad uerbum, quæ ex diuinis scripturis suffuratus, uelut dixi, iuxta suam mentem exponit, etiamsi iam sæpe eadem tractantes exactissime refutauimus. Primum quidem igitur ubi reperit in diuinis scripturis nomen paracleti, & sancti paracleti uirtutem ignoraret, seipsum introduxit opinatus sese hunc esse. Et asserit quæ à sancto Paulo dicta sunt ad se pertinere, uelut ubi sanctus Apostolus dixit, Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. At ubi uenerit quod perfectum est, abolebitur quod ex parte est. Hoc uero de paracleto omnino non dicit Apostolus, qui ipso sancto Spiritu, cum similibus ipsius Apostolis dignus factus est, sed de duobus mundis narrauit, de præsenti & futuro, quemadmodum dixit etiã his qui de temporibus cognoscere uolunt. Nemo uos corrumpat neq; per sermonẽ, neq; per epistolam, quasi dies Domini instet. Nisi enim reuelatus fuerit filius iniquitatis, homo iniusticiæ, & cætera. Et rursus quum conuenissent discipuli ad Saluatorem, interrogabant ipsum de consummatione, & dicebat ipsis, Non est uestrum nosse tempora & momenta temporum, quæ pater posuit in propria potestate, sed accipietis uirtutem superuenientis in uos Spiritus sancti. Et rursus dicebat, A Hierosolymis ne discedite expectantes promissionem spiritus, quam audiuistis, hoc est spiritum paracletum, de quo dixit, Si ego abiero, ille ueniet, & annũciabit uobis omnia. At annunciabit uobis omnia, propter donum quod accepturi essent, inhabitabit in ipsis Spiritus sanctus, quo omnia ipsis clare exponat, quę in hoc sæculo capere poterunt. Et hic quidem in hoc sæculo acceperunt Spiritum sanctum paracletum & prophetarunt, uelut Agabus uaticinatus est de futura fame, quando prophetæ à Hierosolymis descenderunt ad Antiochiam. Et quatuor erant filiæ Philippo prophetissæ. Quum autem prophetant, ex parte prophetant, & ex parte cognoscunt. Quod uero perfectum est in futuris sæculis sperantes expectant, quum corruptibile in incorruptibilitatẽ transmutatum fuerit, & mortale in immortalitatem. Tunc facies ad faciem, iam enim per ænigma res contingunt. Illic autem parantur quæ oculus hic non uidit. Illic reuelatur perfectio, quam auris hic non audiuit. Illic magnum beneficium sanctis, quod in cor hominis hic non ascendit. Et uides, quod non Mani reseruabatur nosse eximia. Quomodo enim nosset Manes, qui à proprio scopo elapsus est? Conatus est enim Marcellum capere, uenit ad Archelaum ut ipsum superaret, & non potuit.

Paracletũ seipsum putauit Manichæus.

Quomodo

Quomodo igitur qui ignorat quod recens est, nosse poterit de maioribus? Quomodo uero non effugit manus regis Persarum? quando captus pœnas dedit, ut manifestus fieret intelligentia præditis, quod omnia mentiretur. Rursus autē profert uult testimonium, quo dualitatem à se dictam confirmet, & inter duo principia uane distinctionem faciat, ex hoc quod Saluator dixit, Non potest arbor bona fructus malos facere, neq; arbor putrida fructus bonos facere. Ex fructu enim arbor cognoscitur. Et uide mihi leuem mentem, & nihil in profunditate diuinæ scripturæ intelligentem. Si quidem enim arbores sunt, ergo etiam agricolã habent, & si plantæ sunt, omnino etiam ab aliquo plantatæ sunt. Quicquid autem plantatum est, non est sine principio, sed principium habet. Principium autem habens, etiam finem subibit. Itaque putrida arbor non semper erat, sed plantata est. Et bona hæc arbor non de tota superna bonitate narrat. Illic enim minime mendax bonitas mutationem non habens, & in honore inenarrabili uiri sancti Dei cogitatio. At in plantarum negocio uideamus an sic se res habeat, & dicere ordiamur. Siquidem enim de diabolo sermo est, iam sæpe ostendimus, quod non malus creatus est. Nihil enim malum Deus fecit, & hoc intelligentibus manifestum est. Si enim ex ijsdem procedimus, nihil molesti fuerit demonstrare etiam in præsenti ueritatis rationem. In principio itaq; malus non erat, uerum euasit malus. Ecce non consistet in hac parte sermo de plãta. Videmus enim & Saulum persequutorem fuisse, postea uero propter nomẽ eius quem olim persequutus erat, persecutionem passum esse. Videmus Iudam cum duodecim Apostolis electum fuisse, & postea defecisse, & in sorte locatum fuisse. Videmus Raab scortum alienum à genere Israël, postea pœnitentiam egisse, & misericordiam Dei accepisse. Videmus latronem ob maleficia captum & in ligno suspensum, confessionem fecisse, & cum Domino in Paradysum ingressum esse. Videmus Nicolaum bonum fuisse & electum, postea uero malum euasisse, & inter hæresiarchas enumeratum. Et quid opus est me multa exempla recensere? Quid igitur est arbor hæc mala, ex qua bonum non fit, quàm ipsæ hominum actiones? Nõ potest enim ex malicia bonitas esse. Non potest ex inuidia iusticia, nõ potest ex adulterio laus fieri. Ipsa enim peccati arbor non potest per bonitatem fieri, hoc est, non facit arbor mala fructus bonos. Neq; boni arboris est malos fructus producere. Verbi gratia, bona arbor quæ non facit fructus malos, est quæ producit hospitalitatem, si quæ ab hospitalitate eueniunt, non maliciei gratia fiunt: misericordiam & electionem: moſynam: castitatem propter Deum: continentiam propter Dominum: iusticiam propter legem. Hæ duæ arbores de iusticia & de peccato, hoc modo se habẽt. At barbarus hic Manes cogitat & uult de Deo dicere & de diabolo. Et quod de Deo nemo potest audere & dicere, quod unquam malum fecerit, absit: & neque de diabolo quod bonum operetur, hoc clarum est. Sed per Deum omnia bona fiunt, & malum ex ipso nihil creatum est, neq; fit. Si uero ex diabolo fiunt mala quædam, ecce inuenimus & per ipsum coronam sanctis necti, & præmium uiris dari. Et corruit ipsius sermo. Putrida enim arbor & bona arbor, de bonis & malis operibus dictæ sunt, & non de ueteri ac nouo Testamento, uelut Manis doctrina uoluit. Insuper autem idem Manes uolens cõfirmare prætextus de duobus principijs, uenantis modo subit sententias quæ sibi uidentur, & sic habens. Dicebat, inquit, Iudæis, Vos filij diaboli estis, ille homicida erat, quia pater ipsius mendax erat. Vult autem maledico ore effutire ac dicere, creatorem cœli & terræ patrem diaboli esse, quum nullo modo dictum illud ad hoc referre possit. Si enim omnino diaboli filij sunt, corruit ipsius sermo, & sibijpsi ignorans Manes repugnat. Separatæ enim sunt de cætero ipsorum animæ ex diabolo

Arbor bona & mala.

factæ,

factæ,& non amplius sunt supernæ uirtutis, iuxta ipsius fabulamentum. Aut non amplius pars lucis, aut armaturæ eiusdem, aut columnæ lucis, aut matris uitæ. Si uerò omnino ipsi diaboli sunt, ergo etiam Abraam horum pater, cuius semen sunt ipsi Iudæi, diaboli est, iuxta Manis rationem. Quomodo igitur Saluator expresse dicit ad ipsos: Vos nõ estis filij Abraam, sed patris uestri diaboli. Si enim essetis filij Abraam, « opera ipsius faceretis. Vos enim quæritis me occidere, hominem qui ueritatem lo- « quutus sum uobis. Hoc Abraam nõ fecit. Et uides quod abusiuus est sermo. Quum « enim essent ipsi filij Abraam, Dominus abalienat ipsos ab eo, propter opera, non propter formationẽ aut creationem. Iam uerò etiam in superioribus de hoc tractauimus. Quomodo igitur pars seminis ipsius erit modo aliena & diaboli, modò pars Dei? At hoc per conuicium dicit. Cui enim quis seipsum subijcit, huius seruus est, iuxta operationem & doctrinam. uelut etiam Paulus dicit: Etsi enim multos præceptores « habetis, at non multos patres. In CHRISTO enim IESV, per Euangelium « ego uos genui. Et uides quod de doctrina dicit. Et siquidem Manes suscepisset ipsum Abraam, dixissemus sanè, Abraam quidem Dei lucis, eos uerò qui ex ipso geniti sunt, alterius. Cæterùm argumenti scopus & propositum, hoc modo se habet. Imitabantur homicidam, imitabantur traditionem Iudæ, susceperant calumniam proditoris, filij facti sunt ipsius, propter abnegationem Dei. Ipse mendax erat, loculos detinens & furans, & dicens ad ipsum, Aue Rabbi. & redarguebatur & audiebat, Amice propter quid ades. Hic Iudas imitatus est ipsum Cain, quoniam homicida erat, mentiẽs coram Domino, ac dicens: Nunquid custos sum fratris mei? Nõ scio ubi est. Et ipse « iuxta imitationem filius fuit, itemq; iuxta intelligentiam, eius quæ in serpente loquuta est mendacis uocis, & dixit, Eritis sicut dij cognoscentes bonum & malum. Atque hoc est quod in Euangelio à Saluatore dictum est: Vos filij estis diaboli. Dicit enim, Nońne duodecim uos elegi, & unus ex uobis est diabolus? Quoniam ab initio men- « dax est, & homicida, quia pater ipsius mendax erat. Et soluta est huius quæstio. Non enim diaboli filij erant, Iudæi: Absit. Dicit enim Samaritana ad Saluatorem, Hic in monte hoc adorauerunt patres nostri, & uos dicitis, quod in Hierosolymis est locus ubi oportet adorare. Deinde post multa ipse Saluator dixit, Quæ nouimus loqui- « mur, quia salus ex Iudæis est. Et rursus Apostolus, Manifestum est quod ex Iuda ex- « ortus est Dominus. Et multa sunt quæ de hoc dici possunt, & errorem huius redarguere. Rursus autem inhæret huic dicto, Et lux in tenebris lucet, & tenebræ ipsam non apprehenderunt. Persequebantur, inquit, tenebræ lucem: nempe malis principibus persequentibus, & bello impetentibus deitatem. Si uero lux bello impetita à tenebris persequutionem patitur, ergo potentiores sunt tenebræ ipsa luce, quoniam fugit à facie tenebrarum, & non potest stare lucens, eo quòd tenebræ sunt fortiores. At non sic se res habet. Neque enim lux fugit à facie tenebrarum, sed, Lux in tenebris « lucet, & tenebræ ipsam nõ apprehenderunt. Si uerò tenebræ non apprehenderunt lucem: multum abest hoc à sententia Manis, qui dicit, quod non solum apprehenderunt, sed etiam armaturam ab ipso abripuerunt. Quomodo igitur quæ prædicatæ sunt ab ipso, quod rapuerint armaturam, omnino non apprehenderunt lucem? Quomodo uerò lux quæ persequutionem patitur, ipsa sua sponte in tenebris lucet? At quoniam obtenebratæ erant mentes hominũ per caliginem peccati, demisit Deus primum legem, illuminans uelut per lucernam lucentem, quemadmodum dicit Petrus in epistola: Attendentes prophetico sermoni, uelut lucernæ lucenti in squallido loco, donec lucifer exoriatur, & dies illucescat in cordibus uestris. Illic enim lux in tenebris lucet, lex data in manu mediatoris, per fidelem seruum Dei Mosen. Quapropter quandoquidem ab origine prima erat lux lucẽs uelut scintilla in lege secundùm naturã, quam ubi conspexit Enoch, complacuit Domino: per quam deductus Abel,

Iudæi filij diaboli, cur sunt dicti.

Iudas diabolus.

Tenebræ & caligo peccati.

complacuit Domino: per quam inuenit Noe gratiam coram Deo, cognita uia: per quam Abraam credidit Deo, & reputatũ est ipsi ad iustitiam. Deinde ubi præterijssit lux à scintillari modo, accessit aliquid ad splendorem lucernæ quæ in squallido loco luxit, hoc est, lux in tenebris lucet, ipsum mandatũ Dei, & cogitatio mẽtis secundũ bonitatẽ, lucens in corde fideliũ, in medio caliginosę cogitationis malorũ ac improborũ factorũ inter homines, cultusq́ simulachrorũ ac abnegationis Dei, cædis itẽ & adulterij, atque aliorum. Quando autem uenit magnũ luminare, lux uera quę illuminat omnem hominem uenientem in mundum: In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus ipsum non cognouit. In sua uenit, & sui ipsum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Et uides in quibus tenebris hæc lux lucet, & quæ tenebræ ipsam nõ apprehenderũt. Nam bonum quod semper à Deo in mentem hominum mittitur, & illuminat in mundo, à peccato non superatur. Similitudinem deinde rursus apprehendit Manes, ab eo quòd Saluator dixit: Simile est regnum cœlorũ homini patrifamilias, qui seminauit in agrum suum bonum semen, & dormientibus hominibus inimicus homo uenit, & seminauit zizania. Deinde dicunt ipsi serui ipsius, Non ne bonum semen seminasti in agro? Ipse uerò dixit, Etiam. Vnde igitur zizania? Ille uerò dixit, Inimicus homo hoc fecit. Serui autem ad ipsum dixerunt, Vis igitur ut abeamus & eradicemus zizania? At ille dixit, Non: ne fortè eradicantes zizania, eradicetis simul triticum. Verum sinite usq́ ad tempus messis, & dicam messoribus, Colligite zizania & ligate in fasciculos. Triticum autem deponite in horreum. Et parate zizania ut comburantur igne inextinguibili.

Zizaniorum parabola.

Quum autem discipuli ipsius in domo dicerent, Explica nobis parabolam zizaniorum, ipse soluit ac respondit, ut non concederet impostori ut ansam haberet contra ueritatem. Respondet igitur clarè Dominus, & dicit: Qui bonum semen seminauit est Deus: ager est mundus, zizania sunt mali homines, triticum sunt boni homines, inimicus homo, est diabolus: messores, sunt angeli: messis est consummatio seculi, quando præcipiet Dominus angelis suis, & colligent peccatores à regno suo, & tradent ipsos ad exurendũ. Et uidetis uos filij ueritatis, quod ea quæ uult dicere contra seipsum producit hic renouatus nobis pro Ianne & Iambre. Ipse enim negat mundum Dei esse. Hic autem Saluator dicit mundum esse agrum, patremfamilias autẽ ac dominum agri, hoc est patrẽ suum, & seipsum seminasse bonum suũ semen. Et neq́ dixit animas à corporibus, aut corpora ab animis: Sed inimicum hominem dicit seminasse zizania, quæ sunt mali homines. Homines autem non dicit corpora per se, sed simul dixit malos homines. Rursus similiter bonum semen paterfamilias seminauit in agro suo, bonos dicit homines, & non dixit horum animas, sed bonos cum corpore & anima. Proinde ergo per doctrinã seminat Deus bonum in hominibus: & per malignam fraudem subseminat mala opera diabolus in hominibus. Hinc atque hinc non reperiemus maliciei radicem, sed opera quæ per nos fiunt. Et omnino non est diabolus causa & autor seminatorũ zizaniorum. Statim enim declarat dicens, Dum dormirent homines: & non dixit, dum dormiret paterfamilias. Quum enim nos obdormierimus à bonis operibus, quum neglexerimus iustitiam, quum mentem non uigilantem habuerimus ad mandatum Dei, tunc seminamus peccata. Vides quod messores parãt fasciculos ad ignem æternum? Dic mihi ô Manes, animas illic ligant, aut corpora cum anima exurunt, aut ipsas animas? Non enim amplius cõsistet sermo tuus de animarũ purgatione, quando ad supplicium & iudicium tradentur. Verùm suffecerint hæc de his hactenus. Intelligentibus enim apparent & clara sunt dicta ueritatis. Apprehendit rursus aliud dictum in medium producens, & nõ intelligens ea quæ in ipso sita sunt, aliter interpretatur salutaris doctrinæ uirtutem, eo quòd dixerit Saluator, Venit princeps mundi huius, & in me nihil quod suum est inuenit. Et rursus

ſus Apoſtolus, Deus ſeculi huius excæcauit mentes infidelium, ut ne illuminet ipſos illuminatio gloriæ Euangelij. Videamus itaque de principe mundi huius, de quo dicit Dominus, quod deijcietur infra: Ego autem ſi exaltatus fuero, omnes traham ad meipſum: quem dicat principem mundi huius. Et ſiquidem diabolum dicit, quomodo Ioannes in Euangelio de Saluatore dicit, Quod in ſua uenit, & ſui ipſum non receperunt. Videmus enim duas has ſententias inter ſe oppoſitas. Apoſtolus enim dicit, Totus mundus in malo ſitus eſt: & in mũdo erat Saluator, Quomodo ergo utrique capientur? Si totus mũdus in malo ſitus eſt, ubi locus Saluatori in mundo eſt, ut ipſe ſit in mũdo? Et ſi propria ſunt filij Dei ea quæ ſunt in mundo, qualis princeps dominatur propriis Dei? Si uerò non ſunt propria filij Dei quæ ſunt in mundo, qualis princeps mundi conceſſit propria eſſe Saluatoris ea quæ ſunt in mundo? Et ſi filij Dei eſt mundus, quomodo conceſſit principi ut ſuum mundum occupet? Sunt autẽ omnes ſermones Scripturæ ueritatis in ſapientia dicti, quemadmodum ipſe Dominus dicit, Venit Ioannes in uia iuſtitiæ, non edens neque bibens, & dicunt, dæmonium habet. Venit filius hominis edens & bibens, & dicunt, Ecce homo uorax & uini potor, amicus publicanorũ & peccatorum: & iuſtificata eſt ſapientia à filijs ſuis. Quomodo autem iuſtificata eſt ſapientia à filijs ſuis, aliter quàm ab intelligentibus ſapientiæ uerba? Sicut dicit & in Propheta, Quis prudens & intelliget hæc, quia rectæ uiæ Domini. Et cui ratio ſapientiæ, & cognoſcet hæc? Impij autem debiles erunt in ipſis. Debilis enim factus eſt, & reuera impius cum impijs in diuinis ac cœleſtibus ſermonibus. Saluator enim paulo antè dixit, Videbam ſatanam ſicut fulgur de cœlo lapſum. Et hic rurſus, Princeps mundi huius deijcietur infra. Et ſi de ſatana ſermo erat iam lapſo, quid erat opus rurſus deijci infra? At omnino dices, in abyſſum. Vbi igitur exaltari uolebat Dominus? Siquidẽ enim ab abyſſo exaltari uolebat, ſimile ad ſimile admotũ atque extentum, æquiualentes locutiones efficit, quando in terra exaltatus eſt. Dixit enim de exaltatione crucis, & de aſcẽſu in cœlũ, quo omnes ſurſum trahat ad ſeipſum. Et qua ratione quum ſupernè eſſet non attraxit, ſed in terram uenit? Oportebat enim ipſum uenire, & ſpeciem hominum in ſeipſum ſuſcipere, quo Deus Verbum qui ex paternis finibus deſcendit, ubi primum ipſum ſanctum uas, quod à Maria accepit, efformaſſet ſibijpſi, ipſum ſanctum uidelicet corpus, in proprio corpore exaltaretur, & exaltatus ſimiles traheret ad ſeipſum. Quis uerò eſt princeps mundi huius? Quis quàm, uelut dicit, Totus mundus in malo ſitus eſt: non cœlum dicens, non terram, non ſolem, non lunam, non plantas, non mare, non montes, non aërem, non nubes, non uentum, non aſtra, non uolatilia, neque quicquam ex creatis. Abſit. Sed mundus eſt, mentis humanæ ſuperbia, audacia ac fiducia arrogantiæ, temeritas elationis hominũ. Hic princeps mundi ſuperbia ipſa decidit infra. Vos enim, inquit, gloriam alter ab altero accipitis, ego autem non quæro meam gloriam. Quomodo enim non cecidit ſuperbia? quomodo non fractus eſt princeps mundi? quũ Herodes quidem ſeruet & iudicet iudicem ac dominum uiuorum & mortuorum, Pilatus uerò præſideat: miniſter maxillam alapis cædat, Iudas tradat, Caiphas iudicet, Iudæi conſpuant, milites colaphiſſant caput eius qui nutu cœlum & terram uertere poteſt. Hæc eſt ſuperbia & audacia & gloria hominum mundi. Hic erat princeps mundi qui cecidit infra. Omnes enim qui in eminentia dignitatum in mundo ſunt, per elationem, per audaciam, per gloriam, per ſuperbiam, principatum poſſident, quorum nihil in Saluatore inuentum eſt. Linum enim fumigans non extinguet, & arundinem fiſſam non confringet. Et multa de hoc dicere poſſem. Rurſus autem idem Manes producit, quod Apoſtolus dixit: Deus, inquit, ſeculi huius excæcauit mentes infidelium, ut ne illuminet ipſos illuminatio Euangelij. Si eſt Deus mundi huius, quid ergo Saluator ubi uenit faciebat in alienis? Et ſiquidem aliena deſiderabat, non eſt hoc

Princeps mũdi quis.

Mundus quid ſit.

boni, neque iusti. Si uerò saluandi gratia uenit non propria, sed aliena: hoc adulatoris cuiusdam est, uolentis eos qui uicini sunt elatos facere. Et si omnino ut ea quæ dei huius seculi sunt saluaret uenit: ergo ipsi deo mundi gratiam deponit, propria ipsius uasa saluare tentans. Et si omnino assentitur deus seculi huius, propter suos qui à Saluatore seruantur: ergo bonus est, etiamsi saluare non possit, gaudens ob suorum salutem. Et erit de cætero una societas bonitatis: quoniam alter quum possit saluare, alter uerò quum non possit sua saluare, ob seruatos gaudet, lucrum hoc ducens, quod sua ab eo qui bene saluat, salua habet. Et si omnino nō aduersatur uolenti sua saluare, etiam gratiam confitebitur. Si autem gratiam confitetur, primum ipsum saluat cuius sunt qui saluantur, quo erga eum qui saluatur bonitatem suam ostendat. Et non parcuos potius saluare uult, & sinere necessarium, ex quo facti sunt qui saluantur. Aut ter rursus. Si quidem uult ipsum non seruare, eos uerò qui sub ipso sunt saluat: ergo non perfectum operatur, neque potest bonum operari in perfectione. Si uerò quòd est naturæ quæ non saluatur, ipsum quidem saluare non potest: eos uerò qui ab ipso facti sunt, seruat: multo profectò putidiores sunt qui ab ipso facti sunt, & impossibile est ipsos saluari. Sed & aliàs, si quidem propria quædam saluare nō potens, ad aliena uenit ostentationis gratia, ut suum auxilium demonstraret: magna est impia quæ non potest sua saluare, & ad aliena proficiscitur, quo ostendat opus quod in suis demonstrare non potuit. Et iam corruit sermo Manis, de Saluatore & principe huius seculi dictus. Et est reuera Deus huius seculi, non Deus alius & diuersus ab eo qui est, neque Deus alius in substantia existens: Absit. Deus enim omnium Dominus, qui mundum fecit, unus est Deus, pater Domini nostri IESV CHRISTI, & nunquā desinit. Verùm de quo Apostolus dicit, quem increduli in Deum sibiipsis elegerunt, eum nō solum unum Deum huius seculi esse dico: Absit, sed etiam multos, quibus increduli seipsos subiecerunt, & mente excæcati sunt. Velut etiam in alio loco dicit: Quorum Deus uenter, & gloria in turpitudine ipsorum. Et Dominus in Euangelio, Non potestis duobus dominis seruire, dicit. Deinde post mulas, ostenderet qui sunt duo domini, dicit, Nō potestis Deo seruire & mammonæ. Proinde Deus est Deus, & māmonas est deus mundi. Per hos enim duos, mammonam & uentrem, maxima pars naturæ hominum inescata cæcutit, non à Deo causa accepta, sed per propriam malignitatem, prout unusquisque appetens in incredulitate sua ipsum subditum omnibus tradit. Vnde & Apostolus dicit: Radix omniū malorum est auaritia. Et propterea execratur malam præsumptionem ac prænotionem faciendi Deum, dicens: Edulia uentri, & uenter edulijs, Deus autem & hunc & illa abolebit: detestans uentris concupiscentias. Deus itaq; huius seculi excæcauit mentes incredulorum. Quemadmodum etiam in Euangelio scriba primus & secundus dicere peritur, Quid faciam ut uitam æternam possideam? Ipse uerò dixit: Honora patrem & matrem, sicut scriptum est. Nō enim erant ab ipso aliena quæ in lege habentur, ut ipse docet uitæ hæreditatem esse legis obseruationem. Deinde dicit, Hæc omnia feci à iuuentute mea. & quum hoc audiuisset, gauisus est, ut ostenderet mandata legis à sua deitate non esse aliena. Per hoc enim quod dixit, Gauisus est, consensum uoteris Testamēti ad nouum fecit. At ille, Qua re amplius, inquit, opus habeo? Et dicit ad ipsum: Si uis perfectus fieri, uende bona tua, & distribue pauperibus, & accipe crucem tuam, ac sequere me, & habebis thesaurum in cœlis. Ille uerò abijt mœstus, erat enim diues ualde. Deinde dixit Dominus, Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem in regnum cœlorum ingredi. Non possunt enim ingredi, quoniā excæcati sunt à deo seculi, ducentes Mammonam suum deum, & seipsos subditos facientes deo huius seculi, hoc est auariciæ. Quemadmodum dicit, Attendite à fermento pharisæorum, quod est simulatio. Et in alio loco: quod est auaricia. Et

Deus huius seculi.

Et ut oſtenderet huius effectũ & opus, dicit: Duces ſunt cæci. cæcus autẽ ubi cæcum ducit, ambo in foueam cadunt. Quandoquidem enim excæcauit ipſos auaricia, deus huius ſeculi, etiam non illuxit illuminatio Euangelij in cordibus ipſorum, eo quòd excæcati ſunt circa auariciam. Hæc enim & Iudam excæcauit. Hæc etiam Ananiam occidit. Hæc multos perdidit. Hic eſt deus huius ſeculi, quem homines ſibi deum elegerunt, & honorem erga ipſum apprehenderunt, & Dominum cõtempſerunt, ſicut dicit: Vnum quidem amplectetur, alterum uerò contemnet. Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ. Et uides expreſſe ac clarè quomodo rem interpretetur. Nullus enim eſt alius Deus, non in cœlo, nõ in terra, nõ in omnibus locis, quàm unus Pater ex quo omnia, & unus Dominus IESVS CHRISTVS per quem omnia, & unus Spiritus ſanctus in quo omnia, ſemper exiſtens trinitas, una deitas, & nunquam additionem accipiens, neque ablationem admittens. Tranſeamus autem rurſus ad alia, & retia huius beſtiæ feræ, & inimici ac ultoris diuellamus ô chariſſimi, ita ut quæ ab ipſo nouè dicta ac expoſita ſunt, ad ueritatis locutionẽ feramus, his qui ueritatem diſcere uolunt, & mentẽ ab omni mala hæreſis doctrina auertere. Reprehendit enim rurſus legem & prophetas, inimicus ueritatis & ſancti ſpiritus exiſtens, qui in lege & prophetis loquutus eſt: & laxata lingua uelut ſemper contra Deum, qui omnia fecit, loquutuſq; eſt in lege ac prophetis, & eſt pater Domini noſtri IESV CHRISTI, ex quo omnis familia in cœlo & in terra nominatur, dicit: Ex ipſo concupiſcentia, & ex ipſo cædes, & alia omnia. Iuſſit enim & ueſtes rapere Ægyptiorum, ſacrificia autem ſibi ipſi offerre, & alia omnia quæ lex tradit. Occidit & homicidã, ut non contentus ſit prima cæde, ſed etiam alteram efficit, nimirum dum primam cædem ulciſcitur. Immittitq; cõcupiſcentias in mentes hominum, mulierum & aliarum rerum. Prudenter autem, inquit, pauca de CHRISTO uaticinatus eſt, ut per pauca ueriſimilitudinis fidem faceret. Atque hæc erant uerba temerarij Manis, quæ contra ſuum Dominum effrœni lingua loquitur. Vbi uerò conſideraueris quis, uidebit nihil aliud in hoc apparere quàm phrenitide correpti opera. Sicut enim qui ex phrenitide laborat, gladio cõtra ſeipſum armatur, & propter morbũ ſuas carnes cõſcindit, & putat ſe de inimicis ulciſci, & non nouit: Sic etiã hic contra ſeipſum arma ſumit, non intelligens ſententias quas cõtra ſeipſum attrahit. Si enim ex ipſo cõcupiſcentia eſt, & cõcupiſcentiã operatur, quomodo ſurſum ac deorſum cõtra cõcupiſcentiã ſcribit, qui concupiſcentiam immittit? Qui dicit, Non cõcupiſces quæ proximi ſunt, neq; bouem ipſius, neq; iumentum ipſius, neque ancillam ipſius, neq; agrum ipſius, neque uxorem eius, neq; quæcunq; proximi tui ſunt: ſi tollit concupiſcentiã, non ipſe eſt concupiſcentiæ ſuppeditator. Quomodo igitur dicit, Præcepit ut ſpoliarent Ægyptios dum exibant ex terra Ægypti? Reuera enim iuſtus eſt iudex, uelut etiã iam ſæpe de hoc dixi. Et ut oſtenderet quod nõ ipſe opus habeat ſacrificijs, dicit in Propheta, Non ſacrificia obtuliſtis mihi domus Iſraël quadraginta annis, dicit Dominus. Cuius igitur erant quæ offerebantur ipſi quidem iuxta mentem offerentium? ipſe uerò non eo quòd ipſis opus haberet, admiſit, ſed ut adſuefaceret à multitudine deorum, unum Deum cognoſcere: Quum uideret ſacrificia fieri dijs Ægyptiorum, ut ne per multitudinẽ deorum mentes ipſorum mutatæ, unum ſolum Deum relinquerent. poſtquam autẽ abduxit mentem ipſorum à multitudine deorum, per multum tempus deſueſcere faciens ipſos ab huiuſmodi propoſito, incipit recidere quæ nõ uoluerat: & dixit, Cur mihi thus ex Saba offertis, & cinamomum ex terra lõginqua? Num comedo carnes taurorũ, aut ſanguinem taurorum bibo? Hæc enim non requiſiui ex manibus ueſtris, ſed ut faceretis iuſtitiam erga proximum, & unuſquiſq; ueritatem erga fratrem ſuum. Et uides quod progreſſu temporum ſubſtãtia uirtutis diuinorum reuelatur. Quemadmodum ipſe rurſus dicit ad Samuelem: Vnge Saul in regem. Poſtea uerò ipſos redarguit, dicens:

Auaricia est deus huius ſeculi.

Legis ac prophetarum reprehenſio.

» Vnxistis regem, non per me: & principes, & ego non præcepi uobis. At quia exper-
bant hoc mentes ipsorum, consolans Deus Samuelem prophetam, dixit: Non te reie-
» cerunt, sed me, dicit Dominus. Verùm unge ipsis Saul filiũ Cis, uelut pueris parui
oblatum numen, ut gestet infirmitatem debilium, & morem gerat infanti ob debilita-
» tem ipsius. Deinde dicit id quod perfectissimum est: Sacrificium Deo spiritus contri-
» tus, cor contritum & humiliatum Deus non despiciet. Et, Sacrificate Deo sacrificium
laudis. Et quæcunq; de hoc dici possunt. Postea uerò dicit idem Manes: Voluit de
CHRISTO sermonẽ edere. Qui enim loquutus est in lege magnus reuera, qui edi-
& de futuris cognoscit. Si autem nouit futura, non exors est prænotionis. Sed Deus
est qui futura nouit. Scripsit autem ipsa ut fierent. Si uerò contraria ipsi fuissent, scri-
psisset quidem de ipsis, uerùm soluisset ipsa, ut ne ipsis credidissemus. Quando uerò
futura in CHRISTVM perfici confirmat, profectò ipse spiritus est qui loquutus
est in lege, & in prophetis, & in Euãgelio. Vna est enim cõsonantia, quemadmodum
» per Mosen dicit, Prophetam uobis ex fratribus uestris excitabit Dominus. Et rursus
» Dominus dicit: Moses de me scripsit. Moses autem dicit: Omnis anima quæ non au-
» diet prophetam illum, exterminabitur. Et rursus Dominus: Si Mosis scriptis nõ cre-
» ditis, quomodo meos sermones audieritis? Et undiquaq; apparet ueritas, lucida exi-
Testamentũ mortis. stens, & non habens rugam. Mortis porrò rursus esse asserit testamentum legis, eo
quòd Apostolus dixit: Si uerò testamentum mortis per literas incisum lapidibus fuit
» in gloria. Et non solùm hoc dixit diuina Scriptura: sed quod lex iusto non est posita,
sed patricidis, & matricidis, & periuris, & si quid oppositũ est sanæ doctrinæ. Quan-
Lex iusto nõ est posita. doquidem igitur lex iusto non est posita, iniquus ergo est iustus: Absit. Sed quoniam
anticipauit iustus perficere ea quæ sunt legis, non est lex cõtra iustum qui fecit legem,
uerùm posita est contra eos qui deliquerunt, iudicans iniquos. Sic igitur & testa-
mentum. Iussit enim homicidam occidi, & adulterum occidi, & iniquum legis trans-
gressorem lapidibus obrui. Fuit autem in gloria. Magna enim fuit huius gloria. Et
celluit enim gloriam hominũ, eo quòd à mutua iniuria prohibebat, in luce columnæ
ignis expressum, in tubis horrendis ualde resonans, & in tabernaculo testimonij, &
in magna gloria tunc cõstitutum. Oportebat enim præire testamentũ mortis, ut pri-
mum mortui peccato uiueremus iustitiæ. Sicut CHRISTVS infirmitates nostras
portauit, & morbos suscepit, dum sustulit omnia in corpore in cruce, ut primum ea
quæ sunt mortis, deinde quæ uitæ sunt, in ipso propter nos implerẽtur. Et propterea
primum moritur, ut mortis testamentum confirmet. Deinde ex mortuis resurgit, ut
à gloria ad gloriam transeat. In cruce enim triumphauit de principatibus ac potesta-
tibus, in morte cõdemnauit peccatum. In eo quòd sepultus est, sepeliuit iniquitatem.
In eo quòd gustauit mortem, aculeum mortis confregit. In eo quòd descendit ad inferos
num, spoliauit infernum, soluit ligatos in fortitudine, erexit trophæum crucis contra
diabolũ. Et uide quomodo gloria hæc à Mose usque ad Dominum. Quanto magis
testamentum uitæ erit in gloria? lapide deuoluto, petris ruptis, monumentis apertis,
angelis coruscãtibus, mulieribus annunciantibus, pace data, spiritu apostolis ab ipso
dato, regno cœlorum promisso, Euangelio illuminante orbem terrarum. Qui descen-
dit, ipse est qui ascendit supra omnes cœlos, & sedet in dextra patris. Nõ erat mortis testa-
cans testamentum, sed contra mortem testamentũ. In gloria autem erat mortis testa-
mentum, quo excellens gloria contra mortem fieret. Deinde rursus idem Manes di-
cit, Nõ potest unius doctoris esse uetus & nouum Testamentũ. Illud enim ueterascit
Testamenta ambo nõ esse unius doctoris. de die in diem, hoc uerò renouatur ex die in diem. Quicquid enim inueterascit ac se-
nescit, propinquum fit interitui. Verùm illud alterius Dei, & alterius doctoris est. Et
hoc alterius Dei, & alterius doctoris. Et siquidem duo uetera testamẽta ostenderet po-
tuisset, uerisimile esse queat quod ab ipso dicitur, uelut duo essent qui tunc testamen-
ta

ta fecissent. Similiter autem si duo noua testamenta ostendere potuisset, poterat quis in mentem sumere quod ab ipso dictum est. Si uerò uetus est unius, & nouum alterius: boni autem Dei est nouum testamentum, mali uerò uetus: Ergo nisi uidisset bonus Deus malum testamentū fecisse, non nouisset quod oportet testamentum legare. Et erit hoc modo magis ut qui ab illo doctrinæ occasionem acceperit, & in rebus instructus sit. Si enim non uidisset, non utique imitatus fuisset. Et oportebat magis uetus testamentum esse boni Dei, quo potius malus imitator appellaretur, quàm qui est ue
rus Deus. Dicit enim Dominus in Euangelio, Quicquid uidet filius patrem facere, «
sic & ipse similiter facit. Et ut ne admitteret consiliarium, ut ne gloriari posset diabo-
lus ac dicere, Per cōsilium eius Saluatorē aliquid fecisse, quum dixit ad ipsum, Dic ut
lapides isti panes fiant: ipse hoc non sustinet facere, ut ne discere uideatur & cōsilium
à diabolo accipere. Et uides quod duo testamenta unius Dei dicit. Dicit enim Apo
stolus, Primum testamentū in monte Sina datum est, generans in seruitutem. Mons
enim Sina est in Arabia. Etsi enim duæ sunt mulieres, at unus est uir. Sic etiamsi
duo sunt testamenta, at unus est Deus, qui ambo legauit. Et propterea non duo uo
cauit noua, neque duo uetera, sed unum uetus, & unum nouum. Et dicit, Testamen
tum autem ob mortuos firmum est. Quapropter etiam primum sine sanguine non
consistit. Accepit enim Moses sanguinem hircorum, & aspersit ipsum librum & po
pulum. Et ideo etiā secundum testamentum ob mortem Saluatoris datum est: quan-
do maximè ambo inter se consona sunt, illud quidem dicens, Non deficiet princeps «
ex Iuda, neque dux ex femoribus ipsius, donec uenerit cui repositum est. Secundum «
uerò, Deus erat in CHRISTO, mundum concilians sibi ipsi, non imputans ipsis «
delicta. Et multa de hoc dicere possim. Verùm compendij gratia præscribo. Por- *Lex & pro-*
rò arboribus resiccatis ac inueteratis rursus cōparat legem & prophetas. Nimirum *phetæ resic-*
ex dicto quod dixit, Lex & prophetæ usque ad Ioannem. Et nihil est hoc stultius. Cui *catæ arbo-*
enim non clarum est, quod impleto eo quòd nunciatum erat per prophetas, finiti *res.*
erant prophetæ? Si enim adhuc uenirent prophetæ nunciātes CHRISTVM uen
turum ex Maria, nondum CHRISTVS aduenisset. Similis enim uidetur hæc res
tali cuipiam facto. Rex profecturus in regionem præmittit ante se in equis præpara-
tores, prænuncios. Et quanto magis aduentus regis appropinquat, tanto plures sunt
præcones aduentum anticipantes, & in urbibus aduentum denunciantes. Vbi uerò *Similia*
uenerit iam rex in urbem, quæ amplius est utilitas præconum? quid opus est equiti- *egregia.*
bus? aut alijs denunciātibus regis aduentum, quando ipse rex intus est? Sic etiam lex
& prophetæ usque ad Ioannem. ubi uerò Ioannes prædicauit uocem in deserto, &
ostendit, Hic est agnus Dei, qui tollit peccatum mundi: non amplius prophetis opus «
est, quo ueniāt & prædicent nobis CHRISTI ex uirgine aduentum. Opus autem
fuit his qui præannunciauerunt ipsius aduentum, ad aduentus ipsius confirmatio-
nem, quoniam præannunciatus fuit. Quemadmodū enim si quis pædagogum habe
ret, uelut etiam Apostolus dicit, quod pædagogus noster est lex ad Domini aduen-
tum: ubi peruenerit ad ætatem, & acceperit præceptorem, non omnino reijcit pæda-
gogum uelut inimicū. Sic & nos deducti sumus in lege & in prophetis, usq; ad aduen
tum præceptoris. Reperto autem præceptore, non reprobamus pædagogum, sed
etiam gratiam ipsi confitemur, quod puericiam nostram deduxit, & ad præfectiores
disciplinas nos demisit. Aut quemadmodum si quis in mari nauigare uellet, & ma-
gnam nauem haberet, uerùm in parua scapha commotionem circa ripam maris tran
siret, & scapha hominem ad magnam nauem perferret: homo ipse non omnino sub-
mergit scapham, ubi magnam nauem reperit, sed cum hoc quod gratiam scaphæ ha
bet, occupat maiorem salutis suæ nauim. Aut ut etiā aliter dicamus, quemadmodum
si quis expositus sit à matre sua genitrice, assumptus autem sit ab aliquo quocunq; tan

dem: & poſtea ubi in uirum euaſit, cognouerit ſuum naturalem patrem, ſit autē talis prudentia præditus, Nunquid ubi cognouit ſuum patrem, & propriā hæreditatem aſſequitur, ob id reprobat nutritorem qui ipſum educauit? & non potius gratiam habet nutricio quod nō ſiuit ipſum in mortē tradi? Sic & nos gratiā habemus Deo qui dedit legem & prophetas, & gratiam habemus ipſi qui dignatus eſt nos nouo filiorum teſtamento. Dicit deinde idem Manes, formas eſſe nos principum, & nos à principibus factos, ipſis uerò in edulium obiectos. Verùm multa eſt impietas in talibus uerbis. Videmus enim non ſic res cōtingere. Omne enim quod eſt in terra, etiamſi ex improbioribus ac ſæuioribus feris ſit, nō propriam formam inuadit, ſed alias: ueluti ubi gratia, Leones leones non comedunt, ob propriam figuram, & eundem ordinem, ſed fame magna premente feras in montibus, & ubi per longum tempus nihil reperiunt, aut propter niuem, aut ob aliam inopiam, diuerſantur in ſpeluncis ac latebris ſuis leones unà cum catulis ac leænis, & non inuadit fera feram, non lupus lupum, niſi fortè ad inſaniam deueniat animal, & rabie percitum ignoret quod facit. Sitaque lupus lupum non edit propter eiuſdem ordinis formam: Quomodo poſſunt principes nos edere, ſi eiuſdem formæ ſumus, & non magis adblandiantur nobis, quo deantur proprias ſuas formas amplecti? Et undiquaque redarguuntur impoſtoris ſermones. Deinde rurſus ex Euangelio apprehendit, quod nō omnes capiunt doctrinam, ſed quibus datum eſt. Et non erat in hoc loco ſermo Saluatori de doctrina, ſed de eunuchis. Si uerò de doctrina ipſius hoc impletur, Non omnes capiunt dictum hoc: Ergo ſi non capient, iuxta propriam mentem non capiunt. Laudabiles igitur aut uituperabiles hi iuxta liberum arbitrium uocabuntur. Et non amplius ſecundùm naturam erit capacitas. Alioqui quid profuiſſet ſuam doctrinam denuncians? Corruit autem undiquaq; ipſius ſermo. Neq; enim doctrinā Saluator dictum appellauit, ſed ſermonem de eunuchiſmo. Et ſi etiā de doctrina dixiſſet, non amplius conſiſtet Manis ſermo. Dicit amplius idem Manes, noſtros iam ſermones uſurpantes: Etenim oues meæ cognoſcunt me, & cognoſco meas oues. In omnibus autem meo titur. Quum enim uellet per blandicias rapere animas eorum qui tunc erant in diſputatione, hunc ſermonem proloquutus eſt, eſcam, ut ita dicam, ſpargens: quo per adulationem ipſi coniungerentur: ut ubi coniuncti ipſi eſſent, inciperet iactare ac dicere, nouiſſe ſeipſos priuſquam ad ipſum acceſſiſſent. Accidit autem ei uelut Apollini uaticinanti, ſicut in Græcorum fabulis fertur, qui alijs uaticinabatur, ſibi ipſi uerò uaticinari non potuit. Verùm excidit à uaticinio amans Daphnem, & excidit propter ipſius caſtitatem. Sic etiam hic Manes, uaticinabatur quidem ſe noſſe ſuos. Verùm ventura propter Marcellum uenit ſubditum ipſum accepturus. Sed corruit ipſius uaticinium. Neque enim Marcellus ipſi fidem habuit, neque quiſquam alius illius temporis hominum. Deinde dicit, quod antiquis annis nemo ſaluatus eſt: ſed à decimoquinto anno Tiberij Cæſaris, uſque ad ſua tempora. Probus autem erat illo tempore rex, & Aurelianus ante ipſum, quando hic Manes præſens erat. Et ita hoc rurſus confutatur, quum undiquaque Euangelium & Apoſtolica uerba dicant, de his qui iam prius ſunt ſaluati. Similiter dicit Dominus, Requiretur à generatione hac omnis ſanguis iuſti effuſus in terra, à ſanguine Abel iuſti, uſque ad ſanguinem Zachariæ, qui effuſus eſt in medio templi & altaris. Vnde igitur iuſtus eſt Abel, unde Zacharias, niſi quod erat iam ſalus, & quod ſaluauit iam per legem & prophetas? Apoſtolus autem dicit: Regnauit mors ab Adam uſque ad Moſem: quo cognoſcas quod in Moſe impedita eſt mors, non penitus abolita. Expectabat enim perfectorem omnium IESVM. quo ubi ipſum tradidiſſet pro humana natura, immortalis mortuus, & inſuperabilis ſuperatus, & uita in carne ſuſtinens ut pateretur, frangeret per mortem eum qui imperium mortis habet, acu-

Homines eduliū principū.

Nō omnes capiunt hoc, dictū, de quare dictum ſit.

Apollinis uatis uanitas.

Saluatum neminē ante 15. Tiberij annū.

aculeum peccati, & mortẽ: quando de cætero implebatur, Vbi aculeus tuus ô mors, ubi uictoria tua ô inferne? Illic etenim in Moſe impedita mors euerſa eſt, ubi regnaſſet uſque ad Moſem. Et primum quidem iuſti erant Abel & Enoch, qui translatus eſt ut non uideret mortem, & non eſt inuentus. At nondum erat lex ſcripta, ſed lex naturalis ex intelligentia & traditione, per ſucceſſionem ex patribus ad filios. Quando uero clarè edita eſt lex, factus eſt gladius, ut ita dicam, diuidens uim peccati. Quando autem Saluator aduenit, contritus eſt aculeus mortis, & rurſus deuorata mors tunc in uictoriam. Et uide quomodo ſaluauit Deus per multos modos. Perfecta autem ſalus in CHRISTO IESV Domino noſtro facta eſt, & fiet uelut etiam Euangelium dicit, Ex plenitudine ipſius nos omnes accepimus. Et qualem dicit plenitudinẽ præterquam legem per Moſem datam? Gratia & ueritas per IESVM facta eſt. Illic quidem data eſt, hic facta eſt. Si ex plenitudine lex, gratia & ueritas IESV: uetus & nouum Teſtamentum in lege, & gratia, & ueritate ſunt. Alia porrò ſententia idem Manes uſus eſt, dicens: CHRISTVS redemit nos à maledictione legis, factus pro nobis maledictio. Dicat itaque quo argento facta eſt emptio? quale fuit precium quod dedit ut nos emeret? Non enim dixit, emit, ſed redemit. At emptionem quidem nouit, precium autem non nouit. Veritas uerò utraque confitetur. Redemit enim nos, & emit uere à maledictione legis, factus pro nobis maledictio. Et quomodo emit nos ſtatim infert ille Eccleſiæ doctor, dicens: Precio empti eſtis, precioſo ſanguine agni immaculati & immaculati CHRISTI. Si itaque ſanguine empti eſtis, non es de emptorum numero ô Manes, quia ſanguinem negas. Vnde uerò nos emit? dic. Alienos nos emit? Ergo indigus fuit prior noſter Dominus, & opus habens noſtri precio, accepit id, & tradidit nos CHRISTO. Et ſi traditi ſumus CHRISTO, non amplius ſumus prioris. Si itaque prior non amplius nos poſſidet: ergo extra ſuam poſſeſſionem conſtitutus eſt, & in proprijs locis non habet poteſtatẽ. Quomodo igitur operatur in filijs inobedientiæ, uelut ſcriptum eſt? Sed neque quomodo emit, neque quomodo empti ſimus, neque quomodo maledictio pro nobis factus eſt, nouit ille, per omnia inſaniens, qui aperuit os ſuum, & non poteſt ea quæ dicit cõfirmare. Ecce enim ipſos uidemus dicere in regeneratione aduentus ipſius ac uociferari, In nomine tuo comedimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus. & dicet ad ipſos, Abite à me maledicti, Non noui uos. Quomodo igitur ipſum confitentur, & ipſe illos execratur? Quid uerò erat maledictio legis? Maledictio legis erat crux propter peccata. Si quis enim deprehenſus fuerit in delicto, dicit lex, Suſpendetis ipſum in ligno. Non occidat ſol ſuper ipſum, ſuper morticinium ipſius, ſed detrahetis ipſum, & ſepelietis ipſum ante ſolis occaſum, Quia maledictus omnis qui pendet in ligno. Quando quidem igitur propter crucifixionem maledictio conſtituta erat, ipſe ubi uenit, peccata noſtra in ligno ſuſtulit, ſeipſum dans pro nobis. Sanguis ipſius nos emit. Corpus ipſius nos à maledictione ſoluit, hoc eſt ſoluit peccata per pœnitentiam crucis, & ſuum aduentum. Neque igitur lex maledictio eſt: Abſit. neque Euangelium maledictionem accepit, neque ipſe Dominus, ſed per occaſionem mortis ſuæ, exoluta eſt mors contra peccatum. Deinde dicit, quod lex adminiſtratio erat mortis. Iam uerò de hoc multa diximus, quod non ipſa erat miniſtra mortis. Neq; enim iuſſit occidere, ſed dixit, Ne occidas. Quandoquidem uerò occidit homicidã, ut per unum occiſum cædis actio tolleretur, & propter unũ terrefacti multi abſtinerẽt ab iniuſtitia, ut non amplius occiderent: adminiſtratio mortis erat, non ut mortem adminiſtraret, ſed ut mortem homicidæ faceret, ut ne amplius multi homicidæ fierent. Vbi autem uenit Saluator, quandoquidem caſtigarat iam pædagogus: plurimo tempore perfectiora documenta oſtendens, unà cum conſonantia legis, nempe, Ne occidas, ne furtum facias, ne dicas falſum teſtimonium: dixit, Si quis te cædit in dextram maxillam,

Saluationis modi multi.

Plenitudo quid ſit.

Emptio & precium noſtri.

Maledictio legis crux.

obuer

» obuerte ipſi etiam alteram: quo uitæ adminiſtratio fiat, cæde penitus ſublata. Qui
enim percutitur in maxillam, irritationem ad cædem non facit, ſed manum homicidæ per humilitatem exoluit, maliciam in ipſo blandicijs demulcens. Atque ſic omnia conſona ſunt in ueteri ac nouo Teſtamento. Deinde rurſus aliud dictum apprehendit, quo duarum perſonarum propoſitum obiter inferat, ad dictæ ab ipſo duali-
tatis cõfirmationem, duarumq; naturarum, principiorumq; principium non habentium, & radicum, de quibus iam antea diximus: ſimilia dicere uolens, uerùm obrerum diuiſionem ſic diuidere audens, dicere non ueretur, quod uetus Teſtamentum dixit, Meum eſt aurum, & meum argentum. Nouum uerò teſtamentum dicit, Beati
» pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. At non nouit quod uetus
» rurſus dicit, Diues & pauper alter alteri obuiam uenit, Dominus autem utroſq; fecit.
Pauperes natura, et pauperes ſpiritu. Et nouum teſtamentum eidem conſentit, beatos quidem prædicans pauperes, natura pauperes: aliquando uerò pauperes ſpiritu, ut utroſque exæquet. quo & gloriatus Petrus ueram paupertatẽ oſtendat, dum ait: Argentum & aurum non eſt mihi, quod
» uerò habeo, hoc tibi do, in nomine IESV CHRISTI ſurge & ambula: & ita
» beatitudinem natura pauperum non oppoſitam eſſe indicet beatitudini pauperum ſecundùm ſpiritum, qui ſanè ſunt qui poſſident aliqua cum iuſtitia, pauperes autem ſunt animi humilitate. de quibus dixit: Eſuriui, & dediſtis mihi edere: ſitiui, & potaſtis me, &c. Deinde declarat dicens, Hi fecerunt ex bonis ſuis. Et uides unum & eundem ſpiritum in ueteri Teſtamento, pauperem oſtendere ac diuitem: ſimiliter etiam in nouo Teſtamento eũdem. nam & Saluator laudat ambo. Intentus enim gazophylacio, uidit mittentes in corbonam, & non interdixit opulenta dona. Laudatam autem & uiduam quæ duo minuta immiſit, propter prædictam paupertatem, utique
» pleretur quod ſcriptum eſt: Diues & pauper alter alteri obuiã uenit, Dominus autem utroſque fecit. Et quod quidem hæc ſic ſe habent, & quod idem eſt ſpiritus ueteris & noui Teſtamẽti, uide Apoſtolũ dicentem de priſcis prophetis. Deficiet me tempus ad narrare uoluero de Gedeone, Baruc, Sampſon, Iephthaë, Dauide, & reliquis prophetis. qui obambularũt in pellibus ouillis ac caprinis, male uexati, anguſtijs preſſi ac arctati, quibus mundus nõ erat dignus. Reperimus enim & Eſaiam ſacco indutum, & Heliam ſimiliter. Et uides quomodo beati prædicãtur in ueteri ac nouo Teſtamento pauperes propter pietatem, & beati prædicantur diuites propter iuſtitiam. Deinde rurſus dicit idem Manes, Vetus teſtamentum, inquit, iubet ſabbatum agere. & quis ſabbatum non ſeruaſſet, lapidibus obruebatur. Sic & qui faſcem lignorum colegiſſet, tradebatur. Nouum autem teſtamentum, hoc eſt Dominus in Euangelio dixit, Ego operor, & pater meus operatur. Et in ſabbato euellebãt diſcipuli ſpicas. & in ſabbato curauit: & non hoc ſolum, uerum etiam, Tolle grabbatum tuum, & uade in domum tuam, dixit. Et ô ingentem ignorantiã. Nihil enim peius eſt imperitia. Multos enim excæcauit ignorantia. Quando enim nõ ob bonam cauſam ſabbatum ſolutum eſt: Quando uerò non ligatũ eſt à malicia, nõ modò ſabbatũ, ſed omnis dies: Ieſus enim Naue ſucceſſor Moſis, qui inter prophetas numeratur, qui electus eſt à Deo, qui per orationem detinuit ſolem & lunam, ubi dixit, Stet ſol iuxta Gabaon, & luna iuxta cõuallem Ialo: ſtatim reperitur ſabbatum ſoluere propter bonã actionem. Nam per ſeptem dies circundat muros Hierichuntis ipſe Ieſus, & nõ licebat ire in ſabbatis ultra menſuram ſex ſtadiorum definitorũ. At menſura ambitus Hierichuntis ſtadiorum uiginti excedit. Quum autẽ per ſeptem dies circundederint ipſi ciuitatẽ, omnino indicit ſabbatũ in unam ex his diebus. Erat autẽ hoc præceptũ Dei, ut oſtenderet uoluntatem ſuæ miraculorũ editionis. Neq; enim fraudes, neq; machinæ erant, non arietes, non inſtrumẽta bellica ad urbes euaſtãdas, ſed una uox tubæ corneæ, & oratio iuſti proſtrauerũt collapſos muros aduerſariorũ. Oportebat enim ipſos plecti, quoniã im-
Sabbati ſolutio ac ſeruatio pro iuſta occaſione.

pleta erant peccata Amorrhæorum. Iudex enim erat lex cõtra iniuſtitiam, & unicuiq; reddebat ſecundùm ſua opera: & quoniam in peccatis erant Amorrhæi, in tranſgreſſione conſtituti, & qui abnegaſſent iuſiurandum quod iurauerunt, quemadmodum etiam iam alibi à me dictũ eſt. Nihil autẽ moleſti erit & hic eadẽ apponere. Hæc enim ſunt quæ in promptu Manis illa uehemẽtia habet, Quod malus ſit Deus legis, qui deprædatus eſt Ægyptios, & eiecit Amorrhæos & Gergeſæos, atque alias gentes, & dedit terram ipſorum filijs Iſraël. Qui dicit, Non concupiſcas, quomodo dedit ipſis aliena? & non nouit idiota ille quod propriam ſuam terram receperunt abreptam ab ipſis, & punita ſunt ea quæ facta ſunt inter ipſos, mutuò conſtituto termino ueritatis & iureiurando. Noë enim ſeruatus à diluuio, eiuſq; coniunx cum tribus filijs, totidemq; filiabus, ſolus diuidens totum mundum, tribus filijs ſuis, Sem, & Cham, & Iapheth diuiſit, iacta ſorte in Rhinocoruris, uelut etiam conſequentia habet, & nihil eſt uanum, neque adulteratum. Rhinocorura enim interpretari queas Neel, & ſic natura indigenæ ipſam uocant. Ex Hebraica uerò lingua ſignificat ſortes, quando quidem Noe illic miſit ſortes tribus filijs ſuis. & cecidit ſors à Rhinocoruris uſq; ad Gadira, quæ ſors habet Ægyptum, & Mareandinen, & Ammona, Libyamq; ac Marmarida, Pentapolin, Macaten, Macronen, Leptemanen, Syriã, Mauritaniã, uſq; ad columnas Herculis, & interiorẽ Gadiram. Hęc ad notum ſiue auſtrũ. A Rhinocoruris uerò ad Orientem ſors hæc habet. Idumæam & Madianitin, Alabaſtritin, Omeritin, Axonitin, Bugean & Liban uſque ad Bactrorum regionem. Atque hæc ſors diſtinguit inter Sem ea quæ ſunt ad Orientem. Ipſi uerò Sem cecidit ſors in amplitudinem, Palæſtina, Phœnice, & Caua Syria, Comagene, Cilicia, Cappadocia, Galatia, Paphlagonia, Thrace, Europe, Laria, Iberia, Caſpia, Cardyca, uſq; ad Mediam, ad boream ac Septentrionem. Iſthic hæc ſors ſeparat Iapheth ad boream. Ad occidentem uerò, ab Europa uſque ad Hiſpaniam & Britaniam, illic adiacentes populi, Euites, Daunes, Iapyges, Labri, Latini, Optici, Magardes, uſque ad poſſeſſionem Hiſpaniæ ac Galliæ, Scoptorumq; ac Francorum ſuperiorem regionem. Quando igitur ſic diuiſæ ſunt ſortes, Noe conuocatis tribus filijs decreuit iureiurando, ut nemo ſortem fratris ſui inuaderet, & fratrem ſuum circumueniret. At Chanaan filius Cham, quum auarus eſſet, inuaſit Palæſtinã terram, & occupauit ipſam: & appellata eſt terra Chanaan, eo quod in ipſa habitauit propria ſua ſorte relicta, eo quòd nimio calore referta eſſe uidebatur. & ſedens in terra ipſius Sem, quæ nunc Iudæa appellatur, genuit hos filios, Amorrhæum, Gergeſæum, Merezæum, Iebuſæum, Euæum, Arucæum, Chettæum, Aſenæum, Samaræum, Sidonium, & Philiſtiæum. Ob id etiam Dominus in lege dicit, oſtendẽs quod peccata ipſorum in iureiurando implebantur, dum dicit, Nondum impleta ſunt peccata Amorrhęorum. Quapropter permanſerunt in monte tempus terentes in deſerto, donec ipſi ſeipſos condemnarent, & ad bellum ſe pararent aduerſus filios Sem iniuria affectos. Sem enim genuit Arphaxad, Arphaxad Cinna, Cinna Sala, Sala Heber, Heber Phalec, Phalec Rhagab, Rhagab Seruch, Seruch Nachor, Nachor Tharra, Tharra Abraam, Abraam Iſaac, Iſaac Iacob, Iacob Iuda, Iuda Phares, Phares Eſrom, Eſrom Aram, Aram Aminadab, Aminadab Naaſſon. In temporibus Naaſſon tribuni Iuda, & in temporibus Ieſu Naue, acceperunt filij Sem propriam terram, nulla iniuria in medio exiſtente, ſed iuſto iudicio. Corruerunt igitur muri Hierichuntis ſua ſponte. Iuſtitia enim ulciſcitur iniuſtitiam. Per ſeptem dies circundabant muros, & ſoluebatur ſabbatum, ut impleretur iuſtitia. Et non hoc ſolum, uerum ſeptem lucernas habebat candelabrum ſanctificationis in tabernaculo teſtimonij, & ſingulis diebus accendebantur lucernæ ſeptem æqualiter, & nulla omnino ipſarum per unam diem ceſſabat, ſed unaquaque die eadem lux erat. Non enim factum eſt ſabbatum ad excluſionem, ſed ad bonum opus.

Terræ diuiſio inter tres filios Noe.

Chanaan filij.

Sem filij.

opus. Quùm autẽ nemo omnino operaretur in duodecim tribubus, ſolum altare nõ ceſſabat, quemadmodum Dominus in Euangelio dicit, Sacerdotes ueſtri profanant ſabbatum in templo, & ſunt ſine culpa. profanant autem ſabbatum, hoc eſt ſoluunt. Soluunt autem quomodo, quàm ſacrificium offerẽtes Deo, ut ne ocioſum ſit altare: Et nõ hoc ſolum, ſed & ſol oritur atque occidit, & luna augeſcit ac deficit; & uenti ſpirant, & fructus germinãt, & matres pariunt, & omnia fiunt in ſabbato. Quapropter etiam Dominus ubi ueniſſet, non artem fabrilem lignariam exercuit in ſabbato, non ferrariam, non aliud quid, ſed quum Deus eſſet, Dei opus operatus eſt, & dixit, Tolle
» grabbatum tuum, & ambula: quo ex geſtante appareret opus quod factum erat, ut omnes cognoſcerent eum qui de cœlo uenit in auxilium filijs hominum. Etenim recta uenit ut ſolueret ſabbatum. Nõ potuiſſet autem ipſum ſoluere, ſi alienus ab ipſo fuiſſet. Nemo enim alienum ſoluit opus, niſi exceptor alienorum talis fiat, & alienus ipſpector pœnas ſibijpſi redimat. Quandoquidem autẽ propriũ ipſius eſt ſabbatum, ob id dicit, Dominus eſt filius hominis, etiam ſabbati. & dicit, Non homo propter ſabbatum factus eſt, ſed ſabbatum propter hominem. Si itaq; fecit Deus ſabbatũ propter hominem, etiam prætulit hominem ſabbato, quo homo requiem cognoſceret & futurorũ quietem. Exemplaria enim ſunt hæc cœleſtium. hic enim ex parte, illa uerò tota perfectio. Sabbatum igitur in lege uſq; ad ſuam præſentiam. Soluit autẽ illud ſabbatum, & dedit nobis ſabbatũ magnum, quod eſt ipſe Dominus, requies noſtra & ſabbatiſmus. Nemo igitur diſparabit uetus à nouo Teſtamento, neque nouum à ueteri. Vna enim eſt, eademq; conſonantia. At uerò rudis & imperitus ſi uiderit duas urnas hauſtorias ex uno fonte haurientes, putabit propter urnarum diuerſitatem, diuerſas etiam eſſe aquas. Verùm audiet ab his qui norunt ueritatem, Guſta de duabus urnis, & uide quod duæ quidem ſunt urnæ, unus autẽ eſt fons. Sic unus Dominus, unus Deus, unus Spiritus, qui loquutus eſt in lege ac prophetis, & in Euãgelio. Ob id enim non duo ſunt uetera teſtamenta, & neque duo noua teſtamenta, quoniam non ſunt duo qui teſtamentum fecerunt, ſed unus qui uetus antiquat, & nouum reno-
uat: non uetus abolens in interitum, ſed uetus ſedans, & ſecundo hæreditatem operlentiæ apponens. Aliam porrò rurſus idem Manes ſententiã producit, dicens: Omnino ſpiritum ſaluari abſque corpore. hoc enim, inquit, docet Apoſtolus, dicens: Omnino
» auditur inter uos ſcortatio, & talis ſcortatio, quæ neque inter gentes nominatur, ut
» aliquis uxorem patris habeat. Et uos inflati eſtis, & non potius luxiſtis, ut tolleretur
» de medio ueſtrum, qui hoc facinus perpetrauit. Ego quidem abſens corpore, præ-
» ſens autem ſpiritu, iam iudicaui eum qui hoc facinus perpetrauit, ut congregatis uo-
» bis & Domino cum meo ſpiritu, tradatur talis ſatanæ in interitum carnis, ut ſpiritus
ſaluetur in die Domini. Interitus autem in carne eſt, perfecta abolitio. Quomodo ergo
tur abolita carne in manu diaboli, & ſeruato ſpiritu, amplius erit reſurrectio corporum aut carnis? Et nõ nouit imperitus ille in omnibus, quod opera carnis ſunt, fornicatio, adulterium, petulantia, & his ſimilia. Et non de ipſa carne dicit, ſed de operibus carnis. Etenim quando operabitur ſcortationem, caro ipſa operatur. Si uerò habuerit continentiã, non amplius caro caro eſt, ſed caro in ſpiritũ tranſmutata eſt. Quemadmodum etiam Apoſtolus dicit: Qui ab initio coniunxit ambos dixit, Quapropter
» relinquet homo patrem ſuum & matrem ſuam, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo
in carnem unam. Quare qui adhæret ſcorto, unum corpus eſt: & qui adhæret Domino, unus ſpiritus eſt. Igitur qui ſcortationem operatur, caro factus eſt, non ſolum ipſa caro, ſed omnia, & anima & alia, caro fiunt. Adhærens enim ſcorto, caro factus eſt. Qui uerò adhæret Domino, unus ſpiritus eſt. Quũ ſit carnalis, caro omnino uocatur. Qui uerò adhæret Domino, unus ſpiritus eſt. hoc eſt corpus & anima: & omnia quæ ſunt in homine, unus ſpiritus ſunt in Domino. Et de hoc legem ferẽs idem Apoſtolus dicit: Deus poſuit in corpore omnia mem-
» bra.

Sabbatũ magnum.

Spiritum ſaluari abſque corpore.

bra,unumquodq; sicut uoluit. Et uide quomodo confitetur Deum creatorem corporis,& positorem partium in nobis sicut uoluit propria sapientia ac bonitate. Dein de pro exemplo nostri corporis proponit corpus CHRISTI, quod & nos corpus CHRISTI sumus,& mẽbra ex parte,& Ecclesia Dei quæ est corpus CHRISTI. Si itaque corpus CHRISTI ipsa Ecclesia,agglutinata & adhærens spiritui, hoc est Domino,unus spiritus est: qui sanè ab ipsa delinquit,à spiritu elapsus,caro factus est omnino corpore & anima, & si quid est in ipso. Alioqui quomodo possit pars tradi satanæ,& pars non tradi? Non enim dixit, ut tradatur caro satanæ,sed ut tradatur talis. Qui uerò dicit talis, integrum hominem cum anima & omnibus quæ sunt in homine tradidit. Si uerò totum tradidit,totam carnem pronũciauit. Spiritum uerò indicauit saluari in diem Domini. Quo uerò non in culpa esset Ecclesia ipsius delicti hominis qui deliquit ac errauit,& inquinaretur tota Ecclesia unius delicto,dicit: Vt tradatur is qui deliquit,ut spiritus,hoc est tota Ecclesia saluetur. At,inquit,scriptum est,Caro & sanguis regnum Dei non possidebũt,& in hoc se aliquid dicere putat. Etenim reuera non potest scortatio regnum cœlorum possidere, neque adulteriũ atque petulantia, neque simulachrorũ cultus,hoc est caro & sanguis. Si uerò de carne & sanguine dictum hoc putas esse ipsam carnem, quomodo amplius impletur id quod dictum est? Quicunque receperũt ipsum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, qui non ex sanguinibus,neque ex carne geniti sunt,sed ex Deo. Quis in mundo genitus est sine carne? Sed quoniam transmutatæ sunt mentes,non naturæ eorum qui ex matrum ac patrũ carne ac sanguine geniti sunt: & geniti sunt secunda natiuitate,quæ contingit ex generatione Domini per spiritum & ignem, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Quemadmodum igitur hic ex carne geniti sunt & ex sanguine,& non amplius reputatur natiuitas ex carne & sanguine, propter mutationem iustitiæ, & quidem in carne & sanguine: sicut dicit,In carne enim obambulantes,non secundùm carnem militamus: Igitur est caro quæ nõ secundùm carnem militat. Et propterea dicit, Carnem & sanguinem non possidere regnum cœlorum: non de carne hac quæ laboribus fatigata est,quæ sanctificata est,& Deo complacuit,sed de ea quæ in peccatis uersata est. Alioqui quomodo impletur quod dictum est? Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptibilitatem, & mortale hoc induere immortalitatem. Clariùs autem de hoc idem Apostolus indicans, ut ne aliqui seducantur, & pro malis operibus de corporis formatione ex resurrectione desperẽt, dicit: Mortificate membra uestra terrestria, quæ sunt, scortatio, adulterium, petulantia,& c. *

Caro & sanguis regnum Dei non possidebũt, quomodo accipiẽdũ.

Sed & eos qui uisi sunt Gallilæis,& dixerũt: Hic IESVS quem uidistis à uobis assumi, sic ueniet quo modo uidistis ipsum assumi. Cæterùm ex relatis omnibus possunt hi qui intelligentia prædi ti sunt, sententiam cognoscere in omnibus ueritatis sermonibus,& in prædicti appellati Manichæi mendacijs: quum etiamsi non alicuius testimonij mentionem fecissemus, ex duobus aut tribus testimonijs quæ produximus, omnia ipsius falsa deprehendantur. Nos autem magnam uiam asperam & periculosos locos huius Amphisbœnæ ac pernicioſæ feræ emensi (quæ nimirum Cenchritis est,à multis similitudinibus ad decipiendos uidentes uariegata,& occultũ aculeatum ac uenenum eiaculantem fontem habens, qui ex omnibus procedit. Quandoquidem enim cum Græcis Græcus est, solem adorans & lunam, & astra,& dæmones: Græcus hic uir ô charissimi existit, & hæresis ipsius Græcorum dogmata recenset. Magorum quoq; dogmata nouit, & in ipsis uolutatur. Astronomos laudat,eorũ dogmata curiosè inuestigans. Solum CHRISTI nomen uerbis iactat. Quemadmodum etiam ipse Cenchritis serpens: occultat quidem uenenum,uerum decipit per uarietatem, dum in medio multorum nostrorum uersatur, & his quæ adsunt assimilatur)

Cenchritis serpens.

postquam in uirtute Dei, per lignum ueritatis & sanguinem CHRISTI, & per corpus quod ex Maria uerè genitum est, & per mortuorum resurrectionẽ, & per confessionem unius unitatis, caput draconis in aqua cõtriuimus, hac multorum capitum hæresi retrò fugata, & capite ipsius contuso: Deo quidem grati esse perseueremus, ad sequentes uerò hæreses progredi festinemus, Deum inuocantes infirmitatis nostræ adiutorem, quo ubi promissa perfecerimus, perfectè Deo gratias agamus.

Contra Hieracitas, hæresim LXVII.

Hierax. POst flagitiosam hanc, & uenenum supra omnem hæresim eiaculantem, barbaricam Manis illius reptiliformis doctrinæ emissionẽ, surrexit quidam Hierax nomine, à quo appellati sunt Hieracitæ. Hic in Leonto Ægypti uixit, non exiguæ eruditionis, & Græcæ totius doctrinæ studijs exercitatus, & in medicina Sopaïstica, alijsq; omnibus Ægyptiorum ac Græcorum disciplinis exactè uersatus. Denique & astronomiam & Magiam attigerat. Experientissimus enim fuit multarum doctrinarum, & in exponendo ac narrando, uelut indicant ipsius orationes. Egregiè uerò nouit Ægyptiorum linguam. erat enim uir Ægyptius. Sed & in Græca non modò clarus erat, omnibusq; modis acutus. Et fuit sanè Christianus, uerùm non permanens in politia CHRISTI. impegit enim, & lapsus excidit. Nam hic, ut clarè dicam, à ueteri ac nouo testamẽto discedens, & in ipsa expositiones faciens, docuit à seipso à propria uanitate quod ipsi uisum est, & quod ipsi in mentem uenit. Vult enim etiam ipse carnem non resurgere penitus, sed animam solam. Spiritalem autem resurrectionem asserit, & quæcunque sunt ex diuinis scripturis in mentem suam collecta, ita in seipso coaceruauit absurda figmenta, omnia mala machinatus ad hæresis suæ confirmationem. Erat autem uir admirandus ob suam exercitationem in pietate, & qui animos persuadere posset. Multi enim pietatis exercitatores statim ab ipso seducti sunt. Arbitror autem quod de resurrectione mortuorum, quod carnis resurrectionem negauit,

Origenes. ab Origene occasionem accepit, aut ex sua ipsius mente hoc euomuit. Non admittit hic nuptias, & asserit has esse ueteris testamenti. Abraam enim & Isaac ac Iacob, & Mosem & Aaron, & omnes sanctos, Esaiam item ac Hieremiam similiter susceptis &

Nuptiæ reprobatæ. pro prophetis habet, & concessum esse ait in ueteri tastamento, nuptias contrahere. Verùm à CHRISTI aduentu non amplius nuptias admitti, neq; posse ipsas possidere regnum cœlorum. Quid enim noui, inquit, ut faceret, uenit Verbum? Aut quod noui ut prædicaret uenit unigenitus, & ut perpetraret? Si enim de timore Dei, hoc habebat lex. Si uerò de nuptijs, prædicauerunt has Scripturæ. Si autem de inuidia & auaricia ac iniusticia, hæc omnia continet uetus Testamentũ. At, ut unum hoc solum perpetraret uenit, nempe ut prædicaret continentiam in mundo, & sibi ipsi eligeret castitatem & cõtinentiam. sine hoc uerò non posse uiuere. Occasiones autem & prætextus undiquaq; colligit: nempe quum dicit, Et sanctificationem uestram, sine qua nemo Deum uidebit. Si uerò quis dixerit ad ipsum, Quomodo Apostolus dixit,

» Venerandæ sunt nuptiæ, & lectus impollutus, scortatores autem & mœchos iudicabit Deus? tunc statim infert, dicens: At paululum progressus dicit, Innupta curat

» ea quæ Domini sunt, quomodo placeat Domino. Quæ uerò nupta est, curat ea quæ

Virginitatis laus. mundi sunt, quomodo placeat uiro. Diuisa est uxor & uirgo. Si igitur est diuisio, quomodo potest ubi diuisio est, simul communicare? Et si Deo non placet, sed uiro, quomodo potest à Deo acquirere hæreditatem? Propter scortationem, inquit, unusquisq; suam uxorem habeat: non laudans nuptias post aduentum, sed compa-

» tiens, ut ne in ampliorem perniciem incidant. Sunt enim eunuchi qui seipsos castrarunt propter regnum cœlorum. Et uolo, inquit, omnes esse sicut meipsum. Et similè est regnum cœlorum decem uirginibus, quinque fatuis & quinque prudentibus.

Pro-

Prudentes uirgines, fatuæ uirgines, attamen uirgines, regno cœlorum assimilantur: & non dixit nuptæ. Multa uerò huiusmodi sibijpsi coaceruat, quo uidelicet nuptias reijciat. Porrò pueros morientes ante cognitionem non suscipit, sed reijcit ipsos à destinata spe. Asserit enim hos non fieri hæredes regni cœlorum, quandoquidem, inquit, non decertarunt. Si enim certauerit quis, non coronatur nisi legitimè certauerit. Si itaque & qui certat non coronatur, nisi legitimè certauerit, quanto magis hi qui nondum ad certamen uocati sunt? Non credit idem paradisum esse sensibilem, quemadmodum sanè & Origenes: neque mortuorũ, uelut dixi, resurrectionem per carnem. Sed resurrectionem quidem mortuorum dicit, uerùm animarum resurrectionem & spirituale quoddam fabulamentum asserit. Nemo autem cum ipsis cõuersationem habet, nisi fuerit uirgo, aut solitariã uitam degens, aut continens, aut uidua. At uerò de patre & filio ac sancto spiritu non asserit secundùm Origenis sententiam. Sed credit reuera filium ex patre genitum: & de Spiritu sancto quod sit ex patre. Adscruit autem hic, uelut suprà à me in Melchisedecianorum hæresi ostensum est, de Spiritu sancto, quod ipse est Melchisedec, eo quòd (inquit) dictum est: Intercedit ineffabilibus suspirijs pro nobis. Et quis est hic, quàm is qui manet sacerdos in æternum? At sacerdos in æternum est, eo quòd intercedit. Hunc autem spiritum obuiam uenisse ipsi Abraam illo tempore. Quandoquidem enim similis est filio, ob id, inquit Apostolus, sine patre, sine matre, absque genealogia. Sine matre, inquit, quia non habet matrem in cœlo. Sine patre, inquit, quia in terra non habuit patrem. Verùm assimilatus filio Dei, manet sacerdos in æternum. Et multa nugans de Sancto spiritu, magnum opus in tractatione de hoc impleuit. Vult autem perfectam ipsius confirmationem facere ex ascensorio Esaiæ, nimirum uelut in Ascensorio appellato ille dixit, nempe: Ostendit mihi angelus obambulans coram me, & ostendit mihi, ac dixit: Quis est ille ad dexteram Dei? & dixi, Tu nosti Domine. & ait: Hic est unigenitus ille dilectus. Et quis est ille alter similis ipsi ex sinistris? & dixit, Tu cognoscis: hic est sanctus Spiritus qui loquitur in te, & in prophetis. & erat, inquit, similis unigenito. Ex hoc uult confirmare, id quod dictum est, Assimilatus filio Dei manet sacerdos in æternum. Quanta igitur possit mens nostra etiã de hoc tractare, ad confictam ipsius sententiã reuellendam? At uerò hic senex mortuus est. Scripsit autem græcè & ægyptiacè, expositiones opificij sex dierum, fabulis quibusdam confictis & fastuosis allegorijs. Id quod & in alijs fecit, quæ à Scriptura composuit. Psalmos etiam multos recentes confinxit. Cæterùm multi ex ipsis ueris eius dogmatis sectatoribus, animatis non uescuntur. Ipse uerò Hierax, siue Hieracas, reuera multam exercitationem habuit. Verùm discipuli eius post ipsum, per simulationem: ille equidem ab omnibus edulijs abstinebat, & à uino, seép; exercebat in studijs pietatis: quidam de ipso tradunt quod supra nonaginta annos uixerit, & usque ad diem qua mortuus est pulchrè scripserit. Erat enim Calligraphus, hoc est scriptor pulchros literarum charactères ducens in scribendis libris. Mansit enim oculus ipsius constans, & illæsus. Age uerò consideremus etiam huius zizania, quali diuini uerbi sententia connectamus ac dissipemus uenenatum hoc reptile, instar scorpij antè & retrò feriens, ex duobus testamentis sibijpsi accumulans ea quæ spectant ad læsionem, non quemadmodum habent diuini sermones, sed sicut adulterina ipsius intelligentia, lucida tenebricosè intelligebat. Neque enim reprehendi meretur mel, neque amarum est: neque cibi ex Deo creati, meliores illi. Verùm febrienti cuidam dati, amari in ore ipsius apparent: non ut sint dulcia amara facta, sed quod gustus febrientis faciat amara ea quæ ipsi exhibentur. Ita etiam omnis qui à ueritate excidit, non à ueritate deceptus est, sed ueritatem falsis ratiocinationibus gustauit, ipsamq; in amaritudinem transmutauit. Videamus autẽ de pueris quid dicamus, de his qui statim in Bethleem Iudææ occisi

Melchisedec Spiritus sanctus habitus.

Esaiæ ascensorius liber.

Calligraphi.

occiſi ſunt propter CHRISTVM. Num regni cœlorũ exortes ſunt tales, aut participes? participes igitur ſunt hi, quum ſint irreprehenſibiles. Si enim non ſunt participes, ergo cauſa ipſis Dominus fuit. propter ipſum enim occiſi ſunt. Si uerò occiſi ſunt propter ipſum, ita ut non peruenerint ad certandum, neq; acceperint brauium, Ergo ipſius aduentus magis in perniciem mundi contigit: quandoquidem cauſa fuit ut immaturi infantes è uita diſcederent, ſupplicio affecti, & in regias minas collapſi, utpote peruenirent ad certamen, quo præmia ferrent. Videamus autẽ & alias ſpeculationes. Accerſe mihi Solomonem beatum illum ac ſapientiſſimum, ad Hieracem hunc confutandum. Adſis prophetarum beatiſſime, qui accepiſti à Domino effuſionem cordis ac ſapientiæ, uelut arenam iuxta littus maris, quid nam de pueris ſentis? & inquis: Senectus enim uenerabilis eſt, non diuturna, neque annorum numero ſupputata. Verùm canicies eſt prudẽtia hominibus, & ætas ſenectutis uita immaculata. Quum fuerit irreprehenſibilis, à Deo dilectus eſt, & quum uixerit inter peccatores, translatus eſt. Raptus eſt, ne malicia mutaret intellectum eius, aut dolus deciperet animam ipſius. Inuidia enim maliciæ obſcurat bona, & cogitatio concupiſcentiæ tranſinuat mentem innocentem. Perfectus in breui, expleuit tempora multa, ut dicat, Mortuus eſt iuuenis, impleuit tempora longa. Complacens enim erat Domino anima ipſius, propterea feſtinauit ex medio iniquitatis. Et ad Hieremiã dicit Dominus, Antequam ego formarem te in utero noui te, & antequam exires tu ex utero ſanctificaui te. Videamus autem & ipſum Saluatorem, ueridicum os illud quod omnia cognoſcit. Adſis Domine, auxilium ſer menti noſtræ, & redargue Hieracem, eiuſq; peruerſitatem. Acceſſerunt ad ipſum, inquit, pueri, ut imponeret ipſis manus, & benediceret. Verùm diſcipuli repellebant ipſos, & impediebant. Hic uerò ad illos dicebat, Sinite pueros, & ne prohibete ipſos uenire ad me. Talium enim eſt regnum cœlorum. Et ut ne ſolum puerorum eſſe intelligeretur regnum cœlorum, & non omnis ætatis, ipſis quidem initium facit, his uerò qui ſimiles ipſorum ſunt largitus eſt ut cum ipſis habeant hæreditatem. Si enim hi qui ſecundùm ipſos ſunt habent regnum, quanto magis illi qui exemplaria ſunt eorum qui ſecundùm ipſos ſunt? & corruit fabuloſus ipſius ſermo. Omnium enim miſeretur Dominus. Cuſtodit enim pueros Dominus, & pueri laudant Dominum, & pueri prædicauerunt, Oſanna in excelſis, benedictus qui uenit in nomine Domini. Et, Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem. Et quot ſunt huiuſcemodi? At de carnis reſurrectione, quomodo non erit carnis reſurrectio ô uane ſapiens Hierax? Ipſum enim nomen loquutionis uim oſtendit. Nomen enim eius quod non cecidit reſurrectionẽ uocat: quale autem eſt quod cecidit? quale quod ſepultum eſt? quale quod diſſolutum eſt? certè corpus, & non anima. Anima itaq; non cadit, neque ſepelitur, & quot poſſint de hoc dici? Animæ enim reſurrectio non uocatur: ſed corpus eſt quod reſurgit. Cæterùm de electione, per quam uenit Saluator, ut eligeret uirginitatem, & continentiam ac caſtitatem, cui non eſt manifeſtum, quod eſt electio etiam ſanctæ catholicæ ac apoſtolicæ Eccleſiæ gloriatio? Sed & eos qui uenerandas nuptias cõtraxerunt, elegit. unumquenq; enim in proprio ordine ſaluare ſolet. Quomodo enim non erunt uenerabiles nuptiæ, & in Deo habentes regnum cœlorũ, quũ uocatus ſit Saluator ipſe ad nuptias, ut nuptias benedicere? Siquidem enim recuſaſſet ad nuptias ingredi, profectò nuptiarum exolutor fuiſſet, & qui non ſuſcipit unumquenq; iuxta debilitatis ipſius ueniam. Venerandæ igitur ſunt nuptiæ, quoniam ipſe illas decreuit. Quare accedit ad nuptias, ut obturet ora eorum qui loquuntur cõtra ueritatem. Iſthic enim primùm ſignum edidit IESVS in Cana Galileæ, aqua in uinum commutata. Sicut enim exortus eſt à uirgine, ut oſtenderet lumen à uirgine orbi terrarum exortum: Ita etiam primum ſignum in nuptiis fecit in Cana Galilææ, quo uirginitatem quidem honoraret per partum, & lumi-

Pueros ſaluos fieri.

Reſurrectio carnis.

Nuptiæ uenerandæ.

iactum per ipsam exortum: nuptias uerò honoraret per diuina signa, quæ in nuptijs primùm fecit, aqua in merum transmutata. Similiter autem si alienæ essent nuptiæ, quomodo gentiũ doctor præcipit, dum dicit: Iuniores uiduas reijce, postquam enim lasciuierunt contra CHRISTVM nubere uolunt, habẽtes cõdemnationem, quod primam fidem reiecerunt. Quid igitur dicit, quàm nubant, liberos gignant, domum gubernent? Si igitur hæc admittit, quomodo apud te ô Hierax nuptiæ reijciuntur post aduentũ CHRISTI in carne? At uerò de Melchisedec quod asseris, quod ipse est spiritus: Itaq; uenit spiritus, & assumpsit carnem. Non igitur amplius unigenitus solus genitus est secundùm carnem, sed etiã Spiritus. Si uerò genitus est spiritus secundùm carnem, ecce Maria est quæ genuit Saluatorem, dicat Hierax, ubi est ea quæ genuit Spiritum? & in eo quod dixit, Assimilatus filio Dei, manet sacerdos in æternum: non amplius de spiritu sancto est sermo. Non enim dixit, similis filio Dei, sed assimilatus. At assimilatus posteriorẽ ductum habet. Si uerò post tempus Abraæ spiritus assimilatur CHRISTO, ergo non erat aliquando, & propterea assimilatur filio Dei. Et quomodo sine patre esse potest? Si enim per se existens est spiritus, & non est propria essentia deitatis, meritò sanè sine patre ostendi poterit. Nam reuera quidem unigenitus filius est, & fratrem non habet, filius uerò Dei est. At etiamsi non dicimus spiritum genitum, quoniam unigenitus est filius, tamen spiritum ex patre procedentem, & de meo accipientem, dicit CHRISTVS. Qui itaque ex patre procedit, & de meo accipit, sine patre esse non potest. Si uerò dixerit, sine matre in cœlo, & sine patre in terra: potest hoc etiam de Saluatore dici. Quo modo ad finem Apostolus loquitur, dum ait: At is qui genealogiam ex ipsis non habet, decimas accepit ab Abraam patriarcha. Nam uox Ex ipsis certitudinis indicium est. Qui enim ex filijs Israël genus non ducebat, ex alijs omnino gentibus genus habebat. Verùm eo quòd non scripti sunt ipsius pater ac mater, inde adeò alia pro alijs imaginantur ueritatis calumniatores. Nos autem & matrem ipsius in traditionibus reperimus, itemq; patrem. Erat enim hic ex generibus Sidonis & Chananæorum. Corruit itaque fabulosus ipsius sermo, & uana est etiam ipsius uita ac conuersatio. Non enim in inanimatis exerceri cum praua fide, hoc uitæ & spei salutis est doctrina. Omnia enim, inquit, ad gloriam Dei fiant. Sed de his etiam ipsum contentum esse arbitror. Contriuimus enim scorpij alas, & uires ipsius detraximus. Serpens enim alatus hic est, & scorpius alas habens secundùm multos modos, & uolans & imitans quidem Ecclesiæ uirginitatem, non habens autem puram conscientiam. De hoc enim & similibus eius impletur illud, Cauterio notatam habentium conscientiam, prohibentium contrahere matrimonium, iubentium abstinere à cibis quos Deus fecit ad sumendum. Et sanctificantur quidem per uerbum & præsentiam Dei uiuentis, quia omnia bona & iucunda, & nihil reijci meretur apud Deum. Subsannantur autem perfectissimè propter eas quas habent singuli coinductas mulieres, de quibus gloriari solent se habere ipsas ad ministerium. Sed quum & huius, uelut dixi, alas detraxerimus, & caput ligno uitæ contriuerimus, hoc est cruce Domini nostri IESV CHRISTI, ad sequentes procedamus, inuocantes ipsum Deum auxiliarium, ad reliquarum hæreseon confutationem ac euersionem, quæ ab ipsis frustra in mundum sunt introductæ.

Melchisedec non est spiritus sanctus.

Melchisedec pater & mater, ac genus.

Meletij Aegyptij secta. LXVIII.

MEletianorum cõtubernium quoddam in Ægyptiorum regione est, à Meletio quodam Episcopo in Thebaide catholicæ Ecclesiæ ac rectæ fidei. Non enim immutata est fides ipsius in aliquo tempore à sancta catholica Ecclesia. Hic Meletius contemporaneus prædicti Hieracis fuit, & deinceps successit. fuit item sancti Petri Alexandriæ episcopi contemporaneus. Et hi omnes tempore persecutionis fue-

runt, quæ facta est tempore Diocletiani & Maximiani. At uerò Meletij causa hoc modo se habet. Sectam fecit, non tamen à fide discessit. Hic in tempore persecutionis unà cum Petro sancto episcopo ac martyre, & alijs martyribus captus est, ab his qui ad hoc à rege destinati erant, nempe à ducibus Alexandriæ & Ægypti eius temporis. Erat autem Culcianus præses Thebaidis, Alexandriæ uerò Hierocles. Et Meletius quidem in carcere detentus erat unà cum prædictis martyribus, ac Petro Alexandriæ archiepiscopo. Videbatur autem & Meletius præminere inter episcopos Ægypti, ut qui secundum locum habebat post Petrum in archiepiscopatu, uelut adiuuandi eius gratia, sub ipso existens, & sub ipso ecclesiastica curans. Hic enim mos obtinet, ut Alexandriæ episcopus totius Ægypti ac Thebaidis, Maræotæq; ac Libyæ, Ammoniacæq; & Maræotidis ac Pentapolis, ecclesiasticam habeat administrationem. Postquàm igitur capti hi omnes martyrij gratia in carcere degebant, & multo tempore concluſi mansissent, alij uerò ante ipsos traditi martyrij testimonium subijssent, & honorem præmij accepissent ac obdormiuissent, hi uerò uelut principes ac maiores in posterum seruarentur: quum aliqui quidem martyrium subijssent, alij uerò à martyrio excidissent, & nefarium idolorum cultum fecissent, & coacti etiam sacrificassent: qui sanè lapsi sunt sacrificaruntq; ac transcenderunt, accesserunt ad confessores ac martyres, quo misericordiã assequerentur per pœnitentiam, partim milites, partim clerici diuersæ sortis, partim presbyteri & diaconi atque alij: commotio facta est inter martyres, & tumultus nõ uulgaris, quum alij dicerent, semel lapsos, & qui abnegassent, & in fortitudine non permansissent, neque decere, non oportere dignos fieri pœnitentia, ut ne etiam hi qui adhuc restarent, prius curarent increpationem ac pœnam, propter talem ueniam citius ipsis datam, atque sic præuaricarentur, & ad abnegationem Dei ac nefariam græcissimi operationem deuenirent. Et erat sanè rationi consentaneum hoc quod ab ipsis confessoribus dicebatur. Erant autem hi qui hoc dicebant Meletius & Peleus, & quidam alij plures martyres ac confessores unà cum ipsis. Zelum itaque pro Deo ostendentes uidelicet hæc dicebant. Pronunciabant autem, finita persecutione post multum temporis dandam esse prædictis pœnitentiæ locum, in tempore factæ pacis, si reuera pœnitentiam agant, & pœnitentiæ suæ fructum ostendant: non tamen ut unusquisque exciperetur in propriam sortem, sed post temporis spacium colligeretur in Ecclesiam, & in communitatem, & in contubernium, at non in sortes. Et erat hoc ex ueritatis amore profectum, & zeli plenum. At uerò sanctissimus Petrus misericordia præditus, & uelut pater omnium existens, rogabat ac supplicabat, dicens: Suscipiamus ipsos pœnitentes, & ordinemus ipsis pœnitentiam, ut assideant Ecclesiæ, & non auersemur ipsos, neque sortem, uelut fama ad nos perlata habet, ne fortè qui sentiant ad confusionem præ imbecillitate ac infirmitate à diabolo concussi ac conquassati sunt, etiam propter temporis moram perfectè subuertantur, & non sanentur: uelut scriptum est, Non debere claudum subuerti, sed potius curari. Et erat quidem Petri oratio, pro misericordia ac humanitate: uerùm Meletij, & eorum qui ipsi adhærebant, pro ueritate & zelo. Hinc propter faciem argumenti quod ab utrisque piumbant uidebatur, facta est secta, his quidem hoc asserentibus, illis uerò illud alterum. Quando enim uideret Petrus archiepiscopus, quod Meletius cum suis zelo diuino nonnum ducti, resisterent consilio humanitatis ipsius, ipse Petrus uelum erexit, in medio carcere pallio expasso, hoc est lodice, & præconium fecit: Qui mecum sentiunt, ingrediquit, accedant ad me: & qui Meletij sententiæ adhærent, ad Meletium transeant. Et distributa est multitudo ad Meletium, episcoporum ac monachorum & presbyterorum atque aliorum ordinum. Pauci uerò omnino ad Petrum diuerterunt archiepiscopum, episcopi, & alij pauci. Et de cætero hi priuatim preces faciebant, & illi pro-

Pœnitentiæ ratio.

Secta quomodo facta sit.

priuatim item. Sed & alia sacrificia similiter singuli seorsim perficiebant. Contigit autem Petrum martyrium subire,& decessit beatus ille,successore relicto Alexandro in Alexandria. Hic enim successit in throno post prædictum Petrum. Meletius autem & alij multi in exilium relegati sunt, exterminati in Phœnesia metalla. & tunc de cætero qui sequebantur confessores cum Meletio erant. Et ipse Meletius in carcere in profectione per singulas regiones ac singulos locos transiens, constituebat clericos,episcoposq;,ac presbyteros & diaconos, & ædificabat proprias Ecclesias: & neque hi cum illis communicabant, neque illi cum his. Inscribebant autem singuli in propria Ecclesia, qui quidem Petro successerunt, ueteres habentes Ecclesias, Ecclesia Catholica: qui uerò Meletio adhærebant, Ecclesia Martyrum. Vnde & in Eleutheropoli, & in Gaza, atque Ælia, quum accessissent idem Meletius, multos sic elegit. Et contigit ut ipse multum tempus tereret in prædictis metallis. At interim liberantur à metallis confessores, tum qui Petri partium erant, multi enim adhuc supererant: tum Meletij sectatores. Neque enim in metallis inter se communitatem habebant, aut simul preces fundebant. Cõtigit autem Meletium adhuc ad tempus in mundo uitam agere, ut etiam floruerit cum Alexandro Petri successore, & in amicitiae ius esset,curaretq; res Ecclesiæ ac fidei. Dixit enim sæpe,Nihil habui diuersum, aut alteratum. Hic Meletius in Alexandria existens, & ad tempus illic degens, propriam habens communionem cum suis, Arium deprehendit, & ad Alexandrum detulit, quod deprehendisset Arium in ipsius narrationibus extra propositum fidei transgressum. Erat enim hic in Baucalide ecclesia sic appellata in Alexandria presbyter.In singulos enim dies presbyter est destinatus. Nam multæ Ecclesiæ erant, nunc autem sunt plures: & ipsi Ecclesia tradita erat, etiamsi alius cum ipso esset. Qua uerò de causa hoc fiebat, suo loco dicemus exactè, quando hoc opus fuerit. Postquam igitur depræhendit Arium Alexander, conuocatis illico episcopis ac synodo,quærebat de fide, & exigebat ab Ario de concepta in ipso falsæ opinionis pernicie responsionem. Ariusuerò non negauit, sed cum perfricta fronte, uelut res habebat, ita respondit. Et expellit ipsum Alexander ex Ecclesia, expellituréq; cum ipso magna multitudo, qui ab ipso polluti erant, tum in uirginitate degentium, tum aliorum clericorum. Arius autem fugitiuus ad Palæstinam iter arripit. Quum autem ad Nicomediam peruenisset, illincq; epistolas ad Alexandrum scripsisset, non discessit ab insana falsæ opinionis suæ sententia. Verùm pauco interposito tempore, idem Alexander sanctus Alexandriæ episcopus rei Christianæ curam gerens,& beatum Constantinum commouit,& synodum in urbe Nicæa conuocauit: & reprobata est Arij hæresis,post ipsius mortem. Primum enim negabat coram facie beati regis Constantini,& per iuramenta simulabat ex ironia orthodoxæ fidei uerba. Quum autem dixisset rex ad ipsum,Siquidem iustè iuras,fidem reperiat tuum iusiurandum,& insons eas: si uerò dolosè ac fraudulenter, is contra quem iurasti, de te ultionem sumat. Id quod non longè postea ipsi contigit, uelut postea dicemus. Itaque hic Arius conspirans cum Eusebio Nicomediæ episcopo eadem sentiente, delatus est ad eundem regem, uelut qui negasset, & hæresim suam reprobasset. Vnde iubet & committit Eusebio, ut eundem simul adducat ad Constantinopolim, tempore Alexandri episcopi Constantinopolis, & idem nomen habentis cum Alexandriæ episcopo. Iam uerò beatus Alexander in Alexandria post obitum Meletij prædicti confessoris, zelo contra sectam ac dissidium Ecclesiæ assumpto, undique priuatim inter communitatem habentes, & à Meletio relictos, turbare uidebatur, continereq; ac cogere, ut ne ab una Ecclesia dissentirent. Illi uerò non uolentes turbas mouebant, ac tumultus excitabant. Et quum sic premerentur ac continerentur à beato Alexandro, ag-

Ecclesia catholica.

Ecclesia martyrum.

Arij impudentia.

grediuntur quidam ex ipsis principes ac primas ferentes, tum in pietate, tum in ui-
ta, & proficiscuntur in comitatum colloquij gratia, quo assequantur, ut & offeran-
& communionem habeant priuatim, & non impediantur. Erat autem Paphnu-
Paphnutius Anachoreta. tius quidam magnus uir Anachoreta, & ipse filius fœminæ quæ confessionem fe-
cerat, imò etiam ipse aliquo modo confessionem attigerat: & Ioannes episcopus ipso-
rum, uir & ipse uenerandissimus: & Callinicus in Pelusio episcopus, & alij qui-
dam, qui hoc fecerunt, qui sanè profecti ac delati ad regem repellebantur ac reij-cie-
bantur. Qui enim in palatio erant, audito Meletianorum nomine, & ignorantes
quid nam esset tale, non permittebant ipsis colloqui regi. Et in hoc contigit, ut Pa-
phnutius, & Ioannes, ac reliqui multum tempus tererent in partibus Constantino-
polis ac Nicomediæ. Tunc uerò in amicitiam ueniunt cum Eusebio Nicomediæ
episcopo, & causam suam ad ipsum deferunt. Nouerant enim ipsum dicendi liber-
tatem apud regem Constantinum habere: rogantq; ipsum ut regi per ipsum noti
fiant. Hic uerò postquam promisisset se ad regem delaturum esse ipsos, & nego-
cium quod petierant curaturum, petit uicissim ab ipsis hanc petitionem, ut susci-
piant Arium secum in societatem, nimirum qui simulatè & per ironiam pœniten-
tiam egerat. Hi uerò pollicentur se susceptùros esse ipsum. Atque hinc defert ipsos
ad regem Eusebius, & causam ipsorum regi exponit. & conceditur Meletianis, ut
ex eo tempore per se communitatem habeant, & à nullis impediantur. Atque ut-
nam ijdem Meletiani, qui summam iustitiam ueritatis demonstrabant, cum lapsis
post actam pœnitentiam communionem habuissent potius, quàm cum Ario &
Prouerbium. ctatoribus ipsius. Contigit enim ipsis hoc iuxta prouerbium, Fugientes fumum in
ignem inciderunt. Neque enim Arius potuisset habere statum & dicendi liber-
tem, nisi per huiusmodi occasionem: quæ mala coniunctio contigit ipsis usque in
hunc diem. Permixti enim sunt hi qui quondam purè degebant, & summè iusti
erant, ac fide Meletiani, cum Arij discipulis, & plerique iam inquinati sunt mala
Arij fide, à fide emoti in his temporibus. Quidam uerò etiamsi manserint in uera
fide, non tamen alieni sunt à cœnosis sordibus, propter societatem cum Ario &
Arianis. Cæterùm à prædicta occasione, habuit cõiunctio Meletij & Arianorum
originem. Verùm modico tempore interiecto, uelut promisi me relaturum esse, hi-
rem ipsam recensebo. Quum cogeretur Alexander Constantinopolis episcopus
in communitatem suscipere Arium, & ipse oraret ac suspiraret & flecteret genua,
circa horam nonam in sabbato in altari: Eusebius autem diceret, Nisi uolueris hunc
ipsum ultrò in societatem communem suscipere, te inuito crastina die mecum in-
gredietur: dominica autem iam insequebatur. Sicut autem dixi, quum oraret Ale-
xander, ac rogasset Dominum, ut aut ipsum auferret, ne unà cum Ario qui con-
tra Dominum maledicta effudisset, coinquinaretur: aut miraculum faceret, uelut
in generatione ac generatione facere solet, non ita longè postea uotum sancti impe-
Arij mors ue lut Iudæ. batur. Nam noctu Arius ad sellam progressus necessarij oneris deponendi gratia,
crepuit, quemadmodum & Iudas quondam. Atque sic finem adeptus est in loco
immundo ac graueolenti. Post hoc autem tempus consuebantur ab ipsius disci-
lis quæ ad Ecclesiæ destructionem pertinent. Mortuus est autem Alexander Ale-
xandriæ episcopus post synodum in Nicæa. Non aderat autem Athanasius post
Athanasius. Alexandri mortem. Erat enim diaconus illo tempore sub Alexandro, & demissus
fuit ab ipso in comitatum. Quum autem Alexander præcepisset nullum præficien-
dum esse nisi Athanasium, uelut ipse, & qui de regula erant, ac tota Ecclesia confi-
bantur: qui Meletium Ægypti episcopum sequebantur, arrepta occasione, episco-
po Alexandriæ non præsente; nunquam enim Alexandria duos episcopos habuit,
uelut

uelut aliæ urbes: constituunt pro Alexandro Theonam quendam nomine, qui mensibus tribus peractis mortuus est. Et non longè postea accessit Athanasius post Theonæ obitum, & undiquaque cõgregatus est Orthodoxorum conuentus, & sic ipsius constitutio facta est, & traditus est ipsi thronus digno, & cui præparatus erat iuxta Dei uoluntatem, & iuxta beati Alexandri testimonium ac præceptum. Hinc incipit Athanasius discruciari ac tristari, propter Ecclesiæ diuisionem. Persuadebat, adhortabatur, & non admittebant, cogebat & cogebatur. At sæpe uisitans accedebat propinquas Ecclesias, maximè circa Mareoten. & quandoq; Meletianis communitatem habentibus, contigit ut ex multitudine diaconus quidam post Athanasium, cum quibusdam ex populo ingrederetur ac frangeret candelabrum, & pugna oriretur, uelut fama refert. Hinc sanè conspiratio contra Athanasium exorta est, Meletianis accusantibus ac calumniantibus ipsum, aliaq; pro alijs proferentibus: Arianis uerò simul se instruentibus, & seipsos offerentibus, propter inuidiam aduersus sanctam Dei ecclesiam ac rectam fidem, & deferunt rem ad regem Constantinum. Eusebius autem prædictus Nicomediæ episcopus erat totius ipsorum collectionis administrator, ac concinnator detrimenti in Ecclesia, & aduersus papam Athanasium. Accusatores igitur accesserunt regem, & uas quoddam mysteriorum proferebant, quod quidam candelabrum, uelut dixi, appellant, aliaq; quædam accusabant, afferentes presbyterum quendam Mareotæ Arsenium percussum esse, huius autem manum gladio ab Athanasij populis, aut ipso Athanasio præcisam esse. proferebant enim etiam ipsam manum in comitatu, & ostendebant, quam in loculo asseruabant. Hæc quum Rex audisset, indignatione quidem concitabatur. Habebat enim zelum diuinum beatus ille, non tamen nouit quod sycophantæ essent, propte æmulationem, uelut dixi, Arianorum contra orthodoxam fidem. Iubet autem conuocari synodum in Phœnice in urbe Tyro. Et iussit iudicare causam hanc Eusebium Cæsareæ episcopum, & alios quosdam. Erant autem hi quodammodo magis inclinati ad Arianorum uanitatem. Et uocati sunt Episcopi Ægypti Catholicæ, & sub Athanasio principes quidam uiri ac maiores, & in Deo illustrem uitam habentes. Inter quos erat beatus Potamon, magnus ille Heracleæ episcopus ac confessor. Sed & ex Meletianorum partibus hi qui Athanasium accusabant. Quum autem zelotes esset pro ueritate ac recta fide prædictus beatus Potamon, liberum habens os, & qui nunquam personam alicuius suscepit: oculo enim in persecutione propter ueritatem orbatus erat; quum uidisset Eusebium sedentem ac iudicantem, & Athanasium stantem, superatus tristitia, & lachrymans ob ea quæ apud ueritatis professores fiunt, inuectus est uoce magna contra Eusebium, ac dixit: Tu sedes Eusebi, & Athanasius innocens existens à te iudicatur? quis tulerit talia? Dic uerò mihi tu, Non'ne mecum fuisti in carcere tempore persecutionis? & ego quidem oculum amisi pro ueritate, Tu uerò nihil mutilatum in corpore habere uideris, neque testimonium per confessionem præbuisti. sed stetisti uiuens, nulla parte detruncata. Quomodo discessisti è carcere, nisi quod promisisti his qui necessitatem persequutionis nobis intulerunt, id quod nepharium est te facturum esse: aut sanè fecisti. Hæc ubi audisset Eusebius, indignatione quidem commouebatur, & surrexit ac dissoluit iudicium, dicens: Si huc uenistis, & contra nos talia dicitis, profectò uera dicunt accusatores uestri. Si enim hic tyrannidem exercetis, multo magis in patria uestra hoc facitis. Deinde uerò Eusebius & qui cum ipso erant periculum faciunt, ac mittunt duos quosdam Pannoniæ episcopos Ariani dogmatis studiosos, Vrsacium & Valentem, tum in Alexandriam, tum in Mareoten, ubi prædicta facta esse dicebant, nempe uasis fracturam & alia pugnæ negocia. Hi uerò eò profecti, non illa retulerunt quæ uera erant, sed alia pro alijs subijcientes mentiti sunt, & beato papæ Athanasio calumnias struxerunt, atque illa

Papæ etiam episcopi appellati.

Tyria synodus.

Potamonis liberalingua.

Pannoniæ episcopi.

ut

ut uera cõfingentes, ac in literas referentes, ad ſynodum detulerunt, in qua Euſebius & alij erant, uelut poſtea ipſi indicarunt pœnitentiam agentes Vrſacius ac Valens, unà cum libellis profecti ad beatum Iulium Romanum epiſcopum, pro ratione red-
Rom. epiſc. autoritas. denda de ſuo errore ac delicto, quod calumnias ſtruxiſſent papæ Athanaſio. Atſcipe, inquiunt, nos in communitatem, ac ad pœnitentiam. Sed & ad ipſum Athanaſium ijſdem conſcriptis confirmationibus uſi ſunt propter pœnitentiã. Quum autem uideret papa Athanaſius, qui erat in Tyro, grauem tunc undiquaq; imminentem machinationem, priuſquam ueniret ad iudicium, aut in conſpectum prodiret calumniatorum ſibi aduerſantiũ, noctu digreſſus uenit ad Conſtantinum in comitatum, & refert illi ac exponit cauſam ſuam. Ille uerò adhuc triſtitia repletus, & animo uerſans num uera dicerent qui accuſauerãt, & mentiretur qui ſe excuſaret, adhuc indignabatur. Ipſo autem indignãte, papa Athanaſius grauem ſermonem aduerſus regem protulit, nempe: Iudicabit Dominus inter me & te, quoniam etiam tu conſentis calumniatoribus modeſtiæ noſtræ. Hinc contigit ipſum in exilium mitti, & ſimul exſertis ad regem ex ſynodo. abſente enim ipſo Athanaſio, depoſitionem ipſius faciunt
Athanaſius exulat in Italia. & ob id quod rex exacerbatus aduerſus ipſum triſtabatur. Et manet in partibus Italiæ annos plures quàm duodecim aut quatuordecim. Multa uerò poſtea peruenit fama, quod Arſenius qui quondam inter mortuos à calumniatoribus relatus erat, & cui manũ præciſam fuiſſe dictum erat, inuentus eſſet in partibus Arabiæ, & quod annunciaſſet Arſenius omnino ſeipſum papæ Athanaſio in exilio degenti. Et quum Athanaſius papa latenter ipſum accerſiuiſſet, uelut fama ad nos perlata refert, & ipſe Arſenius ad beatum Athanaſium ueniſſet, ſimulq; ad Conſtantem ac Conſtantium Conſtantini filios peruenirent: Athanaſius quidem Arſenium oſtendit uentem, ac duas manus habentem. Et de cætero accuſatores non ſolum calumniatores reperti ſunt, ſed etiam ſepulchrorum uiolatores, propter manum aliquando ab ipſis circumlatam. Hinc totum negocium ridiculum erat, & admiratio tollebat ac tantæ fabulæ ac deſperationis. Quid enim quis dixerit de accuſatoribus & accuſato, & de alijs omnibus? quibus ſingulis recenſendis multum tempus inſumpſerit. Mortuo autem Conſtantino, quum papa Athanaſius in multa dicendi libertate, dignationeq; ac gratia Romæ & per totam Italiam eſſet, & apud ipſum regem, eiusq; filios Conſtantem ac Conſtantium, demittitur à duobus regibus poſt Magni Conſtantini obitum, dum Conſtantius eſſet in Antiochia, atque hoc approbaret. Et nouimus ſanè proprias literas à tribus regibus ſcriptas Alexandrinis, & ipſi papæ Athanaſio. Et ſedet rurſus in thronum poſt ſucceſſorem ſuum Gregorium ab Arianis miſſum, quum in exilio Athanaſius eſſet. Rurſus autem inſidiæ ipſi conſtructæ ſunt apud Conſtantium à Stephano, & expulſus eſt. Et poſtea rurſus inſidiæ ipſi ſtructæ ſunt à Leontio Apocopo & ſodalibus ipſius. Vnde contigit ipſum eijci, & rurſus inferri. Georgius enim à Cõſtantio mittitur, & cedit Athanaſius occultatus per tempus
Iulianus apoſtata. quoddã, donec Georgius ſublatus eſt. quo tempore regnauit Iulianus, & ad Græcum cõuerſus eſt poſt obitum Conſtantij. Quũ enim Alexandrini ita perciti eſſent aduerſus Georgium, ipſum occiderunt ac exuſſerunt, cineresq; eius in uentos diſperſerunt. Mortuo uerò Iuliano in Perſide, & ſuccedente in regno Iouiniano illo bea-
Georgius Alexandrinus occiſus. to, hic ſanè cum multo honore & literis fide dignis, ad epiſcopum Athanaſium ſcripſit, ipſumq; accerſiuit, & amplexus eſt ipſum, ac demiſit ad proprium thronum, ita ut rurſus receperit ſancta Eccleſia epiſcopũ, & ad modicum tempus conſolationem inuenerit. Mortuo Iouiniano beatus Athanaſius rurſus in ijſdem perſecutionibus, fameq; ac turbis fuit, non tamen ab Eccleſia & throno emotus eſt. Quum autẽ Alexandrini pro ipſo legationẽ mitterẽt, & tota urbs cuperet ipſum poſt Lucium, qui etiam nunc Arianus eſt, conſtitui in externitate, fortaſſis autem in Antiochia: & ſæpe hic ro-

gaſſet

gasset regem Valentem, ut mitteretur ad Alexandriæ thronũ: Rex uerò ipsum expellere non uellet, propter populorũ turbam: tandem quum mortuus esset papa Athanasius, missus est Lucius, qui multa mala intulit Ecclesiæ, ciuitati, populis, episcopis, clericis, qui sub Athanasio fuerant, ac ipsi in singulis ecclesijs successerant, & Petro qui post Athanasium constitutus erat successor ipsius in Alexandria. Hæc usque in hunc diem acta sunt, alijs episcopis presbyterisq; ac diaconis in exilium pulsis, alijs uerò capitale supplicium passis in Alexandria, alijs cum bestijs in pugnam commissis, his uerò qui uirginitatem exercent occisis, & multis alijs interemptis. in his huc usque agitatur Ecclesia Dei, ex prædicta causa Meletianorum & Arianorum, qui per tales mores seditionem habuerant, & quod ipsorum falsæ opinionis congregatio prævaleret, Arianorum inquam. Cæterum in confutatione Arij exactè de omnibus tractabimus. Transgrediar porrò & hoc argumentum, & ad ipsam Arianorum hæresim accedam, Deum auxiliarium inuocans, dum cum horrendo hoc ac multicipiti reptili pugnam committere tento.

Contra Ariomanitas, hæresim LXIX.

HÆc Meletij & sancti Petri Alexandriæ episcopi tempora, deinceps insequitur Arius, & qui ab ipso appellati sunt Ariani: qui temporibus sancti Alexandri episcopi & successoris Petri floruit, qui Alexander ipsum Ariũ per multã commotionẽ ac magnos synodos subuertit. Emouit enim ipsum & eiecit ex Ecclesia & ciuitate, uelut magnum malum in uitam productum. Tradunt autem ipsum Libyn genere, uerùm in Alexandria presbyterum fuisse, qui præfectus erat Ecclesiæ Baucalidis appellatæ. Quotquot enim Ecclesiæ in Alexandria catholicæ ecclesiæ sunt, sub uno Archiepiscopo sunt, priuatimq; ad has destinati sunt presbyteri, propter ecclesiasticas necessitates, ita ut habitatores uicini sint uniuscuiusque ecclesiæ, uicíq; ac biuia, quæ labra uernacula lingua eorum qui Alexandriam urbem habitant, appellantur. Fuit autem hic Arius temporibus Constantini magni ac beati regis, filij Constantij senis, qui fuit filius Valeriani regis, qui etiam ipsi cum Diocletiano & Maximiano ac alijs regnauerunt. Omnes autem nouerunt Constantinum patrem Constantij & Constantis admirandum fuisse in Christianismo, & fide patrum apostolica ac prophetica in Ecclesijs, usq; ad ipsum Arium non adulterata. Cõtigit autem ut hic multitudinem discinderet. Hunc enim Arium presbyterum prædicti Alexandri ingressus est spiritus satan, & commouit ipsum (uelut scriptum est) ut contra Ecclesiam puluerem excitaret, & ex seipso ignem accenderet non uulgarem, qui occupauit omnem ferè Romaniam, maximè Orientis partes, ut usque in hunc diem ipsius hæresis ueram fidem ac Ecclesiam impugnare nõ cessauerit. At uerò illo tempore uidebatur Arius presbyter esse, & fuerunt multi eius in presbyterio consortes in singulis Ecclesijs. Sunt itaq; plures numero in Alexandria, cum ea quæ nunc extructa est Cæsaria appellata, quæ prius Adrianum fuit, & postea Licinianum gymnasiũ siue regia. postea uerò temporibus Constantij uisum est ipsam ædificare ecclesiam, Gregorio Meletiano & Ariano auspicante, absoluente autem Athanasio beato, & rectæ fidei patre. Imò etiam rursus ab eodem beato Athanasio restituta est eadem Ecclesia, quum combusta esset tempore Iuliani. Sunt autem aliæ plures, uelut dixi: Ecclesia Dionysij appellata, & Theonæ, & Pierij, & Serapionis, & Dizyæ, & Mendidij, & Anniani, & Baucalidis, & Abiæ. At in una harum Colluthus quidam erat. In altera Carpones. In alia Sarmatas. Et Arius prædictus unam ex relatis Ecclesijs tenebat. Clarum est autem quod unusquisq; horum secundùm cõsuetam communionem populum ipsi concreditum in narrationibus docens, litem quandam populo immittebant, & alij inclinati erant ad Arium, alij ad Colluthum, alij ad Carponem, alij ad Sarmatã. Sicut igitur quisq; exponebat in propria Ecclesia, alius aliud quid, & alius aliud, appellationis ac laudis

Arius Libs genere.

Romanie.

Ecclesiæ in Alexandria.

ex

ex illis gratia, alij Colluthianos seipsos nominauerunt, alij Arianos. Nam & Colluthas quædam peruersa docebat, sed non durauit huius hæresis, sed statim dispersa est. Quo modo utinam & furiosa Arij fides, imò potius incredulitas, aut adhuc magis mala fides perijsset. Elatione enim elatus senex à proposito excidit. Erat autem statura ualde longus, subtristi specie, figuratus uelut dolosus serpens, qui decipere posset. *Arij habitus.* omne innocens cor, per uersutum suum prætextum. Dimidiũ enim pallium hic semper indutus & stolam, dulcis erat in colloquio, persuadẽs semper animas ac blãdiens. Quapropter ualde citò septingentas uirginitatem professas in unum contraxit, & magis est ipsum etiam presbyteros septem & diaconos duodecim abstraxisse. Et uenerunt ipsius statim usque ad Episcopos peruenit. Secundum enim Pentapolis episcopum, & alios persuasit, ut simul cum ipso abducerentur. Fiebant autẽ hæc in Ecclesia, ignorante beato Alexandro episcopo, donec Meletius Ægypti etiam ipse Archiepiscopus ex Thebaide, de quo iam à me dictum est, reuelaret. Nondum enim res Meletij ad inimicitiam deuenerat. Zelo itaq; perductus Meletius, nihil enim alteratus erat in fide, quam solo prætextu ultroneæ iustitiæ, id quod etiã ipse horrendum in uirum perduxit, uelut iam de ipso diximus: detulit itaque ad aures archiepiscopi Alexandri, archiepiscopus Meletius in Ægypto, uerùm subditus Alexandro. Contemporaneus autem hic Meletius fuit Petri beati episcopi ac martyris, sicut dixi. Vbi igitur significasset de Ario omnia, quomodo discessisset à ueritate, & quod multos pollutos fecet ac perdidisset, corruptis his à recta fide qui ipsi credidissent: Tunc Episcopus accersitum Arium interrogabat de perlatis ad se, an hæc ita haberent. Ille uerò neque hæsitauit, neque timuit, sed ab exordio perfricta fronte omnẽ suam malam opinionem euomuit, uelut epistolæ ipsius indicãt, & examinatio cõtra ipsum tunc facta. Cõuocatis itaque Alexander presbyteros, & alios quosdam Episcopos præsentes, & examinationem huius facit ac interrogationem. Vbi uerò non persuasus est à ueritate, expellit ipsum ex Ecclesia, & ipsum per urbem diffamat. Cum ipso autẽ distractæ sunt præterea uirgines, & clerici prædicti, & alia multa turba. Quum autem uersaretur Arius multo tempore in urbe, statim moritur confessor Meletius, itemq; testis ac martyr. Itaq; Arius seditiones faciens, & singulos decipiens, multos perdidit. Postea uerò ubi depræhensus est, & ad confutationem uenit in urbe, ac diffamatus est, ab Alexandro aufugit, & ad Palæstinã iter arripit: quò quum peruenisset, singulos Episcopos adiit cum blandicijs ac adulatione, ut sibi multos faceret cooperatores. & suscipiunt quidem ipsum aliqui, alij uerò repulerunt. Postea uerò ad aures episcopi Alexandri deuenit, & scribit epistolas Encyclicas, hoc est orbiculares, siue per circuitum, quæ sanè apud studiosos adhuc seruãtur, numero septuaginta, ad singulos Episcopos, ad Eusebium statim in Cæsarea: supererat enim. & ad Macariũ Hierosolymorũ, Æsculapium in Gaza, Longinum in Ascalone, Macrinum in Iamnia, & ad alios, & in Phœnice ad Zenonem quendam antiquũ, & in Tyro, simulq; in caua Syria. Quũ igitur multæ essent epistolæ, repræhendentes eos qui ipsum susciepissent, unusquisq; rescripsit beato Alexandro, seq; purgauit. Et alij quidem per ironiam scripserunt, alij in ueritate, partim dicentes se illum non excepisse, partim per ignorantiam susciepisse. Alij uerò responderunt, se per susceptionem studuisse, ut ipsum lucrifacerent. Et uaria fuerunt de his argumenta. Postea uerò ubi cognouit Arius quod epistolæ allatæ essent episcopis undiquaq;, & de cætero undique expelleretur, & nõ amplius quispiam ipsum susciepiebat, quàm ipsius cooperatores. Eusebius enim antiquus senex Nicomediensis totus ipsius erat, qui cum Luciano in Nicomedia conuixerat. Sed & Leontius Antiochiæ copus in Antiochia nondum episcopatum sibi commissum habens, & alij quidam. Quandoquidem igitur ex eadem ueneni fraternitate hi omnes erant, suscipit ipsum Eusebius multo tempore. Vnde sanè epistolas nugis refertas, complectentes omnem ipsius

Epistolæ Encyclicæ Alexandri.

ipsius malæ opinionis fidem, idem Arius scripsit ad Eusebium in Nicomedia, quum nondum ueniſſet ad ipsum in Nicomediã, nihil amplius quàm eadem, quæ sentiebat, in ipsis tractans. Ex quibus unam ad manus nostras perlatam, necessariũ duxi hic apponere, quo uideant legentes, quod nihil contra quenquam per calumniam diximus, aut referimus, & est hęc. Epistola Arij. Domino dilectissimo, homini Dei, fideli, or thodoxo Eusebio, Arius fugatus ab Alexandro Papa iniuste, propter ueritatẽ omnia uincentem, cuius & tu protector es, in Domino gaudiũ. Patre meo Ammonio in Nicomediam proficiscente, operæpretium duxi & quod debetur tibi, ut te per ipsum alloquerer, simulq; commonefacerem insitam tibi dilectionem ac affectionem, quam ad fratres habes propter Deum ac CHRISTVM eius. Nam maxime nos infestat ac persequitur, & omne malum cõtra nos mouet episcopus, ut fugarit nos ex urbe uelut homines impios, quoniam non consentimus ipsi publice dicenti, semper Deus, semper filius, simul pater, simul filius, coexistit filius ingenito cum Deo, semper genitus, ingenitogenitus, neque cogitatione, neque momento quodam præminet Deus filio, semper Deus, semper filius, ex ipsõ Deo filius. Et quandoquidem Eusebius frater tuus in Cæsarea, & Theodosius ac Paulinus, & Athanasius, & Gregorius & Aëtius, & omnes in Oriente dicunt, quod præexistit Deus filio sine principio, anathema facti sunt & excommunicati, excepto Philogonio & Hellanico & Macario, hominibus hæreticis in fidei doctrina non instructis, qui filium dicunt, partim ructum, partim emissionem ingenitam. Et hos impios neq; audire possumus, etiamsi infinitas mortes nobis hæretici minentur. Nos autem quid dicimus ac sentimus, & docuimus ac docemus? Quod filius non est ingenitus, neque pars ingeniti, iuxta ullum aliquem modum, imò neque ex subiecto quodam, sed quod uoluntate & cõsilio substitit ante tempora & ante sæcula, plenus Deus unigenitus, inalterabilis, & priusquam genitus est aut creatus, aut decretus, aut fundatus, non erat: ingenitus enim non erat. Persecutionem autem patimur, quod diximus, principiũ habet filius, Deus uero sine principio est. propter hoc fugamur, & quod dicimus, ex nihilo est. Sic autem dicimus, eo quod neque pars Dei est, neque ex subiecto quodam. propter hoc fugamur. Reliqua tu nosti. Opto te ualere in Domino, memorem tribulationum nostrarum cum Lucianista, reuera Eusebi. Sed & aliam à Nicomedia ad sanctissimum Papam Alexandrum purgationis ui delicet gratia scriptam, & rursus ueneni ipsius eiaculatione deteriorem, & blasphemis uerbis intolerabiliter refertam, & ab ipso ad Alexandriam missam subiunximus, & est hæc. Beato Papæ & episcopo nostro Alexandro, presbyteri ac diaconi in Domino gaudium. Fides nostra ex maioribus ac progenitoribus nostris, quam etiam à te didicimus, beate Papa, hęc est. Nouimus unum Deum solum ingenitum, solum sempiternum, solum sine principio, solum bonum, solum immortalitatem habentem, solum sapientem, solum bonum, solum Dominum, solum iudicem omnium, gubernatorem, œconomum, immutabilem & inalterabilem, iustum & bonum, legis & prophetarum ac noui Testamenti. Hunc Deum genuisse filium unigenitum ante tempora æterna, per quem & sæcula & reliqua fecit, genuisse autem non in apparentia, sed ueritate, substituisse uero propria uoluntate immutabilem & inalterabilem, creaturam Dei perfectam, sed non uelut unam ex creaturis: fœturã, sed non uelut unam ex fœturis siue genituris, neq; uelut Valentinus emissionem, fœturam siue genituram patris asseruit: neque sicut Manichæus partem coessentialem patris, fœturam introduxit: neq; sicut Sabellius, qui unitatem diuidens Filium patrem dixit: neq; uelut Hierax lucernam à lucerna, aut faciem in duas: neq; prius existentem postea genitum aut creatum esse in filium, quemadmodũ etiam tu ipse beate Papa in media Ecclesia ac confessu sępe eos qui talia introduxerunt, refutasti: Sed sicut dicimus, uoluntate Dei ante tempora & ante sæcula creatum esse, & uiuere ac esse à patre accepisse, ita ut pater simul substituerit ipsi glo-

Arij epistolæ.

Arius ab alijs hæreticis seip sum eximit. Filius pater Sabellij.

rias. Non enim pater, data ipsi omniũ hæreditate, priuauit seipsum, ut ne ingenito mo-
do habeat in seipso, fons enim est omnium. Quare tres sunt substãtiæ, Pater Filius &
Spiritus sanctus. Et Deus quidem causa omnium existens, est sine principio, solus. Fi-
lius autem sine tempore genitus à patre, & ante sæcula creatus ac fundatus, nõ erat an-
tequam gigneretur: sed sine tempore ante omnia genitus, solus à solo patre substitit.
Neq; enim est sempiternus, aut cõsempiternus, aut coingenitus patri, neq; simul cum
patre ipsum esse habet, uelut quidam de his quæ ad aliquid appellãtur, dicunt, duo in-
genita principia introducentes: sed sicut unitas et principium omnium, ita Deus præ
omnibus est, quapropter & ante CHRISTVM est, uelut à te didicimus in media Ec-
clesia prædicante. In quantum igitur à Deo ipsum esse habet ac uiuere, qui & gloriam
& omnia ipsi exhibuit: iuxta hoc, principium ipsius est Deus. Principium enim ipsi-
us est, uelut Deus ipsius, & qui ante ipsum est, eo quod ex ipso est. Et si illud, Ex uer-
ro: & hoc, Ex patre exiui, & uenio: uelut pars coessentialis, & uelut emissio, à quibus-
dam intelligitur, compositus erit pater, & diuisibilis, & mutabilis, & corpus secũdum
ipsos, & quæ ad corpus consequuntur, patiens incorporeus Deus, quantum sanè in
ipsis est. Opto te ualere in Domino beate Papa. Arius, Ethales, Achilles, Carpones,
Sarmatas, presbyteri: Euzoius, Lucius, Iulius, Menas, Helladius, Gaius, diaconi, epi-
scopi, Secundus Pentapolis, Theonas Libs fidelis, quem constituerunt in Alexãdria
Ariani. Quum igitur sic res mouerentur, Alexander Constantino regi scribit. At bea-
tus rex accersitum Arium & episcopos quosdam percunctatur. Ille uero symmistas
habens, primum quidem in facie regis negabat, intra se uero insidias contra Ecclesiam
struebat. Vbi igitur conuocasset ipsos beatus Cõstantinus, qui & ex parte Spiritu san-
cto afflatus erat, sermonẽ loquutus est ad ipsum, dicens: Confido Deo, si dolose quid
occultatum habes & negas, omnium Dominus ille cito te redarguere potest, contra
quem maxime iurasti. Vnde etiam deprehensus est eadem sentire, et coram facie regis
redargutus est. Verum rursus similiter negabat, & multi ipsius defensores pro eo in-
tercedebant per Eusebium Nicomediæ episcopum. Attamen rex zelo ductus, epistolam
magnam ad totam Romaniam contra Arium scripsit, eiusq; fidem, omni sapien-
tia ac ueris uerbis refertam, sicut & hæc hodie apud studiosos seruatur, hoc principium
habens. Constantinus Augustus Maximus. Arius & Ariani, malus interpres, &
ut ita dicam, imago ac statua est diaboli. Deinde inter alia, & post multam contra ip-
sum ex diuinis Scripturis productam contradictionem, etiam ex Homeri uersibus
quendam contra ipsum inuehens, miseriæ gratia apposuit, quem ipsum etiam hic ap-
ponere necessarium duxi, & est hic. Age sanè urge Ari, scutis opus est, ne tu hoc facias
rogamus, cohibeat autem te saltem Veneris conuersatio. Quum itaque uellet Arius
in Constantinopoli in cõmunitatem recipi, Eusebio cogente, & maxime apud regem
petente, & Constantinopolitanum episcopum eius temporis molestijs afficiente: &
hic non uellet cum ipso in communitate esse, neque in societatem ipsius uenire, urgere-
turq; per uim ac suspiraret: & Eusebius diceret, Si nõ uis ex propria uoluntate, crastina
die dominica illucescente, mecum ingredietur, & quid poteris facere? At pientissimus
episcopus et Deum timens Alexander optimæ ciuitatis episcopus, idem enim nomen
habebat etiam hic cum Alexandriæ episcopo: per totam diem ac noctem, ex quo id au-
diuit ingemiscens ac tristatus, in precibus perseuerauit, et Deum rogauit, ut aut ipsius
animam auferret, ne Arij communitate coinquinaretur: aut miraculum quoddam e-
deret, id quod & contigit huic. Quũ enim noctu urgeretur Arius uentrisq; exonerandi
gratia prodiret, peruenit usque ad locum secessus, & intus desidens inuentus est cre-
puisse ac expirasse. Quare sic deprehẽsus est in graueolenti loco finem sortitus, quem-
admodum & immundam malam fidem euomuit. Postquam igitur hæc peracta sunt,
rex

Constantini epistola contra Arium.

Homeri uersus in Area, id est Martem, à Constantino in Arium detortus.

Rex de Ecclesia sollicitus,& quod iam multi sæpe inter se dissensissent, & sectæ multæ essent, conuocauit uniuersalem Synodum trecentorum decem & octo episcoporum, quorum etiam nomina usque in hunc diem seruantur,& reprobant ac execrãtur Arij fidem in Nicæa urbe, & cõfitentur patrum fidem orthodoxam & inuariabilem,& ab Apostolis ac Prophetis traditam. Subscribentibus autem episcopis in hanc, & Ariomanitidem heresim reprobantibus sic factum est. Simul autem & in eadem synodo cãnones quosdam posuerunt Ecclesiasticos, simulq; de paschate decreuerunt unam uni tatem ac consensum, ut sancta Dei dies penitus uirtuosa fieret, quandoquidem diuersimode apud quosdam seruabatur. alij enim præoccupabant, alij medium tenebant, alij uero postea perficiebant. Et in summa multa illo tempore assertio erat. Horum uero correctionem Deus per beatum Constantinum procurauit pacis gratia. Vbi itaq; reprobatus est Arius,& hæc sic peracta sunt in eodem annõ, decessit è uita Alexander, & succedit ipsi Achillas. Erat autem & Theonas cõstitutus à Meletianis. Tunc succedit Achillæ episcopo post menses tres beatus Athanasius, qui tunc diaconus Alexandri ab ipso in comitatum missus erat, cui Alexander iam moriturus episcopatum deferri præcepit. Est autem mos in Alexandria, ut non cunctentur constituti post obitũ episcopi, sed simul fiant pacis gratia, ut ne contentiones fiant in populis, his hunc uolentibus,alijs illum. Constituerunt autem necessario non præsente Athanasio Achillam. Verum thronus & sacerdotium præparata erant ei qui ex Deo uocatus erat, & à beato Alexandro decretus. Quũ igitur uenisset Athanasius,& confirmatus esset, qui circa fidem magnus zelotes erat, & pro Ecclesia afficiebatur, quum iam congregationes & auulsiones undiq; fierent à Meletianis appellatis, ob causam quam in tractatione de Meletio suprà declaraui : & uellet counitionem Ecclesiæ facere,cõquerebatur & minabatur, admonebatq; ac nihil efficiebat, nemoq; aduertebat. Vnde omnia contra ipsum commota ex superexcellente in ipso diuinitus zelo facta sunt ac constructa, ut etiam exilium ipse subierit,et Arianorum ex iniustissima potentia excõmunicationem. At de beato Athanasio hactenus. Relatæ sunt enim res ipsius exactissime suprà in Meletij tractatione. Hic itaq; Arius à diabolica operatione afflatus est,& effreni ore impudenter ductus extulit linguam suam contra proprium Dominum, ab initio nimirũ dictionem apud Solomonem in Prouerbijs interpretari uolens, nempe Dominus creauit me principium uiarum suarum in opera sua, ante sæculum fundauit me. In principio, antequam terram faceret, & antequam abyssos faceret, priusquã procederent fontes aquarum, priusquam firmarentur montes, ante omnes autem colles genuit me. Hinc erroris introductio ipsi cõtigit, & nõ ueritus est ipse ac discipuli eius, creaturam uocare eum qui omnia creauit, Verbum ex patre sine tempore et sine principio genitũ. Deinceps uero ex uno hoc sermone, in multas ac malas semitas malignam mentem suam impellens, itemq; ipsius successores, sexcentas & ultra blasphemias in filium Dei & in Spiritum sanctum iaculari conati sunt. Dissoluerunt autem aciem, ut ita dicam, & concordiam sanctæ orthodoxæ fidei & Ecclesiæ, non per suam potentiam, aut sapientiam. pauci enim inuitati decepti sunt. Multi uero simulatione subrepentes, multi autem & secundum uitam non sic se habentes, socij ijsdem existunt. Nemo autem est horum causa quàm primum quidem probatio fidelium, Regum uero defensio. Principi um quidem Constantius rex, in alijs quidẽ omnibus mitis & bonus, uelut filius Magni & Perfecti Constantini pij, qui rectam fidem integre seruauit. Sed et ipse Constantius pius fuit & bonus iuxta multos modos, uerum in hoc solum, quod nõ secundum fidem parentis processit, deuiauit, atq; deliquit, nõ ex sui causa, sed ab his qui rationem reddituri sunt in die iudicij, qui in apparentia episcopi dicũtur, ueram autẽ Dei fidem corrumpunt, quibus danda est ratio, & pro fide,& pro Ecclesiæ persecutionibus, &

Nicænæ synõdi episcopi CCCXVIij.

Arij erroris occasio.

Constantius Arianos defendit.

tot malis ac cædibus in Ecclesijs, ipsorum causa perpetratis, & pro tot milibus popu-
lorum, usq; in hunc diem tribulationem sub dio sustinentium, & pro ipso beato Con-
stantio ab ipsis decepto & ignorãte orthodoxam fidem, & cedente ipsis uelut sacerdo-
tibus per ignorantiã, ut qui non nouerit in ipsis errorem cæcitatis ac malæ fidei ex dia-
boli structura inductæ. Secundo uero prævaluit reptiliformis horum officina per Eu-
sebium, qui rursus subijt ac corrupit aures Valentis pij et religiosi ac Deum amantis re-
gis. Quandoquidem enim ab ipso lauacrum accepit, per hanc occasionem hi stare po-
tuerunt. Nam olim & à mulierculis ac pueris, non dico de perfectioribus, qui omnem
pietatis certitudinem rectamq; fidem nouerunt, sed & ab his qui ex parte, uel uulgari
modo ueritatem sciebant, redarguebanturq; ac fugabantur, uelut blasphemi Domi-
ni, & secundi Domini occisores, & reprobatores diuinæ perfectionis Domini nostri
IESV, per regis præfecturam, quę est ipsorum defensio, ad aggrediendum omnia ma-
la quæ facta sunt, & adhuc per ipsos fiunt in Alexandria & Nicomedia, in Mesopota-
mia, in Palæstina, per præsentis ipsorum Regis præsidentiam ac gubernationem. Ex
Scripturæ ab Ario detortæ hac igitur dictione in parœmiasta scripta, Dominus creauit me principiũ uiarum sua-
rum in opera sua: deinceps omnia ab ipsis excogitantur, quæq; consona huic sermoni
esse possunt, & quæ æquiualent, & conuenire possunt: quum neq; hic ipse sermo, neq;
alia uerba, de deitate filij Dei tale quid asserãt. At quæ sunt deinde his similia: id quod
» in Apostolo scriptum est, Suscipite pontificem cõfessionis uestræ, qui fidelis est ei qui
» fecit ipsum: & quod in Euangelio secundum Ioannem scriptum est, Hic est de quo di-
» xi uobis, quod post me uenturus est, qui ante me factus est: & quod in Actis scriptum
» est, Notum uobis sit tota domus Israël, quod hunc IESVM quem crucifixistis, & do-
» minum & CHRISTVM ipsum fecit Deus: et alia his similia, quæ obseruant ad inimi-
micorum ultionem. Inimici enim sunt reuera ac insidiatores. fortassis enim de ipsis scri-
» ptum est, & de similibus ipsorum, Exurgat Deus, et dispergantur inimici eius. Vide-
» tur autem et domestici esse. Nihil autem peius est domesticis inimicis. Inimici enim ho-
» minis, omnes uiri domus eius. Ex hoc fortassis etiã de his impletur: Exiliunt enim ue-
lut rabiosi canes ad inimicorum ultionem, & dicunt, quomodo dicis de filio Dei? Ele-
enim sunt ipsorum fraudes ad inducendum uenenum suum in simplices. Et quid ef-
postea ubi dixerunt filium Dei? O sapientes in seipsis, & ad cognoscendum appositi
coram seipsis, & qui scientes sibi esse uidentur. Quid apposuerit quis amplius nomini
IESV, si non filium genuinum dixerit ex patre existentem, & non alteratum? Deinde
statim per ludibrium exiliunt dicentes, Quomodo potest esse ex Deo? Si uero intento
gantur, Non est filius? filium esse nomine quidem confitentur, uerũ potentia & mo-
Arij argu- te negant, spurium ipsum penitus dicere uolentes, & non uerum. Si enim, inquiunt, ex
menta. Deo est, & genuit ex seipso Deus, ut ita dicã, ex propria substantia naturali, aut ex pro-
pria essentia. Igitur in molem extentus est, aut sectionem admisit, aut in generando di-
latatus est, aut cõtractus, aut aliquam affectionem corporalem sustinuit. Et in summa
subsannatores sunt suas res ad Deum referẽtes, & à seipsis assimilare Deum uolentes,
in Deo enim nihil tale est. Spiritus enim est Deus, & à seipso genuit unigenitum ine-
fabiliter, & incomprehensibiliter ac citra pollutionem. Quomodo igitur, inquiunt, ex
» ex essentia ipsius est, non nouit diem, uelut dicit & horam? De die autem illa aut hora,
» nemo nouit, neq; Angeli, neq; filius, nisi pater solus. Quomodo uero in carnem uenit,
Pater solus no- si est ex patre? Quomodo aũt potuit inseparabilis illa natura carnem induere, si erat ex
uit de illa die. patre secundum naturam? Et non sciunt quod in suam ipsorum confusionem has ra-
tiocinationes coaceruant. Si enim propter hoc quod ipse alteratus est præter patris es-
sentiam, induit carnem, & in ipsa passus est, & crucifixus: ostendant nobis, quę ex alijs
spiritualibus creaturis et quidem existentibus, carnem induit. Non enim possunt non
confiteri

confiteri Filium ſuper omnes, etiamſi creaturam ipſum dixerint, confitentur ipſum ſu
per uniuerſas creaturas ipſius. Sed & uelut gratificantes ipſi, uolunt ipſi uerbis blandi
ri, tanquam una manu uerberantes, altera uero oblinentes. Hoc enim uolunt uelut ex
propria ipſi uoluntate attribuere, & dicunt, Creaturam quidem dicimus, ſed nõ uelut
unam ex creaturis: & facturam, ſed non uelut unam ex facturis: & fœturam, non au-
tem uelut unam ex fœturis, ſiue genituris, quo in eo, quod dicunt, Non uelut u-
nam ex fœturis, priuent ipſum generatione ſecundum naturam: & in eo quod di-
cunt, non uelut unam ex creaturis, ueram creaturam ipſum pronuncient. Sicut enim
ſi creatura fuerit, creatura eſt, & quamuis ſexcẽties excellentius nomen habuerit, idem
eſt omnibus creaturis adæquatum. Non enim quia Sol illuſtrior eſt, creatura eſſe non *Similiá.*
poteſt, quemadmodum etiam lapis. Neq; quia Luna excellit ſidera, ob id non eſt crea-
tura. Ecce enim omnia ſerua tua. quæcunq; enim ſunt, ex ipſo ſunt creata, & ſerua. At ¢¢
unigenitus ueritas eſt, & uerbum ipſius ueritas exiſtit, uelut dixit: Si uos manſeritis in ¢¢
uerbo meo, uere diſcipuli mei eſtis, & cognoſcitis ueritatem, et ueritas liberabit uos. Si ¢¢
uere Verbum ipſius uerum eſt, & liberat eos qui liberantur, quanto magis ipſe liber
eſt, quum ueritas ſit, & liberet ipſi obedientes qui ſunt ſerui, eo quod omnia ſunt ſerua
ipſius, & Patris eius, & Spiritus ſancti eius. Deinde rurſus diũct, Quomodo uenit in
carnem, ſi ex patris eſſentia erat? Dicant igitur nobis, quomodo Angeli non carnem
aſſumpſerunt, qui ſunt ſerui ipſius? quomodo Archangeli? quomodo exercitus? quo-
modo alia omnia ſpiritualia? Sed & inferiorem dicunt tales eſſe ſpiritum, & creaturæ
creaturam, nempe ipſius Verbi: quomodo igitur ſpiritus nõ aſſumpſit carnem, quũ
poſſit habere perſonam mutabilem ſuper Filium, iuxta ipſorum ſermonem. Sed quo-
niam ſapiẽtia Patris erat, uoluit per ſuam perfectionem ſuſcipere noſtram debilitatem,
quo per ipſum omnis ſalus mundo contingeret. At illi bona in mala tranſmutantes, in
grati ſunt ac perfidi, & in proprium dominum cõtumeliatores ac maledici. Cæterum
alia quæ deinceps dicunt, imminute ſentiunt. Quomodo uero eſuriunt, inquiunt, ſi
patris eſſentiæ erat? De Deo enim ſcriptum eſt, Non eſuriet, neq; ſitiet, neq; excogitari ¢¢
poteſt prudentia ipſius. Hic uero & eſurijt, & ſitijt, quomodo uero fatigatus eſt ex iti- ¢¢
nere & ſedit? quum ſcriptum ſit, Deus nõ fatigabitur. Quomodo autem dixit, Qui mi
ſit me pater meus maior me eſt? Alius enim eſt qui mittit, & alius qui mittitur: & mani- *Sabellij error.*
feſtum eſt quod pater non eſt filius, & filius non eſt pater (Non enim, uelut Sabellius
nos docuimus, qui filium patrem eſſe dicit) alioqui non dixiſſet, alius eſt qui miſit me.
Et uado ad Deum meum & Deum ueſtrum, ad patrem meum & patrem ueſtrum di-
xit, & non ex eſſentia Dei, diſcipuli ſecundũ naturam geniti ſunt, & dixit ipſis, patrem
ueſtrum. Multa uero inſania eſt eorum qui talia dicunt. Si enim nomine ſolum uoca-
tur, et non eſt ſecundum naturam, nihil differt ab alijs omnibus creaturis, etiamſi in di
gnitatis præminentia exiſtat. Non enim quia Rex præminet præſidib. ac prætoribus,
ob id non eſt ſimiliter affectus cum alijs, & conſeruus eiuſdem creaturæ, utpote mor-
talis quiſpiam, uelut etiam qui eius imperio ſubditi ſunt. Et non quia Sol reliqua ſide- *Similia.*
ra excellit, & in parte etiam Luna, ob id non ſunt ſubiecta elementa, & unius imperio
opificis ac creatoris patris & filij ac Spiritus ſancti obedientia. Et non quia Angeli uiſi-
bilia excedunt, & in ordine alijs omnibus maiores ſunt, utpote inuiſibiles creati, & pri-
mum munus culturæ Dei habentes in aſſiduis hymnis, & immortales ſecundum gra
tiam ab ipſo creati, & nõ ſecundum naturam, & immortales fieri digni facti ex ipſo im
mortali, & qui eſt uita in ſeipſo & immortalitas: ob id non ſunt in timore & tremore,
& ſub reſponſione & examinatione, iuſſioneq; ac mãdato ſanctę deitatis ſeruitio preſ-
ſi. Vbi enim eſt quæſitum exacta ratio ueritatis, filium quidem dicere oportet, uerum *Filij appellatiõ nis ratio.*
dicere & habere non ſolum nomine, ſed filium, ſecundum naturam filium. Nam & in
ter nos multi uocantur filij, qui non ſunt filij ſecundũ naturam. Veri autem filij genui

ni uocantur, qui ſecundum naturam à nobis geniti ſunt. Et ſi quidem filius ſolum uo-
caretur, ſicut etiam omnes uocati ſunt filij Dei, ergo neq; differt ab alijs, & quomodo
ſicut Deus adoratur? Oportebat igitur etiam alios omnes, de quibus nomen adopcio-
nis dicitur, uelut ipſum adorari, quoniam filij Dei appellantur. At ueritas non ſic ha-
bet, ſed nouit ſemper unum unigenitum filium Dei, cui omnia cultum diuinum præ-
ſtant, ipſumq; adorant. & omne genu flectetur cœleſtium, terreſtrium ac infernorum,
& omnis lingua confitebitur, quod Dominus eſt IESVS CHRISTVS in gloriam
Dei patris. Sed neq; ſanctus Spiritus alijs ſpiritibus adæquatur, quoniam unus eſt ſpi-
ritus Dei, ſpiritus ex patre procedens, et de filio accipiens. Hi uero uolunt hunc creatu-
» ram creaturæ eſſe. Dicunt enim quod omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum
eſt nihil. Igitur & ſpiritus, inquiunt, ex facturis eſt, quandoquidem omnia per ipſum
facta ſunt. & ignorant illi qui fruſtra animam ſuam perdunt, quod aliæ ſunt creaturæ,
& alij creatores: Pater & Filius & Spiritus ſanctus, unus Deus Trinitas in ueritate, &
monas in unitate. Propterea enim unus Deus, quia non duo patres, neq; duo filij, ne-
que duo Spiritus ſancti. Et quādoquidem non alienus eſt filius à patre, ſed ex ipſo ge-
nitus, etiam nō alienus eſt Spiritus ſanctus. Verum filius quidem unigenitus, genitus
ſine principio, ſine tempore. Sanctus autem Spiritus uelut nouit ipſe pater & unigenit
tus, neq; genitus eſt, neq; creatus, neq; alienus à patre & filio, ſed ex patre procedens, et
» de filio accipiens. Spiritus enim meus, inquit, cōſiſtit in medio ueſtrū. et, Vnxit CHRI-
STVM in Spiritu ſancto. Si ipſe unigenitus ungitur in ſpiritu, quis criminabitur ſanc-
ctam Trinitatē? Deinde rurſus dicit furioſus Arius, quomodo dixit Dominus, Quid
» me dicis bonum, unus eſt bonus Deus, uelut negāte ipſo bonitatem? Et quis alius ita
bonus eſt uelut unigenitus, qui ſeipſum dedit precium redemptionis animarum no-
ſtrarum? Et non nouerunt Dei uirtutem ac bonitatem, neq; ſapientiæ Dei diſpenſatio-
nem, quum animales & carnales ſint, remoti à Spiritu ſancto, uacui ab ipſo, nō habeo-
tes ſancti Spiritus donum, quod docet ſapientiā omnem hominem. Rurſus autem ro-
gant ipſum filij Zebedæi per matrem ſuam, ut in regno ipſius alter ſedeat à dextris, al-
ter à ſiniſtris. Et dixit ipſis, Neſcitis quid petitis, poteſtis bibere poculum quod ego bi-
biturus ſum? illis autem dicentibus, etiam: ait ad ipſos, Poculum quidem meum bibe-
tis, uerum ſedere à dextris meis ac ſiniſtris, nō eſt meum dare, ſed quibus præparatum
» eſt à patre. Deinde dicit Apoſtolus, Deus ſuſcitauit ipſum ex mortuis, uelut ipſe opus
» habeat ſuſcitante ipſum. Et in Euangelio Lucæ habetur, inquiunt, quod Angelus Do-
mini apparuit confortans ipſum, dum in anxietate fuit, & ſudauit, & ſudor ipſius ſicut
uelut guttæ ſanguinis, quando digreſſus orabat, iamiam tradendus. Et rurſus in cru-
» ce, inquiunt, dixit, Eli Eli lemas abachthani, hoc eſt, Deus meus Deus meus, ut quid
» dereliquiſti me. Et uides, inquiunt, quod indiget auxilio. At de eo quod dicit, Ego in
patre, & pater in me. et, Quod duo unum ſumus, ut & ipſi unum ſint: afferunt omni-
no, quod unum eſſe, non ſecundum naturam dicit, ſed ſecundum cōcordiam. Et non
ſolum hoc faciunt, ſed & animam humanam ipſum accepiſſe negant, hoc ipſum præ-
ſtruentes. Carnem enim confitentē ueram ipſum à Maria habuiſſe, & omnia quæ ſunt
in homine citra animā, quo ubi audiueris de fame, aut ſiti, aut languore, aut profectio-
ne, aut ſudore, aut ſomno, aut concitatione: & dixeris quod propter humanam natu-
ram his opus habebat: dicant tibi poſtea, quod caro per ſeipſam hæc non operatur, ſi
nō habeat animam. Reuera enim ſic eſt. Igitur aliud quid eſt, inquiunt, ſi deitas ipſius
indigebat: quo quum dixerint deitatem ipſius indigentem, externum pronuncient
ipſum & alienum ab eſſentia patris & uera natura. Arbitror autem quod ab eo qui in-
telligentia præditus eſt, ex uno aut duobus teſtimonijs, aut quinq;, ab ipſis male exco-
gitatis, redargutisq; ac ſubuerſis, dum uniuerſa ueritas prædicatur, & clarē in fide or-

thodoxa

thodoxa confirmatur, redarguentur, à prædictis inquam, mente ac intelligentia diuina prædictis, etiamsi post has solutiones, infinitas alias dictiones excogitatas intulerint. A paucis enim plurimæ soluentur æqualem uim habentes. Et incipiam primum dicere inde, unde amaritudinis suæ radicem male plantare inceperunt, à sermone per Solomonem dicto, nempe: Dominus creauit me principium uiarum suarum in opera sua. Et nõ omnino alicubi confirmauit Scriptura, neque quispiam Apostolorum meminit huius dictionis, ut ipsam in nomen CHRISTI produceret. Quare omnino nõ de filio Dei dicit, etiamsi dicat, Ego sapientia habitatione excepi consiliũ & scientiam, & ego intelligentiã accersiui. Quot enim sunt abusiue appellatæ Dei sapientiæ? una est autem unigenitus, non abusiue dictus, sed in ueritate. Omnia enim Dei sapientia sunt, & quæcunq; sunt à Deo, sapientia sunt. Alia uero est propria & super omnia existens, hoc est unigenitus qui nõ est abusiue sapientia, sed ueritate, qui cum patre semper est, potentia eius existens et sapientia, iuxta id quod scriptum est. Nobis aũt CHRISTVS potentia Dei, & Dei sapientia. Est autem sapientia pauperis annihilata. Et quoniam in sapientia Dei non cognouit mundus Deum, complacuit ei per stultitiã Euangelij saluare credentes. Et infatuauit Deus sapientiam mundi huius. Et dedit Deus cor Solomoni uelut latitudinem maris. Et sapientiam fudit super filios Enac. Et dedit Deus Beseleel sapientiam. Et impleuit Deus sapientia ipsum Vri. Et multa de sapientia dici possunt, & qualis est locus prudentiæ, & sapientia unde inuenta est. Etiamsi igitur hæc celebris sapientia dicat, Ego sapientia habitatione excepi consilium & scientiam, & ego intelligentiam accersiui, per me Reges regnãt, & per me magnates magni fiunt, & potentatus scribunt iustitiam, & tyranni imperant terræ. Ego diligentes me diligo, & qui me quærunt, inuenient me. Diuitiæ et gloria mihi sunt, & possessio multorum & iustitia. In uia iustitiæ ambulo: & in medio uiarum iustificationis diuersor, ut diuidam diligentibus me substantiam, & thesauros ipsorum repleam bonis. Si annunciauero uobis ea quæ quotidie fiunt, recordabor ut quæ ab æterno sunt, enumerem. Dominus creauit principium uiarum suarum in opera sua. Ante sæculum fundauit me in principio, antequam terram faceret, & priusquam abyssos faceret, priusquam procederent fontes aquarum, & antequam montes firmarentur. Ante omnes autem colles genuit me, & cætera: manifestum est quod uolentibus quibusdam dictioni contradicere, aduersarij solutione utuntur, propter nomen sapientiæ & consequentiam sermonis qui dicit: Dominus creauit me, & ob id quod dixit, Ego sapientia habitatione excepi consilium: Ecce, inquiunt, sapientia quæ seipsam à principio nominauit, & deinceps progressa est, seipsam significat dicens, Dominus creauit me. Ecce enim dicit suprà, Ego sapientia, & infrà dicit, Si annunciauero uobis ea quæ quotidie fiunt, recordabor ut quæ ab æterno sunt, enumerem. Et quid inquit, Dominus creauit me principium uiarum suarum. Diximus autem quod multæ sunt abusiue per temporis occasionem ex Deo datæ sapientiæ, quia Deus omnia in sapientia perficit. Vna autem est uera sapientia Patris, & Deus Verbum in substantia. Ipsa enim dictio non omnino cogit me de filio Dei dicere. Non enim indicauit Scriptura, neque quispiam Apostolorum meminit, neque Euangelium. Si uero etiam de filio Dei hæc dictio acciperetur, non est eadem dictio, neque ad rectum iudicium posita. Totus enim liber prouerbia sunt, quicquid aũt prouerbialiter dicitur, non idem est potestate. Sed alia quidẽ ratione recensetur, alia uero potestate allegorice accipitur. Si igitur hoc dicit, Et audent quidã ad filium Dei hoc referre, absit, de deitate ipsius hæc dictio nõ ferť, si tamen potest in præsentia ipsius in carne impleri. Quando quidẽ enim ipsa sapientia ædificauit sibijpsi domũ, fortassis à ꝑsona humanę ipsius naturę pie dici poterit, ut p̃sentia ipsius in carne, de ipsius deitate dicat, Dominus creauit

Loci ab Ario citati confutantur.

Sapientia multiplex est.

Prouerbialis dictionis ratio

me, hoc est ædificauit me in utero Mariæ, principium uiarum suarum in operā sēt. Principium enim uiarum descensus CHRISTI in mundum, est corpus ex Maria, quod est assumptum in opere iustitiæ & salutis ipsius. Verum omnino prosiluerit is qui cor læsum habet, & graui hac plaga percussus est, de filio Dei inimicitiam in mente habens, Dixit, inquiet, Si annunciauero uobis ea quę quotidie fiunt, recordabor ut quæ ab æterno sunt, enumerem: & uides quod ab æterno dicit? At præsentia Dei in carne post sexagintaduas generationes, secundum Matthæum, contigit. Quomodo igitur possunt ea quæ ab initio sæculi sunt, ab hoc dici? Et non sciunt hi qui tota uia ueritatis errant, quod diuina Scriptura semper omnia quæ uult docere, incipit recensere non statim ad summam primariam, aut ad caput, ut ita dicam, procedens. sed à proximis orditur, ut hoc quod prius est, postremum significet. propter hoc enim dixit, Si annunciauero uobis ea quæ quotidie fiunt, recordabor ab his, & mentionem faciam eorum quæ ab æterno sunt. Quemadmodum etiam Mosi indicauit Deus, primum ignem ardentem, & in igne rubi contigit uisio paulò post. Angelus autem ipsi loquutus est statim, postea uero Dominus ex rubo. Ille uero ab ipso statim non quæ uidebantur quærit, sed de his quę ab initio erant, interrogat. Ades huc, inquit, demittam te ad filios Israël, & dices ad ipsos, Deus patrum uestrorum misit me, Deus Abraam, & Deus Isaac, et Deus Iacob: ita ut ante quinq; uel sex generationes Mosis nominarit Abraam. Et quandoquidem dixit Deum patrum, priscum quid pronunciauit. At Moses ex Dei gratia prudentia affectus, non hæc interrogabat, sed quod erat adhuc antiquius, nempe, Si abiero ad ipsos, & dixerint ad me, quod est ipsi nomen, quid dicam ad ipsos. Hic uero de cætero reuelat, Ego sum qui sum. Et primum quidem à propinquissimis incepit, postremum uero quod summum erat, indicabat. Sed & Lucas incepit ab imis & uiciniſſimis, nimirum, Ipse IESVS incipiebat annorum fermè triginta, filius existens ut putabatur Ioseph, qui Heli filius fuit, qui Mathan, & cætera, usque ad Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei. Et uides quomodo præsentiam CHRISTI in carne primum ostendit, deinde quod postremum est. Quapropter etiam Matthæus ista genealogiā in carne deducere uolens aduentum CHRISTI in hominum memoriam, non statim dixit, Generatio IESV CHRISTI filij Abraam: sed primū filij Dauid, deinde filij Abraam: quo id quod recens est conspectum, & quod propinquissimum est proclamatū, & quod adhuc superius est indicans, significet id quod omnem creaturam excedit, auferri non posse. Quare & beatus Ioannes ubi uenisset ac reperisset homines occupatos circa infernum CHRISTI aduentum, et Ebionæi quidem seducti essent propter genealogiam CHRISTI in carne ab Abraam deductam, & Luca reductam usq; ad Adam, Cerinthianos uero & Merinthianos reperisset, dicentes ipsum ex affrictu nudum hominem esse, item Nazoræos, & alias multas hæreses, qui postremus uenit, quartus enim hic Euangelium prodit: incipit reuocare, ut ita dicam, errore seductos, & circa infernum CHRISTI aduentum occupatos, & dicit ipsis, uelut à tergo ipsorum uadens, et uidens quosdā in asperas uias inclinatos, & qui rectam ac ueram uiam reliquissent, Quò ferimini, quò uaditis, qui asperam & offensoriam & in hiatū ducentem uiam uaditis? reflectite, non est ita, non est à Maria solū Deus Verbum, qui ex superno patre genitus est. Non est à temporibus Ioseph curatoris illius. Non est à temporibus Salathiel & Zorobabel, & Dauid, & Abraā & Iacob & Noë & Adam. Verū in principio erat Verbū, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbū. At erat, & erat, et erat, non suscipit quod unq; non fuerit. Et uides quomodo statim uiciniſſima primum significat? Quomodo Matthæus uiam ostendit progenealogiā, & neq; ipse exacte tractauit, quādo ex supernis genealogiā ducebat? Et quomodo Marcus de peractis in mūdo, et uoce clamante in deserto tractauit, uoce inquā, clamāte de Domino p̄ prophetas & legē p̄dicto. Et quomodo Lucas ab infernis ad

Scripturæ mos.

Quatuor Euangelistarum tractationis ratio.

superna reduxit: Postea progressus Ioannes quartus, coronidem & sinceritatem super
ni ordinis & deitatis semper existentis declarauit, quemadmodū etiam Solomon pro
uerbialiter dicens principiū uiarum, siquidem pie uoluerint quidam dicere de dispen-
satione in carne, uelut ipsa dicat de CHRISTI deitate, quod ipsa deitas creauit domū,
quod ipsa deitas carnem & incarnationem operata est, principiū uiarum in opera sua,
salutis hominum ac bonitatis. Deinde statim adhuc procedentibus rebus dicit, Fun- «
dauit me in principio: itaq; filius Dei secundum deitatem creatus, postea fundatus est:
Dicant nobis mechanici illi supernorum inspectores, quali arte creata est sapiētia, qua
li instrumento fundata est: At si omnino cogitare oportet, fugerimus utiq; à tanta bla-
sphemiæ profunditate, & non attigerimus unigeniti deitatem, quæ semper cum patre
existit, et ex ipso genita est. Semper enim erat uerbum cum patre, semper sapientia, sem
per Deus ex Deo dominus, semper lux uera & nō spuria, semper esse ex ipso habens,
& ueritas existēs ac uita. Et quid opus est mihi multa de hoc dicere: Deinde dicit, Fun «
dauit me in principio, proinde pium est uidere quod animam humanā hic significat.
Nam Dominus creauit me, humana natura in carne dicit, si sanè sic intelligatur: funda
uit uero, uelut in anima fundatus est. Verum ante omnes colles genuit me, quo osten-
dat natiuitatē ex supernis. Atq; hæc dicimus, non omnino sic decernentes, sed pie po-
tius ad aduentū in carne referentes. Et si etiam oportet sic dicere, tamen nemo nos coē-
gerit penitus de CHRISTO dicere hanc dictionē. Si uero de CHRISTO dicetur,
habet etiam suam uim, non iuxta uaticinium dictam, sed iuxta ratiocinationis pieta-
tem, ut ne quid imminutionis ad Deum referamus, ita ut putemus inferiorem ipsum
habere deitatem præter patris essentiam. Etenim quidam ex patribus nostris & ortho
doxis, retulerunt hanc dictionem ad aduētum in carne. Et si oportet sic dicere de hoc,
Dominus creauit me, & fundauit me: & hæc est pia ratiocinatio, magni patres sic ex-
posuerunt. Et si quis noluerit orthodoxos suscipere, non cogetur. Verum ad exter-
nos & à fide alienos, nullum est detrimentū. Neque enim hoc cadet nobis in aliquam
deitatis imminutionem, quæ libera est, & semper est cum patre. Et quod quidem pas-
sus est CHRISTVS, passus est, sed non mutatus est natura. Verum permansit ip *Passiōis Chri sti ratio.*
sius deitas in sua alienitate à passione. Quapropter quum uoluisset pati, ex propria bo
na uoluntate pro genere humano, postquam non poterat deitas pati, per seipsam pas-
sionis exors existens: accepit nostrum passibile corpus, quum sapientia esset, ut in ipso
ad patiendum consentiret, & nostras passiones susciperet, deitate in carne coexisten-
te. Etenim deitas non patitur. Quomodo enim qui dicit, Ego sum uita, mori pote-
rit? Sed passionis exors permanet Deus. Compatitur autem carni, ut passio ad dei-
tatem referatur, quum deitas non patiatur, ut sit nobis in Deo salus, in carne uero
passio, ut ne passibilem Deum habeamus, sed passionis exortem, referentem in seip
sum passionem, iuxta uoluntatem, & non iuxta necessitatem. Attamen & hi quum
Hebraicas dictiones neque attigerint, neque nouerint, neque quomodo se habeat ha-
rum uis sciant, proterue & petulanter emicuerunt graues inimici, quærentes occasio-
nem unde fidem mutilent, imò magis seipsos, neque enim ueritatem. Et quia inuene-
runt, Dominus creauit me: periculose uelut imaginantes somniant, ea quæ ad nihil
cōmoda sunt uitæ inferentes, & orbem terrarum turbantes. At Hebraica lingua non «
sic habet. Vnde & Aquila dicit, Dominus possedit me. Semper autem hi qui filios *Solomonis lo-*
generant dicunt, Possedi uel adeptus sum filium. Sed neque Aquila uim interpretatus *cus in Prouer*
est. Nam possedi filium, uelut recens est, in Deo uero nihil est recens, etiamsi confitea- *bijs explicatus*
tur quis quod genitus est filius ex patre, & non creatus est. Genitus est aūt sine tempo «
re et sine principio. Neq; enim est tempus inter patrē & filiū, ut ne tēpus quoddā super «
filiū existat. Si em̄ per ipsum omnia, ergo etiā tempora. Tēpore uero existēte eo qđ prę

omnibus

omnibus est, quomodo erit hoc, nisi sanè quæretur alius filius, per quem ante filium factum est tempus. Et multa sunt quæ ad infinitam hæsitationem ducunt mentes hominum curiosorum & nihil bonum operantium. Cæterum in Hebraico dicit, Adonai, quod est Dominus: Canani, quod potest dici, tum instar pulli exclusit me, tum possedit me. Verum exactissime dicitur, instar pulli excudit me. Quis autem pullus non ex natura genitoris gignitur? Et hic quidem in corporalibus creaturis per coitum masculi & fœminæ pulli fiunt, ab homine usque ad pecus, & uolatilia atque alia. Quapropter unigenitus per omnia existens sapientia patris, & uolens ad correctionem omnia facere, ut ne quis ad ipsum referat quæ non sunt, & excidat à ueritate, profectus ad humanum genus, & natura à muliere genitus, & in utero uirginis reclinatus per gestationis tempus, non à semine uiri conceptus est, sed ex matre uniformiter accepit carnem, & in seipsum expleuit perfectam suijpsius incarnationem, non defectuosam, sed ueram. Et non quia ex semine uiri non erat, ideo habebat quid defectuosum. omnia enim perfecte habebat, carnem, & neruos & uenas, & alia omnia quæ sunt. Animam uero uere, & non in apparentia. Mentem autem & omnia quæ sunt in humana natura, excepto peccato, uelut scriptum, tentatus per omnia uelut homo, excepto peccato: quo in eo quod uniformiter hic à matre secundum carnem genitus est perfecte, et non defectuose, ostendat uolentibus uidere ueritatē, & non propria mente cæcutire, quod etiam superne ex patre genitus est perfecte, sine tempore & sine principio: & inferne ex matre sola genitus est impollute & citra inquinamenta. Quo uero etiam interpretemur dictionē, Adonai Canani, hoc est Dominus instar pulli excudit me, omne quod generat, simile quid generat. homo hominem gignit, & Deus Deum. Et homo quidem gignit secundum carnem, Deus uero secūdum spiritum. Et qualis est homo qui generat, talis est & qui ab ipso generatus est. In passionibus constitutus est homo qui genuit proprium filium. Et passionis exors Deus, filium ab ipso genitum citra passionem genuit, uere & non in apparentia, à seipso, & non extra seipsum, spiritus existens passionis expers, & spiritum citra passionem generans: Deus existens à passione alienus, & Deum uerum generans citra passionem. Si enim ipse creauit omnia, & confiteris ô Ari, quod creauit Deus omnia, ipse etiam filium genuit. Si uero dicis, si genuit, passus est dū genuit: Et nos ad te dicemus, Si gignens passus est, fatigatus est creans. At simul omnia quæ uult, omnia habet in seipso in perfectione, & neque in creando passio in filium cadet, neque Deum affectioni obnoxium esse, propter impollutam filij generationem, intelligetur. Immutabilis enim Pater, immutabilis Filius, immutabilis Spiritus sanctus, una essentia, una deitas. At omnino dices mihi, uolens genuit, aut non uolens? Et non sum sicut tu ô contentiose, ut unum quiddam tale de Deo cogitem. Si enim non uolens genuit, inuitus genuit. Et si uolens genuit, ergo uoluntas erat ante filium, & erit uel temporis momentum inter filium per uoluntatem. In Deo autem non est tempus ad consilium, non uoluntas ad deliberationem. Neque igitur uolens genitus, neque inuitus, sed in natura supra consilium. Natura enim ipsi est deitas, neque consilio opus habens, neq; sine consilio quid faciens, sed simul ex seipso omnia habens, & nihil rerum linquens. Porrò idem Arius rursus uenatur dictiones, semper omnia collustrans, & flagitia sibijpsi curiose inuestigans, non uelut habet diuina Scriptura, sed uelut ipse ægrotat circa quæstiones & pugnas uerborum, ad nullam utilitatē, sed ad suijpsius & eorum qui ab ipso seducti sunt subuersionem:

» arripit dictum in quo Dominus benedicens discipulis dixit: Pater da ipsis uitam habere in seipsis. Hæc est aūt uita ęterna, ut cognoscant te solum uerum Deum, & quem misisti, IESVM CHRISTVM. Verū iam à me de his omnibus tractatū est in magno De fide sermone siue libro, in quo rursus iuxta nostrā mediocritatē ac debilitatem, coacti à

Natiuitatis Christi ratio.

cti à fratrũ exhortatione, ſcripſimus de fide, cui libro impoſuimus Ancorati nomen. Etenim quemadmodũ exigua mens noſtra ualuit per Dei auxilium, ex uniuerſa ſcriptura doctrinæ Dei ueritatem congregantes, uelut ancoram his qui uolunt, ſanctam patrum fidem apoſtolicamq; ac propheticam, & ab initio uſq; huc in ſancta Dei Eccleſia prædicatã, clarè propoſuimus, quo cõtineatur ac muniatur cogitatione, diaboli uafricijs excitetur, neq; à tempeſtate ab hæreſi multiplici in mundo commota lædatur. Sic enim et Dominus docuit diſcipulos ſuos dicens: Si quod ab initio audiuiſtis, manſerit in uobis, uos in me manebitis, & ego in uobis, & ego in patre, & uos in me. Quare ueritas fidei ab initio à Domino audita, manet in ſancta Dei Eccleſia, & propterea manet ſancta Dei Eccleſia & orthodoxa fides in Domino, et Dominus unigenitus in patre, & pater in filio, & nos in ipſo per ſanctum Spiritum, ſi facti fuerimus templa ſancti ipſius Spiritus capacia, quemadmodum dixit ſanctus Dei Apoſtolus. Vos templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in uobis. Igitur Deus ex Deo eſt ſpiritus ſanctus, per quem Spiritum templa uocamur, ſi habitare fecerimus Spiritum ipſius in uobis. Spiritus enim CHRISTI, Spiritus eſt ex patre procedens, & de filio accipiens, uelut ipſe unigenitus confitetur. Hæc igitur omnia in prædicto De fide libro expoſuimus, qui ſcriptus eſt, uelut diximus, ad patres Pamphylias ac Piſidiæ. Hic uero quoniam ad conſequentes dictiones perreximus, neceſſario rurſus eadem in memoriam reuocare ſtuduimus, ob propoſitum hæreſiarcham Arium, & ſectatores ipſius Arianos, ut malicias ipſorum exoluamus, dulce in amarum tranſmutantes, & bonum in malum, & lucem in tenebras. Talibus enim perfecte à Domino per Eſaiam Væ decernitur, qui bona in mala tranſmutant. Et talium nequaquam autor eſt Deus, ſed quiſque horum, aut per uanam gloriam, aut præſumptionẽ, aut uanam ſapientiam, aut diabolicam opinionem, excidit à ueritate: & ſui flagitij tribulationem mundo induxit. Age igitur hanc dictionem tractemus, ut cognoſcamus quæ à Domino dicta ſunt, uelut ſanctus Apoſtolus dicit, Et nos Spiritum Dei habemus, ut cognoſcamus ea quæ à Deo nobis donata ſunt, quæ & loquimur, & cætera. Dicit igitur Dominus, Da ipſis uitam habere in ſeipſis. Hæc eſt autem uita æterna, ut cognoſcant te ſolum uerum Deum, & quem miſiſti IESVM CHRISTVM. Exilit autem turbator hic Arius eiusq; ſectatores, & dicunt, Orare omnino ac precari Deum & dicere, Pater da ipſis uitam habere in ſeipſis, non eſt eius qui æqualis eſt ei qui exhibet uitam. Si enim eſſet ex eſſentia patris, ipſe utique largitus eſſet uitam, & non petiuiſſet patrem dare accipientibus ea quæ ab ipſo dantur per petitiones. Et non ſciunt hi qui contra ſeipſos ſententiam peruertunt, quod uenit unigenitus, ut fieret nobis exemplar & ſalus, in medio mundo conſtitutus uelut in theatro, inſtar Athletæ deſtruens omnia contra ueritatem inſurgentia, ex incredulitate ac calumnia & errore diaboli, alicubi per idololatriam, alicubi per Iudaicam opinionem, alibi per incredulitatem, alibi per elationem humanæ opinionis, ut doceret homines humilitatem, ne quis ſeipſum aliquid putaret qui homo ſit, ſed ad patrem uniuerſorum totum referret. Et propterea etiam ſi uita erat, uelut dicit, Ego ſum uita, & poſſet dare uitam: non uult tamen turbare iuſtitiam, ſed uenit ut ad unum principium, ad unam deitatem, ad unam ueritatem, ad unam concordiam, ad glorificationem unam congregaret, hominum ſalutem ac mentem. & coram diſcipulis patrem rogat. Quis enim filius à patre non petit? quis uero pater filio non dat? quis autem filius alienus exiſtit à patris natura? Et propterea filius unigenitus à patre plenus gratia & ueritate, non indigebat complemento perfectionis, quum non deficiat in ueritate, ſed plenus ſit gratia & ueritate. Verum quum plenus ſit, & dat, & dare poteſt, uult autem omnia referre ad patrem. Glorificat enim filius patrem, glorificat pater unigenitum. Ego enim glorificaui te in terra, inquit filius ad patrem. Et pater ad filium dixit, Glorificaui te, & rur-

Ancoratus liber Epiphanij.

Chriſtus cur patrem rogat, ut det uitam diſcipulis.

Nota bene.

& rursus glorificabo. Non est dissensio, non est inuidia deitatis. Da igitur ipsis habere uitam in seipsis. Qui uita est, uitam à patre accipere uult, & dare discipulis qui ipse uita est, ut ne distrahat unitatem, ut ne spina fieret Iudæis, ut audirent Iudæi à patre petentem & dantem discipulis suis. Quomodo igitur petit à patre filius, uelut non habens & petens? minime: sed unitatem Trinitatis significans, perfecte exhibentem ei qui digne petens dat, sed propria autoritate, uelut fons existens à fonte, & Deus ex Deo, infufflauit in faciem ipsorum, & dixit: Accipite Spiritum sanctum, et alibi sustulit manus
» & dixit, Accipite Spiritum sanctum: Et habet uitam in seipso, ut cui uult dare dat. Sicut enim pater uitam habet in seipso, sic etiã filius uitam habet in seipso. Et uides quod honoris erga patrem gratia, & propter unam unitatem, & unam glorificationem, & ut ne putent discipuli à Deo legis & prophetarum ipsum mentes credentium declinare, unigenitus uenit: huius gratia Deus existens, & hominum malignitatem præuidens, sermonem ad patrem mittit, et gloriam auferri nequeuntẽ patri tribuit: quo Manichæus confundatur, qui patrem negat: quo discipuli discant quod eadem est deitas in ueteri ac nouo Testamento: quo Iudæi pudefiant, quoniam non uenit unigenitus ut doceret alium Deum, sed ut suam & patris sui cœlestis deitatem reuelaret. Da igitur ipsis habere uitam in seipsis. Equidem quum ipse prædicauerit hanc uitam, quomodo patrem rogabat, ut daret ipsis quod ipse docebat ac dabat? uitam enim postea pro-

Pater solus uerus Deus quo modo accipiendum.

nunciauit dicens, Hæc, inquit, est uita ut cognoscant te solum uerum Deum. Deinde Arius et eius complures exiliunt propter hanc dictionem, uelut qui aliquid contra ueritatem repererint, quod dixit solum patrem uerum Deum. Vides igitur, quod solus est pater uerus? Interrogemus autem & nos ipsi uos. Quid igitur dicitis? Solus est pater uerus? filius autem quid tandem erit? non est uerus filius, uana est spes nostra, uana inter nos prædicatio, inueniemini assimilantes filium Dei, per blasphemiã contra uos ipsos, innominatis & nepharijs simulachris, ad quæ dixerunt Prophetæ ex seductorum
» persona, prout quisq; prophetarum huius dictionis mentionem fecit: & hoc, Fallos fecerunt sibijpsis Deos patres uestri, & falsi facti sunt colles. Itaq; etiam unigenitus apud uos sic iudicatur, & ita turpiter de eo qui uos redemit, si modo redemit, sentitis. Non amplius eiusdem stabuli estis, negantes uestrum Saluatorem, et qui redemit uos. Sicnim non est uerus Deus, neque adorãdus est. Et si est creatus, non est Deus. Et si non est adorandus, quomodo igitur Deus prædicatur? Desinite uos qui rursus naturã Babylonicam facitis, qui imaginem & figuram ipsius Nabuchodonosor erexistis, qui famosam hanc tubam unitatem belligerantium buccinatis, qui in musicis instrumentis ac cymbalis & in psalterio per erronea uerba uestra populos ad casum fertis, imagini magis seruire efficientes, quàm Deo & ueritati. Et quis uerus alter, sicut filius Dei? Quis enim adæquabitur Domino inter filios Dei, inquit Scriptura, & alius ad ipsum non comparabitur? Et quid ait? quo uideas quod de filio dicit, consequenter narrans
» ait: Excogitauit omnem uiam scientiæ, & dedit ipsam. Et post hæc, In terra uisus est, et
» inter homines conuersatus. Quomodo igitur non uere ad ipsum hęc dicta sunt qui dicit, Ego sum ueritas. At dices mihi, quomodo dixit unigenitus uerus Deus, ut cognoscant te solum uerum Deum? quo non multitudo Deorum putaretur, ut ne diuisio fieret uitalis cognitionis. Si enim solus Deus uerus pater, uerus est filius ex patre uere genitus. Nam colens patrem, & solum ipsum uerum Deum reuelans, seipsum ostendit ex patre uere genitum. Quapropter uerus pater Deus, uerus Deus filius unigenitus. Et unde hoc demonstrãdum est? At uide mihi dictiones hic, quomodo solum uerum Deum dicit hic patrem. Verum in Euangelio secundum Ioãnem dicit, Erat lux uera.

Lux uera, & lux citra additionem.

Et quæ lux uera quàm unigenitus? Et rursus Scripturæ de filio dicũt, quod lux Deus & non dicunt, Lux uera Deus: uerum de filio Dei, quod lux uera unigenitus. Ade

patre

patre, Deus uerus: & non dicunt, Lux uera Deus. De filio uero, quod Deus: & non appoſita eſt uox uerus, ad dictionem Deus filius: & ubi lux Deus, non appoſita eſt uox uera. Quid igitur dicimus de patre? quod ſanè lux uera eſt Deus, & non defectuoſum faciemus Deum: Et quoniam nõ eſt ſcriptum, Lux uera, ideo non dicimus peccantes, quod non eſt lux uera: & quoniã ſcriptum eſt, Filius eſt Deus, & erat Deus apud uerum patrem: Etenim erat Deus uerbum, & non dixit, Deus factum eſt uerbum, ſed Deus erat. Ex his duobus æquiualentia demonſtrabuntur, ex dictione quidem Deus uerus pater, & ex dictione lux uera filius, æqualitas dignitatis apparebit. Ex dictione uerò Deus filius, & lux Deus, æqualitas glorificationis inuenietur. Et nihil differet, neque contradicere quis poterit ueritati. Sed uerus Deus eſt pater, & uerus filius unigenitus. Porrò & de Spiritu ſancto cogar quid hìc dicere amplius, ut ne quibuſdam relictis occaſionem præbeam inimicis, ut ſuos prætextus habeant. Sic enim etiam Spirituſſanctus, uelut ipſe Dominus teſtatur, Spiritus eſt ueritatis, Spiritus patris: & ut Apoſtolus dicit, Spiritus CHRISTI. Proinde ſpiritusſanctus, eſt ſpiritus ueritatis, ſpiritus Dei, ſicut Deus uerus, ſicut lux uera, ſicut ſpiritus patris, ſicut ſpiritus filij. Vna enim eſt trinitas, una glorificatio, una deitas, una dominatio, pater, pater: filius, filius: ſpiritus ſanctus, ſpiritus ſanctus: non eſt coniunctio ipſa trinitas, neque diſiunctio à propria ſua unitate: non eſt defectuoſa in perfectione, non aliena à propria proprietate, ſed per omnia perfectio, tria perfecta, una deitas. & cecidit aduerſariorum machæra. Etenim ſic ſcriptum eſt, Telum infantium facti ſunt. *Tela infantium.*
Etenim infantes etiamſi accipere uelint tela, inualidi ſunt, non potentes manibus ſuis quicquam perpetrare. Si uerò etiam conturbentur infantes, magis ſeipſos iugulant, ac ſeipſos iniuria afficiunt, quum nõ poſſint per teli conatum alios impetere. Quemadmodum etiam hi contra ſeipſos excitarunt bellum erroris, minimè uerò irruunt in filios ueritatis. Tranſibo autem & ad alias dictiones rurſus ab ipſis excogitatas. & primum quidem admiratione digna res eſt, quod ironia utuntur ad integros ac ſimplices natura decipiendos. Quemadmodum enim ſerpens decepit Euam ſimplicem, eodem modo hi ubi uoluerint aliquos aſciſcere, primum quidem adulationibus multis, & liberalitate ac attentione, promiſſioneq; ſimul & terriculamentis aggrediuntur. Eos uerò qui nõ uolunt ſecundùm ipſorum fidem ferri, regijs mandatis adoriuntur, & regis Valentis indignationi reſiſtitis inquiunt? Et quid eſt, inquiunt, quod dicimus, Eadem eſt fides, niſi quod uanam gloriam ſectamini? Videamus igitur an eadem ſit fides. Dicunt itaque, Confitemur genitũ filium ex patre, & non negamus: ſed oportet nos etiam creaturam & facturam cõfiteri. Nihil autẽ eſt ſtolidius. Omne enim creatum, non ſimile eſt genito: neque genitum ſimile creato, maximè ad illam puram & perfectam eſſentiam. Omnia enim à Deo creata ſunt, ſolus uerò filius Dei genitus eſt, & ſolus ſpiritus ſanctus ex patre proceſſit, & ex filio accepit. Reliqua uerò omnia ſunt creata, & neque progreſſa ex patre proceſſerunt, neq; ex filio acceperunt, ſed ex plenitudine filij. uelut ſcriptum eſt: Verbo enim Dei omnia firmata ſunt, & ſpiritu oris eius omnis uirtus ipſorum. At, inquiunt, oportet etiã confiteri creaturam, quoniã dixit Scriptura figuratiùs dici creaturã, & figuratè dici genituram. Nam etiamſi dixerimus genituram, nõ uelut unam ex genituris dicimus. Itaq; in eo quod genituram dicunt, & non ueram genituram, ſimpliciores decipiũt. Sed & creaturam confitemur, inquiũt. Quandoquidem enim & ianua ſiue oſtium uocatus eſt CHRISTVS, & uia, & columna, & nubes, & petra, & agnus, & manna, & caper, & uitulus, & leo, & fons, & ſapiẽtia, & uerbum, & filius, & angelus, & CHRISTVS, & ſaluator, & dominus, & homo, & filius hominis, & lapis angularis, & ſol, & propheta, & panis, & rex, & ædificator, & agricola, & paſtor, & uitis, & quæcunque talia: ſic inquiunt etiam creaturã dicimus. abuſiue enim nos cõfiteri oportet. Fuge malam hanc

Valens rex Arianus.

Chriſti appellationes uariæ.

opinionem ac calliditatem: Ne det Dominus ut aliquis ex filijs ueritatis tali ironia sub
ducatur, quo per eiusmodi argumenta, etiam creaturæ nomen in filium Dei suscipe-
re persuadeatur, atque sic confiteri. Dent enim nobis huius usus rationem. Nam om-
nia illa abusiuè dicta sunt, minimè in deitatem filij irruentia, neq; defectuosum facien-
tia ab essentia ipsius erga patrem. Et ostium dici poterit, quoniam per ipsum ingredi-
mur: & uia, quoniam per ipsum uadimus: & columna, quia ipse est fundamentum ue-
ritatis: & nubes, quia intexit filios Israël: aut etiam columna, propter luciditatē igne
quem illuminauit in deserto: & manna, quia negauerant ipsum panem cœlestem: &
panis, quia per ipsum fortificamur: & angelus, quoniam magni consilij angelus est,
æquiuocum enim est angeli nomen. Suscepit enim Rhaab angelos, & non erant an-
geli qui missi erant alij, quàm qui annunciauerūt de loco. Sic etiam unigenitus, qua-
niam annunciauit uoluntatem patris hominibus, magni consilij angelus est, dum in
mundo magnum consilium annunciat. Et lapis non insensibilis lapis dicitur, sed abu
siuè, eo quòd offendiculum fuit Iudæis, nobis autem fundamentum salutis: & lapis
angularis, eo quòd construxit uetus & nouum Testamentū, circuncisionem q; ac præ
putium in unam unitatem: Agnus autem, propter innocentiam, & quod per ipsum,
peccatum ab hominibus sublatum est, in eo quòd ipse patri oblatus est ouicula ad ma
ctationem. Nam uenit ut pro nobis pateretur, passionis exors, quo nos saluaremur.
Et si quid aliud est eiusdem usus, quod confert ad salutem filiorum hominum, abusi-
uè à diuina Scriptura ad ipsum refertur. Quid igitur creatura profuerit? aut qualem
utilitatem facit ad nostram salutem, & ad Dei Verbi in carne glorificationem, & per-
fectam deitatem? Quid prodest nobis dicere ipsum creaturam? Quid facit creatura
creaturis? Quid prodest creatura creaturis? Quomodo uerò creauit Deus Deum, in
Creaturam nō adorari. adorationem proponens, quando dicit: Ne feceris tibijpsi ullam aliquam similitudi-
nem, neque in terra, neque in cœlo, & non adorabis ipsam. Quomodo igitur creatu
sibijpsi filium, & adorari præcepit, maximè quum Apostolus dicat, Et coluerūt crea-
» turam præter creatorem, & stulti facti sunt. Stultum est enim creaturam deificare, &
probat autē primum præceptum, quod dicit: Dominum Deum tuum adorabis, &
ipsi soli cultum præstabis. Quapropter sancta Dei Ecclesia nō creaturam adorat, sed
filium genitū, patrem in filio, filium in patre, cum sancto spiritu. At reuera, inquiunt,
nisi dixerimus, quod creatura est, imminutionem patris facimus. Creatum enim, non
imminuit creatorem. quod autem genitum est ex natura, id aut contractionem effi-
cit, aut dilatationem, ad imminutionem, aut sectionem, aut aliquam talem affectionem
genitori annectit. Ingens autem est stultitia eorum qui talia ratiocinantur, ut à sepo-
Deum assimilent, & suas affectiones Deo annectant, quum Deus penitus exors sit
passionis, & in generando, & in creando. Sicut enim nos patimur generātes, quoniā
creati sumus, sic etiam laboramus creantes. Et si patitur pater generans, ergo etiam
creans laborat. Quomodo uerò de Deo passionem dicere licet, & laborare, siquidem
» laborat? At non laborat, absit. Non laborabit enim, inquit Scriptura. Spiritus igitur
Deus, & spiritus sine principio, & sine tempore filium genuit, Deum ex Deo, lumen
de lumine, Deum uerum de Deo uero, genitum, nō factum. Præteribo autem & hoc
dictum, & rursus ad alia nos conferamus, quæ ab ipsis in malis opinionibus dicun-
tur ac decantantur, & suprà à me proposita sunt. Etenim rursus uanè producunt hoc
dictum falsò interpretantes, Suscipite pontificē uestrum fidelem existentem ei qui fecit
Epistola ad Hebræos Pauli non est. ipsum. Et primum quidem hanc epistolam, ad Hebræos, inquam, reijciunt, negantes
ipsam natura ab Apostolo esse, & asserentes ipsam Pauli nō esse. Verùm dictum hoc,
ob proprium morbum in seipsos, uelut dixi, male suscipiunt: nimirum ex eo quòd dic-
tum est, fidelem existentem ei qui fecit ipsum, creaturam falsò inferentes. Percunctē-
tur autē quis intelligentia præditus ipsos, & hæsitabunt, non habentes quod respon-
deant.

deant. Quando assumpsit Dominus noster ut pōtificis nomine appellaretur? Nequa quam enim ante aduentum suum in carne hæc nomina habuit, ut lapis uocaretur, & ouis quæ ducitur ad mactationem, & homo, & hominis filius, & aquila, & agnus, & alia omnia quæ ad ipsum post aduentū in carne referuntur. Quare & pontifex ipse appellatur, propter argumentum de ipso à lege prædicatum: nempe, Prophetam ex fratribus uestris excitabit Dominus Deus uester. Proinde prophetam & pōtificem, « & uocem Ex ipsis, post hunc locum Scriptura clarè interpretatur: uelut etiā firmiter uidere est, quomodo rursus insuperabilis Dei uirtus & prænotio, ad obturandum omne os quod contra ueritatem excitatur, omnia cum mirabili illuminatione prædixit ac muniuit. Dicit enim sic in eadem consequētia, Nam omnis pontifex qui ex ho « minibus assumitur, pro hominibus constituitur, ad offerendum dona & uictimas, « pro peccatis: ita ut moderate ferre possit, necessitatē enim etiam ipse habet in propriis « peccatis. Qui uerò non habet peccatum, obtulit seipsum patri, partim ex hominibus, propter aduentum suum: partim non ex hominibus, quum non habeat necessitatem propter deitatē. Et de ipsius deitate dicit, Etiamsi esset filius: de aduētu uerò in carne, Didicit ex his quæ passus est, inquit. Et uides quod omnia ad CHRISTVM perti nentia plana sunt, & nihil est in ipsis tortuosum. Nam hoc, Pontificem fidelem ei qui « fecit ipsum: neque eandem formationem corporis hic declarat, neque ipsius incarnationis: non de creatione omnino dicit, sed de dono dignitatis post aduentum suum. luxta id quod dictum est, Dedit ei nomen, quod est super omne nomen. Et non antea « implebatur hoc in deitate, sed in præsenti aduentu. Nam ipsius incarnatio ex Maria, accipit nomen quod est super omne nomen, ut cum Deo Verbo, uocaretur filius Dei. Et propterea etiam per ipsum Apostolum hic rursus dixit, Eum uerò qui pau- « lulum imminutus est infra angelos, uidemus IESVM propter passionem mortis, « gloria & honore coronatum: Quo dominus & factor angelorū, infra angelos immi nutus appareret, & horrēdus ac terribilis angelis, & qui ex nihilo ipsos cum patre & sancto spiritu creauit, imminutus diceretur, & appareret manifestè, quod nō de deitate hic loquitur, sed de ipsius carne. Passio enim mortis non ante carnem ad Verbum refertur, sed post aduentū in carne, eodem passionis exorte existente & passibili: passionis quidem exorte, in deitate: patiēte uerò, in humana natura. Quare etiā ambo in uno implētur, filius hominis, in hoc: & filius Dei, in illo. Simul enim CHRISTVS in ambobus filius uocatur. Quid igitur fecerit ipsum discant contentiosi ex prædictis omnibus, quia nihil in hoc dicto ad deitatem refertur, sed ad aduentum in carne. Et neque sicut de factura aut creatura, sed uelut de dignitate post aduentum dixit, fecit ipsum. Etenim si quis interroget regem aliquem de proprio illius filio, quid est tibi hic? & audiat ab ipso, Filius meus est. Genuinus igitur tibi est, aut spurius? Ille uerò *Simile regis de filio suo interrogati.* respondeat, Genuinus est ex me. Quid igitur ipsum feci sti? Regem ipsum feci: manifestum est nihil immutatum esse ipsum à patris sui dignitate. Et non omnino eo quòd dixit, Feci ipsum regem, ideo creaui ipsum, dicit Rex. Non enim generationem negauit, quum non genuisse confessus sit, in eo quod dixit, Feci: sed illam quidem palàm pronūciauit. Verùm uox Fecit, de dignitate declarauit. Sic etiam filius, filius patris citra ambiguitatem ab his qui uitam uolunt, creditur & adoratur. At pontifex factus est, quoniam in corpore suo seipsum patri obtulit pro hominibus, ipse sacerdos, ipse uictima, seipsum quidem obtulit, pro omni uerò creatura pontificatum gessit. Ascendit autē spiritualiter & gloriose in ipso corpore, sedet in dextra patris, factus pontifex in æternum, & pergressus cœlos semel, uelut testatur de ipso in sequētibus idem Apostolus. Et corruit rursus horum diuinæ Scripturæ prætextus, quæ uitalis est, & nihil offendiculi habet fidelibus, aut ad imminutionem blasphemiæ contra Verbum. Deinde rursus meminit alterius dicti, quod Ioannes stans in deserto, & cōspicatus ipsum

» uenientem dixit, Hic est de quo dixi uobis, quod post me uenit uir, qui ante me factus est: quia prior me erat. Et primum quidem ipsas dictiones, uelut capite grauati, alterant in sententia, & dicunt, Quomodo hoc impletur in aduentu in carne, quum non fuerit ante Ioannem in utero Mariæ conceptus? Sed uelut Euangelista dicit, In sexto mense missus est angelus Gabriel in ciuitatem Galilææ ad uirginem desponsatam uiro, cui nomen Ioseph, & ingressus ad ipsam dixit, Gaude gratiosa, Dominus tecum, & cætera. Quum igitur turbaretur uirgo ob salutationem,
» dixit ad ipsam, Ecce concipies in utero, & paries filium, & uocabis nomen eius IESVM. Et ecce cognata tua Elisabet concepit filium in senectute sua, & hic mensis sextus illi est quæ uocatur sterilis. Et uides, inquiunt, quod sex mensibus antequam bonum nuncium afferretur Mariæ, iam præextitit Ioannes? Quomodo igitur hoc, Ante me factus est, in aduentu CHRISTI in carne impletur? Quis uerò ex simplicibus, & non in sententia probè firmatis, hoc dicto audito non turbabitur? Dicit enim, Quæ necessaria sunt & simplicia & uitalia, in diuina Scriptura, ea his qui sibi praua attrahunt, magis nociua apparent, quum directa penitus sint in spiritu sancto illuminata. Quid enim relictum est à dicto ad eorum certitudinem? Ecce enim dicit, hic est, uisibilem significans ac ostendens uidentibus, De quo dixi uobis, quod post me uenit. Et quis uenit nisi uir? Nemo autem prudentia præditus, uirum nudum putauerit Dominũ nostrum, quàm hæreses suprà à me relatæ, Cerinthiani & Merinthiani, ac Ebionitæ: sed cum hoc quod uir est, omnino certò etiam Dominum ipsum sciunt ueri fideles, uelut etiam Ioannes testatur, Quod audiuimus ab initio: quasi dicat, Eum qui ab initio est inuisibilis Deus Verbum, quem audiuimus in diuinis Scripturis, in prophetis annunciari, in cœlo hymnis celebrari. Et propterea quod ab initio audiuimus & uidimus oculis, quo primum audiuisse Deum ab initio confiteatur: uidisse uerò, hominem
» significet, quem etiam Baptista Ioannes dixit, Quod post me uenit uir: & hoc, Manus nostræ contrectauerunt: ut Deum ex supernis significet, & hominem utique à Maria genitum ostendat, qui & ex mortuis perfectus resurrexit, non abiiciens sanctum uas quod suscepit, & perfectam suam incarnationem. At per hoc quod contrectauit latus, & typum clauorum, tria confitetur inconcusse. Sic etiam hic mihi intellige hoc, Hic est de quo dixi uobis, quod post me uenit uir: ut aduentum in
» carne significet. Quia prior me erat: ut deitatem ostenderet. quoniam ante me factus est: in mundo enim erat, inquit Euangelium: Et mundus per ipsum factus est, & mundus ipsum non cognouit. Si autem in mundo erat antequam Ioannes generetur ac conciperetur: ante ipsum fuit in mundo, non de creatione, non de inclinatura significat, sed iuxta usum consuetum, quo æquiuocè homines dicere solent, Fui in Hierosolymis, fui in Babylone, fui in Æthiopia, fui in Alexandria, non creationem hic significat, sed accessum & aduentum. Fui enim in Babylone, aut alterutro loco, quando ueni. Ante me igitur fuit, aut factus est (utrunque enim Graca uoce significatur) inquit, ut ostendat Verbi in terra semper accessum. Et hoc, Prior me erat: ut ostendat deitatem semper existentem. Illud uerò, Post me uenit: ut indicet conceptionem post Ioannem. Et propterea, Ego uox clamantis in deserto. Vox est præparatiua auditus hominum. Primum enim inarticulatam uocem sonantem reddere solent clamantes, è longinquo uocantes eos qui ab ipsis aliquid audire debent. Et ubi illi uocem solam audierint, & mentem ad audiendum conuerterint, aures'que præparauerint, tunc is qui sonantem uocem emisit, de cætero distinguit sermonem quem dicere uoluit. Sic etiam Ioannes uox fuit, aures hominum præparans. Non enim erat ipse Verbum, sed post ipsum uenit Verbum, propter quod præparatiua uox fuit, siue facta est. Et propterea dicit, Vox clamantis in
deser

Ante me factus est, uel fuit, & prior me erat, quomodo accipienda sint.

Ioannes uox cur sit.

deserto, præparate uias Domini. Vox enim præparat, Dominus autem ingreditur uias præparatas. Et uox loquitur, ut præbeant audientiã. Vbi uerò auditus ocium egerit, tunc sermo in aurem susciptentium mittitur. Nusquam igitur reprehendet Arius & eius complices Dei ueritatem semper illuminantem corda fidelium, ut ne euertantur à salute in Verbo filio Dei in ueritate increato & semper genito. Progredientibus autem rursus nobis, & ad sequentia procedentibus, nihil relinquemus ex his quæ suprà ad soluendum sunt proposita, sed rursus ordinis consequentiam arripiemus. Prætexunt enim rursus alium prætextum, qui à sancto Petro in Actis dictus est: nempe, Notum uobis sit tota domus Israël, quod hunc IESVM quem crucifixistis, & Dominum & CHRISTVM ipsum Deus fecit. Et rursus dicunt, quod hic Fecit scriptum est: & non uident quod dictum est (ipse enim per seipsum dictum declarat) Hunc enim IESVM: ut significet Domini incarnationem. Ex hoc enim quod dicit, Hunc IESVM quem crucifixistis: manifestum est quod de carne dicit, quam crucifixerunt. carnem enim crucifixerunt. Et propterea Dominus in Euangelio dicit: Nunc autem quæritis me occidere hominem qui ueritatem dixi uobis, quam ex patre meo audiui. At non ab humanitate separans deitatem. Neque enim extra humanitatem fuit deitas, quando passurus erat: neque in patiendo relictus est à Verbo aduentus in carne: sed neque passionis exors Verbum passum est prius in carne patiente existens. Verum est enim in utrisque unum nomen, & in deitate, & in humanitate. CHRISTVS enim est incarnatio ipsius Verbi. Et CHRISTVS est in ipso in carne aduentu. Sed passio ipsa est in carne quemadmodum dixit Petrus, CHRISTO passo pro nobis in carne: ut ostendat deitatis à passione alienitatem. Et rursus, Mortuus in carne, uiuificatus autem spiritu. Hunc igitur IESVM quem crucifixistis: ut ne relinqueretur sancta in carne dispensatio à passionis exorte & increato Verbo, sed coniretur supernè increato Verbo. Quapropter & Dominum & CHRISTVM Deus fecit, id quod ex Maria conceptum est & deitati counitum. Non enim Maria Deus secundùm naturam. Quapropter consequenter infert, Fecit: quemadmodum etiam angelus Gabriel dicit, quum interrogasset ipsa quomodo erit hoc, quoniam uirum non cognosco: Spiritus Domini superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Quapropter & quod nascetur sanctum, uocabitur filius Dei. Quum autem dixerit, Et quod nascetur, ostendit non requisitus de Deo Verbo, quod filius est citra ambiguitatem, non creatus, nõ factus. Verùm de dispensatione carnali à Maria, cum additamento dixit, Et quod nascetur: CHRISTVM & Dominũ fecit, uelut in alijs loquutionibus. Omnia clarè impleta sunt, & nullum laborem exhibent. Sic etiam hic in aduentu carne impleta sunt, & nulla est præuaricatio his qui uitæ suæ studiosi sunt. Viuens enim Verbum à uiuente patre, filius patris, & non creatus. Omnia uerò in aduentu in carne impleta sunt, ut neque spectrum putaretur, neque coessentialis caro supernæ deitati: sed incarnatio ipsius counita in unam à passione alienitatem, maximè post resurrectionem à mortuis. Non amplius enim moritur, inquit: Mors ipsi non amplius dominatur. Est enim unus Dominus, unus CHRISTVS, unus Rex, in dextra patris sedens, corporale & spirituale, una unitio, una deitas spiritualis, ambo lucida, & in maiestatis gloria. Porrò transmittam hoc dictum quod abundè me declarasse puto, & de alijs ab ipsis ad subuertendos audientes excogitatis dicere aggrediar. Rursus enim dicunt, Si est ex essentia patris, quomodo non nouit horam & diem? sed proprio sermone confitetur discipulis, non nosse quæ pater nouit, inquiens: De illa die & hora nemo nouit, neque angeli in cœlo, neque filius, nisi pater solus. Si itaque, inqui-

Petri locus explicatus.

Pater solus nouit de die illa.

unt, pater nouit, & ipſe non nouit, quomodo poteſt eadem deitas patris ac filij eſſe, quando quæ nouit pater, filius ignorat? Quæcunque uerò myſticè & in diuina ſua ſapientia, ad certitudinem cognitionis ueriſſimæ unigenitus docens expoſuit, hi ignorant, & humanos affectus omnes in ſuum ipſorum detrimentum uertunt horrēda reptilia, & ad ſuam perniciem ea quæ ab aſtuto uenatore inescata ſunt abripiunt, neſcientes quod mendacium nuſquam conſiſtet. Veritas autem unumquaque proprios filios ſuos corrigit, & mendacium redarguit. Dicam enim uobis qui malam opinionem de CHRISTO ab initio habetis, Vtrum maius eſt ſecundum naturam, & ad ſcientiam, Deus ne omnium Dominus, & pater Domini noſtri IESV CHRISTI, aut dies à Patre & Filio ac Spiritu ſancto inducta & facta, & illa hora? Omnino autem interrogati cogentur ab ipſa ueritate, patrem maiorem dicere, ſicut etiam eſt. Si itaque dicit filius, Nemo nouit patrem, niſi filius: & nemo nouit filium, niſi pater: Qui quod maius eſt, cognoſcit, hoc eſt patrem, quomodo quod minus eſt ignorat? At diuina ſunt uerba à ſpiritu ſancto dicta, ignota autem his qui non acceperunt ſpiritus ſancti donum & gratiam. Tales enim quum ſint prædicti, inſtabilem habent intelligentiam, ſtolidam que mentem, ad noxias & ad minores præuaricationes lapſantem. Opponet enim ſe illis id quod ab ipſo Domino dictum eſt, Eſtote parati, Sint lumbi uestri præcincti, & faces ueſtræ in manibus ueſtris, & eritis uelut ſerui bonini expectantes Dominum ſuum. Sicut enim latro in nocte, ita accedit dies. Et ſanctus Apoſtolus ait: Non eſtis filij tenebrarum, ſed diei, ut ne dies uos uelut fur deprehendat. Si itaque filij diei non occultantur à tenebris, ſed parati ſunt, quoniam qua non ſciunt die, & qua non expectant hora, Dominus ipſorum accedet. Igitur non differt à ſeruis ſuis & filijs diei, propter lucidam ſuam ſubſtantiam ac deitatem, quum ipſe cauſa horum illis ſit. Aut uelut ignorantes diem, & non parati, deprehendetur ignorans, & ſub minoribus exiſtens. Quis autem inſanus percitus hæc de CHRISTO cogitauerit, quod ipſe erit uelut homines eius dominio ſubditi, & diſcipuli? Aut uelut deteriores propter ſuam ignorantiam imparati? Et tota res eſt ſtolida. Si itaque hæc impleri non poſſunt, uerum ſermo extentus uſui oppoſitus reperietur: quærendum eſt igitur quam rationem reperiamus, quo citra oppoſitionem utriſque ſeruatis, à ueritate non recedamus. Impoſsibile eſt enim Dominum mentiri, & impoſsibile eſt ipſum fruſtra narrationes ad noſtram uitam facere. Cognoſcit itaque pater, cognoſcit filius, cognoſcit ſpiritus ſanctus. Nihil enim eſt in patre diuerſum à filio, neque in filio diuerſum à ſpiritu, uelut in unaquaque prædicta hæreſi pro re nata demonſtrauimus ex ueris confirmationibus, trinitatem eſſe unam deitatem, & nihil habere in ſe ipſa euarians. Sed totum perfectio, tria perfecta, una glorificatio, & unum dominium. At dices mihi, Qua igitur ratione hoc dixit? Et iam quidem alibi de hoc ſermone à me dictum eſt. Nihil autem prohibuerit ad eadem apponere, & eadem uera uerba referre: & ego quidem ad hoc impiger ſum. Iegentibus autem hoc tutum erit, aduerſarijs uerò in redargutionem. Habet autem res hoc modo. Tres ordines hoc loco in medium produxit, patrem, & ſeipſum, & omnes angelos in cœlo. Et patri quidem attribuit noſſe, non ſolùm ſcientiam oſtendens & cognitionem, ſed etiam ea quæ ſemper apud patrem & apud filium citra ambiguitatem detenta ſunt, & facta & perpetrata. Et pater quidem nouit diem, & uoluit ipſam, & produxit ac fecit, & iudicauit. Sicut dixit in Euangelio ſecundùm Iohannem, Pater neminem iudicabit, ſed omne iudicium dedit filio. In eo enim quod dedit, iudicauit. quum itaque iudicauit, nouit: quum uerò nouit, ſcit quando

Tria perfecta.

nit. Qui enim non credit in filium, iam iudicatus est: non quod præterierit iudicium, sed quod ea quæ tunc futura sunt, iam indicentur. Quare & ob hoc, tale impletur. Nouit enim Scriptura scientiam, & scientiam, quemadmodum etiam sæpe pro oblata argumenti occasione, à similitudinibus & exemplis, uniuscuiusque propositæ rei ac causæ claritatem & declarationem explicare non reliquimus. Apprehendamus itaque rursus ab initio, & de his dicamus. Quid dicitis ô uos? Nouerat Adam Euam uxorem suam, & ante inobedientiam ac excessum, aut non nouerat? Et non potestis contradicere ueritati. Si enim non uolueritis recta uia ingredi ad talem sententiam, redarguemini. Erant enim, inquit, nudi, & non erubescebant. Quum igitur ipsi nudi essent, & non cæcutirent: neque enim hoc negare potestis, ut non uidisse ipsos confiteamini: Nouit enim, inquit, Eua lignum quod bonum esset ad esum, & aspectu pulchrum. Proinde nouerat, & nouerant. Quum autem nossent & uiderent se mutuò, cognouerunt: uelut post multum tempus ait Scriptura, Et cognouit Adam Euam uxorem suam. At priorem quidem notionem ac uisionem siue scientiam, de notione per uisum consistente, ac per intellectum dicit. In secūda uerò notione, de cognitione & usu loquitur. Quemadmodum etiam alicubi Dauid ubi consenuisset, uelut dicit diuina Scriptura, Et consenuit Dauid, & non calefiebat. & dicebant famuli ipsius ad ipsum: Quæratur regi uirgo, & inuenta est Abisac Sumanitis: Et calefaciebat, inquit, ipsum, & cum ipso dormiebat, & non cognouit ipsam Dauid. Quomodo nō cognouit coniunctam corpore, & quæ latus applicuerat? At cognitionem hic non eam dicit quæ fit per intellectum, sed eam quæ contingit per usum. Nam & de Iacob dicit, Quod septem annis fuit pastor cum Rachel & Lia, & nouit ipsas. Quando uerò de copulatione reuerendarum ipsius nuptiarum narrat, dicit, Cognouit Liam uxorem suam. Nam prior cognitio per intellectum erat, & per uisum. Posterior autem cognitio siue notio, in usu erat & actione. Sic etiam in eadem diuina Scriptura, Nouit Dominus eos qui sunt ipsius: non quod ignoret eos qui non sunt ipsius, sed euidentiam defensionis ac protectionis Domini significat. Et, Discedite à me operatores iniquitatis, non noui uos: Igitur non nouerat ipsos secundùm cognitionem? Imò quia non erant ipso digni, actionem ab ipsis tollit. Et in alio loco, Vos cognoui ex omnibus gentibus: Ergo omnes gentes, & numerus totius humani generis cognitionem eius fugiunt, & non potius capilli uniuscuiusque capitis humani, tum eorum qui ipsi seruiunt, tum eorum qui ipsi non obediunt, cognoscuntur? Et, Vias à dextris nouit Deus: ergo ignorat à sinistris? Et quot eiuscemodi dici possunt de notione, & notione siue scientia? Sic etiam unigenitus filius Dei. Quandoquidem enim pater iudicium dedit filio, notionis & usus cognitionem reddidit iam patri: nempe, Nemo nouit diem, nisi pater: iuxta duos modos, quod nouit quando uenit. nam in ipsius potestate dies & hora ueniet. Et nouit ipsam. iam enim peractum erat ab ipso iudicium, traditum unigenito. Ita est & in unigenito filio Dei, qui Deus est, & nihil à patre euariat, eadem notio. Ipse enim nouit ipsam, & ipse ducit ipsam, & fert & perficit, & iudicat, & sine ipso non ueniet: Nondum uerò nouit ipsam secundùm actionem, hoc est, nondum iudicauit. Adhuc enim impij impiè agunt, & iniusti abundāt, & scortatores ac adulteri & idololatræ iniqui sunt, & diabolus operatur, & hæreses insurgunt, & error committitur, donec intulerit ipsam diem unigenitus Dei filius, & quod iustum est unicuique retribuerit: & cognoscet ipsam, hoc est, peraget ipsam potentia. Et in patre quidem, iuxta duos modos impletum est: in filio uerò secundùm notionem est, & nō ignoratur. Verùm secundùm actionem nondum perfectum est, quia nondum iudicauit. Cæterùm à sanctis angelis

Adam quādo nouerat uxorem suam Euam.

Notio & scientia duplex in Scriptura.

Nouit pater, quomodo, & quomodo filius.

Angelorum ignorantia.

iuxta duos modos hoc remotum est, & quod non nouerunt notione per intellectum contingente, & quod nondum secundùm actionem ipsi cognouerunt, hoc est perfecerunt. Nondum enim præceptum est ipsis egredi ac colligere impios, ut lut zizania in fasciculos ac fasciculos, & præparare ut comburantur igni. Et uidetis ô dilecti serui Dei, quod singuli qui sibiipsis iuxta quandam præsumptionem horrenda attraxerunt, frustra militauerunt, singuli diuersimode contra seipsos, in filium Dei inferiora & imminuta maledica lingua effutire aggredientes. At quum & huius dictionis declarationem abundè fecerimus, rursus ad alias mentem applicemus Dei potentia auxiliante. Etenim generosi illi & in omnia satis audaculi, etiamsi confiteantur non secundùm Manichæos, neque secundùm alias multas hæreses, & quamuis obtineant ueritatem secundùm carnem, tamen hoc ipsum faciunt defectuose, & non plene. Confitentur enim Saluatorem habuisse carnem uerè: Assidentes autem ex ipso Euangelio quod fatigatus fuit ex itinere, & esurijt, & sitijt, & dormiuit, & surrexit, hæc omnia collecta ad deitatem ipsius referunt, conantes deitatem ipsius ex talibus argumentis abalienare ab essentia patris. Nam si est, inquiunt, ex patre, patre nõ sentiente lassitudinem, neque sitiente, neque esuriente, ut lut diuina Scriptura dicit: Non fatigabitur, neque esuriet, neque sitiet, neque dormiet, neq; excogitari potest prudentia ipsius. hæc autem sic in filium perfecta sunt alienus ergo, inquiunt, est à patris essentia ac natura. Et quod quidem hæc in unigenitum non implebantur ante aduentum in carne, etiam ipsi confitebuntur. Quum autem confessi fuerint coacti, peruenerint autem ad ea quæ in aduentu ipsius in carne facta sunt, & audierint eo quòd accepit corpus, ideo hæc rectè perficit, concedens uelut auriga currui honestas necessitates, quoniam secundùm ueritatem carnem induit, & non iuxta apparentiam: Tunc asserunt non ex carne sola hæc esse, nam reuera per seipsam neque sitiet, neque fatigabitur. Verùm non sciunt illi quia relicta ad contrarias semitas digressi sunt, quod nõ solùm carnem assumpsit filius Dei ubi uenit, sed & animam & mentem, & omnia quicquid est homo, præter peccatum: non à semine uiri, sed à Maria semper uirgine per spiritum sanctum.

Anima & mens in Christo.

Non uolunt autem illi admittere animam ipsum accepisse, propter talem aduersus ipsos redargutionem, id quod promptissimũ omnium est, ut ipsorum uaniloquentiæ opponatur. Ipse enim confitetur uerus Deus de seipso, dicens, Ego sum ueritas. Anima mea conturbata est: &, Tristis est anima mea: &, Potestatem habeo ponendi animam meam, & accipiendi ipsam. ut ostenderet seipsum Deum quidem eam habentem potestatem: hominis enim non est hic sermo, Nemo enim habet potestatem ponendi animam suam, & recipiendi ipsam. Quum autem de anima loquitur, ostendit seipsum uere hominem factum esse, & non in apparentia. Et rursus, Ego sum pastor bonus, qui ponit animam suam pro ouibus. Et ut ostenderet uera hæc esse, in cruce ad patrem dixit, In manus tuas depono spiritũ meum. Et quum ueniissent milites, inquit, inuenerunt ipsum iam expirasse. Et rursus, Et clamans uoce magna, dixit: Eli Eli lemas abachthani, hoc est, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me. quemadmodũ iam etiam hanc sermonis uim declarauimus. Et expirauit, inquit Euangelium. At Expirauit: &, In manus tuas: & illud, Anima mea cõturbata est: & alia omnia quum ueritas dicat, quis adeò stolidus sit ut huic officinæ credat, hominũ cæcutientium ac somniantium, & relinquat ipsas Dei Verbi rationi consentaneas ueritatis dictiones? Cæterùm deinceps dictiones uenantes, ea quæ probè & rectè dicta sunt à singulis scripturis, uelut piratæ sana uirorũ corpora, detruncãt, & testimonio quodã utuntur, quo sæpe Scriptura figuratius usa narrat. Et quod quidè figuratè dictum est, ueritatẽ ferre solet. At uerum & indefinitè prædicatum, ad aliam perfo

perſonam allegoricè referunt. Statim enim exiliunt, è ſancto Eſaia proferentes dictionem, quod ex perſona patris dictum eſt, Ecce intelliget filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum eſt, quem dilexit anima mea: ut patris ſit hæc dictio, nam hoc uerum eſt. Quomodo igitur & pater, inquiunt, animam accepit? Si autem dicamus, quod abſit: Quid igitur, inquiunt, eſt quàm quòd hoc figuratè dictum eſt? Ergo, inquiunt, etiam id quod à filio dictum eſt, figuratè dictum eſt. Et putant in hoc contra ueritatem ſe uenari ac reperire prætextus occaſionem, id quod ipſis non concedetur. Minimè enim fucata eſt ueritas, & per ſeipſam conſiſtit, ut quæ neque uincitur, neque fucato ornamento opus habet. Videamus enim amborum uim ac uirtutem. Siquidem enim pater uenit in corpus, & carnem induit, & hunc ſermonem dixit, uerè animam habuit. Si uerò carnem pater non induit, dixit autem hoc, Quem dilexit anima mea: figuratè hoc circa Deum dicitur, ut ratificaretur ueritas, & ut oſtendat erga filium ingenuitatem. Sed non etiam de filio eadem in hoc dicere licet. Etenim pater non ſuſcepit carnem, filius autem induit carnem: pater homo factus non eſt, filius autem homo factus eſt. Simile enim de patre dicendum eſt. Sicut enim hic dicit, Dilexit ipſum anima mea: ſic dicit, Inueni Dauid filium Ieſſe uirum ſecundùm cor meum. Et, Cor meum longè abeſt ab ipſis. Si itaque eo quòd figuratè dictum eſt, quem dilexit anima mea, accipimus hoc de anima: ergo etiam de corde figuratè dictum eſt, & nimirũ omnibus intelligentia præditis clarum hoc fuerit. Si itaque tropicè dicit de anima pater, & de corde quod non accepit: non enim geſtauit carnem: figuratius ſanè ad patrem talia referuntur. Non autem idem etiam circa filium putandum eſt. Filius enim accepit carnem, & omnem humanam naturam, ac partium ſitum. Nam erit hoc contrarium ei qui de filio figuratè dicit de incarnationis perſona, etiamſi in quadam parte ſermonis argumentum contingat, propter hoc quod uerè incarnatus eſt. Si enim allegoricè accipitur de anima filij, & figuratè de ipſa accipiendum eſt: ergo etiam de corde talia dicantur. Et concedemus de cætero omnia apparentiam eſſe, & non ueritatem. Figuratè dictum eſt & de carne, iuxta contentioſi Arij rationem. Et non amplius cor habuit ubi uenit Verbum, neque hepar, neque carnẽ, neque inteſtina, neque oſſa, neque quicquam talium: ſed omnia de cætero allegoricè accipiuntur, & tropicè dicuntur. Aut omnino uanum & imaginarium aſſumpſit corpus, quod nulla interna uiſcera habebat. Quomodo igitur edebat & bibebat? Sed apage. Si uerò pater dicit cor & animam, poteſt autem in ipſum allegoricè exponi & tropicè dici, & in filium figuratè, eo quòd negauit ipſum animam accepiſſe: certè ſi de corde urgeantur, non poſſunt negare, eo quòd confeſſi ſunt ipſi, omnem ſitum partium corporis Dominum ſuſcepiſſe: ex eo quòd cor & cor dictum eſt, alterum quod in confeſſo eſt, alterum allegoricè acceptum. Sic etiam de anima ſermo uerus eſt, & non accipitur figuratè, neque dicitur tropicè. Quum autem ſit CHRISTI incarnatio in omnibus perfecta, corpore & anima, & mente & corde, & in omnibus quæ eſt homo, citra peccatum: contigit autem ipſum res humanas rationabiliter facere, & in deitate perfectè ad ſalutem perficere: non adhuc ipſius deitas gloria carebit præter patris perfectionem: ſed propter humanitatem in carne implebitur, ut & ſitiat, & eſuriat, & bibat, & comedat, & dormiat, ac triſtis ſit, ita ut à paſſione ac affectione aliena ſit ipſius deitas. Et rurſus corruit ipſorum de hac parte ſermo. Quandoquidem autem uenit in carnem Deus, quum dicant ipſi, quod ſi erat ex patre, quomodo uenit in carnem? dicere poterit quis ad ipſos, De angelis quid dicitis? Omnibus autem manifeſtum eſt, quod confitentur angelos à filio factos eſſe. nam & de Spiritu ſancto blaſphemiam dicunt, & à filio creatum eſſe dicere audent, qui eſt increatus ex patre procedens, & de filio accipiens. Si igitur in Spiritum ſanctum hoc dicere audent, quanto magis de ange

Anima in Deo patre figuratè eſſe dicitur.

Cor in Deo figuratè.

Deus in carnẽ cur uenit.

angelis non poterint negare, quod ex unigenito ipsum esse habuerunt creati & facti? Si itaque angeli ab ipso facti, & spirituales facti, & tamen creaturæ ipsius existentes, & infinitè essentia eius inferiores, utpote qui opus ipsius sunt, carnem non acceperunt, quid dicemus? Ergo maiores sunt filio hi qui ab ipso creati sunt? Aut etiam spiritus sanctus cur non in carnem uenit, & carnem gestauit? & homo factus est, aut spiritus sanctus Dei, aut aliquis angelorum? Non omnino ob id quod imminutus esset filius præter patrem, ideo carnem induit: alioqui omnino etiam angeli debuissent carnem induere, aut etiam spiritus. Sed quoniam sapientia patris est, & uirtus, & uerbum, ipse omnia creauit cum patre & spiritu sancto: quo ostendat quod causa transgressionis Adam, non à formatione, neque ab eo quod factus est, peccatum aut inobedientiæ delictum habuit, sed à propria uoluntate, quo iustum iudicium in finem
» deduceret. uelut dixit Esaias, Arundinem contritam non confringet, & linum fumi-
» gans non extinguet, donec deduxerit iudicium in uictoriam. Et in nomine ipsius gen-
» tes sperabunt. Quemadmodum & Dauid de ipso dixit, Et uinces, dum tu iudicaris. Iudicatus enim est, ut iudicans iuste obturet ora contradicturorū. Non enim poterit quis cōtradicere iusto ipsius iudicio. Gestauit enim corpus, impollutum ipsum conseruans. Non enim quod fuit in homine ab initio, hoc est in Adam, id ipsum omnino ex opifice insonte ab Adæ peccato, peccandi causa fuit, & propter hoc peccauit. Sed liberum arbitriū ipsi dedit, & unusquisq; sibiipsi causa peccati existit. Propterea sanus insons opifex Deus Verbum, qui cum patre creauit hominem, & cum sancto spiritu, immortalis & impollutus, propria uoluntate, inenarrabili quodam sapientiæ mysterio, homo factus est, ita ut perfecte omnia susceperit pro propria factura, propter benignitatis erga homines excellentiam, non ex necessitate, sed ultronea mente: quo in carne cōdemnaret peccatum, & in cruce dissolueret maledictionem, & in monumentum sepulchri detraheret corruptionem, & in infernum descendens cum anima sua deitate, stimulum mortis confringeret, & pactum erga infernum destrueret. At illi omnino ingrati, bona in mala transmutantes, pro quibus gratias agere benigno & perfecto, & bono ex bono patre existenti debebant, tantum abest ut gratias agant, ut etiam ingrati reperiantur, qui passiones & affectiones magis ipsius deitati attribuunt, quas confirmare non possunt, quum omnibus manifesta sit ueritas. Et quum haec ita sint declarata, rursus ad alias dictiones deinceps deueniam. Producunt enim dictum Euangelij male interpretantes, Qui misit me pater, maior me est. Et primum quidem dicit, Qui misit me pater: & non, qui creauit me. Omnes enim diuinæ Scripturæ ingenuitatem ipsius ad patrem significant. Genuisti me, inquit, pater. Et, Ego à patre exiui, & uenio. Et, Ego in patre, & pater in me. Et, Qui misit me pater: & nequaquam qui creauit, nequaquam qui fecit, dixit. Et quomodo hi ea quæ non sunt, sibiipsis coaceruant? At, Qui misit me pater, maior me est: quid hoc dicto magis proprium? & quid hoc magis necessarium? & quid hoc magis genuinum? & quid hoc decentius? Quem enim decet glorificare patrem, quàm filium uerum ex ipso genitum? Pater enim glorificat filium, & filius glorificat patrem. Et ea gratia in exemplum nobis, gloriæ ab ipso ad patrem relatæ, in unam unitatem, & in unam gloriam: glorificat filius patrem, quo nos doceat suum honorem patris esse, ut
» lut dixit: Qui non honorat filium, sicut honorat patrem, ira Dei super ipsum manet. Maior autem secundùm quem modum hic reputant? iuxta molem, imò iuxta tempus, imò secundùm altitudinem, imò iuxta ætatem, imò iuxta dignitatem? Quid horum est in Deo? ut hæc cogitent. Neque enim tempori subiacet Deus, ut inferior intelligatur qui sine tempore ex patre genitus est: neque profectui inhæret Deus, ut filius profectu facto non assequatur patris maiestatem. Si enim iuxta profectum filius Dei, filius Dei uocatur, profectò multi fuerunt æquales ipsi. Et huius

Pater maior me est, quomodo accipiendum.

huius gratia ipſe profecit, maior quidem dignitate uocatus, minor uerò his qui ante ipſum in dignitate ſunt. At dicit Scriptura, Quis aſſimilabitur Domino inter filios Dei? tanquam omnes abuſiuè dicantur, hic uerò ſolus ſit filius ſecundùm naturam, & non ſecundùm gratiam: quandoquidem excogitauit omnem uiam ſcientiæ, & nemo ipſi adæquabitur. At quid dicunt? In altitudine præminet pater filio. In qua itaq; parte locatur Deus, aut localiter circumſcribitur? ut circũſcriptio quod maius eſt ſignificet. Spiritus enim eſt Deus. Et undiquaque corruit nouitas peregrina ab ipſis excogitata. Sed & hoc præterito, ad ſequentes ipſorum dictiones ô chariſſimi tranſeamus. Dicunt enim quod mittens non eſt ſimilis miſſo. Sed alius eſt mittens potentia, & alius eſt qui mittitur: quoniam ille mittit, hic mittitur. Et ſi ex ipſis penderet ueritatis ſententia, non amplius ad unam unitatem ueritatis & potentiæ & deitatis referretur tota cognitionis ratio. Duobus enim occurrentibus, aut duobus mittentibus, non amplius filius eſſet filius, ſed frater: cõfratre coexiſtente, non amplius filius, quàm ſecundùm coniunctionem, aut ſecundùm adoptionem. Aut ipſe erat qui ſeipſum mittebat. Aut duo ſimul mittentes, aut accedentes, duas deitates ſignificarent, & nõ unam unitatem. Hic igitur eſt qui miſit, & qui mittitur: ut oſtendat omnium bonorum unum eſſe fontem, hoc eſt patrem. Deinceps autem à fonte, non alio nomine, ſed ſecundùm filij nomen, itemq; uerbi, unus exiſtens fons ex fonte filius progreſſus, ſemper exiſtens, apud patrem genitus. Quoniam apud te eſt fons uitæ. Et ut oſtendat etiam de ſancto ſpiritu, In lumine tuo uidebimus lumen. Quo oſtendat lumen patrem, & lumen patris eſſe filium, & lumen ſpiritum ſanctum. Et fontem ex fonte, ex patre & unigenito, ſpiritum ſanctũ. Flumina enim ex aluo ipſius fluẽt aquæ ſalientis in uitam æternam: dixit autem hoc de ſpiritu ſancto, inquit Euangelium. Et rurſus diſcit oſtendens diſcipulis ſuis de ſua ad patrem coeſſentialitate: Si quis aperuerit mihi, ingreſſus ego & pater meus, manſionem apud ipſum faciemus. Et nõ amplius, dixit, mittar à patre meo, ſed ego & pater apud ipſum. uelut pulſante filio, & patre cum ipſo ingrediente: ita ut ſemper ſit, & nunquam deficiat pater à filio, & filius à proprio patre. Quapropter & in alio loco dicit: Ego ſum uia, & per me ingredientur ad patrem. Et ut ne aliqui minorem patre putent, & quod per ipſum ad patrem ingrediantur, dixit: Nemo uenit ad me, niſi pater meus cœleſtis traxerit ipſum. Pater igitur fert ad filium, & filius fert ad patrem, infert autem in ſpiritu ſancto. Semper enim undiquaque trinitas in una deitatis unitate, tria perfecta, una deitas. Et corruit ipſorum ſermo. Rurſus porrò dicunt, Qua igitur ratione dixit CHRISTVS ad diſcipulos ſuos: Vado ad patrẽ meum, & patrem ueſtrum, & Deum meũ, & Deum ueſtrum? Si itaque Deum ſuum confitetur, quomodo amplius erit æqualis ipſi? aut ab ipſo legitime genitus? Quo oſtendunt, ſe in omnibus ignorantiam Dei habere. Et ſanè nulla Euangelij illuminatione ſunt illuminati. Si quis enim contrectarit & perſcrutatus fuerit ab æterno, & ſecundùm generationes, cognoſcet ueritatem perfectæ cognitionis ſalutis noſtræ, & æqualitatis ad patrem uirtutem. Verùm ſtimulantur hi ludaica ſapientia circundati, & filio Dei indignantur, quemadmodum illi dicebant: Ob nullum malum te lapidamus, ſed quod quum homo ſis, filium Dei teipſum nominas, æqualem Deo faciens teipſum. Sic & hi in eundem affectum phariſæorum ac ludæorum collapſi indignantur, non uolentes dicere filium æqualem genitori. Vide enim inibi Scripturarum certitudinem, quoniam nuſquam dixit diuina Scriptura ſermonem hunc, ante aduentum in carne. Sed pater ad filium dicit, Faciamus hominem: coopificem uocans filium, & genuinũ oſtendens ſecundùm æqualitatẽ. Et nuſquam dixit filius, Deum meum & Deum ueſtrum. Et audiuit Adam uocem Dei obambulantis in paradiſo. Et fac tibiipſi arcam ex lignis non putreſcentibus. Et pluit Dominus à Domino. Et dixit Dominus ad Moſen: Ego ſum Deus Abraã, & Deus Iſaac, &

Mittẽs nõ eſt ſimilis miſſo.

Deum meũ, & Deum ueſtrum, cur Chriſtus dixit.

» & Deus Iacob. Et Dauid dicit: Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis.
Et nuſquam dixit Dominus, Deum meum & Deum ueſtrum. Quando uerò accepit
noſtrum corpus, & in terra conſpectus eſt, & inter homines conuerſatus eſt, & inter
nos reputatus: tunc ad diſcipulos ſuos, quibus per omnia aſſimilari debebat, excepto peccato, dixit: Deum meum & Deum ueſtrum, & patrem meum, & patrem ueſtrum. Patrem quidem meum, ſecundùm naturam in deitate: & patrem ueſtrum, per gratiam per me in adoptione. Deum autem meum, quoniã carnem ueſtram aſſumpſi: & Deum ueſtrum, ſecundùm naturam & ueritatem. Atque ſic omnia ſunt clara & lucida, & nihil cõtrarium, neque mortis complexus ſpeciem habens in diuina Scriptura: uelut hi prætexunt, mala ſibiipſis excogitantes. Arbitror autem & aduerſus hoc abundè à me dictum eſſe. Deinceps igitur ad alia tranſibo. Etenim ſpiritum ſanctum creaturam creaturæ rurſus eſſe dicunt, eo quòd per filium omnia facta ſunt, ut dixit Scriptura: imprudentes quoſdam abripientes, non uelut dictum eſt, ipſum dictum habentes, ſed malè opinantes, & à dicto id quod probè dictum eſt iuxta peruerſam ſuam opinionem falſò interpretantes. Non enim diuinum Euangelium de ſpiritu dixit, ſed de omnibus creatis. Quia ſi quid creatum eſt, per Verbum creatũ eſt, & à Verbo. Omnia enim per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil. Deinde ruſus, In ipſo uita erat. oportebat enim & in hoc impleri ſancti Ioannis ordinis conſequentiam, ut in eo qui erat, ea quæ ſunt plenè ſemper confiteretur. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbũ. Nam erat, & erat. Et, In ipſo uita erat. Et, Erat lux uera. Et, In mundo erat. & quæcunq; de hoc erat, ex ſpiritu ſancto beatus Ioannes declarat: nempe, Omnia per ipſum facta ſunt quæ facta ſunt. Superior autem & prior eſt his quæ facta ſunt, is qui omnia fecit. Dicit autem Scriptura, per ipſum omnia facta eſſe, non autẽ nominauit qualia ſunt quæ facta ſunt. Suſpicio enim prauitatis nuſquam erat, ut ne aliqui ſuſpicentur ea quæ non ſunt, & maledictis impetant immutabilem & inalterabilem ſanctum Dei ſpiritum. Propter hos enim dicit Dominus, Si quis dixerit ſermonem in filium hominis, remittetur ipſi. Si uerò quid dixerit in ſpiritum ſanctum, non remittetur ipſi, neque hic, neque in futuro ſeculo. Stolidus enim eſt totus ipſius ſermo. Verùm ſecundùm blaſphemam ipſorum opinionem contradicere poterit quis ipſis, ac dicere, O uos generosi Sophiſtæ, & uerborum detortores, qui ſanctum ſpiritum Dei cum creatis numeratis uultis, propter hoc dictum, Omnia per ipſum facta ſunt, ex eo quod dicit Omnia quum nequaquam numeretur cum omnibus ſanctus ſpiritus. Igitur & ratiocinari debebatis, aut alius quiſpiam uobis peior, etiam patrem per filium factum eſſe, iuxta blaſphemam ueſtram opinionẽ. Simul enim compræhenſiuus eſt ſermo, omnia per ipſum facta eſſe dicens. Si uerò blaſphemia eſt, de patre tale ratiocinari, imò ſtultitia, ſimile eſt etiam in his quæ cogitant de ſpiritu ſancto, qui cum patre numeratur & filio. Si enim ex creaturis eſſet, non ſanè increato patri & increato filio connumeraretur. Sed quia increatus eſt, connumeratur. Dixit enim, Euntes baptiſate in nomen patris, & filij, & ſpirituſſancti. Quomodo uerò creatus fuerit ſpiritus, de quo teſtimonium perhibetur, quod ex patre procedit, & à filio accipit: per quem & perfecta hominum ſalus, & diſpenſatio in carne, ad omnem iuſtificationem impleta eſt. Vnxit enim ipſum ſpiritu ſancto, dicit Scriptura de Domino. Neque uerò diſpenſationem in carne cum Deo Verbo unitam in unam deitatem unxerit pater per creaturã. Sed quandoquidem una eſt trinitas, tria perfecta, una deitas: oportebat in filio perdiſpenſationẽ hoc fieri, ut omnino glorificetur, & in omnibus intelligatur trinitas: quemadmodum contra omnes hæreſes de Spiritu narrantes, non unum, non duo teſtimonia produximus, quod Dei ſpiritus eſt, qui cum patre & filio glorificatur, increatus & immutabilis, & perfectus exiſtens. Corruit autẽ & hic cõtentioſorum cõtra ſeipſos de

Patrem meũ & patrem ueſtrum, cur Chriſtus dixerit.

Spiritum ſanctum non eſſe creaturã creaturæ.

de hoc sermo. Rursus uero ad alias ipsorum dictiones nos trademus. Dicũt enim rursus, dictum non recte accipientes, quod ipse Saluator dixit, Quod me dicis bonum, unus est bonus Deus, Et separauit seipsum hic à patris essentia ac substantia. At totum hoc ridiculum est, si enim qui tot bona nobis fecit, non bonus apud ipsos iudicaẽ, & quis adhuc flagitiosior hoc fuerit? Qui animã suam pro omnibus dedit, qui ultronea mente ad patiendum uenit, passionis exors Deus existens, qui peccata nobis condonauit, qui sanationes in omni Israël perfecit, qui ex bonitate sua tantum hominum genus in bonitate ad patrem congregauit, qui bonitatis præfectus est, & pacis Dominus, qui superne ex patre bonum Verbum ex bono patre genitus est, qui dat alimentum omni carni, qui operatur in hominibus & omnibus ab ipso factis omnem bonitatem, non bonus apud ipsos iudicatur? Et non sciunt qui obliuionem sibijpsis inducunt, quod ad eum qui interrogauerat subintulit uicissim sermonem, quo superbiæ in ipso elationem destrueret. Erat enim gloriosus quidam à Pharisæis profectus, uelut qui iustificationes legis exacte seruasset, & iusticiam ac bonitatem de seipso iactans dicebat, Magister bone, quid faciã ut uitam æternam possideam. Et quoniam sentiebat de seipso uelut de tanta iusticia: Dominus uolens ad Deum referre omnem bonitatem, Nemo, inquit, bonus est præter ipsum: ut nemo carnem gestans fastum aliquẽ sibi attrahat. Atq; ea gratia dicebat, Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi unus Deus: quo talis & tantus talem sermonem loquutus, subuerteret in eo qui dixerat inflationem, & opinionem quam de iusticia sua induerat: & ut redargueret ipsius cor, qui bonum quidem magistrum labijs ipsum dicebat, uerum in bona ipsius doctrina non permanebat. Et quod quidem bonus est, ipse docet dicens, Multa bona feci inter uos, cuius igitur ipsorum operum gratia lapidatis me? Cui enim hoc non est clarũ ac manifestissimum, maxime quum multa bona sint & appellẽtur inter ipsius creaturas, uelut diuina scriptura dicit? Ecce enim de multis bonis sacræ literæ narrãt. Erat bonus Saul, inquiunt, filius Cis, ex tribu Beniamin, altior omni populo super humerum & sursum uersus. Et, Erat bonus Samuël cum Deo & hominibus. Et, Bonus est extremus sermo præ principio. Et, Aperi tuum thesaurum bonum cœlestem. Quum autem hæc sint creaturæ, & bonæ inducentur per ipsum & ab ipso factæ: quomodo non potest quis confiteri bonum esse horum creatorem? Sed ut ne longiorem faciam de hoc sermonem, omnino enim diffuse de hoc diximus, rursus ad sequentes transibo, uniuscuiusq; dictionis interpretationem facturus. Inferunt autem rursus dicta quædam temerarij illi, deminutionum opinionem seminantes in eum qui ipsos redemit, si modo sunt redempti. Quũ enim accederet ad ipsum mater filiorum Zebedæi, & rogaret ut unus sederet ex dextris, & aliter è sinistris, ubi ueniret in regnum suum, dixit ad ipsos, Nescitis quid petitis, potestis bibere poculum quod ego potaturus sum? Illi uero dixerunt, Etiam possumus. Dixit autẽ ad ipsos, poculum quidem meum bibetis, at sedere ex dextris meis aut è sinistris, nõ est meum dare, sed quibus præparatum est à patre meo. Vides, inquiũt, quomodo non habet potestatem, præter patrem qui habet potestatem, ut exhibeat quod uelit? Et quis ex recte sapientibus sic intellexerit? Si enim filius non habet potestatẽ, & quis habet potestatem? Pater enim uiuificat mortuos, inquit, & sic dedit etiã filio, ut quem uelit uiuificet. Et, Quæ patris sunt, mea sunt. Et, Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Quis igitur adhuc ambigat? Hoc autem uult ostendere diuinus ipsius ac sapiens sermo, quod nõ iuxta personarũ acceptionem res ipsa fit, sed pro dignitate. Domini equidem est exhibere, exhibet autem unicuiq; pro dignitate. Vnusquisq; uero qui operatus est iusticiam, accepit iuxta proprium laborem. Et non amplius ipsius solum est dare, sed eius qui seipsum dignum fecit. Audeo enim

Bonus est unus Deus.

Bonæ appellãtur etiam creaturæ.

Non est meũ dare.

dicere, quod neq; ipsius est, etiamsi possit dare, non tamen uult, neq; sancti Spiritus, etiamsi possit sanctus Spiritus dare, iuxta id quod dictū est, Alij datur sapientia per spiritum, alij genera linguarum in eodem spiritu, alij interpretatio linguarum, alij potentia, alij doctrina. Vnus autem est spiritus qui distribuit unicuiq; ut uult. Et non dixit, uelut ei præcipitur: sed sicut uult. Et filius quem uult uiuificat. Et pater uocat quem uult ad filium. Et rursus, Neq; Pater, neq; Filius, neq; Spiritus sanctus, iuxta personarum acceptionem uocat, aut dat, aut exhibet, aut dignitatem præbet, sed si laboraueritis, erit uobis præparatum à patre meo. At perfectum est, quoniam ego sum uita. Sed & amplius ad alia pergam. Dicunt autem, quomodo dicitis ipsum ex perfecta Dei deitate? Ecce enim dicit de ipso Apostolus, quod Deus excitauit ipsū ex mortuis. Si uero opus habet auxilio Dei, ut excitet ipsum ex mortuis, ergo alius est qui excitat potentia, alius autē inferior qui excitatur per potentis potentiam. Et quousq; tandem tempus tero circa uanos intellectus eorū qui frontem suam perfricuerūt. Quis igitur excitauit Lazarum? Quis excitauit uiduæ filium in Nain? quis dixit filiæ Archisynagogi, Cumi talitha, hoc est surge filia? Cuius nomen inuocabant Apostoli, & mortui suscitabātur? Arbitror autem quandoquidem Iudæi cum Apostolis disputabant, propterea quod putabant Apostolos prædicare defectionem à Deo legis: & propter prænotionem sancti Spiritus cognoscentis, quod futuræ essent hæreses, quæ CHRISTVM à paterna uoluntate dissidere asserturæ essent: ea gratia ad unā deitatem omnia ijdem Apostoli referebant, quoniam ex complacentia à patre fierēt omnia uoluntate filij, cum bona uoluntate Spiritus sancti. Nō ergo iuxta deminutionem, aut iuxta debilitatem, aut abalienationem Dei Verbi ab essentia patris hoc dictum est, minime genuū. Vide enim exemplaria, quomodo narrat Angelus dicens ad Mariā & eas quę cū ipsa erant, Quid quæritis uiuentem cum mortuis? Vides uiuens in propria deitate & carne resurrexit, nō autem erat cum mortuis. Et quid dicit ad ipsas? Resurrexit, nō est hic. Et non dixit, Excitauit ipsum Deus, & nō est hic. At ut ostendā tibi potentiā quod uiuens resurrexit, etiam ipse rursus dixit antequàm pateretur ad discipulos suos: Ecce ascendimus in Hierosolyma, & tradetur filius hominis ad crucifigendum, & tertia die resurget: Et non dixit, excitabit ipsum. Verum de hoc claro potestatem potentiæ suæ præmonstrauit dicens. Potestatem habeo animam meam ponendi & recipiendi ipsam. Qui uero potestatem habet, quomodo seipsum suscitare nō potuit? Apostolus uero scribens, ut ostenderet nihil sine uoluntate patris in salutis dispensatione factum esse, dixit: Deus excitauit ipsum ex mortuis. Nā & in alio loco idem Apostolus dicit, Etiamsi mortuus est ex debilitate, uiuit autē ex potentia. Velim autem audire intellectum eorum qui scripturarum sinceritatē noluerunt, qualem debilitatem sustinuit unigenitus? per quem cœlum expassum est, aut à quo cœlum creatum est, per quem sol illustratus est, per quem splendorem acceperūt sydera, per quem ex nihilo omnia facta sunt. Qualem ergo debilitatem dicit? profectò quam suscepit in nostra carne, ubi uenit Verbum & ipsam induit, ut nostram debilitatem portaret. Quemadmodum etiam cauit de ipso Prophea dicens, Debilitatem nostram suscepit, & morbos portauit. Mortuus est igitur, propter nostram debilitatem, uita existens & passionis exors Deus, in debiliore ex nobis carne. uiuit autem ex potentia. Viuens enim est Verbum & efficax, & acutius fulgure per omnem ancipitem gladium. Mortuus est igitur ex debilitate, uiuit autē ex potentia suæ deitatis, uiuit in nostra carne in qua passionem pertulit. Et propter talem dispensationem, Apostolus significans bonā uoluntatē patris dixit, Deus suscitauit ipsum ex mortuis. Cæterum afferunt etiam aliud dictum ex Euangelio secundum Lucam, quod magnum est & egregiū, & ad omnia utilissimum. Quale uero est dictum,

Deus excitauit ipsum ex mortuis.

Debilitas CHRISTI quæ.

est dictum, qu
uenire, assump
lapidis iactum
hoc à me, ut ne
quidem prete
luntatem euar
igitur eadē esse
& omnem uim
do diuitiarum
dixit præter pa
est anima mea,
dictum narran
hoc, inquit, di
lens. In superi
nec bibero ipsi
Si itaq; uult, &
ostendit, & alia
existens, et sen
erat patris, ut d
ditionis filij, &
Sed oportebat
ferret, ut ne qu
feruntac dicun
betur, Sudauit
ram. & apparu
natores statim
des quod indig
erat enim in an
iuntas, sed tua
fuisset & ex co
ne: & rationi c
retur, quod ad
omnia, munie
affectionis nar
luntas: ut oste
mentem nō ha
habuisse. Totu
it tenebras, &
sermone. Ab i
dit ueram carn
te, nō fit anxie
corpus & men
Nō mea uolun
Deitas enī ipsi
nia perfecte ha
cti Spiritus à p
nostra sentent
nō ita est, absit
ne aduentum,

est dictum, quàm quod, quando uolebat Dominus propria uoluntate ad passionē
uenire, assumptis discipulis in monte iuxta illam horam, discessit ab ipsis, fermè ad
lapidis iactum, & digressus orabat, ac dicebat, Pater si fieri potest, trāseat poculum «
hoc à me, ut ne ipsum bibam. uerum nō quod ego uolo, sed quod tu. Et primum Pater transe-
quidem prętextum faciunt ijdem dicentes, Vides quomodo stimulatè dicit, & uo at poculū hoc
luntatem euariatam ostendit dicens, Nō quod ego uolo, sed quod tu. Quomodo à me.
igitur eadē essentia existit? Et dicunt quod in ipso alia est uoluntas, & in patre alia,
& omnem uim ac potentiā ignorant. Propterea enim & Apostolis dixit, O altitu
do diuitiarum & sapientiæ & scientiæ Dei. Quomodo enim propriā uoluntatem «
dixit præter patris uoluntatem, quādo ipse significat discipulis dicens, Cōturbata
est anima mea, & quid dicā, pater serua me ex hora hac: uelut præparatorio modo «
dictum narrans, & ambigue dictione utēs, Quid dicā, pater serua me ex hac hora:
hoc, inquit, dicā: At propterea ueni in horam hāc? Venit autem nō inuitus, sed uo
lens. In superioribus enim dicit, Poculum habeo quod bibam, & quid festino do- «
nec bibero ipsum. Et baptisma habeo ut baptiser, & qd uolo si iā baptisatus sum. «
Si itaq; uult, & festinat, & dicit se ad hoc uenisse: quomodo aliam uoluntatē suam
ostendit, & aliam patris? uerum quoniam propter Israël tradendus erat, benignus
existens, et semini Abraā parcens, pro populo sermonem faciebat. Voluntas autē
erat patris, ut dispensatio sic impleretur, quum filij Israël sibijpsis causa essent, pro-
ditionis filij, & non à Deo coacti essent. Et nō alia uoluntas erat filijs pręter patrē.
Sed oportebat ipsum etiam in hoc ostendere hæc, ut totam unitatem ad patrem re
ferret, ut ne quid diuideretur ab una unitate ac dispensatione, quia & deinceps in-
ferunt ac dicunt, dum oraret constitutus in anxietate, uelut in Euangelio Lucę ha-
betur, Sudauit, inquiūt, & erat sudor ipsius uelut guttæ sanguinis decurrētis in ter «
ram. & apparuit angelus Domini cōfortans ipsum. Prosiliunt itaq; dictionum ue- «
natores statim uelut prætextu cōtra aduersarium reperto, & inferunt dicentes, Vi-
des quod indigebat etiā fortitudine angelorum? Cōfortauit enim ipsum angelus,
erat enim in angore. Et nesciunt quod nisi haberet hæc omnia, & hoc, Nō mea uo-
luntas, sed tua fiat: Et nisi in angore constitutus fuisset, & nisi sudor ipsi obortus
fuisset & ex corpore profusus: profectò apparētia erat præsentia CHRISTI in car-
ne: & rationi cōsentanea opinio de spectro à Manichęis ac Marcionistis decanta-
retur, quod aduentus ipsius in carne apparentia fuit, & non ueritissimus. Hęc autem
omnia, muniens uitam nostram, in totum suscepit dispensatorio modo, humanæ
affectionis narrationes habens, non simulatè, sed in ueritate. Et dixit, Non mea uo Non mea uo-
luntas: ut ostenderet carnis substantiam ueram, & ut redargueret eos qui dicunt, lūtas, sed tua
mentem nō habuisse ipsum humanam, & redargueret dicentes ipsum carnem non fiat.
habuisse. Totus enim diuinus sermo in medio filiorū tenebrarū cōsistens, redargu
it tenebras, & illuminat filios ueritatis. Vide enim mihi, quot utilitates sunt in hoc
sermone. Ab incorporeis nō procedit sudor, in eo uero quod hoc factū est, osten-
dit ueram carnē, & nō apparentiam à carne in deitate counita. Nā sine anima & mē
te, nō fit anxietas. Quum autem in anxietate cōstitutus fuerit, ostendit se animā &
corpus & mentē simul gestasse, unde anxietas apparet. Et rursus in eo quod dixit,
Nō mea uoluntas, sed tua fiat: ostendit uere mentem humanam, sed peccati exortē.
Deitas enī ipsius semp est in Patre, & Pater in Filio, et Filius in sancto Spiritu om
nia perfecte habet. Et nihil differt uoluntas Filij à Patre, neq; patris à filio, neq; san
cti Spiritus à patre & filio. Si enim uult filius quæ nō uult pater, profectò etiam ex
nostra sententia nudus homo ipse erit, uoluntate patris iuxta diminutionem. Sed
nō ita est, absit. Verum in eo quod humanas affectiones narrat, uerum suū in car-
ne aduentum, & pfectam suā incarnationem ostēdit, quo omnia ad nostrā salutem

fiant, ad hoc, ut ne alia pro alijs intelligamus, & à ueritate excidamus. Porrò de eo, quod uisus est ab angelis cõfortari, & quid hoc magis proprium est, quid uerò magis necessarium? Ecce enim inuenimus impleri dictum magni cantici à Mose conscripti, ubi dicit: Expectetur uelut pluuia sententia tua. Et paulò post rursus dicit: Adorent ipsum omnes Filij Dei, & confortent ipsum omnes angeli Dei: non ut dent ipsi robur Angeli, non enim indigebat angelorum confortatione. Sed confortent ipsum, hoc est, confitendo proprium ipsius robur ipsi attribuant. Nã & nos sæpe ubi debiles fuimus, Deum benediximus, sæpe Deum confortauimus, non quod Deus indigeat nostra benedictione, sed confitentes ipsius benedictionis robur, claro sermone dicimus, Tua est potentia, tuum robur, tuus est honor, tua est gloria, tua est benedictio, tua est fortitudo. Non nos fortitudinem exhibemus Deo, si dixerimus tua est fortitudo. Necꝫ nos potentiã ipsi damus, necꝫ Deum benedicimus, si dicimus, tua est potentia, tua est benedictio. Sed confortantes et potentem facientes, potentiam ipsius confitemur, & Deo fortitudinem attribuimus. Sic etiã Angelus circa illam horam, admiratione ductus super excellentia benignitatis erga homines ꝓprij Domini, quod quum Deus esset, et cum patre in celo adoraretur, & à ꝓprijs angelis suis coleret, usqꝫ adeò sustinuit propria uoluntate ultro uenire & induere carnem, & non hactenus solum, sed etiam usqꝫ ad passionem ꝓuenire pro propria creatura humanę naturę, & usqꝫ ad crucẽ tradi, gustareqꝫ mortem, mortẽ autem crucis, quo ꝓ ipsum humana natura trophęum contra mortẽ erigeret, & eum qui mortis dominium habet aboleret, hoc est diabolũ, & in triumphũ duceret omnem principatũ ac potestatem. Quapropter admiratione ductus angelus dicebat ad ipsum, glorificans ac benedicens ꝓprium Dominum in tali stadio ac miraculosa actione consistentem, Tua est adoratio, tuum est dominium, tua est potentia, tua est fortitudo: ut impleretur id quod à Mose scriptum est, Confortent ipsum omnes angeli Dei. Et uidetis uos CHRISTI cultores & sanctæ Dei Ecclesiæ ac orthodoxę fidei filij, quod nihil est in diuina scriptura obliquum, necꝫ tortuosum. Sed omnia mirabiliter ad nostrã salutem scripta sunt ac ꝓfecta. At prædicti inimicitiam habẽtes aduersus unigenitum Filium Dei, et aduersus Spiritum sanctum, omnia uelut inimici cogitãt ac comminiscunt. Absit autem à nobis ut humanis cõmentis attendamus. Sed mentem nostram sanam habeamus, quo Dominum nostrum glorificemus, & nihil deminutum in ipso cogitemus. Si enim quęnit ut omnia saluet, aliquid deminutum in se habet, quomodo creatura à ꝓprijs imminutionibus ac delictis saluabit? Rursus porrò aggrediuntur nos uelut aduersarij, sunt enim Iudaicę opinioni addicti, & nihil ab illis differunt præterquàm nomine solum, ꝙ nos rursus adoriunt noui Iudæi, quærentes contra Saluatorem dictiones quasdam, quo corripiãt ipsum in sermone, quemadmodum Euangeliũ dixit, & dicũt: Dixit in cruce, Eli Eli Lemas Abachthani, hoc est Deus meus Deus meus ut quid dereliquisti me? Et uides, inquiunt, miserabiliter ipsum inuocantem ac lugentem & dicentem, Cur dereliquisti me? Et non sciunt qui à ueneno hoc Ariano insanię caput grauatum habent, et intelligentia scientię Dei destituti sunt, quod oportet omnes humanos affectus in Domino, in uera ipsius in carne prẽsentia confiteri. Et primum qdem ignorant se in his quę de ipso sentiunt, ab alijs ad alia transilire, non unum statum habentes, quomodo enim possunt qui mentem prudentem non habent? Quandoqꝫ enim Saluatorem dicere ipsum uolunt, et Dominum & CHRISTVM, & ante oĩa sæcula, & Dominum angelorum & Archangelorum, ꝙ quẽ omnia facta sunt, principatus & potestates, angeli & archangeli, cœli & omnia, terraqꝫ ac omnes homines, & omnia quæ in terra sunt, mare item & omnia quę in ipso sunt. Et o ingentem stoliditatem eorum qui talia de ipso glorificant, & hic non

Apparuit angelus confortans ipsum.

Eli Eli lemas abachthani.

non intelligũt, quod nõ poteſt is, q ante ſęcula eſt iuxta ſuam Deitatem, p quem cœlum & terra facta ſunt, angeliq; ac archangeli, & in ſumma uniuerſa, uiſibilia ac inuiſibilia, hanc uocem ex perſona deitatis ſuæ dicere, Deus meus Deus meus, ut qd dereliquiſti me? Quando enim relictus eſt filius à patre? Quando uero nõ filius in patre, & pater in filio? Nam in terram filius & Deus Verbum deſcendit, cœlum uero attingebat, & omnes inimici implebant gloria ipſius. Et in Maria erat, et homo factus eſt, at potentia ſua implebat uniuerſa. Quomodo igitur talis & tantus, ſecundum deitatẽ ſuam miſerabiliter dicebat, Eli eli lemas abachthani, hoc eſt Deus meus Deus meus, cur dereliquiſti me? Et quidem quum ipſe dicat, Rurſus, abeo & non dimitto uos orphanos, ſed uenio ad uos. Et rurſus in alio loco: Amen « dico uobis, omnes uos offendiculum patiemini in nocte hac in me, & relinquetis « me omnes ſolum. Sed nõ ſum ſolus, ſed eſt mecum qui genuit me pater. Et rurſus, « Abeo & demittam uobis Spiritum ſanctum qui ex patre, pcedit, et de meo accipit. Et rurſus in alio loco, Ego pulſo, & ſi quis aperuerit mihi, ingrediemur ad ipſum ego & pater meus, & manſionem faciemus apud ipſum. Tanq; ipſe ex patre nõ relinquatur, ſicut & pater ſemper cum filio eſt, quẽadmodum ſanctus Spiritus cum Patre & Filio. Quid igit dicunt? Hic ſermo eſt quẽ dixit, Deus meus Deus meus, ut quid dereliquiſti me. Cui uero nõ fuerit clarum quod à perſona ſuæ humanitatis ex humana affectione uerbum hoc proferat? Nam humanitas ipſius non p ſe exiſtens aliqua eſt. non enim ſeparata deitate, & ſeorſim exiſtente humana natura, dicebat uelut alius & alius, ſed counita humanitate cum deitate, una exiſtente ſanctificatione, & iam in ipſa quæ perfectiſſima ſunt ſciẽte: nimirum in Deo unita, & in unam deitatem coaptata, uidens iam deitatem cum anima commoueri, ut relinquat ſanctum corpus à pſona ipſius Dominici hominis, hoc eſt ipſius humanitatis ſiue humanæ naturę. Volebat enim deitas omnia pficere quæ ad paſſionis myſteriũ pertinent, & cum anima deſcendere ad inferna, ad operãdum ſalutem eorum qui illic prædormierunt, ſanctorum inquam patriarcharum. Quum igit motus ſic fieret, à perſona humanę naturæ uox ad ppriam ſuam deitatem dicebat, Deus meus Deus meus ut qd dereliquiſti me? At oportebat hoc fieri, ut implerẽtur p ipſum diuinæ ſcripturæ per proprios ipſius prophetas de ipſo prædicatæ, & ut impleret ea quæ contra infernum fieri oportebat, in forma hominis aduerſus infernum, ut princeps Infernus, & Mors, capere hominẽ uolens, per ignorantiã in anima ſancta ignorãs deitatem, magis ipſe infernus caperetur, & ipſa mors deſtrueret, & quod dictũ eſt impleretur, Non ſines animã meam in inferno, neq; dabis ſanctum tuũ uidere cor- «
ruptionem. Neq; enim reliquit ſanctus Deus Verbum animam, neq; relata eſt anima ipſius in inferno. Omnia enim huiuſmodi magni myſterij diſpẽſat Trinitas indeſinenter, Pater & Filius & Spiritus ſanctus: quũ Filius quidem ſit in carne, pater uero incorporeus, & Spiritus ſanctus incorporeus, Filius autẽ corporeus factus ſit, ſed immutabilis, p bonam & propriã ſuam uoluntatem. In ſumma, à trinitate ſalus hominibus diſpenſabatur. Quapropter in alio loco dicit, quãdoquidem dixit, Vt qd dereliquiſti me: hic ait, Non te ſinam, neq; te relinquã. Oportebat enim cor «
pus p triduum eſſe in monumẽto, ut impleretur quod dictũ eſt, Et eram inter mor «
tuos liber. Et abiecerunt me dilectum, uelut mortuũ abominabilem. Et ut imple- «
ret hoc, Non dabis ſanctum tuum uidere corruptionem, ut oſtendat per ſanctum, ipſum corpus: & ut oſtendat neq; animam relictã in inferno. In ipſa enim p detentionem in inferno erat Deus uerbum, ut impleret quod dictũ eſt ab Apoſtolis, Impoſſibile enĩ erat teneri ipſum ab inferno. Et qua de cauſa impoſſibile dicit, quàm «
quod feſtinabat quidẽ mors & infernus detinere animam. Impoſſibile autem erat animã ipſius detineri propter deitatem. Si uero impoſſibile erat detineri propter deitatem, quomodo ergo ex perſona deitatis ſuæ potuit dicere, Deus meus Deus

meus, cur dereliquisti me? Verum hic sermo, ex persona humanitatis suæ iuxta humanos affectus dicebat, ut discamus uere esse aduentum in carne, & non in apparentia aut spectro ab ipso dispensatum. Surrexit autem de terra quale, quàm quod obdormierat? Surrexit enim, inqt, non est hic. Quid uero resurrexit quàm corpus? corpus autẽ, quod positum erat in monumento. Sed & anima unà cũ Deo Verbo rediit, & rursus simul implebat pfectam resurrectionem in eadẽ deitate, in eadẽ anima, in eodem sancto corpore, couiens de cætero omnem dispensationẽ in unã spiritualem unionem, in unã unionem deitatis, in unã dispensationem, in unã pfectionem, uelut dicit in nonagesimo secũdo Psalmo, Dominus regnauit, decorẽ induit,
» quo ostẽdat ingressum Dei Verbi à cœlestibus in mũdum induisse decorem, hoc
Decorem induit, quomodo sit accipiendũ. est carnem ex uirgine natam. Quãdoquidem uidebat uilis uidentibus incredulis, ipsi uero decor reputabatur: ut ostenderet suam fortitudinem per apparentem carnis debilitatem, abolere eam quę dominium habet peccati, hoc est mortẽ: qua subuersa omnem dispensationem salutis nostræ decorè fecit, & corruptionem dissipauit, & maledictionem deleuit, & chirographum cõtra nos, & pactum cum inferno
» dissoluit, & omnia ad salutem hominibus dispensauit. Statim enim ubi dixit, Do-
» minus regnauit, decorem induit: apponit rursus & iterat dicens, Induit Dominus fortitudinem & præcinxit: ut ostendat primum indumentum à Maria, iterauĩ uero indumentum, à resurrectione ex mortuis. Nã primogenitus est ex mortuis, uelut dicit diuina scriptura. Quapropter ad secundum indumentũ, ampliorem quandam certitudinem apponit dicens, Induit Dominus fortitudinem & præcinxit. Quemadmodum enim is qui super lumbos præcinctus est, adstringit indumentũ ad lumbos, superfluam speciem firmans, & proprio corpori aduniens, sic primum decorem, propter aduentum hic in carne, deinde fortitudinem, inqt, induit: ubi resurrexit ex mortuis nõ amplius ad passionem humanitas ipsius uenit, nõ amplius
» ad flagella, nõ amplius crucifigitur, uelut de ipso Apostolus ait, Resurrexit, nõ amplius moritur, mors ipsi nõ amplius dominatur. Et propterea dicit, præcinxit: ubi couiuit carnem suam in unam deitatem, in unam unitatem, in spiritum, & diuinum & corporeum, in unum spirituale effectum, & non habens dissolutionem, sicut ingressus est deinceps foribus cõclusis: crassum, tenue factũ: passibile, passionis exors: in carne passus, manens autem in alienitate à passione: & ꝙdem postꝙ ingressus esset, ostendens ossa & carnem, typum lanceę, & typum clauorum, cõtrectatus à Thoma, cõspectus à discipulis, ingrediens autem foribus cõclusis: ut ostenderet quod in unã spiritualem unionem, omne suum erga nos homines salutis negotium dispensauit. Et quid opus est me circa hunc sermonem tempus terere? Nos enim impigri sumus ad hoc ut eadem sæpe dicamus, & securitatis legentium gratia sæpe eadem narrauimus, quo Arij opinionum & uerborum ac sententiarũ uenenosam eiaculationem ꝓtranseamus. Quum autem sufficienter de hac dictione tractauerimus, ad sequentes pergamus, quo undiquaq; plurimis, quæ in mentem nobis uenĩunt, ex illorum deliramentis declaratis, ostendamus ex paucis, aut etiã pluribus, quod is qui adeptus est Spiritum sanctum, & mentem uigilantem à Domino accepit, nihil omnino obliquum potest cogitare, aut affectus speciem in Patrem, aut in Filium, aut in Spiritum sanctum, sed omnia pfectissima. Verum dispẽsatorio modo ad singulos usus, & in singulis locis, ad ꝓpositum in ueritate, in diuinis scripturis dicta sunt ab ipso Domino, & ab ipsius Apostolis, & sanctis prophetis ab ipso missis. Nam de hoc prophetauit qui dixit iuxta Hebraicam linguam, Eli Eli lemas abachthani: quod per consequentiam implebat Dominus, in cruce dicens ea quæ de ipso prædicta erant, Eli, Eli: Hebraica lingua uelut præscriptum erat. Et nõ amplius Hebraica, sed Syriaca lingua cõiunctum uerbum exprimens dicebat, Lemma abachthani: quo principio quidem uteretur, uelut erat de ipso scriptum: quod ue-

Syriaca lingua Christus in cruce usus est.

ro deerat

ro deerat huic dicto, in aliam linguam trãſmutabat, & hoc ipſum faciebat propter bonam diſpenſationem, ut cõfiteretur id dictum de ſe dictum eſſe à propheta, per hoc quod Eli Eli dixit. Quod uero reſtabat non amplius Hebraica lingua, ſed Syriaca proferebat, quo ſubuerteret eos qui Hebraicam iactãt, et honoraret etiã alias linguas, ad impletionem eorum quæ de ipſo dicta ſunt. Expaſſurus enim erat iam ſui cognitionem in omnes gentes, & non in Hebræos ſolum: uelut habet tota conſequentia in uigeſimoprimo Pſalmo, ubi ex pſona aduentus eius in carne, omnia ipſius ex humano affectu prolata indicãtur, ipſe uero ubi uenit impleuit, uelut ſeries habet in toto Pſalmo, de huius aduentus CHRISTI in carne narratione, pſectiſſimam tractationem. Dicit enim, Diuiſerunt ueſtimenta mea, & foderunt manus meas, & pedes meos. ipſi uero cõſiderauerunt & inſpexerunt me. Et quęcunq; talia ſunt, quæ nõ eſt poſſibile impleri in deitatem, ſed diſpenſante deitate in carne omnia in ueritate & alienitate à paſſione. Exiliunt porrò rurſus uelut rabioſi canes rabie quadam perciti, ſuum ipſorum Dominum propter rabiem ignorantes, & ipſum primum impetentes, & dicunt rurſus, ubi audierint à nobis quod uerum eſt, quod Dominus dixit in Euãgelio de diſcipulis ſuis: Quos dediſti mihi pater, ſeruaui ipſos in mundo. Et rurſus, Fac ipſos ut ſint in me, uelut & ego & tu unum ſumus. Et dicunt, uides quod ab ipſo dicitur, quod ego in Patre & Pater in me, & duo unum ſumus: quod non de æqualitate dicit, ſed de concordia? Quomodo enim poterunt diſcipuli in ipſo eſſe ſecundum æqualitatem? at ſecundum concordiam poterant. Et ſtatim penitus redarguit ipſos Dei ueritas, quod neq; diſcipuli potuiſſent hoc implere, neq; de ipſis hoc dici, niſi Verbum ubi ueniſſet, ipſorum carne participaſſet, & coniunxiſſet ipſos in ſeipſo in adoptionem. Propterea enim & ubiq; in Cantico canticorum ſanctam ſuam Eccleſiam propinquam & amicam uocat, alloquens ipſam per ſanctam ſuam uocem exſuſcitantem & inhortantem dicẽs, Surge, ueni propinqua mea, formoſa mea, columba mea. Et uides, quod columbam ipſam uocat? Non potuiſſet autẽ Eccleſia propinqua CHRISTI uocari, ſi non ex ſupernis ueniſſet & appropinquaſſet ipſi per carnem ſimiliter paſſioni obnoxiam, quam accepit: quo propinquam ſibi humanam naturam, congregatis his qui in obedientia propinqui ipſi facti ſunt, uocaret ſanctam & immaculatam ſponſam. Et propterea hic patrem rogat Verbum, Dominus noſter unigenitus, pro diſcipulis, ut ſint in ſeipſo: quo cognationem ad ipſum per carnem factam, diſcipulis per bonam uoluntatem patris ſanctificatis, in unitatem bonæ uoluntatis & adoptionis connecteret, ut habeant in primogenito patris, deſcriptionem primogenitorum in cœlo, & ut ne putent aliqui filium abalienatum eſſe à gloria patris, per hoc quod geſtauit carnem, muniens fidem & ueritatis ſuæ cognitionem, ne aliquis ſeruorum ipſius in ſuſpicionem ueniret, & talis à ſpe excideret: & inquit, ut Sint ſicut ego & tu unum ſumus, ita & hi unum ſint. Ego enim & tu unum ſumus, propter quod Deus ex Deo, & propter coeſſentialitatem in Deitate. Et hoc, Vnum ſumus, non ſingulare ſignificat. Non enim dixit, Ego unus ſum: ſed Ego & tu: &, Vnum ſumus: ut redargueret Sabellium & ipſius ſcholam, qui putat Filium & Patrem coniunctionem eſſe, & Patrem & Sanctum Spiritum ſimiliter. Propterea dicit Vnum ſumus: & non dixit, unus ſum. Duo enim perfecta, Pater & Filius: unum autem, propter æqualitatem, propter Deitatem, & unam potentiam, & unam ſimilitudinem. In Deitate igitur, Pater & Filius unum: in humanitate, filius & diſcipuli unum: ita ut adducantur, diſcipuli propter uocationis dignitatem, ad inenarrabilem ipſius benignitatem, in unam unitatem adoptionis, per Patris & Filij & Spiritus Sancti bonam uoluntatem. Et rurſus confutatus eſt error uanorum illorum, de proprio ſuo Domino male ſentientium.

« « « «

Præterita autem & hac dictione, ſequentes conſiderabo. Proſiliunt autẽ rurſus Sophiſtæ uanæ ſapientiæ homines, circa ſyllogiſmos ac ratiocinationes occupati, ſibiipſis dictiones quaſdam excogitantes, & Deum ſyllogiſmis concludere tentantes: uelut etiam propheta ipſos redarguit dicens, Nũ ſupplantabit quis Deũ, quoniam uos ſupplãtatis me? Quid enim rurſus generoſi illi dicunt? Dictionem ſanè ſupra declaratam locauimus, quę ab ipſis proponitur nobis per interrogationem, nempe, Volens genuit filium, aut nõ uolens? Oſtendimus ad quod in Deo nulla eſt futuri meditatio, ſed ſimul omnia in ipſo ſunt pfecta: & non primũ uult priuſq; faciat, neq; facit abſq; conſilio, & non deliberat ut qd paret, neq; præparatio ipſius conſilio indiget. Quare apud ipſum genitura ſemp genita eſt, & non in tẽpore incepit, ſed ſemper cum patre genita exiſtit, & nunq; deficit. Vnde & hic rurſus repetam dictionem pono, Quod neq; uolens genuit, neq; non uolens, ſed in natura cõ ſilium tranſcendẽte. Naturæ enim eſt Deus, conſilium excedentis omnem q; intelligentiam ac opinionem. Similẽ autem huic dictioni aliã nobis noui illi Ariſtotelici excogitant, ab hoc enim ueneni iaculationem ſibiipſis affricuerũt, & Spiritus ſanctí innocentiã ac manſuetudinem reliquerunt, uelut Dominus dicit, Diſcite à me, qa mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiẽ animis ueſtris. Hi uero relicta mãſuetudine, ad dicendi uehemẽtiam potius ſe conuerterunt, induerunt q; Ariſtotelem & alios mundi dialecticos. Quorũ etiam fructus ambiunt, nullũ iuſticiæ fructum ſcientes, neq; ſpiritus donũ in ſe habere digni facti illi cõtentioſi. Dicunt igitur ad nos ubi ad ipſos dixerimus, quod filius exiſtens apud exiſtentem patrem erat: nam ad Moſem dixit pater, dices ad ipſos, Qui eſt miſit me: & rurſus Euangelium de filio dicit, In prĩcipio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: Si itaq; dixerimus, quod filius qui eſt, erat apud exiſtentem: dicunt ad nos, Itaque quod eſt genitum eſt, aut quod non eſt genitum eſt. Si enim erat, quomodo genitum eſt? Si uero genitum eſt, quomodo erat? Et ſunt hæc eiuſdẽ uanæ ſapientiæ circa quæſtiones occupatæ, & ſublimia petentis, & ſuperna curioſe ſcrutantis, & nihil boni operãtis. Dicimus autem ad ipſos, unde uobis hæc ſuſpicio, ut hæc cogitetis? Si uero dixerint, Ita ratio expendere poſtulat: Dicimus & ipſi, Dicite igitur nobis o boni, ueſtra expenditis aut quę ſunt Dei? Deinde aiunt à ſeipſis uelut logici, quæ Dei ſunt expendimus. Nihil igitur differt Deus à ueſtro habitu naturaq; ac eſſentia? etiam inquiũt. Si itaque differt natura Dei à ueſtra natura, primum quidem non poteſt ueſtra natura de Deo compræhendere ea quæ ſunt incõprẽhenſibilia. Deinde uero impium eſt, Deum à uobis aſſimilari ſecundum ueſtrã eſſentiam. Inter nos enim quod non eſt gigniť. Nã ipſi aliquando nõ eramus, geniti autem ſumus à noſtris patribus, q & ipſi aliquando non erant, & ab initio uſque ad Adã res deduci poteſt. Adam uero à terra factus eſt, aliquando nõ exiſtẽs. Terra autẽ facta eſt ex nihilo, qa non erat ſemp. Deus uero pater ſemper erat, & qualis erat natura, talẽ genuit filiũ. Genuit autem ipſum ſemp exiſtentem, non confratrẽ, ſed ex ipſo genitum ſimilem ipſi ſecundum naturã, Dominum ex Dño, Deum ex Deo, Deum uerũ ex Deo uero. Et qualia quis reputat de patre, ita & de filio reputandũ eſt: qualia credit de filio, ſic de patre putandũ eſt. Ita enim dicit, q non credit in filium, ſicut credit in patrem, et honorat filium ſicut honorat patrẽ, ira Dei manet ſup ipſum, quemadmodum diuinum Euangelium habet. Et rurſus corruit ipſorũ ſyllogiſtica ratiocinatio. Deus enim incõprẽhenſibilis exiſtens, Deũ incomprẽhenſibilem genuit, ante omnia ſæcula & tempora: & non eſt interuallum inter filium & patrem, ſed ſimul intelligis patrem, ſimul intelligis filiũ: ſimul nominas filium, ſimul oſtendis patrem. A patre enim filius intelligitur, & à filio pater cognoſcitur. Vnde enim filius, ſi non patrem habet? & unde pater, ſi non genuit unigenitum? Quando enim poteſt non uocari pater, pater: aut filius, filius? ut putent aliqui patrem ſiue

Volens aut nõ uolẽs Deus genuit filium?

Ariſtotelici noui.

trem sine filio,& postea ad profectum uenisse, & filium genuisse, ut post genitura uocetur pater filij, ipse pater, pfectum faciens in deitate qui perfectus est & nunq; perfectione indiget. Rursus porrò prætexunt curatiuum hoc pharmacum,& salutare antidotum, firmitatem fidei sanctę Dei Ecclesię abijcere uolentes, ac dicentes, Vnde uobis essentię nomen affertur? Cur filius coessentialis patri dicit? Quę Scriptura dixit de coessentialitate? Quis ex Apostolis essentiam Dei dixit? Nō sciunt autem quod & substantia & essentia idem est ratione. Consistit enim Dominus in substantia sua. Et hoc, Splendor gloriæ & character substātiæ ipsius. Essentia igitur est, nō excessus, sed ipsum hoc quod est, sicut dicit Moses, Qui est misit me, ad filios Israël loquens. Qui est igitur est, quod est: Quod uero est, essentia existens est. At particula con, nō unū rursus significat, sed de coessentiali duo perfecta significat, sed nō inter se diuersa, neq; ab ipsorum unitate aliena. Si uero etiam uteremur pietatis gratia, dictione aliqua propter connexionem ueritatis. Nā sine hoc ut confiteamur coessentialē, omnes hęretici confutari non possunt. Quēadmodum enim serpens odit odorem bituminis,& spirationem cerui,& suffitum gagatę lapidis & fumum styracis, sic etiam Arius & Sabellius odio habent uerbum cōfessionis coessentialis in ueritate. Sed tamen ad ipsos dicimus, etiamsi non esset uox hæc in diuinis scripturis: est autem & clare habet in lege,& apud Apostolos ac prophetas, ex duobus enim aut tribus testimonijs stabilietur omne uerbū, attamē licebat nobis propter pietatem uti dictione utili ad muniendā sanctam fidē. Vos autem quid dicitis? Dicite enim nobis o boni, quid dicitis de patre, increatus est pater? omnino reuera. Quis enim adeò stolidus fuerit ut de hoc ambigat? aut adeo furiosus ut putet nō esse increatum Deum et patrē Domini nostri IESV CHRISTI? Omnino enim & uos ipsi cōfitemini, quod ingenitus est & increatus, nō enim habet ante se patrem, neq; definitos annos, neq; principium dierum, uelut scriptum est. Si itaq; neq; principium tēporis, neq; finem de ipso cōfitemur, quoniā increatus est: et hoc minime ambiguum est, nusq; uero de ipso hoc scriptum est. Verum pietatis causa cogimur hæc pie de ipso sentire ac dicere, etiamsi non sit scriptum. Sic etiam de coessentiali dicere cogimur, etiamsi non esset scripta uox iuxta propriam linguam expressis uerbis: etiamsi uideri possit hoc esse super nos, & super nostram naturā, ut de Deo differamus: attamen ipse Dominus ex misericordia ueniam dabit nobis, q̄ non uolumus, p deitate rationē reddere, quæ non indiget nostra confirmatione. Verum oportet pie dicere,& pie sentire, ut ne pereamus. Proinde respondete nobis Arij discipuli, Ingenitū dicimus omnes simul patrē & increatum,& admirabilis est dictio scilicet. ubi itaq; scripta est hæc, ostendite locum. Neq; enim lex dixit, neq; prophetę, neq; Euangeliū, neq; Apostoli. Si itaq; pie dicimus dictionem nō scriptam, estq; recepta dum pro gloria Dei dicit: quis nos reprehenderit, etiamsi non esset uox coessentialis scripta, si inuenissemus nos uerbum p quod possemus certitudinem nostrę salutis confiteri? Verum sunt testimonia unà cum pia ratiocinatione, tum quæ supra, ppositā sunt, tum alia plura. Præteribo uero & hanc dictionem, & alias ipsius inescamenti contra simpliciores prolatas locutiones ac uersutias, Deo adiuuante exagitabo. Dicunt enim rursus ijdem, cum omnibus quæ ex Apostolo & Euangelijs, iuxta mentem suam corrumpunt, male intelligētes ipsas dictiones, etiam hanc in medium afferentes ex Apostolo, uelut dictum est in epistola ad Corinthios, in capite de mortuorum resurrectione, sicut deinceps dicit, Deinde finis, quum tradiderit regnum Deo & patri, quum aboleuerit omnē principatum & omnem potestatem ac uirtutem. Oportet enim ipsum regnare, donec posuerit omnes inimicos suos sub pedes suos: ultimus hostis aboletur mors, nam omnia subiecit sub pedes ipsius. Quum uero dicat quod omnia ipsi subiecta sunt, manifestum

Essentiæ,& coessentialitatis uocabulū.

Ingeniti uox, nō est scripta.

Pauli locus de mortuorum resurrectione.

» manifestum est, quod excipiendus est is qui subiecit ipsi omnia. Quum autem sub
» iecta fuerint ipsi omnia, tunc & ipse filius subiicietur ei qui omnia ipsi subiecit, ut
sit Deus omnia in omnibus. Reprehendunt itaq; hoc dictum, & pro more inimicitiæ suæ aduersus unigenitum, destruunt inenarrabilem ac glorioſam ipsius deitatem, uelut sæpe dixi dementia inducti, & dicũt, Vides quod dicit, Deinde finis, quum tradiderit regnum Deo & patri, quum aboleuerit omnem principatum & & omnem potestatem ac uirtutem. Oportet enim ipsum regnare, donec posuerit omnes inimicos suos sub pedes suos. At oportet, & donec, & quum tradiderit regnũ, temporis est præscriptio: & blasphemantes dicunt, quietem & dissolutionem ipsius regnantis hæc indicant, donec tradiderit regnum Deo & patri. Et ab initio mentem ueritatis ignorant. Quod ideo quod particeps fuit unigenitus carnis & sanguinis, humani affectus gloriæ assumendæ apti, de ipso & de aduentu ipsius in carne decantantur ac dicuntur, sed non sine perfecta semper & glorioſa ipsius deitate, quæ nihil opus habet ut gloriam assumat, sed habet per se glorificationem, & per se perfectionem. Simul autem de duabus partibus rationem reddit dicens, de recenti quidem, Glorifica me pater in gloria quã habui apud te, antecq; mundus fieret. Pater uero duorum habituum gloriam significans, de priore quidem secũdum
» spiritum, glorificaui: ut indefinitum ostendat. De recenti uero propter aduentum
Glorificaui, & rursus glorificabo. in carne, & rursus glorificabo: ut & hic claritas ostenderetur. De quibus etiã Apostolus dixit, dupliciter de ipso ueritatem proponẽs, oportet enim ipsum regnare donec: Et hoc, Quum tradiderit regnum Deo & patri: propter principatum à tempore factum in aduentu in carne. Nam deitas unigeniti erat semper cum patre, hoc est unigenitus Deus Verbum ex patre progressus sine principio & sine tempore. Alioqui quomodo implebitur, quod dictũ est ab Angelo? Spiritus Domi-
» ni superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi: quãdoquidem dixerat ad ipsam, Paries filiũ & uocabis nomen ipsius IESVM: ut ostenderet ex supernis Dei Verbum descendisse, & in utero eiusdem uirginis incarnatam esse, & pfecte hominem factum esse: ut ne dirimeret perfectionem in carne à diuina perfectione, cum hac appositione, & dixit ad ipsam, Quapropter & quod nascetur sanctum, uocabi-
» tur Filius Dei: Deinde, Dabit ipsi Deus thronum Dauid patris sui, & regnabit super domum Iacob in sæcula, & regni eius nõ erit finis. Quum itaq; hæc inter se alterum ad alterum opponãtur, nimirum hoc, oportet ipsum regnare donec: & regnabit super domum Iacob in sæcula, & nõ dixit In sæculum solum, sed In sæcula. Et
Oppositorum scripturæ locorum declaratio. rursus hoc, quum tradiderit regnum Deo & patri: opponatur illi, & regni eius nõ erit finis: & ambo qui talia de Domino & CHRISTO dixerunt omniũ fide dignissimi sunt, quum Angelus Gabriel sanctus sit, & sanctus Apostolus Spiritu sancto repletus, quid nam dixerint illi, qui uitalis negocij sunt ignari? Num quod cõtraria sibiipsi sit Scriptura quæ omnia semper uere dicit? absit. Sed uelut ab initio dixi mus, propter assumptionem humanitatis, omnia rationi cõsentaneam cõsequentiam habent. Si enim tradit regnum tempori, ergo nunc neq; regnat. Si uero nondum regnat, quomodo reperitur semp adorari ab Angelis & Archangelis ante aduentum in carne, & in aduentu in carne, uelut scriptura de ipso dicit, nimirũ dum ait,
» Quũ induxerit primogenitum in orbẽ terrarum. Et, Adorẽt ipsum omnes angeli
» Dei. Et rursus, Sedet in dextera patris. Et, Flectet se ipsi omne genu, cœlestiũ et ter-
» restriũ & infernorum. Igit̃ regnat semp qui omnibus adoratur. Quid igit̃ dicimus filio semp regnãte, ab initio & nunc et deinceps, quãdoquidem nõdum tradidit regnum patri, nunqd abest à regnãdo pater? absit. Regnat enim simul cũ Patre, et Pater cũ filio ac Spiritu sancto. At qd dicunt, quum tradiderit regnũ Deo & patri, desinit ipse regnare? absit, nam quomodo impletur hoc, & regni eius non erit finis?

Sed ut

Sed ut oſtendat quod nihil in filio impletum eſt, neq; impletur, quod diſſideat ac priuatim repugnet ab unione patris, et una uoluntate Patris et Filij & Spiritus ſancti. Videmus enim et hic uelut de ipſo filio dictum, quum tradiderit regnũ Deo et patri, quum aboleuerit omnem principatum & poteſtatem ac uirtutem: uelut ipſe « filius tradat regnum, & aboleat omnem principatum, & cætera. Et hoc, Oportet « ipſum regnare donec poſuerit omnes inimicos ſuos ſub pedes ſuos: uelut filius omnia faciat, & ſua autoritate dominetur & poteſtatem habeat, & patri ſubditos unà cum regno tradat. Deinde rurſus tranſit ad aliam perſonam, patre omnia filio ſubijciente, & dicit, Omnia ſubiecit ſub pedes eius, ultimus hoſtis aboletur mors. « Quum autem dicat quod omnia ipſi ſubiecta ſunt: libet interrogare ipſos, E cuius perſona dicit uocem, dicat? Nam profunditas myſteriorum Dei ſpiritualiter iudicat carnales. Carnalis enim nõ ſuſcepit ea quę ſpiritus ſunt, ſtulticia enim ipſi ſunt. Hic enim, quum dicat quod omnia ipſi ſubiecta ſunt: ſi quidem pater dicit ad filium, defectuoſa eſt tractatio. Subiecit enim filius omnia patri. Si uero ex perſona filij dicitur, quum dicat quod omnia ipſi ſubiecta ſunt: defectuoſa eſt ſentẽtia, quoniam dilationes quædam in Deo, aut in patre aut in filio reputantur. Quis uero eſt qui dicit, quod omnia ipſi ſubiecta ſunt? Non enim dixit, quum dixerint. Si enim eſſet hoc filij dictum, quum dixerint: poterat ad angelos referri aut ad ſubiectos. Quandoquidem uerò ſupra ſignificauit filium ſubijcientem & tradentem patri, & patrem ſubijcientem filio omnia, deerat autem dictionũ uenatoribus perſona Spiritus ſancti, ea gratia indefinite, poſt perſonam Filij et perſonam Patris, perſonam Spiritus ſancti ſubtexuit, qui annunciat ſemper ea quæ patris ſunt ac filij, & docet, ut ne defectuoſa fiat perfecta cognitio de trinitate, & de aduentu in carne glorię aſſumendæ apto. Deinde dicit, Vltimus hoſtis aboletur mors. Abolitus autem ligatus eſt, non amplius operans quod operatur, neq; amplius exiſtens, nam abolitus eſt. Quid igitur de hoc dicere poſſunt qui ſcripturarum intelligentiam non habent? Nunquid oportet nos opinari de filio quod ceſſabit à regnãdo, ſi ſanè dictio ſic haberet? At impij erimus, & ipſum cum ſubditis numerabimus, quũ poſt actionẽ ceſſet ab eo quod agebat. ſed abſit. Nemo enim ex credẽtibus in CHRISTVM & ſperantibus in ueritate, cogitabit ut aut dicat aut audiat quid, quod non deceat ipſius gloriam, uelut hi ſanè ſentiunt. Omnia autem docet Diuina ſcriptura, quũ dicat omnia ipſi ſubiecta ſunt, nimirum excepto illo qui ipſi omnia ſubiecit. Quũ « autem ſubiecta fuerint ipſi omnia, tunc & ipſe filius ſubijcietur ei qui omnia ipſi « ſubiecit: quo id quod ab Angelo ab initio indicatum eſt, etiam hic per ſimilitudinem ſermonis coniunctum, omnem declarationem potentiæ Verbi ex ordine & clare oſtendat. Quemadmodum etiam Angelus ſimile dixit, ex ſupernis quidẽ filium indicans, deinde cum additamento de aduentu in carne counitionem declarans, nempe, Quapropter & quod naſcetur ex te, cum additione uocis ſanctum, « uocabitur Filius Dei. Proinde propter hoc & talia, nimirum, Quoniam quod naſcetur uocabitur Filius Dei, ea de cauſa etiã ipſe filius ſubijcietur ei qui omnia ipſi ſubiecit: ut non amplius carnale carnale ſit potentia, ſed counitum cũ deitate, carnale in unam unionem counitum, cum Patre regnans & Spiritu ſancto, cuius regni nõ erit finis. Et ex quo quidem reſurrexit, principium accepit hoc, ut ſit Deus omnia in omnibus. Counitũ eſt enim ſimul carnale ſpiritualiter in unã deitatem. Quãdoquidẽ uero dicit, Hoc facite in mei recordationẽ, uſq; ad aduentũ filij homi « nis: &, Sic uidebitis ipſũ quo modo uidiſtis ipſum aſſumi, Tũc de cętero omnibus « pfectis, & nullo ad perfectionẽ pertinente relicto, ad ipſius deitatẽ referre oportet hoc, ut ſit Deus omnia in omnibus: hoc eſt, ut ne ſit diuiſio, neq; enim eſt, ut ne putetur multitudo deorũ. Vna enim eſt glorificatio. Neq; enim tũc uelut tyrãnidem gerens

Deus omnia in omnibus.

gerens filius non ſubiectus eſt patri, neq; ſubiectus eſt uelut ſeruus, & poteſtatem non habens, ex patre genitus eiuſdem naturæ & eiuſdem deitatis. Neq; tunc iuxta defectum, neq; iuxta diminutionem, neq; iuxta neceſſitatẽ, neq; iuxta ceſſationẽ, ut ipſe deſinat, ſubijcitur patri. Sed uelut filius genuinus unigenitus, cũ patre regnans ſemper in unam unitatem, & ad unum præmium honoris adducens omnem creaturam, & docens ſuam Eccleſiam, ut ſit Deus omnia in omnibus. Nam una eſt deitas, una dominatio, una glorificatio Patris, Filij & Spiritus ſancti, ita ut decẽter honoretur Pater à Filio, & filius ut genuinus filius, & Spiritus ſanctus uelut qui non alienus ſit à patre & filio. Et excludantur ſermones & excogitatæ opiniones inimicitiæ aduerſus Filium ac Spiritum ſanctum, eorum qui contra filium Dei & Spiritum ſanctum blaſphema lingua inſurgunt. Cæterum adhuc amplius quęmale ab ipſis excogitata ſunt deprehendentes ſubuertemus. Rurſus enim dictiones aliquas ex Euangelio producunt, & dicunt, Cur non poteſt facere quicq; filius à ſeipſo, niſi uiderit patrem facientem? & ab initio non intelligunt, quę dicuntur. Nihil pater non prius fecit, & poſtea filius ſtruxit. Quod enim cœlum fecit per ſeipſum pater, ut de forma primi cœli accepta ſimilitudine filius ita operaretur? At nemo ex his qui maliciam excogitant oſtendere hoc poteſt. In principio enim fecit Deus cœlum & terram. Et ſimul in principio in mundi creatione dicit, Faciamus hominem ſecundum imaginem noſtram & ad ſimilitudinem: Et non dixit, Ades hucfaciam & oſtendam quomodo opereris. Deinde uero ait, Et fecit Deus hominẽ: non dixit, fecit & oſtendit filio quomodo oportet facere hominem. Neq; enim in ignorantia erat filius, ut poſtcq; didicit artem, tunc ea quæ eius ſunt operaretur. At poſtcq; rurſus uenit Dominus noſter & carnem induit, & homo factus eſt, & inter nos conuerſatus eſt: habuit autem ad Iudæos ſermonem, qui putabant ipſum quę patris ſunt diſſoluere: uolens reducere mentem ut ne humanitati ipſius ſolũ attenderet, dixit, Nihil facit filius, niſi uiderit patrem facientem: ut oſtẽdat opus filij eſſe opus patris, & patrem complacentiam habere in ipſius totius operationis diſpenſatione. Sic etiam conſequenter iuxta alias dictiones, uelut beſtię offendentes, & a perſona fulguris uerbi ueritatis confutati fugabuntur. Fulgura coruſcationem & diſperges ipſos, emitte tela tua & conturbabis ipſos. Additum eſt enim ad hanc dictionem quod deinceps ex ordine ſequitur, & dicunt ex Euãgelio, Pater enim diligit filium, & omnia oſtendit ipſi, quæ ipſe facit: & maiora his oſtendet ipſi opera, ut uos admiremini. Et rurſus, Pater ſuſcitat mortuos & uiuificat. Similiter & filius quos uult uiuificat. Et rurſus, Neminem enim pater iudicat, ſed omne iudicium dedit filio, ut omnes honorent filium, ſicut honorant patrem. Vide uero mihi o Ari finem deinceps inſtitutæ aduerſus te diſputationis, ubi finiuit ſermo? Nondixit, quidam ita, & quidam non: ſed ut omnes honorent filium, ſicut honorant patrem. Ne itaq; ignominia affice filium, ut ne ignominia afficias patrẽ. Si enim quid diminutum aut inferius in filium cogitare audes, ergo etiam ad patrẽ cogitatio tua aſcendit. Eiuſdẽ enim temeritatis eſt, in filiũ quid cogitare, & non honorare ipſum quemadmodum honoras patrem. Vt enim etiam det ipſi pater, dic mihi o generoſe quid dicit, ut quem uult filius uiuificet: non dixit, quem iubet. Oportebat autẽ hæc omnia ſuſcipere à patre, ſed non minorem eſſe præter patrẽ, atq; hoc iuxta duos maxime modos. Primum quidem ut adducat mentem noſtrã ad unam deitatis unionẽ, Patris & Filij & Spiritus ſancti: & ne ad partitiones & multitudinẽ deorũ hominũ cogitationem deducat, ſed ſurſum ferat ad unã unitatẽ, deinde uero etiã ut adducat ad mutationẽ gloriæ aduẽtus in carne, & counitionẽ deitatis ſuæ. Quãdo enim uenit ut diſcipulos ſuos exhilararet, per ꝓmiſſionẽ qua dixit, qd eſſent aliqui iſthic ſtãtes, qui nõ guſtaturi eſſent mortẽ, donec uideant filiũ hominis uenientẽ in gloria

Filius non poteſt facere quicquam à ſeipſo.

gloria ſua. Et Octaua die, uelut Euangeliũ dicit, aut ſicut alterum Euangeliũ ait, Poſt ſex dies: non quod Euangeliſtę alia pro alijs dicant, ſed quod una ſit certitudo ſemper munita, ut ne occaſio fiat, quo homines in neceſſarijs offendant: nam dedita eſt cogitatio hominis diligenter ad praua à iuuentute ſua: ob id alter Euangeliſtà octaua die dixit. Erat enim pars quædam diei reliqua quando ſermonẽ dixit, et connumerauit ab illa die & hora, ſi erat dies inclinata circa nonam aut decimã horam. Et rurſus quum in octaua die, circa tertiam aut quartam horam res facta eſſet, octaua hæc uocabatur. At uero alter Euangeliſta rem munit ac dicit, poſt ſex dies. Nõ enim numerauit diem in qua ſermonem ad diſcipulos dixit, neque eam in qua opus perfecit, ſed intermedios ſex plenos dies. Quum autem ſic ſermonem faceret, declarationem eius oſtendit. Aſſumpto enim Petro & Ioanne ac Iacobo, eduxit ipſos ad montem, & trãsformatus eſt, & fulgebat facies eius inſtar Solis, facies in carne ſimul exiſtens in deitate: & ueſtimenta eius erant alba uelut nix, caro uidelicet quæ ex Maria & ex noſtro genere erat: & transformabatur in gloriam, honorem ac perfectionem deitatis acquirens, & gloriam cœleſtem quam non habebat caro ab initio, uerum hic in counitione Dei Verbi accepit. Sic etiam prædicta intellige, quod omne iudicium dedit filio, quod dedit ipſi poteſtatem, ut quæ uult uiuificet: quo primum principium oſtendat unionem unius deitatis & unam uoluntatem, & ad patrem referre ſe uniuerſam bonitatem, & ad unum principium ac deitatem, quum tres ſint perfectæ ſubſtantiæ, una uero deitas, Patris et Filij & Spiritus ſancti: & aduentus ac præſentiam in carne rurſus aſſumat cum deitate, donum dignitatis poteſtatemq; ac perfectionẽ, à patre & filio ipſi donata, ad unam ſpiritualem deitatis counitionem. Et profecto uix tandem euaſimus tempeſtuoſum hunc locum, & quũ omnem hanc ueneni eiaculationem, ſæuaq; undarum imperia ac impetuoſas eleuationes, ſpumas item ac agitationes horrendas, telaq; aduerſariorum ac ſcuta, per rectam ratiocinationem in mente combuſſerimus, & arcus inimicorum confregerimus, & aduerſus multiceps hoc reptile, informem hydræ conſtitutionem, nos inſufficientes uirtutem & gratiam ex Deo acceperimus, uelut qui in Deo potentes fuimus, uictoriale carmen canamus. Cantemus Domino, glorioſe enim glorificatus eſt. Equum & inſcenſorem proiecit in mare. Et quum caput draconis ſupra aquas contriuerimus, ſupra aquas inquam placide fluentes, quarum uoluerunt eſſe participes iuuenes cum Iudæis hæreditatem adepti, aduerſus quos inuehens Propheta dixit: Eo quod uos non uultis aquam Siloam placide incedentem, ſed uultis habere Raſſon regem, & Tabeel filium Rhomeliæ: Ecce inducit Dominus ſuper uos aquam fluminis fortem, regem Aſſyriorum, & cætera. Nos autem accepto auxilio in Domino, & aſſumpto ſputo à uera carne in terram proiecto, & ſimul cum ſputo maſſa luti oculis noſtris impreſſa, quo qui aliquando in ignorantia fuimus, nunc ueritatem cognoſcamus: abeuntesq; ac lauantes in Siloam, quod demiſſum interpretari potes, hoc eſt in aduentu in carne, & in deitatis perfectione: & de cætero uiſu recepto, non amplius negamus Dominũ, etiamſi à ſynagogis reijciãt nos qui ex Arij fraternitate ſunt & Iudæorum ſucceſſores. Nam & hi quemadmodum illi ſtatuerunt, ut omnem confitentem Dominum à ſynagogis ſuis excludant: quo oſtendant eum qui uiſum habet, confutationem factam eorum qui non uident. Niſi enim eſſet ipſorum Synaga tota cæca, non ſanè eum cuius aperti ſunt oculi, à conuentu ſuo excluderent. Gratias itaq; agamus Domino, quod & uiſum recepimus, & Dominum confitemur, & læſa curauimus, ſi etiam opus mandatorum eius fecerimus: & conculcauimus ſerpentem, & contriuimus caput draconis per potentiam ac uirtutem Dei. Cui gloria, honor, imperium, patri in filio, filio in patre, cum ſancto Spiritu in ſæcula ſæculorum, Amen. Porrò relicta mortificata hac hydra multicipiti ac multifida, ad conſequentes pro inſtituto ô dilecti progrediamur, Deum ſemper auxiliarium inuocantes, ut eandem

Octaua dies ab altero Euangeliſta ſexta dicta eſt.

Transformatio Chriſti.

Aquæ Siloam

nostri, & eorum qui hunc nostrum laborem uersare uolunt, curam habeat, quo commorsi iam sanentur, & qui nondum in malis examinati sunt, corrigantur.

FINIS SECVNDI TOMI SECVNDI libri Epiphanij.

EPIPHANII EPISCOPI CONSTANTIAE CYPRI, OPERIS CONTRA OCTOAGINTA HAERESES, *Panarij appellati, Liber tertius,*

IANO CORNARIO MEDICO PHYSICO INTERPRETE.

In Primo Tomo tertij libri, aut sexto, iuxta prædictum numeri ordinem, hæreses VII sunt cum sectis, hoc modo.

1 *Audianorum rebellatio & secta, non tamen hæresis. Hi uitam & conuersationem bene ordinatam habent. Habent item fidem per omnia uelut catholica Ecclesia, plerique uero in monasterijs habitant. Vtuntur & multis apocryphis affatim. Non faciunt nobiscum communes preces, uituperantque nostros episcopos, diuites, & alios. Sed & pascha suo more priuatim celebrant, quando Iudæi idem faciunt. Habent autem et peculiare quoddã ac cõtentiosum, durissime id quod secundũ imaginẽ est interpretãtes.*

2 *Photiniani. Hic Photinus à Sirmio originem trahens, hucusque circuit, & eadem quæ Paulus Samosatensis sentit. Verum in aliqua parte ab illo dissentit. Sed & ipsi Photiniani à Maria & hucusque Christum affirmant.*

3 *Marcelliani, à Marcello ex Ancyra Galatiæ originem trahente appellati sunt. Hic in principio similiter ut Sabellius sentiens diffamatus est. Verum ad excusationem sui sæpe progressus, & per scripta se tutatus, à multis accusatus est, quod in ijsdem perseueraret. Fortassis autem pœnitentia ductus, seipsum correxit, aut discipuli ipsius. Nam pro ipso aut discipulis ipsius, orthodoxi quidam defensiones ediderunt.*

4 *Semiarij Christum quidem creaturam confitentur, per similitudinem autem creaturam ipsum dicunt, sed non uelut unam ex creaturis: uerum, aiunt, filium dicimus, at ut ne passionem patri attribuamus per hoc quod genuit, creatũ ipsum dicimus. Eodem modo & de Spiritu sancto sentientes, creaturam penitus ipsum decernunt. Reijciunt filij coessentialitatem, similem autem essentia dicere uolunt. Alij uero ex ipsis essentiam similis essentiæ uocem reiecerunt.*

5 *Pneumatomachi. Hi de Christo quidem bene sentiunt, Spiritum autem sanctum blasphemant, creatũ ipsum decernentes, & non esse ex deitate. Imò potius abusiue propter operationem creatum esse, sanctificatiuam uirtutem ipsum solum esse asserentes.*

6 *Aeriani. Hic Aerius à Ponto originẽ ducebat. Adhuc hodie uero superest tentatio*

catio uitæ. Presbyter hic erat Episcopi Eustathij, qui inter Arianos taxatus est, & ab episcopatu reiectus. Quandoquidem uero ipse Aerius non constitutus est Episcopus, multa contra Ecclesiam docuit, fide quidem Arianus existens perfectissimus, uerum amplius docet, non oportere offerre pro his qui obdormierunt. Ieiunare quarta, & pro sabbato, & quadragesima, ac paschate prohibet. Renunciationem prædicat. Carnis esu omnis generis utitur, et uoluptatum delicijs licentissime. Si uero quis ex discipulis eius ieiunare uelit, ne in diebus ordinatis hoc facito, inquit, sed quãdo uolueris, non enim es sub lege. Asserit idem episcopum presbytero non esse excellentiorem.

7 Aetiani, ab Aetio Cilice, qui fuit diaconus sub Georgio Arianorum episcopo Alexandriæ. Hi etiam Anomœi, hoc est inæquales appellantur. A quibusdam uero Eunomiani, propter Eunomium quendam Aetij discipulum, qui adhuc superest. Cum ipsis autem erat & Eudoxius Arianissans. Verum propter timorẽ regis Constantij, separauit seipsum, & solus Aetius exterminatus est. permansit autem Eudoxius Arianissans, non tamen secundum Aetium. Hi Anomœi, qui & Aetiani, Christum & Spiritum sanctum omnino à Deo abalienant, creatũ ipsum affirmantes, & neque similitudinẽ aliquam habere dicunt. Ex syllogismis enim Aristotelis ac geometricis Deum astruere uolunt, & Christum sanè non posse esse ex Deo per tales syllogismos. At Eunomiani ab ipso appellati, rebaptizant omnes ad ipsos accedentes, atque ipsos etiam Arianos, & hoc in caput, sursum uertens pedes eorum qui baptizãtur, uelut magna fama refert. Cæterũ aberrare aliquem in aliqua scortatione, aut alio peccato, nihil esse aiunt. Nihil enim quærit Deus, quàm ut sit quis solum in ipsorum fide.

Contra ſectam Audianorum, LXX.



Audius hæreticus ſiue ſchiſmaticus.

VDIANI, ſiue Odiani, ordo ſunt. Hi in monaſterijs habitationem habent, & ſecedentes cõtubernium faciunt, tum in ſolitudinibus, tũ prope urbes, in ſuburbijs ſq́, & ubi ſuas mãſiones ſiue ouilia habent. Hic Audius horum princeps, temporibus Arij fuit, quando cõgregata fuit ſynodus contra Arium, eorum qui ipſum ſubuerterunt. Erat autem uir à Meſopotamia oriundus, clarus in patria ſua, propter ſinceritatem uitæ & zeli erga Deum ac fidei, qui ſæpe conſpicatus ea quę in Eccleſijs fiunt, in faciem epiſcoporũ ac presbyterorum ſe talibus opponebat, ac ipſos redarguebat dicens: Non oportet hæc ſic fieri, non debent hæc ſic peragi: uelut uir ueritatis ſtudioſus, & qualia à liberi oris uiris ob ueritatis amorem fieri ſolent, qui uitam maxime exactam uiuunt. Quapropter talia uidens, uelut dixi, in Eccleſijs, loqui cogebatur ac confutare, & non tacebat. Si enim aliquem uidebat pecuniæ ſtudioſum ex clero, aut epiſcopum, aut presbyterũ, aut aliquendam ex regula, omnino loquebatur. Et ſi uidebat aliquẽ in uoluptatibus ac deciſs uiuentem, aut aliquem adulterantem Eccleſiaſticã prædicationem & Eccleſiæ ſtatuta, non ferebat hic uir, ſed uerbis, uelut dixi, reprehendebat. Et erat hoc graue admodum his qui uitam approbatam non habebant. Atq; hac de cauſa cõtumelijs afficiebatur, contradictionem ſuſtinebat, odio habebatur, agitariq; ac protrudi & ignominiam affici tolerabat, ad multum tempus in Eccleſijs ſimul degens, donec quidam potenter in ipſum irruentes uirum expellunt propter talem cauſam. Ipſe uero non ſuſtinebat ſe expelli, ſed magis enitebatur ut ueritatem diceret, & à uinculo unius ſanctæ catholicæ Eccleſiæ unionis nõ diſcederet. Quum autem uerberaretur ſæpe tum ipſe, tum ſodales eius, & grauia pateretur, ualde ingemiſcens conſiliarium ſibijpſi ſumit iniuriarum ceſſitatem. Nam ſeipſum ab Eccleſia ſeparat, multiq; ſimul cum ipſo diſcedũt. Et ſic diuiſionem fecit, quum nihil haberet in fide diuerſum, ſed rectiſſime crederet & ipſe & ſodales ipſius. etiamſi id dicere maxime oportet, in paruo quodã ipſum contentioſe ſeri, itemq; eius aſſeclas. Nam cum hoc quod cõfitebatur de Patre & Filio ac Spiritu ſancto mirabiliter, uelut catholica Eccleſia habet: etiam iuxta rectã fidem alia omnia in uita ad admirationem uſq; ſeruabat. proprijs enim manibus laborans ipſe, et epiſcopi ac presbyteri & reliqui qui cum ipſo erant, omnes nutriebantur. Poſtea uero ubi expulſus eſt ab Eccleſia, ab alio epiſcopo eadem inquirente, & ab Eccleſia digreſſo, eligit hic epiſcopus. Cæterum de quo dicere incepi, quandoquidem in digreſſione ſum, rurſus narrationem perſequar. Dico autem de dictione ex ſacra Scriptura apud ipſum durſime & peculiariter ac contentioſe expoſita. Nam quod eſt ſecũdum imaginem, quod Deus largitus eſt ipſi Adam, rigide uult decernere hic & ſocij eius, eſſe hoc impleſecundum corpus, ex hoc nimirum dicto, Faciamus hominem ſecundum imaginẽ noſtram & ſecundum ſimilitudinẽ: & deinde infert diuina Scriptura dicens, Et fecit Deus hominem, luto accepto de terra: quandoquidem, inquit, dixit hominem de terra, id quod ueriſſime totum quod terreum eſt, hominem dixit. Ergo ipſum terreum præ dixit fore ſecundum imaginem Dei. Et eſt hoc durum, uelut dixi, & peculiaris pertinaciæ, decernere hominem, in qua parte hominis locatum eſt id quod eſt ſecundum imaginem, ſi decet omnino partem dicere, propter multa reſiſtentia hominum intelligẽtiæ circa uerbum hoc, & quæſtionum multitudinem inuehentia. Aut enim faciemus Deum uiſibilem & corporalem, ſiquidem in corpore quod ſecundum imaginem eſt, impletur corporaliter & formaliter, aut hominem Deo adæquatum, ſi hoc dixerimus. Quapropter non conuenit omnino decernere aut affirmare, in qua parte id quod ſecundum

Secundũ imaginem, quomodo intelligendum ſit.

cundum imaginem est, impletur, sed confiteri id, quod secundum imaginem est esse in homine, ut ne gratiam Dei reprobemus, & Deo diffidamus. Quæcunque enim dicit Deus, ea uera sunt: etiamsi fugerint nostram intelligentiam in paucis sanè dictis. Negare itaque hoc quod est secundum imaginem, non est credentis, neque sanctæ Ecclesiæ Dei. Est enim omnis homo manifeste secundum imaginem, & nemo ex his qui spem in Deum habent, negabit: nisi quidam sibijpsis fabulas fingunt, electi ex Ecclesia, & traditione patrum ex Prophetis & lege, & Apostolis ac Euangelistis. Sicut sanè etiam illi contentiosius se in hoc gerentes, traditionem secundum Ecclesiasticam doctrinam excedunt, quæ credit secundum imaginem esse totum hominem, non decernit autem in qua parte situm est id quod est secundum imaginem: quum neque possint hi qui de his fabulose disceptant, siue negant, demonstrare. Aliqui etenim dicunt in anima impleri quod est secundum imaginem, putantes id quod secundum carnem est, solum ratiocinari posse: & non sciunt tales quod id quod secundum animam est, ratiocinatur: si conuenit syllogismis & ratiocinationibus attendere, & non simpliciter simplici mente Deum accedere & credere. Quoniam quæ à Deo dicta sunt, ueritas sunt: & ipsi soli cognita qui omnem ueritatem nouit. Alij uero dicunt, neque in anima, neque in corpore esse, sed uirtutem esse quod est secundum imaginem. Alij autem dicunt, non esse uirtutem, sed baptisma, & gratiam in baptismate. nimirum ex eo quod dictum est, Quemadmodum gestauimus imaginem terrei, gestemus etiam imaginem cœlestis. Alij rursus hoc nolunt, sed uolunt dicere, tunc quidem fuisse id quod secundum imaginem est in Adam, donec in inobedientia fuit, & de ligno comedit, ac expulsus est, ex quo uero expulsus est, perdidit id quod est secundum imaginem. & magnum quoddam est hominum fabulamentum, quibus ne ad horam quidem credere oportet, neque his, neque illis, ita uel ita dicentibus: sed credere quod sit quidem in homine quod secundum imaginem est, uerum in toto maxime, & non simpliciter. Vbi uero est, aut ubi impletum est id quod est secundum imaginem, ipsi soli cognitum est Deo, qui per gratiam largitus est homini id quod est secundum imaginem. Neque enim perdidit homo quod est secundum imaginem, nisi fortassis uile fecit quod est secundum imaginem, dum inquinauit seipsum diuersis negocijs & immedicabilibus peccatis. Ecce em̃ post Adam ad Noë dicit, Ecce dedi uobis omnia uelut olera agri, macta & comede. Ne edas carnem in sanguine animæ, quia ego requiram animas uestras. Omnis qui effundit sanguinem hominis in terra, pro sanguine illius effundetur sanguis ipsius. quoniam in imagine Dei feci hominem. Et ego requiram sanguinem uestrum ex omni effundente ipsum super faciem terrę. Et uides quod in homine dicitur esse quod est secundum imaginem, post decimam generationem ex quo Adam formatus est: Simul autem & Dauid post multum tempus dicit in Spiritu sancto, Vniuersa uanitas omnis homo uiuens. Sed & deinceps post hunc Apostolus ipse dicit, Vir non debet comam nutrire, quum imago & gloria Dei sit. Sed & post hunc Iacobus de lingua loquens dicit, quod est incoercibile malum, plena ueneni mortiferi. Per ipsam benedicimus Deum & patrem, & per ipsam execramur homines secundum imaginem Dei factos. non conuenit fratres mei hæc ita fieri. Et uide quod corruit sermo eorum, qui dicunt Adam id quod secundum imaginem est, perdidisse. At uero eorum qui rursus dicunt animam esse id quod est secundum imaginem, talis sermo est & prætextus. Quoniam, inquiunt, est inuisibilis, uelut Deus inuisibilis est, operatiua est, motiua est, intellectu prædita est, ratiocinatrix est: atque ea gratia, ipsa est quod secundum imaginem est. quoniam Deum in terra imitatur, mouens & operans, aliaq; faciens quæ homo iuxta ratiocinationem facit. Reperiuntur autem & hi ratiocinationem

Imago Dei nõ est perdita ab Adam.

nationem facientes, nam si propter hæc uocatur anima secundum imaginem, non
poteſt amplius eſſe ſecundum imaginem. Deus enim infinitis modis, & adhuc am-
plius ultra animam incomprehenſibilis eſt & incognoſcibilis, omnia ſciens præteri-
ta & præſentia ac futura, uiſibilia & inuiſibilia, fines terræ, & ima abyſſi, ſumma cœ-
Imago Dei nõ lorum, & omnia quæ ſunt, ipſe continens omnia, à nullo uero contentus. At anima
eſt anima. continetur in corpore, ignorat ima abyſſi, non nouit amplitudinem terræ, fines or-
bis terrarum neſcit, ſumma cœlorum non comprehendit, ignorat quæ futura ſunt,
aut quando fient, & quæ ante ipſam facta ſunt. Et multa poſſunt de ipſa & tali-
bus dici, ſimul autem & partes habet, Deus autem indiuiſibilis eſt. Dicit enim A-
» poſtolus, Viuens enim Verbum Dei eſt, & efficax & acutius omni ancipiti gladio,
» & penetrans uſque ad partes animæ ac medullas, & diſcernens cogitationes ac me-
ditationes, & non eſt creatura inconſpicua coram ipſo, & cætera. Et uides quod e-
tiam horum ratio corruit? Et rurſus eorum, qui dicunt corpus eſſe id quod ſecun-
dum imaginem eſt, ratio concidit. Quomodo enim poſſibile eſt uiſibile ſimile eſſe
inuiſibili? quomodo corporale incorporali? quomodo quod tactui ſubiectum eſt
Imago Dei nõ incomprehenſibili? Videmus enim nos ab anteriori parte oculis quos habemus, quæ
eſt corpus. uero à tergo ſunt, ignoramus. In Deo autem non eſt paſſio aut affectio, non demu
tio, abſit. Sed undiquaque eſt lux, undique oculus, undique gloria, quum ſpiritus ſit
Deus, & ſpiritus ſuper omnem ſpiritum, & lux ſuper omnem lucem. Omnia enim
quæ ab ipſo facta ſunt, infra ipſius gloriam ſunt. Sola autem Trinitas incompreben-
ſibilis eſt, & in gloria incomparabili ac incomprehenſibili. Quum porrò alij rurſus di-
cant uirtutem eſſe quod eſt ſecundum imaginem, uirtus ſine obſeruatione mandato-
rum eſſe non poteſt. Multi uero in uirtute alijs præſtantiores ſunt. Virtutis enim
Imago Dei nõ multæ ſunt ſpecies. Nam & nos quoſdam confeſſores nouimus, qui corpus ſuum
eſt uirtus. & animam tradiderunt pro Domino ſuo in confeſſione, & in caſtitate uixerunt, fi-
demq; ueriſſimam habuerunt, pietate excelluerunt, benignitateq; ac reuerentia erga
homines, & in ieiunijs uixerunt ac omni bonitate, & in ſignis uirtutis. Contigit au-
tem ipſos habere uitium, ut aut conuiciatores eſſent, aut per nomen Dei iurarent, aut
fabulatores eſſent, aut queruli, aut ſupellectilem poſſiderent auri & argenti atque alia-
rum rerum, quæ defectuoſas faciunt uirtutis menſuras. Quid igitur dicimus, id quod
ſecundum imaginem eſt, propter uirtutem adepti ſunt? Verum propter pauca hu-
mana uitia, contigit imaginem eſſe prætextum, & non amplius perfectam imaginem
quæ in ipſis eſt? Et rurſus corruit horum ipſorum ratio. At eorum, qui rurſus dicunt
baptiſma eſſe id quod eſt ſecundum imaginem, ratio multum dilabitur. Neque enim
Abraam habuit baptiſma, neque Iſaac, neque Iacob, neque Helias, neque Moſes, ne-
que ſuperiores, Noë & Enoch, neque Prophetæ, Eſaias & qui poſtea fuerunt. Quid
Imago Dei nõ igitur? ergo illi non habent id quod eſt ſecundum imaginem. Et multa ſunt quæ con-
eſt baptiſma. tra hos dici poſſunt, quemadmodum & contra Audium contentioſe decernentem in
corpore eſſe id quod eſt ſecundum imaginem. Proferunt & alia quædam teſtimonia
» ijdem Audiani ex diuina Scriptura. Nimirum, Oculi Domini ſuper pauperem reſpi-
» ciunt, & aures ipſius ad preces illius. Et, Manus Domini fecit hæc omnia. Et, Nónne
» manus mea fecit hæc omnia uos duræ ceruicis? Et, Cœlum mihi thronus, & terra ſca-
» bellum pedum meorum. et quæcunque talia de eo ſcripta ſunt. Et, Videbam Domi-
» num Sabaoth ſedentem in throno alto & elato, & erat caput ipſius uelut lana alba,
» & amiculum ipſius ſicut nix. Et uides, inquiunt, quod eſt corpus id quod eſt ſecun-
dum imaginem Dei? Sed & in hoc reſiſtunt ac graſſantur ſuper humanam poten-
tiam, quod uiſus eſt Dominus Prophetis. Et uiſus eſt quidem ſicut uoluit, quum
potens ſit in omnibus, & non negamus quod uiderunt Prophetæ Deum, & non ſo-
lum

lum prophetæ, ſed etiã Apoſtoli: dicit enim ſanctus Stephanus primus martyr, Ecce uideo cœlum apertum, & filium hominis ex dextris ſtantem Dei et patris: uerum per propriam potentiam Deus totus ſanctus benigne amplectitur figmẽtum ſuum, ut ne aliqui increduli putent, de Deo loqui, eſſe ſimpliciter uerbo, & non ueritate, & uerbotenus expendere ea quæ ad Deum pertinent, & non implere id quod ab Apoſtolo dictum eſt, nempe, quod oportet accedentem ad Deum credere quod eſt, & quod diligentibus ipſum mercedis retributor exiſtit. Quo igitur confidentem faciat hominem ab ipſo formatum, ſanctis ſuis & dignis ſeipſum reuelat Deus, quo ſciant natura Deum, & mente fundentur ac ſperent in ueritate, & prædicent ipſum uere, & fidelem hominem credentem faciant. Nam profectò etiam Græci de Deo ſentiunt uerbotenus, & uſq; ad imaginationem. Nos autem uere Deum uerũ ſcimus, & eſſe uere in ſubſtantia regem incomprehenſibilem, creatorem uniuerſorum unum Deum: & ex ipſo unigenitum Deum, in nulla re differentem à Patre: & ſanctũ ipſius Spiritum, nihil à Patre & Filio euariantem. Quemadmodũ etiam in omni hæreſi de fide in Deum per longum uerba fecimus. Et quod quidem uiſus eſt Deus hominibus, ſæpe diximus, & nõ negamus. Si enim negauerimus diuinas Scripturas, ueri non ſumus, & à ueritate excidere comperimur. Aut ſi uetus Teſtamentum reiſcimus, non amplius ſumus catholicæ Eccleſiæ. At Euangelium dicit, Deum nemo unquam uidit, unigenitus filius ipſe expoſuit. Et rurſus eadem diuina Scriptura dicit, Viſus eſt Deus ipſi Abraam quum eſſet in Meſopotamia: & ipſe Dominus in Euangelio ait, Angeli ipſorum uident faciem patris mei qui eſt in cœlo. At omnino dixerit aliquis diuinam Scripturam dixiſſe, Prophetas uidiſſe Deum in mente, ex hoc dicto: Angeli ipſorum uident faciem patris mei qui eſt in cœlo: et rurſus ex hoc, Beati mundi corde, quoniam ipſi Deum uidebunt. Qui uero hoc dixerit, & in cogitatione ſua dictiones ipſas copulauerit, is utique dicere poterit, quod unuſquiſq; in mente Deum uidet, & non oculis. Verum huicreſiſtit diuina Scriptura dicens per Eſaiam prophetam, Miſer ego quoniam compunctus ſum, quoniam homo immunda labia habens, in populo immunda labia habente habito, & Dominum Sabaoth uidi oculis meis: & non dixit mente, neque in cogitatione, ſed oculis, ueritatem ac firmitatem fidei corroborans. Quid igitur dicimus, quum Euangelium dicat, Deum neminem unquam uidiſſe: Prophetæ uero & Apoſtoli, atque ipſe adeò Dominus id aſſerant? Nunquid oppoſitum eſt quid in diuina Scriptura ſibiipſi? Abſit. Sed uidebant prophetæ & Apoſtoli, & uerũ eſt. uidebãt autem prout poterant ipſi, & ſicut licebat, & uiſus eſt ipſis ſicut uoluit. Omnia enim ipſi poſſibilia ſunt. Et quod quidem inuiſibilis eſt Deus & incomprehenſibilis, hoc manifeſtum eſt & confeſſum. Atrurſus potens eſt facere quod uult. Neque enim quiſquam opponit ſe ipſius uoluntati. Inuiſibilis igitur eſt natura, & incomprehenſibilis gloria. Si uero uult conſpici ab homine ab ipſo facto, nihil aduerſatur ipſius uoluntati. Non enim paſſionis affectu tenetur Deus, ut quod uult non faciat, aut faciat quod non uult. potens enim eſt facere quod uult, ſed facit, quæ decent ipſius Deitatem. Nihil eſt omnino quod uoluntati ipſius reſiſtat, ut non poſſit facere quod uult, uelut decet ipſius deitatem. Et impoſſibile eſt uidere Deum humanam naturam. Et non datur ut uiſibile uideat inuiſibile. At inuiſibilis Deus in benignitate ſua ac potentia, potens fecit quod impotens erat, & dignatus eſt ſua potentia, ut inuiſibile uideret. Et quod uidit inuiſibile & infinitum, non uelut habet infinitum uidit, ſed uelut natura comprehendere potuit potens effecta, ut quod impotens eſſet, ad potens ſe extẽderet. Et nihil diſcors eſt in diuina Scriptura, neq; oppoſita dictio aduerſus dictionem reperietur. Eſt aũt ita, uelut ſæpe rei huius exemplum narraui, nimirũ ſicut ſi quis per tenuiſſimũ foramen cœlum conſpicaretur, & diceret: Video cœlum, & ſanè non mentitur

Deus uiſus ab hominibus.

Deũ nemo unquam uidit.

Contraria nõ eſſe in Diuina ſcriptura.

mentitur talis, uidet enim cœlum reuera: Dicit autem ad ipsum aliquis, Non uidisti cœlum: & sanè neq; hic mentitur. Qui enim dicit se uidisse, non mentitur: & qui dicit ad ipsum quod non uiderit, idem uere dicit. neque enim uidit extensionem, neque latitudinem. Et qui quidem uidit, uerum dixit. qui uero contradixit, non uidisse, non mentitus est, sed & ipse uerum dixit. Sæpe enim & in summitate montis stantes uidemus ipsum mare, et si dicamus uidisse nos mare, non mentimur. si uero quis contradicat, ac dicat non uidisti, & ipse nõ mentitur. Vbi enim penetrat latitudinem, ubi longitudinẽ, ubi profunditatem, ubi sint secessus profunditatis et termini ac effectus, homo scire non potest. Si itaque creaturarum res sic se habet apud nos, quanto magis id contingit in gratia quam largitus est Deus Prophetis & Apostolis? Viderunt igitur quod est reuera, & nón uiderunt. Sed uiderunt sicut natura potuit ferre, & hoc secundum gratiam potentiæ qua potens ille ipsum potentem fecit in omnibus, propter amicitiam eiusdem hominis seruientis illi in ueritate. Si igitur tales putarint Deum ita manus habere, aut oculos, aut alia, propterea quod sic uisus est Prophetis & Apostolis: contentiose feruntur ac redarguuntur à ueritate. Sed quæcunque dicit in diuina Scriptura, ea credere oportet quod sunt. Quomodo uero sunt, ipsi soli cognitum est. Ita quòd uisus est, reuera uerum est, uerũ uisus est sicut uoluit. Omnia enim potest Deus, & nihil ipsi impossibile est. Est autem incomprehensibilis, quum spiritus sit incognoscibilis, omnia cõtinens, & à nemine cõtentus. Et qualis Pater, talis & Filius, ita & Spiritus sanctus in deitate. Solus autem unigenitus uenit, & carnem induit, in qua etiam resurrexit, quam etiam couniuit deitati in spiritum counitam, sedet in dextra patris in gloria, uelut scriptum est. Sicut igitur incomprehensibilis est, incognoscibilis, ita omnia quæ de ipso dicuntur, uera sunt. Sicut autem Deus incomprehensibilis est, ita omnia quę de ipso dicuntur, incomprehensibilia quidem sunt, sed incomprehensibilia ut

Viderũt Deum Prophetæ quomodo.

lut quæ sunt Dei, & sicut est in gloria incomprehensibili. Atque hæc quidem pro capacitate nostra, in glorificationem Dei humano ore diximus. Non enim habemus alterius uocis usum, præter eam quæ à Deo iuxta mensuram nobis data est, etiamsi in mente amplius de Deo sentimus. At non quæcunq; mens habet, tot ac tanta os eloqui potest mensura conclusum & corporis organis contentũ. Quapropter & uẽniam dat Deus, à nobis suscipiens de ipso cognitionem, & glorificationem supra nostras uires se extendentem. Non quod Deo largiamur aliquid, sed ut glorificemus Deum pro uiribus, quo pie sentiamus, & ab ipsius gratia ac ueritate non excidamus. Hæc autem de ipso Audio ac Audianis tractantes, proposuimus ea quæ ab ipsis dicuntur, per quæ iuxta peculiarem pertinaciam ac contentionem resistunt, indecore affirmãtes. Habent autem & alia quædam propter quæ uel maxime cõsistunt, diuisionem ab Ecclesia amplius facientes, per quæ etiam alios sæpe conturbantes ab Ecclesia retrahunt, attrahentes uiros ac mulieres. Nam cum Iudæis pascha perficere uolunt, hoc est, quo tempore Iudæi sua Azyma faciunt, tunc ipsi pascha agere contendunt, & sanè asserunt quod sic erat in Ecclesia receptum. nam & sermonem calumniatorium Ecclesiasticis in hac parte obtendunt de Constantino: propter personarum acceptionem, inquiunt, reliquistis patrum circa festiuitatem paschatis ordinem, & diem transmutastis in odium regis. Quidam uero rursus priuato contentionis studio decernunt ac dicunt, quando instat natalis dies Constantini, tunc transmutastis pascha. Et siquidem eadem die pascha quotannis celebraretur, & decretum esset hoc facere, in Synodo tempore Constantini congregata, probabile erat, quod ab ipsis dicitur. Quando uero singulis annis non potest hic ordo in eadem supputatione hærere, corruit ipsorum sermo. Non enim ob natalẽ rex hoc curauit, sed propter Ecclesię unionẽ. Nam re uera duo maxima cõtribuit nobis Deus per prędictũ Constantinũ Dei amãtissimum ac sem-

Paschatis celebritas.

Constantini maxima faci nora duo.

ac ſemper beatiſſimum. Quod congregauit uniuerſalem Synodum, ediditq; fidem in Nicæa editam, quam confeſſi ſunt iſthic, cum ſubſcriptione epiſcoporum qui ibidem conuenerunt, quo Arius ſubuerteretur, & fidei puritas omnibus prædicaretur. Et quod curauit ut ab ipſis corrigeretur paſchatis feſtiuitas ad unionem noſtram. Ab antiquo enim et ex ſuperioribus temporibus diſſenſio erat in Eccleſia, dum diuerſimode peragebatur, ludibriũ pariens ſingulis annis, quum alij ante hebdomada facerent, & cum alijs contenderent, alij uero poſt hebdomada: & alij anticiparent, alij medium tenerent, alij perficerent. Et erat omnino multa turba ac ęrumna, uelut multis ſtudioſis non ignotum eſt, in quibus temporibus tumultus mouebatur in Eccleſiaſtica præ-
deſtinatione, de huius feſtiuitatis quæſtione, tum in temporibus Polycarpi & Victoris, quum oriens ab occidente diſſentiret, & pacificationem inter ſe non admitterent, tum in alijs temporibus, & Alexandri epiſcopi Alexandriæ & Creſcentij, quemadmodum comperiuntur ut unuſquiſque ipſorum aduerſus alterum ſcripſerit ac pugnauerit, uſque ad noſtra tempora, ex quo primum turbatio cœpit poſt tempus epiſcoporum circumciſorum. Quapropter congreſſi tunc undiquaque & re diligenter æſtimata, decreuerunt concorditer ut fieret iuxta decorum ſupputationis ac conſequentiæ. Cęterum ad hoc afferunt falsò ijdem Audiani Apoſtolorum cõſtitutionem, quæ apud multos in ambiguo eſt, ſed non reprobata. Omnis enim regularis ordo in ipſa habetur, & nihil à fide adulteratum, neque à confeſſione, neque ab Eccleſiaſtica gubernatione ac regula. At uero dictum à quo accipiunt de paſchate prædicti male interpretantur, & per ignorantiam aliter intelligunt. Decernunt enim in eadem conſtitutione Apoſtoli, nempe, Vos ne ſupputetis, ſed facite quum fratres ueſtri qui ex circumciſione ſunt, faciunt, cum ipſis ſimul facite: & non dixerunt, quum fratres ueſtri qui in circumciſione ſunt, ſed qui ex circumciſione ſunt: quo oſtendant eos qui à circumciſione in Eccleſiam tranſgreſſi ſunt, principes eſſe poſt illud tempus: & ut alijs perſuaderent, ut ne alius aliter faceret, & rurſus alius alio tempore. Hanc enim omnem curam eò direxerunt, ob unam unionem, ut ne eſſent ſectæ, neque diuiſiones. Hi uero non intellecta mente Apoſtolorum, & ſermone qui in conſtitutione habetur, putauerunt oportere cum ludæis paſcha peragere. Simul autem quindecim epiſcopi fuerunt ex circunciſione, & oportebat tunc epiſcopis ex circumciſione exiſtentibus, in Hieruſalem conſtitutis, omnem mundum aſſentiri, & cum ipſis perficere, ut una quædam fieret concordia, & una confeſſio, una feſtiuitas per reuolutionem. Quapropter quum illorum cura, mentem hominum ad Eccleſiæ unionem congregans, tanto tempore perfici non potuerit: per bonam Dei uoluntatem tempore Conſtantini eadem cura adhibita eſt, concordiæ gratia. Verum apud Apoſtolos dictum hoc propter concordiam habetur, uelut teſtantur dicentes: Et ſi errauerint, nihil uobis curæ ſit. Ex ipſis autem illic relatis dictis oppoſitio & contrarietas conſpicietur. Dicunt enim uigilias ferendas eſſe in medio Azymorum. Non poteſt autem hoc ſemper fieri in computatione Eccleſiaſtica. Ex tribus enim conſtat paſchatis cõiunctio, ex ſolari curſu, propter dominicam diem, & menſem: & ex lunari curſu, propter legem quo in decimaquarta Lunæ immolaretur paſcha, uelut lex dixit. Non igitur poteſt peragi, niſi præterierit æquinoctium, quod apud Iudæos non ſeruatur. neq; exacte uolunt tale perficere negocium, corruerunt enim apud ipſos, & confuſa ſunt omnia. Verũtamen etiamſi tantæ quæſtionis ſit talis certitudo exacta, non tamen propter quæſtionem hanc & exactam certitudinẽ ab Apoſtolis dictũ eſt, ſed propter concordiã. Si enim et cum hoſtibus CHRISTI perficere id Apoſtoli præceperunt, uelut hi affirmãt, quãto magis propter concordiam cum Eccleſia peragere conuenit, ut ne Eccleſiæ concordiam uiolemus? Quomodo igitur poteſt perfici hoc? Dicunt enim ijdem Apoſtoli, Quando illi conuiuantur,

Polycarpus et Victor. Creſcentius.

Apoſtolorum conſtitutio.

cc

cc

Paſchatis habendi ratio.

uiuantur, uos ieiunantes pro ipsis lugete, quoniam in die festiuitatis CHRISTVM crucifixerunt. Et quando ipsi luxerint, azyma edentes cum intybis, uos conuiuamini. Contigit autem ipsos in dominica die azyma accipere, illucescente enim dominica uespera, possunt immolare pascha. Nam post uesperam præterito sabbato, non possunt opus perficere. Igitur ubi ipsi immolarunt, si surgunt conuiuaturi, quomodo nos in dominica lugebimus & ieiunabimus, quum ipsos rursus Apostolos in constitutione » dicere audiamus: Qui affligit animam suam in dominica, maledictus est Deo. Et uides quanta est certitudo & oppositio: quum non possit res iuxta dictum peragi. In intellectu uero tota prædicationis ueritas consistit, & ab ipsa Apostolorum constitutione. quoniam propter concordiã procurata est rationis coniunctio, si perfecerimus aut perfecerint post æquinoctium, quemadmodum illi peragunt, et nos sæpe peragimus. Si uero rursus antequam prætereat æquinoctium, uelut illi agunt, quando soli agunt, etiam nos perfecerimus, continget nobis in uno anno duo paschata perficere, post æquinoctium & ante æquinoctium. Verum in alio sequenti anno omnino non peraciemus pascha. Et reperietur totum opus erroris esse, & non ueritas. Nam ante æqui-
Anni ratio ac appellatio. noctium non implebitur annus, neq; impletur, circulo cursus ex Deo hominibus constituto, ut etiam ob id quasi in seipsum rediens Græcis appelletur idem annus, nisi præterierit æquinoctium. Et poterant de hoc multa dici, quomodo recte fecerunt patres, imò potius per ipsos Deus correxit Ecclesiã, ut tota ueritatis certitudo huius colendissimæ festiuitatis post æquinoctium fieret, quando decimæquartæ Lunæ diei computatio incidit. non quod in ipsa decimaquarta peragamus. Vna enim dies apud illos quaritur, apud nos uero non una, sed sex, hebdomadas plenissima. Quapropter & ipsa » lex dicit per ampliationem: Accipietis uobisipsis ouiculam anniculam immaculatam » perfectam à decima mensis die, & erit uobis asseruata usque ad decimamquartam, & » mactabitis ipsam ad uesperam decimaquarta die mensis, hoc est Lunæ. Obseruat autem Ecclesia ut festiuitatem paschatis peragat, hoc est hebdomada decretam etiam ab ipsis Apostolis in constitutione, à secunda sabbatorum, hoc est empta ouicula. Et si quidem fuerit decimaquarta Lunæ in secunda sabbatorum: in medium agitur sacrificium ouiculæ, siue in tertia sabbatorum, siue in quarta, siue in quinta, siue in prosabbato, siue in sabbato, sex diebus ad huius tractationis dispensationem destinatis. Neque enim decimasexta Luna possumus, neq; à nona Luna possumus incipere hebdomada esus siccorum & paschatis appellati sancti, sed à decima usque ad illucescentem quintamdecimam, interuenientibus duobus cursibus noctis & diei, et coassumpto eodem numero quatuordecim dierum Lunæ: etiamsi pertingat in illuminationem decimæquintæ, propter necessariam certitudinem, tum solaris cursus post æquinoctium, tum lunaris cursus propter decimãquartam, itemq; plenæ hebdomadis propter dominicam, & numerũ à decima die Lunæ, quæ dies ad comparandũ agnum destinata est & nominis IESV initiali litera notatur. Nam nomini ipsius correspondens exemplar ouicula accipiebatur, ita ex ipsa decima die decreta. Non autem possumus illucescente decimasexta, neque à nona Luna principium aut finem habere. Anni enim con-
Solis & Lunæ cursus ratio. traria transgressione tardantes, propter diuersos inter se solis ac Lunæ cursus, hanc inæqualitatem efficiunt: non quod offendiculum à Deo sit decretum, sed exacta certitudine hac à Deo ordinata, iuxta sapientem penitus ipsius gubernationem, quam largitus est proprio sæculo, dum definita ordinauit luminaria & tempora, annos item ac menses & solstitia: & dum prouidis hominibus harum rerum studium ac curam contribuit, ex sua erga homines benignitate. Quum enim annus iuxta solarem cursum compleatur in trecentis sexagintaquinque diebus, & horis tribus: contingit propterea, quod Luna facit annum in trecentis quinquaginta quatuor

quatuor diebus, ut deficiant cursui secundum Lunam, dies undecim, & horæ tres. Et primo quidem anno fiunt epactæ appellatæ, hoc est dies adactitij, undecim, & horæ tres. Secundo anno dies uiginti duo, horæ sex. Tertio anno dies triginta tres, horæ nouem. Et secatur unus mensis intercalaris appellatus. Intercalant enim triginta dies. Relinquuntur autem dies tres, horæ nouem. Quæ appositæ undecim diebus & tribus horis de quarto anno, fiunt dies quatuordecim, & horæ duodecim. Quinto autem anno alijs appositis undecim diebus, ac tribus horis, fiunt epactæ uiginti quinq, & horæ quindecim. Et sexto anno appositis alijs undecim diebus, & horis tribus, fiunt dies triginta sex, & horæ octodecim, quæ faciunt intercalarem mensem unum. Et intercalati sunt per annos sex menses duo, primis tribus annis, mensis unus, & alijs tribus annis, mensis alter. & restant de epactis dies sex, horæ octodecim. Appositis autem his ad septimum annum, ad undecim de eodem anno dies, & horas tres, fiunt epactæ decem & septem, horæ una & uiginti. Octauo uero anno rursus appositis alijs undecim diebus ac horis tribus, fiunt dies uigintiocto epactæ, & horæ uiginti quatuor, quæ faciunt dies duas. Et his horis appositis ad uigintiocto dies, fiunt simul dies triginta. Et contigit in octauo anno intercalari triginta dies, unum mensem in duos annos. Atque sic per octennij circuitum intercalantur dies nonaginta, qui sunt pleniſſimi menses intercalares tres, & fit in primis tribus annis, mensis unus, & sequentibus tribus, mensis alter, & in duobus posterioribus annis, mensis unus. In his trium intercalarium mensium constitutionibus, discordantia est circa pascha, apud Iudæos & Christianos atque alios. In his fit euariatio apud prædictos Audianos, & seducunt uiros ac mulieres. In hac parte iactant se iuxta traditionem ab initio factam, & secundum constitutionem Apostolorum, nullam certitudinem animaduertentes, neque scientes claritudinem studij ac curæ quam Apostoli in constitutione fecerunt: non quod omnino Iudæi exacte hoc agant, sed ut contentionem exscindant eorum qui uolunt quosuis iuxta ipsorum sententiam peragere, & non in una concordia. Vnum enim pascha uult CHRISTVS, & hoc reputat, & assumit eum qui hoc citra contentionem celebrat, cum his sanè qui hoc exacte faciunt cum tota sancta Ecclesia, quæ iuxta multos modos festiuitatem agit. Et si quidem à Constantino fissum esset pascha, probabilis esset istorum calumnia. Quando uero ante Constantinum dissidia fuerunt, & ludibrium fuit, Græcis proferentibus ac irridentibus discordiam in Ecclesia: tempore uero Constantini per diligentiam episcoporum sedditio unita est magis ad unam concordiam: quid magis utile fuit, ac gratiam meruit, quàm in una die à finibus terræ conciliare populum Deo, concordareq; ac uigilare, & eosdem dies æ qualiter ferre, in uigilijs & precationibus confessioneq; ac cultu diuino, ieiunioq; ac siccorum esu, & castitate, atque alijs bonis operibus Deo complacentibus per colendissimam hanc diem? Verum arbitror hæc sufficere de dissonantia in hac parte ordinis Audianorum. Sustinuit autem exilium ipse senex Audius, ad Scythiæ partes à rege relegatus, eo quod rebelles faceret populos: & ab episcopis ad regem delatus est. Illic uero annorum tempore, haud scio dicere quanto, commoratus est ulterius progressus, & ad intima Gotthiæ, multos Gotthorum in fide instruxit. Ab ipso sanè etiam monasteria in eadem Gotthia facta sunt, & uitæ conuersatio instituta, uirginitasq; ac exercitatio pietatis non uulgaris. Est enim reuera hic ordo in ualde admiranda conuersatione, & omnia in ipsorum monasterijs recte se habent, exceptis his contentionibus, tum euariati paschatis, tum peculiaris pertinaciæ in exponendo id quod est secundum imaginem. Cæterum quod grauissimum ac horrendissimũ omnium est, non faciunt preces cum aliquo, etiãsi probatus uideat̃, & nihil habeat quod accusari mereat̃, neq; scortationis reprehẽsionẽ, aut adulterij, aut auaritiæ, sed quod talis in Ecclesia conuersatur. Atq; hoc est horrendum illud, quod

Epactarum ratio.

Audius relegatus ad Scythas.

Gotthia fidẽ recepit.

quod immutant nomen Christianorum à sancta Ecclesia, quæ nõ habet impositititium nomen, sed solum CHRISTI: & quod Christiani Audiani uocantur, assentiun- turq; in constitutionem humanæ naturæ, cuius ratio ab ipsis exigitur: etiamsi uitæ sin ceritate & omni iustitia is ordo sit ornatus. Multi porrò & post illius obitum fuerunt cum ipsis et post ipsum ordinis ipsius episcopi, Vrianus quidam Mesopotamiæ. Sed & à Gotthia habuit aliquos, ipsosq; constituit episcopos. fuit & Syluanus & alij qui dam, quorum aliqui è uita decesserunt, præsertim Vranius, qui ex medio illorum glo rioſus erat. Verum post horum ipsorum episcoporum, Vranij & Syluani, qui ex Got thia originẽ trahebat, obitum plericq; dissipati sunt, & ualde imminuta est horum con gregatio, & in partibus Chalcidis ad Antiochiam sitę, & in partibus Euphratis. Nam à Gotthia plericq; fugati sunt, non solum ex illis, sed etiam nostri illic Christiani, persecu tione magna instante sub rege Græco, qui ualde malus fuit, & Romanis infestus, eo quod Romani reges essent Christiani: ita ut tota gens Christianorum ab illis partibus fugata sit, neq; restat radix sapientiæ, neq; planta fidei. At tametsi uideantur omnes esse fugati, omnino sunt illic homines. Non enim possibile est fidei fontem deficere. Multi igitur ipsorum Audianorum ubi discesserunt à Gotthia & nostris partibus, huc dela- ti cohabitant à tempore hoc annorum quatuor. Sed & à Tauro monte rursus discес- serunt eorundem Audianorum monasteria, & à Palęstina ac Arabia. Erant enim iam dilatati, uerum de cætero pauci, & pauca monasteria. Fortassis autem in duobus uicis in prædictis partibus iuxta exteriorem Chalcidis partem, & ultra Damascum ac Me- sopotamiæ partes, usq; huc est ordo in paucis, uelut dixi, superstes. Et hactenus abun- de etiam de his dictũ puto, quibus relictis rursus consequentia cõsiderabo, ut ne quid relinquam ex his qui ad diuisiones ac sectas, dissensionesq; ac dissidia in mundo dila- psi sunt. Nam & si fide ac moribus non adeò euarient, attamen quicquid diuisum est, & in uita nominatur, id quantum eius fieri potest, à nobis non relinquetur.

Contra Photinianos, hæresim LXXI.

PHOTINUS, ex quo sunt Photiniani, in hoc tẽpore floruit, & episcopus sanctæ catho- licæ Ecclesiæ fuit, qui insania non minima elatus, et supra omnes ante se furiosus fa- ctus, similia his quæ Paulus Samosatensis docuit, de filio Dei sensit, & uerba maledi- centiæ neutiquam consistere ualentia euomuit. Hic originem à Sirmio duxit. Et quan- do zizanium in mundum inuexit, quod temporibus Cõstantini factum est, usq; hu- in uita superfuit, à Synodo occidentali in Sardica cõgregata subuersus, ob eam quam *Synodus Sardica.* euomuit blasphemiam. Asserit autem hic ab initio CHRISTVM non esse, uerum à Maria & hucusq; ipsum existere, ex quo Spiritus sanctus, inquit, superuenit in ipsam, et genitus est ex Spiritu sancto. Spiritum autem sanctum dicit, uelut temerarius Archi tectus, & uelut inenarrabilium rerum cœli dimensor, se putare CHRISTI esse. Fuit hic Photinus loquax & acutæ linguæ, & qui multos posset sermonis pronunciatione & dicendi promptitudine decipere. Sæpe enim à multis confutatus, & post illam de- fensionem ipsius tunc in Sardica factam, quando ab episcopis uocatus fuit ad reddem dam rationem de maligna à se proposita fide, impetrauit à Cõstantino rege, uelut qui frustra depositus esset, ut rursus acciperet auditores, coram quibus demonstraret sen stra depositũ esse. Vnde rex illo tempore demisit iudices & auditores suæ futuræ pur gationis, Thalassium & Datianum, & Cerealium, & Taurum, & Marcellinum, & Euanthium, & Olympium, & Leontiũ, Basilio Ancyrano ipsum interrogante & con *Basilius Ancy ranus.* tradicente his, quæ ipse defensurus aut admissurus esset. Non modicam autem dispu- tationem aduersus Basilium habuit. Sed instar perfrictæ frontis leuis mulierculæ, co lorem suum per uerba in disputatione mutabat, falsoq; adducebat dicta inconsistentia ad intelligentiam ueritatis, sed quæ essent ex ipsius mente fictè excogitata. Verum per fraudulentam suam uocem ac dicendi promptitudinem, ad seipsum & auditores con firmandos

firmandos per linguam instructus, de doctrina proposita centum testimonia genero sus ille cum iactãtia se producturum esse promittebat, etiamsi ipsi sæpe aduersus illum instarent: Quemadmodũ etiam in disputatione aduersus Basilium, reperimus in his, quæ iussi sunt scribere uelociter scribendi periti, Anysius diaconus Basilij, & Callicra tes exceptor Rufini præsidis prouinciæ: & Olympius ac Nicetes memoriste siue à me moria ipsius Basilij: & Eutyches ac Theodulus notarij Basilij. Et demissa est pars una obsignata ad regem Constantinum, altera permãsit in Synodo apud Basilium, & ad- huc alia pars apud Comites similiter obsignata: prout ipse ex sententia sua pronuncia rat. Si quando enim Basilius interrogasset ac proposuisset quomodo diuinæ Scriptu ræ docent de domino Deo Verbo, ante sæcula esse unigenitum & cum patre: Photi- nus quidem sermonẽ excipiebat, diuisionem annectens, alia quidẽ ad CHRISTVM, alia uero ad Verbum in supernis referri. Nam hoc, Faciamus hominem secundũ ima « ginem nostram & secundum similitudinem: uerbo suũ ipsius pater dixit, inquit: Quid « igitur: uerbum in patre, inquit, erat, sed non erat filius. Et pluit Dominus à Domino: « in patre existens uerbum. Et uidi descendentẽ supra nubes uelut filium hominis, hoc, inquit, prædenunciatiue dixit, non uelut filio existente, sed quod filius uocandus esset, post Mariam, & à carne uenturus esset, genitus CHRISTVS ex Spiritu sancto & à Maria. prædictorio modo, inquit, omnia ad ipsum referuntur ab initio, nondum au tem erat. Verbum uero erat uelut in me uerbum. Iam autem dixi, quod ex parte simili- ter cum Paulo Samosatensi sentit, alia uero adhuc præter illũ mente transgressus. Sed & hic ipse subuertetur ad extremam Dei abnegationem progressus, & ad opinionem à uita æterna in omnibus alienam. Si enim recens est filius Dei secundum deitatem, er go Adam primas habet, imò potius præfertur ei qui ipsum fecit: sic enim etiam ipse ra tiocinabatur, imò prætergreditur potius diuinam Scripturam, secundũ erroneam in- telligentiam proferens id quod & Apostolus dixit, Primus homo ex terra terrenus, & « secundus à cœlo. Statim autem reluctatur ipsi doctrina ueritatis, & obtenebratam ipsi us mentem redarguit. Hominem enim & hominem sanctus Apostolus, et primũ qui dem hominem Adam ex terra esse terrenum, secũdum uero à cœlo. Et quidem quum hominem dicat, Non ex cœlo caro descendit; sed etiam ex hoc confessum est, quod sit à Maria. A cœlo autem abusiue non dicit carnem, sed secundum hominem, quan- doquidem ex supernis uenit uerbum, & habitauit inter nos, uelut scriptum est. Si igi- tur præextitit Dominus, etiam adest, qui excogitauit omnem intelligentiæ uiam: esse autem ipsum non ambigit diuina Scriptura. Nam posteriora indicãt priora, & quod omnem intelligentiæ uiam excogitauit, deinde in terra uisus est, futurum ipsius in car- ne aduentum. Et quod à cœlo dicunt hominem intulisse, id non dicit Apostolus: sed propter counitionem aduentus in carne, hominem quidem ipsum dicit, ob tempus in terpositum ab Adam usq; ad aduentum in carne. A cœlo uero ipsum dicit, eo quod ex supernis uenit Deus Verbum in carnem, uelut dicit Scriptura, Verbum caro factum est: non uelut ipse opinatur, Verbũ ex patre progressum, & in carnẽ transmutatũ. sic enim iuxta erroneam suam intelligentiam narrauit de Verbo. Si uero est Adam ante- quam est uerbũ, per quem ergo creatus est Adam, & omnes ante ipsum creaturę Dei? Aut ad quem dixit pater, Faciamus hominem? Non enim quis unquam ad internum suum uerbum aut ad prolatitium dirigit consultationem: sed ad innatum & sanctum suum uerbum futuri hominis opificij enarrationem cum omni sapientia facit, ut disca- mus ex initio esse filium apud suum patrem, ut ne nostrum creatorem recentem pute- mus, sed cum patre semper existentem ante sæcula, quemadmodum etiam Ioannes te- statur dicẽs: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum. Verum inquit idem circulator, etiam ipse dico esse Verbum à principio, sed nõ filium Dei genitum. Et si nõ est filius Dei, uanus est ipsius labor, uana ipsius uoluntas, & spes ac cogitatio.

Disputationũ publicarũ quis fuerit modus.

Homo secundus à cœlo.

nihil enim amplius dicit Iudæis, qui hunc ipsum abnegarunt. Non enim dicit de ipso Euangelium, In principio erat Verbum, & Verbum erat in Deo, sed Verbum erat apud Deum. Et non solum dicit, quod apud Deum erat, sed & Deus erat Verbum. At in homine Verbum intus dispositum semper & prolatitium existens, non potest dici homo, sed hominis Verbū. Si non erat adhuc genitura, uelut ipse dicit, & si nondum erat filius Dei Deus Verbum: per quem omnia facta sunt? Nam dicit Euangelium, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. At inquit, Quemadmodum homo per Verbum facit quod uult: sic per proprium uerbum pater, per uerbum quod in ipso est, omnia fecit. Quomodo igitur Dominus per Euangelium dicit, Pater meus usque ad hoc tempus operatur, & ego operor? Cæterum pater operatur, & ego operor, dictum est: non quod pater non operetur in filij operatione, neque quod filius alienus sit, & non operetur in patris opificio. Omnia enim opera quęcunq; sunt, simul ex Patre & Filio ac Spiritu sancto facta sunt. per ipsum enim omnia facta sunt à patre, & ipse omnia operatus est, cū Patre ac sancto Spiritu. Verbo enim Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus ipsorum. Quapropter & certitudinis inueniendę gratia Dominus in Euangelio dixit, cognoscens suspiciones erraneorum, ut qui præcognitor sit uelut Deus, et quod unusquisque se à ueritate abalienaturus esset, ad Iudæos dixit: Nihil à seipso facit filius, nisi uiderit patrem facientem. & non quod primum uideat, & postea faciat. Sed omnia in seipso habet, & facit quæ uult. Quomodo igitur hæc erunt ô Photine? Aut quis est qui in te hoc zizanium nobis rursus proposuit? Quis est qui uenenum hoc mundo præparauit? Vnde tibi hæc prauitas, ut in animum induxeris blasphemam opinionem contra Dominum tuum? Nō persuasit te Abraam loquens ad ipsum ac dicens, Qui iudicas omnem terram, non faciet iudicium? Redarguere enim uelut apud ipsum filius peregrinus fuerit, & non prorsus relatio quædam existens, sed in substantia Deus uerbum. Et quo cognoscas tu qui ultro tibi arrogas sapientiam, solutionem eorum quæ in hoc argumento tractata sunt, diuina Scriptura id quod perfectū est nobis, obsignauit ac pronunciauit dicens: Pluit Dominus à cœlo ignem & sulphur super Sodoma & Gomorrha à Domino: & non dixit, Verbum Domini, sed Dominus à Domino. Quemadmodum & Dauid dicit, Dixit Dominus Domino meo. Et quia non solum post aduentum & præsentiam in carne filius reperitur, narrat etiam de præsentia ab initio, nempe: Ex uentre ante Luciferum genui te. Et de Spiritu sancto, ô uaniloque, & in ociosis ac curiosis posite, nemo suscipiet tuum sermonem. Neque enim maior est spiritus, neque minor. Quis enim hæc requisiuit, inquit, ex manibus uestris? Redarguit autem te eadem sancta Scriptura, ubi loquitur Dominus de Spiritu sancto, confitens ipsum esse genuinum suæ deitatis, & dicit, Qui ex patre procedit: &, De meo accipiet. Et quot sunt alia testimonia? Quandoquidem uero nugacitas tua omnibus manifesta est, ut quæ erroris sit & non ueritatis. Deprehendetur autem non solum à prudentibus, sed etiam ab his qui modicum quiddam de diuinæ Scripturæ consequentia cognoscunt: ea sanè de causa non opus habeo multis testibus, aut multo ad euertendum te labore, facilis enim deprehensu est tua narratio ac maligna fides. Quapropter sufficiūt hæc aduersus te dicta, quem uelut animalculum insectum ac impotens, pede Scripturæ & Dei uerbi ueritate conculcatum, aut uelut lumbricum, siue terræ intestinum relinquam. Nam & iam huius impostoris hæresis quæ ad exiguum tempus durauit, dissipata est. Cæterum ad consequentes deinceps, Deum consueto more inuocans, progrediar.

Contra Marcellianos, hæresim LXXII.

EOdem porrò rursus tempore, simul enim omnes hi fuerunt, Marcellus fuit in Ancyra, qui sanè hucusque peruenit, & duobus plus minus annis ante hunc annum è uita

è uita deceſſit. Fecit autem & ipſe quandam diuiſionem in Eccleſia, ab eiuſdem tempo
ris initio, exiguam uero quandam hic oſtendit intelligentiam, aſſimilatus Sabellio &
Nauato, ab Arianorum aduerſus ipſum exacerbatione, nimirū per ratiocinationem
oppoſitionis aduerſus Arianos. Vnde & à quibuſdam inceſſitur ex parte, uelut dixi,
tanquam qui Sabellianorum nugas habuerit. Quidam uero pro ipſo rationem reddi
derunt, non ſic rem habere, ſed recte ipſum uixiſſe, & recte ipſum quoq; ſenſiſſe affir-
marunt, quare multa de hoc quæſtio fuit. Et occulta quidem mentis Deo nota ſunt.
Verum qui ab ipſo facti ſunt & inſtructi, qui illius mentem ignorant, & nō ueritatem
illius recenſent: neq; tres ſubſtantias confiteri uoluerunt, quemadmodum habet ueri-
tas, quod una eſt deitas, una glorificatio, coeſſentialis trinitas, & nihil à propria gloria
euarians, trinitas perfecta, & una deitas, una poteſtas, una eſſentia, ita ut neque coniun
ctio quædam ſit, neq; diminutio. Hic uero quum uoluerit quędā diffuſius apud quoſ-
dam dicere, declarauit ſe cum Sabellio ſentire, quapropter etiam ipſe inter hæreticos
numeratus ac confutatus eſt. Apponam autem & editionem ſermonis quem fecit ad
Iulium beatum Romanorum epiſcopum idem Marcellus, nimirū ſuiipſius defenſio-
nem faciens. Cæterum ex Apologia & libello ipſo apparebit, quod alia præter fidem
ueritatis ſenſerit. Niſi enim alia ſenſiſſet, quorum gratia ad ſui purgationē deueniſſet:
niſi fortaſſis ſermones ex ipſo propoſiti ſunt non recti, & quoſdam perturbantes, atq;
hi ipſum ad hanc apologiam deduxerunt. Proinde exemplar hoc eſt.

Exemplar Epiſtolæ Marcelli, quem depoſuit Synodus di-
uerſæ opinionis gratia.

BEatiſſimo comminiſtro Iulio, Marcellus in Domino gaudium. Quandoquidem
aliqui ex condemnatis prius ob hoc quod non recte credunt, quos ego in Niçena
ſynodo redargui, contra me ſcribere ad pietatem tuam auſi ſunt, tanquam ego non re-
cte neq; Eccleſiaſtice ſentiam, ſuam culpam in me transferre ſtudentes: ea gratia neceſ-
ſarium duxi me conferre Romam, et cōmonefacere te, ut eos qui contra me ſcripſerunt
accerſas, quo præſentes ipſi in utriſq; à me redarguerentur, & quod quæ cōtra me ſcri-
pſerunt, falſa ſunt, & quod adhuc nunc permanent in ſuo ipſorū errore priore, & hor
renda contra Dei Eccleſiam, tum cōtra nos præſides ipſorum auſi fuerunt. Quando-
quidem igitur apparere non uoluerunt, quum demiſeris tu presbyteros ad ipſos, &
hoc quum ego annum & tres integros in Roma uixerim: neceſſarium putaui hinc di-
ſceſſurus, meam fidem mea manu à me conſcriptam cum omni ueritate tibi tradere,
quam didici, & ex diuinis Scripturis ſum edoctus: & ſimul de his quę male ab ipſis di
cuntur te commonefacere, quo cognoſcas quibus ſermonibus ad decipiendos audito
res utentes, ueritatem occultare uolunt. Dicunt enim non proprium & uerum uerbū
eſſe, omnipotentis Dei filium & Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM: ſed a-
liud eſſe ipſius Verbum, & aliam ſapientiam & potentiam, & hoc factum ab ipſo no-
minatum eſſe Verbum, & ſapientiā, & potentiam. Et eo quod ipſi ſentiunt aliam ſub-
ſtantiam, diſparatam à patre eſſe aiunt. Inſuper uero & prȩexiſtere patrem filio, per ea
quæ ſcribunt, pronunciant, et non eſſe ipſum uere filium ex Deo: ſed etiamſi dicant ex
Deo, ſic dicunt uelut per omnia. Quin & quod erat aliquando quando non erat, dice
re audent, & creaturam ac facturam ipſum eſſe à patre decernunt. Qui igitur hæc di-
cunt, alienos à catholica Eccleſia eſſe credo. Credo autem ſequens diuinas Scripturas,
quod unus eſt Deus, et huius unigenitus filius Verbum, qui ſemper coexiſtit cum pa
tre, & nunquam principiū, ut eſſet habuit, uere ex Deo exiſtens, nō creatus, nō factus,
ſed ſemper exiſtens, ſemper conregnans Deo & patri, cuius regni iuxta Apoſtoli teſti
monium, non erit finis. Hic filius, hic potentia, hic ſapientia, hoc proprium & uerum
Dei uerbum Dominus noſter IESVS CHRISTVS, indiuiſibilis potentia Dei, per
quem omnia facta facta ſunt, uelut Euangelium teſtatur dicens: In principio erat Ver- ‘‘

„ bum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Omnia per ipſum facta
„ ſunt, et ſine ipſo factum eſt nihil. Hoc eſt Verbum, de quo etiam Lucas Euangeliſta te-
Lucæ locus expoſitus alter quàm uulgo ſolet. ſtatur dicens, Quemadmodum tradiderunt nobis hi, qui ab initio ipſi uiderũt, et mi-
niſtri ipſius Verbi fuerunt. De hoc & Dauid dixit, Eructauit cor meum Verbum bo-
num. Sic etiam Dominus noſter IESVS CHRISTVS nos docet per Euãgelium
dicens: Ego ex patre exiui & uenio. Hic in extremis diebus deſcendit propter noſtram
Symbolum paruum. ſalutem, & ex Maria uirgine genitus hominem ſuſcepit. Credo igitur in Deum omni
potentem, & in IESVM CHRISTVM filium eius unigenitum Dominum no-
ſtrum, genitum ex Spiritu ſancto & Maria uirgine, crucifixum ſub Pontio Pilato, &
ſepultum, & qui reſurrexit tertia die ex mortuis, & aſcendit in cœlos, & ſedet in dexte-
ra patris, unde ueniet ad iudicandum uiuos ac mortuos. et in Spiritum ſanctum, ſanc-
tã Eccleſiam, remiſſionem peccatorum, carnis reſurrectionem, & uitam æternam. In-
diuiſibilem eſſe deitatem patris & filij, ex diuinis didicimus Scripturis. Si enim quis ſe-
parat filium, hoc eſt Verbum, ab omnipotente Deo, neceſſe eſt ipſum aut duos Deos
eſſe putare, quod alienum eſſe à diuina doctrina receptum eſt: aut Verbum non eſſe
Deum confiteri, quod & ipſum à recta fide alienum eſſe apparet, quum Euãgeliſta di-
„ cat, Et Deus erat Verbum. Ego autem exacte didici, quod indiuiſibilis & inſeparabi-
lis eſt potentia patris ipſe filius. Ipſe enim Saluator Dominus noſter IESVS CHRI-
„ STVS dicit, In me pater, & ego in patre. Et, Ego & pater unum ſumus. Et, Qui me ui-
„ dit, uidit patrem. Et quum hanc ex diuinis Scripturis fidem acceperim, et à maioribus
ſecundum Deum edoctus ſim, eam & in Eccleſia Dei prædico, & ad te nunc ſcripſi,
exemplari huius ſcripti apud me ſeruato. Et rogo te ut exemplar ad epiſtolam quam
ad epiſcopos miſſurus es, inſcribas, ut ne aliqui ex his qui non exacte nouerunt nos &
illos, ſcriptis illorum animum aduertentes decipiãtur. Valete. Anitaq; hic libellus re-
cte habeat, qui poſſunt legant, & quæ in ipſo dicta ſunt, diligenter cognoſcãt, & ſiqui-
dem male habet, ipſi iudicent. Non enim uolumus ultra ea quæ nouimus, & ad nos
peruenerunt dicere. Etiamſi enim recte habet libellus ex propoſito argumento, rurſus
cogitabunt legentes & audientes, quod nõ fruſtra, neq; in uanum, neq; contra illum
ipſi neceſſe fuit apologia & purgatione, niſi ſanè euomuiſſet ſermones quoſdam tur-
bantes, & cogentes ipſum ad defenſionẽ deuenire eorum quæ ab ipſo dicta ſunt. Con-
tingit enim & poſt admiſſum errorem, ut per libellũ ſeipſum purget ac corrigat. Aut
fortaſſis per libellum ornauit ſuos ſermones, quo occultet ea quæ ab ipſo dicta ſunt,
ut ne excidat per depoſitionem à communi epiſcoporum collegio ac regula. Atq; hæc
Athanaſius Papa Alexandrinus. ſunt quæ de Marcello ad nos perlata ſunt. Interrogaui autem aliquando ipſe beatum
Papam Athanaſium de hoc Marcello, quomodo de ipſo ſentiret. Ille uero neq; ipſum
defendit, neq; rurſus grauiter aduerſus ipſum inuectus eſt: uerum ſolum riſu leui edito
oſtendit, flagitium nõ magnum ipſum eſſe, ſed habebat ipſum uelut qui ſe purgaſſet.
Apponam porrò & ea quæ aliqui in ipſius Marcelli ſcriptis inuenerunt, quæ ipſis re-
prehenſione digna eſſe uidebantur, ut etiam ipſi contra illum inuehentes ſcripta edide
rint. Verum ab alijs rurſus demõſtratum eſt, quod redarguendi gratia produxerunt
ea quę ab ipſis contra illum compoſita ſunt, eo quod ipſi qui contra illum ſcripſerunt,
poſtea in aliud mutati fuerunt. Atq; hi ipſi in ſuis ipſorum ſcriptis contra factas diui-
ſiones, etiam hoc expreſſerunt, producto in medium Acacio. Sed & Baſilium Gala-
Baſilius Galata, & Georgius Laodicenſis. tam, & Georgium Laodicææ epiſcopum conſtituerunt ad eundem Acacium redar-
guendum. Hic enim erat qui ex Marcelli ſcriptis contra Marcellum dixerat: quo nos
in omnibus nihil ueritatis relinquentes oſtendamus, quod neq; reprobamus ea quæ
pertinent ad correctionẽ, neque collaudare uolumus eos qui aliquid præter ueritatem
aggrediuntur. Et ex Acacij contradictione aduerſus Marcellum hęc ſunt tranſcripta.

Acacij

Acacij uerba contra Marcellum.

HAec quidem igitur, & talia, poſt falſam expoſitionem dictorum in prouerbia, ſcripſit Marcellus, loquens contra Deum iniuſtitiam, & eleuans in altum cornu ſuum, ultra medium libri progreſſus, & rurſus ponens Aſterij uerba dicẽtia. Alius equidem eſt Pater qui genuit ex ſeipſo unigenitum Verbum, & primogenitũ omnis creaturę, ſolus ſolum, perfectus perfectũ, rex regem, Dominus Dominum, Deus Deum, eſſentiæ & conſilij & potentiæ ac gloriæ imaginem nihil euariantem. Hæc igitur ponens & grauiter ferens imaginem nihil euariantẽ, hoc eſt expreſſam & claram effigiem eſſentiæ Dei & eorum quæ ſequuntur, malam uocans hanc opinionem, ſuam diſpliſcentia adiungit, ſic ſcribens, Hæc uerba malam ipſius de deitate opinionem palàm coarguunt. Quomodo enim Dominus et Deus genitus, uelut ipſe antea dixit, poteſt ad hucimago Dei eſſe? Aliud enim à Deo eſt imago, & aliud Deus. Quare ſiquidem eſt imago, non eſt Dominus, neque Deus: ſed imago Domini & Dei. Si uero eſt Dominus reuera, & Deus reuera, non amplius Dominus & Deus imago Domini & Dei eſſe poteſt. Et deinceps, Nihil igitur ipſum de his quæ antea dixit, eſſe uult, omnium enim horum imaginem ipſum eſſe dicit. Igitur ſi eſſentiæ eſt imago, non poteſt ipſa eſſentia eſſe. Et ſi conſilij eſt imago, non amplius ipſum conſilium eſſe poteſt. Et ſi potentiæ eſt imago non ſuũ ipſius, ſed alterius cuiuſdam eſt. Hæc uero uerba quum tu ô Marcelle, antea in principio libri collaudaris, nũc autem negaueris Deum ex Deo uerum eſſe filium, & ſolum ex ſolo, & perfectum ex perfecto, manifeſte malam tuam de deitate opinionem declaraſti. Nam quum magni regis imaginem acceperis uitæ exortem, deitatis immunem, conſilij expertem, impotentemq; ac ingloriam & eſſentiæ inæqualem: impia illa lingua tibi excindẽda fuiſſet, ut qui dixeris in Dominum, & in adeò impiè ſentientem animam ſermonem finiueris. Quum enim imaginem Dei uitæ exortem deſcripſeris, neque Dominum, neq; Deum, non eſſentiam, non conſilium, nõ potentiam, non gloriam, hanc eſſe, ſed horum immobilem imaginem ipſam eſſe uis, uelut inanimatam & uitæ exortem extra expoſitam ipſam faciens, & ſimiliter inanimatam & ſola humana arte conſtantem, uerum uiuentis uiuentem non uis eſſe imaginem Dei: neque eſſentiæ eſſentiam imaginem, neq; conſilij & potentiæ ac glorię, conſilium & potentiam ac gloriam citra euariationem eſſe imaginem. At dicere citra euariationem, non eſt tale quale citra generationem ſiue ingenito modo, ſed expreſſe ac exacte aſſimilatam ad paternam bonitatem & deitatem ac omnem operationem. Et poſt alia, Oportebat autem tibi muta facta eſſe labia loquentia cõtra Deum iniuſtitiam in ſuperbia & contemptu. Nam ſolus ſolum genuit pater unigenitum, (etiamſi tu non uelis, nunc aliud quid uolens: quum non ex cauſa ſæculorum Valentini acceſſum acceperit filius, ſed ex ſolo patre generationem habeat) & perfectus perfectum: nihil enim imperfectum eſt in patre, quare neque in filio, ſed perfectionis illius & plus quàm perfectionis genuinum genimen eſt filij perfectio, & rex regem: pium eſt enim Deum regnare, ante ſæcula genito filio, & regno ſubdito rege, per quem etiam reliqua reguntur, ita ut gratus confiteatur ſubiectionem. Non enim priuatum, ſed regem genuit pater, regno ipſius neque principium dierum, neque uitæ finem habente. Non enim ab externis eſt dignitas, uerum in eſſentiam ipſi confert ſimilem patri genitori. Quapropter etiam ſcriptum eſt, Et regni eius non erit finis. Sic uero etiam Dominum Dominum, & Deum Deum gignere, nos confitemur. Et in ſumma, eſſentiæ & conſilij & potentiæ ac gloriæ imaginem dicimus, non inanimatam ac mortuam, ſed eſſentialem & conſiliariam & potentem ac glorioſam. Potentia enim non generat impotẽtiam, ſed ipſam potentiam: & gloria non ingloriam gignit, ſed ipſam gloriam: et conſilium non gignit temeritatem, ſed ipſum conſilium: & eſſentia non generat eſſentiæ inæqualitatem, ſed

Aſterij uerba à Marcello refutata.

Sæcula Valentino excogitata.

ipſam eſſentiam. Imago igitur, eſt Verbum, Deus, uiua ſapientia, in ſubſtãtia exiſtens, Verbum efficax. Hæc eſt, quæ eſſentiam habet, hæc enim eſt in qua delectabatur quotidie Deus, quando orbe terrarum abſoluto exhilarabatur. Tu uero Marcelle hæc negans coram hominibus, negaberis quidem ab illa ipſa coram patre qui in cœlis eſt, negaberis autem & coram Eccleſia quæ ſub cœlo eſt, & ſcribit de te ubiq; terrarum. Audi ſermonem Domini, Scribe uirum hunc excõmunicatum hominem, quia non augeſcet ex ſemine ipſius princeps amplius in Iuda, ſedens ſuper thronũ Dauid. Et poſt alia, ubi mentionem fecit Marcellus uerborum Aſterij, infert Acacius dicens: Ponens igitur hæc, & procedens in abnegatione imaginis & eſſentiæ Saluatoris noſtri, & filiationis unigeniti ex patre, & prærogatiuæ primogeniti totius creaturæ, & ſolitatis unigeniti, & perfectionis ex perfecto, & regni ex rege, et dominationis ex Domino, & deitatis ex Deo, & in ſumma, eſſentiæ et conſilij & potentiæ ac gloriæ Dei imaginis nihil euariantis, & non paucis uerbis negans coram hominibus, & ob id negandus coram patre ipſius: palàm hæc ſcribis. Hæc uerba manifeſte malam ipſius de deitate Patris ac Filij opinionem declarãt. At huius abnegatio, tuam prauam ac peruerſam opinionem de deitate ac eſſentia CHRISTI manifeſte coarguit. Friuola igitur quę ſequuntur, inquit ſcribens, Nihil igitur ipſum ex his quę antea dixit, eſſe uult, omnium enim horum imaginem ipſum eſſe dicit. Igitur ſi eſſentiæ eſt imago, non poteſt ipſa eſſentia eſſe: & ſi conſilij eſt imago, non amplius ipſum conſilium eſſe poteſt: et ſi potentiæ, non amplius ipſum conſiliũ eſſe poteſt: etſi potentię, non amplius potentia: etſi glorię, nõ amplius gloria. Nam imago non ſuijpſius, ſed alterius cuiuſdam imago eſt. friuola autem ô Marcelle & falſa ſunt hæc omnia. Omnia enim quæ antea dixit, Aſterius ipſum eſſe uult, dum ait: Rex regem, Dominus Dominum, Deus Deum: & deſtruit tuam inanimatam imaginem, ex tua ſententia ſola humana arte conſtantem. Omnium enim horum uiuam imaginem dicit, & uiuæ imaginis genitoris effigiem exiſtentem. Et eſſentiæ ipſam eſſentiam imaginem dicit, & conſilij ipſum conſilium, & potentiæ ipſam potentiam, & gloriæ ipſam gloriam, & non ſuijpſius, ſed alterius imaginẽ. Tu uero Deum ex Deo filium non confitens, neq; lumen de lumine, neque potentiam ex potentia, neq; Deum, neq; lumen, non potentiam, non eſſentiam, non conſilium, non gloriam, filium eſſe uis. Verum corpus hæc abolet impie in conſummatione cum his. Et negas quidem hoc, Deus erat Verbum: filiũ uero Dei uocas, aut nomine ſolo, aut hominũ quo diuerſi generis genitor ſit Deus, et filius adoptione genitus: iuxta hoc, Filios genui et exaltaui: et iuxta hoc, Accepiſtis ſpiritũ adoptionis: et hoc, Offerte Domino filij Dei. Eſſentiæ igitur & potentiæ & conſilij & gloriæ nihil euariantẽ imaginem, filium patris Aſterius dicens, omnes paternos characteres filio ineſſe dicit. & cõſilia patris expreſſa eſſe, aut data eſſe filio, quæ nõ ſunt alia præter ipſum. Omnia igit quæ antea dixit, ipſum eſſe uult. Non enim imaginẽ in coloribus intelligit, neq; tertiũ pictorem inducit, quo diſcordantes ad patrem colorũ qualitates alicubi pingat, & hoc filium uocet. Sic enim tu intelligens et non intelligens dicis, igitur ſi eſſentiæ eſt imago, non poteſt ipſa eſſentia eſſe. & ſi conſilij, non amplius ipſum conſilium. Verum ex noſtra ſententia, ſi eſſentiæ eſt imago uiua, ipſa eſſentia poteſt eſſe & eſt. Et ſic eſſentiæ eſſentiam imaginẽ dicimus, propter imitationem ſimilimã uitæ & operationis, ita etiam conſilij conſiliũ imaginẽ ipſum magni conſilij angelũ, & potentiæ ac gloriæ potentiam ac gloriam. Et hæc cõfirmat hoc, Quemadmodũ enim pater habet uitam in ſeipſo, ſic etiam filio dedit uitã habere in ſeipſo. Et, Quemadmodũ pater ſuſcitat mortuos & uiuificat, nam uox quemadmodũ, & ſic, imaginariæ imitationis ac ſimilitudinis exactã & abſolutam effigiẽ ſignificat. Et poſt alia pauca, Non enim uerbum Deus, ſed IESVS exhibens uitã & pulchritudinem ac formã, ipſe uitæ exors & nõ pulcher ac deformis eſt, in mortificatione, aut non eſſe conſideratus: ſed paternis characteribus formatus eſt, nõ uelut

Aſterij uerba ab Acacio approbata.

uelut alius ipſe exiſtens, & alios characteres formæ habens, ſed in ipſo eſſe eius, characteres ſunt, & in characteribus, ipſum eius eſſe. At imago alterius & non ſuiipſius imago exiſtens, quemadmodũ etiam tu uis, exemplaris characteres in ſeipſa ferens, diuerſitatem declarat. Diuerſitatẽ uero uelut ſimilitudinẽ, nõ enim ſuiipſius, ſed alterius cuiuſdam imago eſt. Hic igitur eſt imago Dei inuiſibilis. Imago igitur patris filius, uiua uiuentis, in motu et operatione poteſtateq; ac cõſilio & gloria: non inanimata, neq; immobilis, quæ in alio quidem ipſum eſſe habet ac pingitur, ipſa uero in ſeipſa & per ſeipſam in motu non eſt. Et eſt imago nihil euarians, non quod nihil euarians identitas patrem faciat, ſed filium abſolutum. Hactenus Acacius. Cęterum nunc dicunt orthodoxi & fratres noſtri ac cõfeſſores, à quibuſdam diſcipulis à Marcello relictis, editionem confeſſionis fidei purgatæ ſe accepiſſe, cuius ſubtilitatem quum ipſe non percipiam; ipſam hic appoſui. Et eſt exemplar hoc.

Marcelli fides conſcripta.

REuerendiſſimis & ſanctiſſimis epiſcopis, in Diocęſarea exulãtibus propter orthodoxam in Saluatorem noſtrum IESVM CHRISTVM fidem, Eulogio, Adelphio, Alexandro, Ammonio, Harpocrationi, Iſaac, Iſidoro, Annubioni, Pitimo, Euphratio, Aaroni: preſbyteri ab Ancyra Galatię, Photinus, Euſtathius, alius Photinus, Sigerius, & diaconus Hyginus: et hypodiaconus Heracides: et lector Elpidius: et præſes Cyriacus, in Domino gaudiũ. Quum nos profecti fuerimus ad ueſtram pietatem à prædicta noſtra patria, debitã uiſitationẽ facientes: & quum nos interrogati ſimus à ueſtra ſanctitate de fide noſtra, quomodo hac parte habeamus: & ſuſceperimus ueſtram eiuſmodi ſolicitã interrogationem, quam maximè feciſtis propter eos, qui uanè de nobis falſa inuulgare uolunt: neceſſariũ duximus uos de hoc certiores facere, nõ ſolum ex oſtenſis ueſtræ ſanctitati à nobis literis, quas ad nos beatiſſimus Papa Athanaſius ſocialiter ac familiariter ſcripſit: ſed etiam ex hac noſtra cõſcripta cõfeſſione, quod neq; ſentimus, neq; ſenſimus unquam aliquid extra decretã in Nicæa uniuerſalẽ & Eccleſiaſticam fidem, quam ſanè confitemur nos potentia ſentire, deteſtantes eos qui audent creaturã dicere Spiritũ ſanctũ, & hæreſim Arianam, Sabellij q; ac Photini, & Paulli Samoſatenſis, & eos qui nõ dicunt ſanctã Trinitatem, tres perſonas incircũſcriptas, & in ſubſtantia exiſtentes, & coeſſentiales, & cõſempiternas, & perfectas: deteſtãtes item eos qui dilatationẽ, aut contractionem, aut operationẽ patris filium dicunt: et eos qui Deum Verbũ filium Dei ante ſæcula, & conſempiternũ patri, & in ſubſtantia, & perfectum filium ac Deum non confitentur. Si quis eundem Patrem & Filium & Spiritum ſanctũ dicit, anathema ſit. Si quis principiũ aut finem filio Dei & Verbo, aut regno ipſius tribuit, anathema ſit. Si quis patrẽ patris dicit filiũ, aut Spiritum ſanctũ, & nõ cõfitetur filium Dei ex eſſentia patris ante omne conſiliũ genitũ eſſe, anathema ſit. Cæterũ de incarnatione Dei Verbi unigeniti filij Dei, confitemur quod filius Dei etiã homo factus eſt citra peccatũ, iuxta aſſumptionẽ totius humanæ naturæ, hoc eſt animæ rationalis & intellectualis, & carnis humanæ. Credimus in unũ Deum patrẽ omnipotentẽ, omniũ uiſibiliũ ac inuiſibiliũ creatorẽ: & in unũ Dominũ IESVM CHRISTVM filiũ Dei genitũ ex patre unigenitũ, hoc eſt ex eſſentia patris, Deum ex Deo, lumen de lumine, Deum uerũ ex Deo uero, genitũ non factum, coeſſentialem patri, per quẽ omnia facta ſunt, quę in cœlo ſunt & in terra. Qui propter nos homines & propter noſtrã ſalutẽ deſcendit de cœlis, & incarnatus eſt, & homo factus eſt, ac paſſus, & reſurrexit tertia die, & aſcẽdit in cœlos, & uenturus eſt ad iudicandũ uiuos ac mortuos: et in Spiritũ ſanctũ. Eos uero qui dicũt, Erat aliquãdo quãdo nõ erat, & anteaquã gigneretur nõ erat, & quod ex nihilo factus eſt, aut ex alia ſubſtantia aut eſſentia ipſum eſſe dicũt, aut mutabilẽ aut alterabilẽ filiũ Dei: hos deteſtat catholica et Apoſtolica Eccleſia. Ego Photinus presbyter catholicæ in Ancyra Eccleſiæ, ſic credo & ſentio, uelut pręſcriptũ eſt.

Gradus clericorum quinq;

Fidei cõfeſſionis exemplũ.

est. Ego Sigerius eiusdem Ecclesiæ presbyter, sic credo et sentio, uelut præscriptum est. Ego Hyginus eiusdem diaconus, sic credo & sentio, uelut præscriptum est. Ego Heraclides eiusdem Ecclesiæ hypodiaconus, sic credo & sentio, uelut prescriptum est. Ego Elpidius lector eiusdem Ecclesiæ, sic credo & sentio, uelut prescriptum est. Ego Cyrus præses eiusdem Ecclesiæ, sic credo & sentio, uelut præscriptum est. Hæc sunt quæ ab ipsis ad confessores ac patres scripta sunt. Si itaq; potest ab intelligentia præditis intelligi, inter meliores esse, sanè sic locetur. Si uero etiam illic rursus per tractationem in ipsa apologia, erronea quædam sunt & non recta, rursus similiter à studiosis locetur. Quum igitur prædictorum omnium narrationem exequuti fuerimus de eodem Marcello, præteribo etiam hunc, & consequentes considerabo.

Contra Semiarios, hæresim LXXIII.

QVum per potentiã Dei impietatem Arij confregerimus, & eorum qui post ipsum fuerunt, Photini inquam & Marcelli, qui sanè in paucis à ueritate emotus fuisse uidetur, quæ ab initio euomuit, uelut uir ebrietate occupatus: contingat autem utiq; dales ipsius corrigãtur, si modo corrigi poterint: sed & quum ex ipso Ario enata zizania, per diuinum uerbum quod super omnem ancipitem machæram penetrantius est, exciderimus: considerabimus quomodo quidam ex insania ab ipso Ario producta semiarianissant, illius quidem nomen negãtes, ipsum uero & prauam ipsius opinionem induti, prætextu quodam ascititio faciem suam alteratam obuelantes. Quemadmodũ enim in scena fabularum actio confecto uelamine obducta est, ita ut personis alijs suas facies occultent, & intra personã turpes & ebrietate plenas comœdiæ tractationes narrent, aut aliàs ad hoc inducti, aut ueterum fabulas exprimentes, quum poëtæ apud ipsos hoc fecerint. Sic etiam hi decipere uolentes simplices, ipsi quidem sunt & facie & moribus & praua opinione, qualis Arius & Ariomanitæ. Et fraudulentæ nimirũ assentationis gratia confessam apud illos peruersam doctrinam ornare uolentes, creaturam quidem filium Dei dicunt: quo uero decipiant, & filio Dei quid largiantur, cum assentatione ad eos qui per sermonem hunc corrupti sunt, præstigiatorum modo dicunt, non dicimus creaturam uelut unam ex creaturis, neq; genituram uelut unam ex genituris siue germinibus. At uero coessentialis uocem penitus reijciunt, nimirum uelut alienam à diuina Scriptura. Verum de his in tractatu cõtra Arium exactissime diseruimus. Quo uero simile huic uerbum proponant, Basilius inquam & Georgius, uelut huius semiarianorum hæresis præsides, non dicimus, inquiunt, coessentialem, sed essentia similem. fuerunt autem hi qui à Synodo diuisi ac separati sunt, ipsius Ariomanitidis hæresis idem Basilius Ancyranus princeps, & Georgius Laodiceæ, & Daphnes ad Antiochiã sitæ, siue cauæ Syriæ episcopus. Iidem uero & de Spiritu sancto similiter ut pneumatomachi sentiunt. Nõ enim amplius uelut cum pudore, aut cum dubio sermone, uelut de filio perfectam creaturam ipsum dicere uerẽtur, etiamsi sic de ipso sentiant, & propter hominum metum similem essentia inferant, & creaturã non ut unam ex creaturis dicant: uerum de Spiritu sancto, uelut dixi, nõ dubitanter progrediuntur, sed uelut rabiosi canes impudenter, creaturam ipsum penitus decernunt, atq; sic affirmãt & à Patre & à Filio alienum esse. Et ut ne quis dicat nos calumnias contra aliquos proferre, hic apponam uelut unusquisq; ipsorum epistolam scripsit, Basilius quidem unam, Georgius autem Laodiceæ cum Basilio & his qui cum ipsis fuerunt, aliam: & sunt hæ. Sancta Synodus in Ancyra, accedente paschate ex diuersis prouincijs congregata dominis uenerandissimis, & unanimis comministris in Phœnice, & reliquis eadem nobiscum sentientibus, in Dño gaudium. Optamus quidẽ post certationis Ecclesiasticæ fidei tormentũ, quod uelut in igne factum est, his qui pro fide in medio fuerunt: & post ea quæ in Constãtinopoli facta sunt propter Marcellũ, & post

Basilius & Georgius semiariani. Laodicea, Daphne, Antiochia.

Synodi circa paschatis festi uitatem cõgregatæ.

editionem fidei in Synodo congregata ob festum dedicationis Ecclesiæ in Antiochia: & postea quæ acta sunt in Sardica Synodo, & fidē quæ illic efflorvit: & amplius post ea quæ in Sirmio propter Photinum facta sunt: in his ratiocinationibus, quas ob singula de fide capita interrogati, de his qui in Sardica aduersus orientem dissenserunt, exposuimus, de cætero conquiescere, & unita in pio regno domini nostri Constantini Ecclesia, ab oriente usq; ad occidentes scandalis eiectis, pacem agere, & cultui Dei attendere. Quandoquidem uero, uelut apparet, nō cessat diabolus per propria uasa conari res suas, quo sanè omnino ea quæ de Domino prædicta sunt, & per sanctū Apostolum consona uelut ob custodiam fidelium prædicata, ad defectionem deducat, excogitans nouationes contra Ecclesiasticam fidem: & nunc quosdam in specie pietatis sibi familiares facere, & per ipsos prophanas nouitates contra piam ingenuitatem unigeniti filij Dei excogitare: prius quidem audientes per Antiochiam discurrere quosdam, imò & per Alexādriam, insuperq; Lydiam atq; Asiam, & immittere scintillas impietatis simpliciorum animis: speramus propter temeritatem impietatis, ac tantam impudentiam ipsorum, debellantibus ipsos etiam dominis comministris in loco, marcidam fore excogitatam hæresim, & extinctum iri maliciam. Quando uero deinceps & qui ex prædictis locis accesserunt, & qui ex Illyrico uenerunt, annunciant operam adhibuisse huius mali repertores, & plures lædere audere, & ad maliciam fermentate: nō amplius differre sustinētes, imò etiam literas adepti unanimis cōministri nostri Georgij Laodiceæ Ecclesiæ episcopi, quarum exemplar subiecimus: & testimonia eorum qui apud nos testati sunt, coram Deo reueriti, prout cōcedebat tempus sanctæ diei pa schatis incūbentis, congregati quotquot sanè cōgregari potuimus, eo quod & hyems multis impedimento fuit, uelut nobis per literas significarunt: in hanc speciē fidei idioma edere studuimus, quantum sanè restat ad fidem in Antiochia, uelut diximus, editam in festo dedicationis, imò & in Sardica, quam suscepit Synodus in Sirmio: & ratiocinationibus illinc repetitis, explicare exacte fidem Ecclesiæ catholicæ in sanctā Trinitatem, ad hoc autem, uelut antea diximus, innouationis speciem solum, prout concedebat spiritus, indicantes. Et rogamus uos domini uenerandissimi cōministri, ut eam adepti amplexemini traditam ex patribus fidem: & quod cōsona uobiscum sentimus ac credimus significare, quo certiores facti hi qui eandem impietatē inducere audent, quod uelut hæreditatem quandā seruamus fidem, quam ex Apostolicis temporibus per patres qui in medio usq; ad nos fuerunt, suscepimus, ut aut pudefacti corrigantur, aut perseuerantes ab Ecclesia exterminentur, ut qui defectionis locum filio iniquitatis per seipsas præparant, qui iam minatur se audere in templum Dei sedere. Fides nostra in Patrem & Filium & Spiritum sanctum est. Sic enim dixit ac docuit discipulos suos Dominus noster IESVS CHRISTVS: Euntes docete omnes gentes, baptizantes ipsas in nomen Patris & Filij & Spiritus sancti. Igitur qui regenerati sumus in hanc fidem, sententiam ex nominibus pie intelligere debemus. Non enim dixit, baptizantes ipsos in nomen excarnis, & incarnati, aut immortalis, & qui mortis periculū fecit, aut ingeniti, & geniti: sed in nomen Patris & Filij ac Spiritus sancti, quo nominibus attendamus ex naturalibus, in quibus patrem causam & autorem similis sui ipsius essentię intelligimus. Et filij nomen audientes, similem intelligamus filium patris, cuius est filius. Credimus itaque in Patrem ac Filium & sanctū Spiritum, non in creatorem & creaturam, aliud enim est creator & creatura, aliud pater & filius: eo quod utrumque horum separatū est intelligentia. Quum enim creaturam dico, primum creatorē dico, & uox filius, uelut à corporalibus assumpta, & propter affectus ac defluxus corporalium patrū & filiorū intelligentiā exhibet purè, quod ex incorporali patre incorporalis filius originē habet. et ob id etiā creaturæ intelligentiā à corporali implicuit. Et quoniam creatura, quę facit filiū solū, à creatore alienitatē à passione accepit, ita ut ex creantis alie-

Fides Basilij & Georgij semiarianorū.
cc

tis alienitate à passione ipsa creatura subsistat, utpote quam creans firmam prout uo-
luit, fecit: perfectam sanè ex corporali patre ac filio, & ex corporali creatore ac creatura,
intelligentiam de patre & filio nos docuit. Ablato enim à creatura eo quod forinsecus
substitit, & adempto materiali, & alijs quæ de corporali creatura nomen continet, sola
à creatura manet intelligentia, illa inquam, à passione aliena & perfecta ipsius creati,
iuxta quam creans creare uoluit quod creatum est. Si igitur à creato & creatura rursus
alia eijcientes, solam intelligentiam accipimus ex alienitate à passione ipsius creantis, &
ex perfectione ac firmitate, & eo qualem esse uoluit creaturam: cõsequens est à patris &
filij nominibus (quandoquidem maxime in patrem & filium credere edocti sumus)
unam quãdam intelligentiã nos pie accipere oportere. Quare & ob id, eiecto eo quod
est secundum affectum aut defluxum, patrem patrem filij intelligi, & filium non semi-
nario modo deiectum corporalibus naturæ modis perfici, qui semper ad incrementũ
ac corruptionem mouentur, ut characteras habeat uelut corporalia: & sola relinque-
tur ipsius similis intelligentia. Quemadmodum enim à creatura (rursus dicimus) om-
nibus eiectis, relicta est perfecta & à passione aliena ipsius creantis, & qualem uoluit ac
firma creaturæ intelligentia, sic etiam de patre & filio omnibus corporalibus eiectis,
relinquetur sola similis & secundum essentiam animalis creatio. Nam omnis pater iu-
xta similem sui essentiam pater intelligitur. Si uero cum reliquis omnibus eiectis intelli-
gentijs ex patris & filij nominibus, simul eijciatur etiam similis secundum essentiam
animalis, quæ exhibet nobis ut de patre intelligamus: non amplius credetur pater & fi-
lius, sed creator & creatura, & superflua nomina nihil à seipsis inferẽtia. Et erit sic crea-
tor quidem uelut Deus, in nulla omnino re pater. Nam quod non actionis pater dici-
tur pater, sed similis suijpsius essentiæ, quæ iuxta talem actionem substitit, ex naturali-
bus rationibus manifestum est. Quum enim multas actiones habeat Deus, ex alia qui-
dem actione creator intelligitur, prout cœli et terræ ac omnium quæ in eis sunt, imò e-
tiam inuisibilium creator est. Verum pater unigeniti existens, non uelut creator, sed ut
pater qui genuit, intelligitur. Si uero quis propter suspicionem circa corporales patres
ac filios, timeat ne incorporalis quid patiatur, dum gignit, nisi imperfectum fuerit id
quod gignitur, & quæcunque contingunt circa corporalem patrem ac filium reuerea-
tur, ac detrahat genuinam de patre & filio intelligentiam, qualénam dixerit is aliud: fa-
cturam, & nunquam dicet filium filium. Siue enim magnitudine excedentem dixerit,
uelut cœlum montem aut collem excedit, ex facturarum genere ipsum, etiamsi magni-
tudine excedens intelligatur, declarabit: siue utilitate præminentem, uelut qui primus
sit factus: siue qui ad aliorum opificium ministerium exhibuit, neque sic extra facta-
rum creaturarum intelligentiam ipsum constituet. Quemadmodum enim nihil dif-
fert, forcipe prunam de altari, & non ipsa manu tollere. & artis fabrilis est ferrũ in hunc
usum uel alium, per manum fabricare. Erit enim & forceps & ferrum per manum fa-
bricatum ex genere facturarum. Ita nihil differet à creaturis, is per quem omnia facta
sunt, si non est filius, uelut naturalis intelligentia suggerit: uerum factus primus erit
creaturarum, & instrumentum fiet creatori, per quem omnia conditor ipse operatur.
Et non poterit quis comminisci ac proferre proprie appellati patris & proprie filij in-
telligentiam, ex filijs qui communi modo sic appellantur: alioqui sic multi erunt fi-
lij Dei, quum dicat, Filios genui & exaltaui, ipsi uero me reprobauerunt. Et hoc,
„ Nónne pater unus omnium nostrum? Et, Quicunque receperunt ipsum, dedit
Filij Dei multi eis potestatem filios Dei fieri, qui non ex uoluntate carnis, inquit, neque ex uolun-
„ tate uiri, sed ex Deo nati sunt. Et præterea de inanimatis, Qui genuit glebas roris.
„ Nam per hæc amplius confirmabitur ipsum non esse filium communi modo, sicut
„ neq; hæc, uerum creaturam esse uelut hæc, & appellationis filij solum participem esse.
At uero Ecclesia credit, quod Deus non solum est Creator creaturarũ, hoc enim & Iu-
dæi

dæi & Græci sciunt: sed quod etiam pater est unigeniti, non solũ habens creandi actionem, ex qua creator intelligitur, sed etiam priuatim & unice generandi, iuxta quam pater unigeniti nobis intelligit. Hoc enim docens nos beatus Paulus scribit, Huius enim gratia flecto genua mea ad patrem, ex quo omnis patrum familia in cœlo et in terra nominatur: sicut enim hi qui secundum propriarum essentiarum similitudinem filios habent, sic & pater in cœlis nominatur, (à quo patres in terra secundũ essentiam nominati sunt) secundũ similitudinem suæ ipsius essentiæ penitus ex ipso genitum filiũ habens. Et non potest intelligentia de his qui abusiue & æquiuoce filij dicuntur, unigenito cõuenire. Quemadmodũ enim pyxis proprie dicitur uasculum quod ex buxo factũ est, communis uero & abusiue ab illo appellatur pyxis, etiam quod ex plumbo, aut ære, aut aliqua alia materia paratum est. Necp igitur sicut qui genuit glebas roris, hoc ipsum est essentialiter: abusiue enim hic de creatura, genitoris uox assumpta est. Necp sicut hoc, Filios genui & exaltaui: nam & hic abusiue à benevolentia ac honore cognominati sunt. Necp sicut hoc, Dedit eis potestatem filios Dei fieri: nam & hoc secũdum uirtutem ac imitationem creaturæ acceptũ est, ita unigenitus intelligetur. Sed proprie sicut solus ex solo similis secundũ essentiam ex patre, cuius & nominatus & intellectus est, genitus filius. Si uero propter ratiocinandi impotentiam nõ habeat quis ratiocinationem, & statuat sic intelligendum uelut passionem aut diuisionem aut defluxum sustinuerit pater, & fidem repellat, aut ab his qui piam de patre ac filio intelligentiam proponunt, rationem exigat, ab hoc expetenda est ratio, quomodo Deus crucifigitur: & quomodo stultitia Euangelicæ prædicationis, eo quod citra ratiocinationes, apud eos qui sibi & in mundo sapientes uidentur fientes, contingit: sapientior hominibus est, quorum nullam rationem habet beatus Paulus, nam per potentiam à syllogismorum arte alienam, stultam fecit sapientiam eorum qui syllogismis cõcludere possunt. Dixit enim, Veni annunciãs uobis mysteriũ Dei, non in sapientia sermonis, ut ne inanis reddatur crux CHRISTI. Qui igitur in sapientia sermonis exigit mysteriũ cum infatuata sapientia partem habens, ei ne habeatur fides uelut suspecto circa mysterium, quando etiam ille non confidit in sapientia sermonis, Paulus inquam, ut ne inanis reddatur crux CHRISTI. Si uero in his respondet, non in sapientia dicendi, sed stultitiam omnem ratiocinandi sapientiam redarguens, per potentiam ratiocinationis exortem, solam fidem accipit ad salutẽ eorum qui prædicationem suscipiunt, neq; respondet quomodo pater citra passionem generat filium, ut ne inane reddatur mysterium filiationis unigeniti ex patre: sed infatuatam sapientiam prudentium, uelut scriptum est: Vbi sapiens, ubi scriba, ubi inquisitor huius sęculi? redarguit non in sapientia sermonis, ut ne propter suspectas ratiocinationes inanis reddatur pia intelligẽtia de Patre et Filio: sed citra passionem patrem & filium, patrem quidem ex seipso genuisse absque defluxu et passione filium, filium uero similem & secundum essentiam ex patre, perfectum ex perfecto, unigenitum subsitisse, credentibus aut suspectis citra ratiocinationem prædicabit. Absurdum enim est, eum qui audit ex sapiente Deo productam sapientiam, qui Deus sapienter nouit genitæ ex seipso sapientiæ pater esse, cogitare passionem circa sapientiam subsistere, si debet ex ipso secundum essentiam similis sapienti sapientia subsistere ac produci. Si enim neq; sapiens Deus participabit sapientia, compositè sapiens nobis intelligitur. At incompositè ipse est sapiens, est essentia: neq; sapientia amplius filius deinceps intelligitur. At sapientia essentia est à sapientis essentia, hoc est sapientia essentia filius subsistens, similis erit & secundum essentiam sapientis Patris, à quo subsitit productus sapientia ipse filius. Quapropter etiã solet beatus Paulus probe in Hebraica lingua eruditus, ab eodem spiritu qui in ueteri ac nouo Testamento loquutus est easdem intelligentias trahere, uelut à duobus psalmis, ab eo qui dicit, Iudicia tua abyssus multa: & ab hoc, Semitæ tuæ in aquis multis, & uestigia tua non cognoscentur: de

Pyxidis significatio.

» tur: de iudicijs Dei sermonem transmutauit, pro abyssus multa, dicens ô altitudo di-
Paulus locos quosdam Scripturæ mutauit uitiarum: pro semitæ tuæ in aquis multis, & uestigia tua non cognoscentur, imperue-
stigabiles ponēs: pro iudicia tua abyssus multa, imperscrutabilia iudicia tua dicens. Sic
etiam ab ipsa sapientia habitū de seipsa, & patre, & erga hæc creata edoctus, in suis scri-
ptis proponit nobis intelligentiam de patre & filio, & his quæ ex patre per filium facta
» sunt. Quum enim sapientia dixerit, Ego sapientia habitatione excepi consilium, & cæ-
» tera: & transierit ad sermonem per quem, Dixit enim per me reges: & hoc, Si annun-
Prouerbiorū locus à Paulo mutatus. ciauero uobis ea quæ per me facta sunt, recordabor ut ea quæ ab æterno sunt, enume-
rem: & dixit, Dominus creauit me principium uiarum suarum in opera sua, ante sæcu-
lum fundauit me, ante omnia genuit me: pro uoce principium, accepit Apostolus uo-
cem primus: pro genuit me, partus: pro toto simul, Creauit me principium uiarū sua-
rum, & genuit me primogenitus omnis creaturæ. Verum pro fundauit, in ipso crea-
ta sunt omnia: pro per me facta sunt quæ ab æterno sunt, siue throni, siue dominatio-
nes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum & in ipsum creata sunt. Omni-
bus igitur Apostolicis ad uerbum correspondentibus ad ea quæ à sapientia dicuntur,
hoc est uoce principium, ad primus: & genuit, ad primogenitus: & creauit me prin-
cipium uiarū suarum in opera sua, ad primogenitus omnis creaturæ: pro fundauit me,
in ipso creata sunt omnia: pro per me, per ipsum. Manifestū est autem quod etiam ima-
go non deest, sed pro Ego sapientia, accepta est. Et sicut Sapientia sapientis filius, essen-
tia essentiæ est, sic imago essentię similis est. Quapropter etiam intelligitur imago Dei
inuisibilis, qui est filius. Et habemus correspondentes omnes dictiones. pro sapiens,
Deus: pro sapiente, Deus: pro sapientia imago: pro principio, primus: pro genuit,par-
tus: pro toto simul, dicimus autem pro creauit me principium uiarum suarum in ope-
ra sua, & genuit me Primogenitus omnis creaturę, pro fundauit me, in ipso creata sunt,
pro per me, omnia per ipsum & in ipsum. Et manifestū est quod imaginem audiens
filium Dei inuisibilis, & sic impudenter cauillari similitudinem secundū essentiam filij
ad patrem conantes, uelut in omnibus aberrantes redarguit nō solum Paulus, sed
Ioannes filius tonitrui, tiam ante hunc Ioannes reuera tonitrui filius per propriam suam grandiloquentiam,
uelut ex quibusdā nubibus, ex sapientiæ ænigmatibus, piam nobis de filio intelligen-
tiam, iuxta similem modum persuasit. Vide enim mihi, quod etiam ipse quæ edoctus
est à sapientia, ea in Euangelio ab ipso nobis prædicato tradidit. Quum enim sapientia
» dixerit, Creauit me principiū uiarum suarum: principiū exposuit, dum dixit, In princi-
Prouerbiorū locus à Ioanne mutatus et expressus. pio erat Verbum. At pro creauit me, dixit, & Deus erat Verbum: ut ne in prolatione,
sed in substantia solida passionis exortem ex patre Deum Verbum intelligamus, pro
eram apud ipsum, apud Deum: pro me facta sunt quæ ab æterno sunt, omnia per ip-
sum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est: pro fundauit, In ipso uita
erat: cui par est, in ipso creata sunt omnia. pro Verbum caro factum, sapientia ædifi-
cauit sibi domum: pro eram apud ipsum gubernans, non potest filius facere à seipso
quicquam, nisi uideat patrem facientem. quæ enim ille facit, ea etiam filius similiter de-
monstrauit. Quare habemus illud dictum, In ore duorum aut trium testium: ad demon-
strationem similitudinis filij ad patrem secundū essentiam. primus enim sapientis sapientia
filium: alter Dei uerbum unigenitū Deum: tertius Dei filium imaginē dicit, ut Deus
Verbum, & Sapientia, & imago, similis ex omnibus, uelut antea dictū est, & secundū
essentiam filius Dei & patris ab omnibus prædicetur. Insuper uero adhuc amplius ue-
lut Thomam, per actionis cōtrectationem, ad similitudinem secundum essentiā Deus
» Verbū nos adducit, dicens: Sicut pater habet uitā in seipso, sic etiam filio dedit uitam
habere in seipso. Si enim hoc, Sicut pater habet: non uelut in alio intelligitur. Nō enim
aliud est pater, & aliud uita in ipso, ut aliud continens, aliud contentum intelligatur.
sed ipse incomposite est uita pater. Et sicut habet ipse, ita dedit etiam filio, nimirum
incompo-

incompositè sicut pater. Et manifestum est quod sic habet, quoniam non ingenito modo habet, neque compositè habet, similiter omnia secundùm essentiam, & incompositè sicut pater: quum clarum hoc sit, quod simile nunquam idem esse potest cum eo cuius est simile. Quæ res uel hinc demonstratur, quod in similitudine hominum factus est filius Dei, & factus quidem est homo, non autē per omnia idem quod homo. Et in similitudine carnis peccati fuit, ac fuit quidem in affectibus qui causa sunt peccati in carne, famis inquam, & sitis, ac reliquis. non fuit autem in identitate carnis peccati. Quare etiam ex Apostolicis testimonijs, similitudo secundùm essentiā filij ad patrē prædicatur. Sicut enim in similitudine hominū factus, & homo erat, & non per omnia homo: homo quidem, eo quòd carnem humanam assumpsit. nam Verbum caro factus est. Non erat autem homo, quoniam non similiter sicut homines genitus est. non enim ex semine & coitu. Ita etiam ante secula filius, Deus quidem est, eo quòd filius Dei est: sicut homo, eo quòd filius hominis: non autē idem cum Deo & patre genitore. sicut non idem cum homine, eo quòd sine defluxu & passione, & sine seminio ac uoluptate. Et in similitudine carnis peccati, eo quòd famem & sitim ac somnum in carne sustinuit, ex quibus affectibus mouentur corpora ad peccandum. Quum autem sustineret prædictos carnis affectus, nō ex illis ad peccandum cōmouebatur. Sic etiam filius existens Dei, & in forma Dei existens, & æqualis Deo existens, proprietates quidem habuit deitatis, secundùm essentiam incorporeus existens, & similis patri secundùm deitatem, & incorporalitatem atque actionē: quemadmodum similis carni, eo quòd caro esset, & affectus carnis sustineret, non tamen idem esset: prout Deus erat, neque forma est Dei, sed Deus: neque æqualis est Deo, sed Deus: neque principaliter uelut pater, quemadmodum non ad peccandum homo, sed similiter actione uelut homo. Quæcunque enim fecerit pater, ea & filius similiter facit. Quemadmodum sanè hic non ad peccandum, sed similiter his qui in carne sunt commouebatur. Nam absurdum est, ab eo quidem quod secundùm naturam est, ipsum uenire ad hoc quod præter naturā est: hoc est, à Deo factum filium hominis, similem fieri his qui sunt secundùm naturam, id est natura hominibus, in suo ipsius quod habet præter naturam. In suo uerò quod habet secundùm naturam, non esse similem ipsum patri secundùm naturā, qui ex Deo Deus genitus est. Et manifestum est quod qui non secundùm essentiā dicunt similem patri filium, neque filium dicunt, sed creaturam solum: neque patrem patrem, sed creatorem: quum ipsius uocis similis intelligentia ac significatio, non ad identitatem patris ducat, sed ad similitudinē secundùm essentiam, & ad inenarrabilem ex ipso citra passionem generationem ac natiuitatem. Quemadmodum enim (repeto sermonem) in similitudine hominum, & in similitudine carnis peccati, non ad identitatem hominis ducebat, sed ad carnis essentiæ similitudinem, propter prædicta: sic neque filius similis secundùm essentiam existens genitori patri, ad identitatem patris suam ipsius essentiā ducet, sed ad similitudinem. Et si quis sapientiæ mundi addictus, quam Deus infatuauit, non attenderit in sapientia sermonis prædicationi, & cum fide confessus fuerit similitudinem secundùm essentiam filij ad patrem, uelut falsò dicens patrem & filium, & neque patrem dicens uere, neque filium: sed creatorem & creaturam, & communem faciens patris & filij intelligentiam in reliquis creaturis, & cauillari uolens, siue ob utilitatem, siue magnitudinis excellentiam, primum esse creaturarum, & nulla re confitens ecclesiasticā fidem in patrem ac filium: is, uelut qui aliud quàm quòd Apostoli nos docuerunt Euangelium prædicare uult, anathema sit. Et sicut iuxta beatū Paulum antè diximus, etiam nunc rursus dico repetoq́, ac necessariò pronuncio: Si quis sapientem solum audiens patrem, etiam sapientiam unigenitum huius filium ipsum esse dixerit, sapientiam soli sapienti, tollens esse filium: anathema sit. Et si quis sapientē audiens patrem, & sapien-

Similitudinis ratio.

Homo nō homo Christus.

tiam filium ipsius, dissimilem dixerit secundùm essentiam sapientiam sapientis Dei, ut lut non dicens sapientem sapientiæ uerè patrem, anathema sit. Et si quis Deum intelligens patrem, ipsum uerò in principio Verbum & Deum hunc, dixerit apud Deum Verbum ac Deum, ipsi Deo apud quem Verbum & Deus, uelut non dicens uere filium, anathema sit. Et si quis unigenitũ Dei Verbum filium audiens Dei, apud quem Verbum & Deus, dissimilem dixerit secundùm essentiam Deum Verbum patris, & Deum Dei ac patris, apud quem unigenitus in principio erat Deus Verbum, uelut nõ dicens uere filiũ, anathema sit. Et si quis imaginem audiens filium Dei inuisibilis, idem dixerit imaginem cum Deo inuisibili, uelut non cõfitens uere filium, anathema sit. Et si quis imaginem audiens unigenitum filium inuisibilis Dei, dissimilem dixerit secundùm essentiã filium qui est imago Dei inuisibilis, cuius imago etiam secundùm essentiã intelligitur, uelut non uere dicens filiũ, anathema sit. Et si quis audiens filium dicentem, Quemadmodum enim pater habet uitam in seipso, sic etiã filio dedit uitam habere in seipso: idem dixerit eum qui accepit à patre uitam, & cõfitetur hoc, & Ego uiuo propter patrẽ, cum eo qui dedit, anathema sit. Et si quis audiens hoc, Sicut enim pater uitam habet in seipso, sic etiam filio dedit uitam habere in seipso, dissimilem dixerit secundùm essentiam filium patri, contestans quod sic habet, uelut dixit, anathema sit. Manifestum enim est quod uita, quæ in patre intelligitur, essentiã significante, & uita unigeniti, quæ ex patre genita est, essentia intellecta: uox sic, similitudinẽ essentiæ ad essentiam significat. Et si quis hoc, Creauit me: & hoc, Genuit me: de ipso audiens, genuit me non de ipso secundùm essentiam intelligit; sed idem dixerit Genuit me, cum creauit me: uelut non dicens filium citra passionem perfectum, ex duobus nominibus, nempe creauit me, & genuit me, creaturam solum confitens, & non amplius filium, uelut sapientia ex duobus piè intelligentiam tradidit, anathema sit. Et si quis dum filius secundum essentiam similitudinem ad suum patrem nobis reuelat, dum ait: Sicut enim pater uitam habet in seipso, sic etiam filio dedit uitam habere in seipso. & secundùm actionem similitudinem, dum dicit, Quæcunque enim pater fecerit, ea & filius similiter facit: solam secundùm actionem similitudinem concesserit, & eam quæ secundùm essentiam est, quæ præcipua fidei nostræ pars est, à filio abstulerit, uelut seipsum priuans uita æterna, quæ in cognitione patris & filij est, anathema sit. Et si quis in patrem & filium credere profitens, patrem non essentiæ similis ipsius patrem dixerit, sed actionis, uelut prophanas innouationes contra essentiam filij Dei loqui audens, & uere filium esse tollens, anathema sit. Et si quis filium similem secundùm essentiam intelligens, illius cuius etiam intelligitur filius, aut idem dixerit cum patre filium, aut partem patris, aut secundùm defluxum ac passionem, uelut corporales filios, incorporalem filium ex incorporali patre productum substitisse, anathema sit. Et si quis eo quòd pater nunquam filius intelligitur, & filius nunquam pater intelligitur, aliud dixerit filium à patre, eo quòd pater aliud est, & aliud filius, uelut dictum est, Alius est qui testimonium præbet de me: &, Testatur, inquit, qui me misit pater: propter hanc, quæ piè in Ecclesia intelligitur, proprietatem personarum patris & filij, timẽs ne fortè idem intelligatur filius cum patre, dissimilem dixerit secundùm essentiam filium patri, anathema sit. Et si quis in tempore patrem, patrem unigeniti filij intelligit, & non super tempora, & omnes humanas cogitationes credit unigenitum filium ex patre citra passionem substitisse, uelut transgrediens apostolicam prædicationem, quæ tempora quidem de patre ac filio reprobat, fideliter autem nos hoc docet, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, anathema sit. Et si quis patrem tempore seniorem dixerit filio ex ipso unigenito, iuniorẽ uerò tempore filium patre, anathema sit. Et si quis temporis exortem unigeniti filij ex patre substantiam, ad ingenitam Dei essentiam referat, uelut filio

patrem

patrem dicens, anathema sit. Et si quis potestate sola patrem dixerit unigeniti filij, & non potestate simul & essentia patrem unigeniti filij, uelut solam potestatē accipiens, & ipsum ad reliquas creaturas cōmunem faciens, & nō dicens uerè ex patre genuinū filium, anathema sit. Et si quis potestate & essentia dicens patrem, patrē filij, coessentialem autem aut eiusdem essentiæ cum patre filium dixerit, anathema sit. Et sunt qui subscripserunt, Basilius, Eustathius, Hyperechius, Letoius, Heorticus, Gymnasius, Memnonius, Eutyches, Seuerinus, Eutychius, Alcimedes, Alexander. Sic credo, & uelut præscriptū est etiam per subscriptionem confiteor.

Hactenus Basilij & Georgij commonefactio.

Essentiæ nomen nudo modo in ueteri ac nouo Testamēto non habetur, sensus autem & significatio eius ubiq; habetur. Et primum in his quæ Deus Mosem mittens, dixit: Sic dices ad filios Israël, Qui est, &c. uelut de eo qui primariò pater intelligitur, ex quo omnis patrum familia in cœlo & in terra nominatur, qui neq; ex aliquo est, & his quæ sunt, ut sint causa est. Quandoquidem uerò & filius est qui est, accepit hoc ex Euangelio secundùm Ioannem dicentem, In principio erat Verbum: & occasionem reperit Paulus Samosatensis, & Marcellus, nō amplius dicentes filium Dei filiū uere, sed prætextu ex uoce Verbum arrepto, Verbum & sermonem ex ore uoluerunt dicere filium Dei, ideoq; coacti sunt patres qui Paulum Samosatensem condemnarunt ob talem opinionem, quo ostenderent quod filius substantiā habet, & existens est, & est qui est, non autē Verbum ex ore est, essentiam dicere etiam filium, differentiā eius quod per seipsum existit, & eius quod nō existit, essentiæ nomine ostendentes. Nam Verbū per seipsum nullam substantiā habet, & nō potest esse filius Dei, alioqui multi sic erunt filij Dei. Multa enim cōfitetur pater loquens ad filium: quum dicat, Fiat firmamentum, fiant luminaria, producat terra, & faciamus hominem. Quare pater ad filium loquitur, & uerba quidem Dei quæ loquitur ad filiū, non sunt filij. Verùm filius ad quem loquitur pater, cum alijs pie appellatur panis, & uita, & resurrectio. Insuper & Verbum nominatur, quoniā interpres est uoluntatū Dei. Itaq; ut ne hæretici decipientes simpliciores, dicerent filium idem cum uerbis quæ loquitur Deus, patres differentiam filij Dei ad uerba Dei ostendentes, filium essentiā uocauerūt. Ita differentiā declarantes, quod Deus est qui est, & uerba quæ loquitur sunt, sed non essentiæ Dei, uerum uocales actiones. At filius Verbum existens, nō est uocalis actio Dei, sed filius existens, essentia est. Si enim pater est qui est, & filius est qui est, est autē sic filius, uelut qui ex Deo ingenuè ipsum esse habet: Verbum intelligetur filius, nō uelut uerba quæ Deus loquitur. Illa enim ipsum esse in loquente habent. hic uerò eo quòd ex patre genitus est, & patrem audit, & patri ministrat, ipsum esse habet. Hanc igitur substantiā patres uocauerunt essentiam. Similem igitur intelligimus filium patri per omnia, pugnantes & aduersus hanc quæ nunc exorta est in Ecclesia hæresim. Nam præsens hæresis iuxta uoluntatē & actionē pronunciat esse similem filium patri, iuxta essentiā uerò dissimilē esse filium patri. Quare cōfirmatur à præsentibus nouis hæreticis, quod uoluntas quidem filij, & actio filij, similis est uoluntati patris, & actioni patris. Ipse autem filius dissimilis est patri. Et propterea uoluntatem quidem filij & operationem similem esse uolunt uoluntati ac operationi patris, filium autē non uolūt similem esse patri. Quoniā affirmant non esse ex Deo genitū filium, sed solum creaturā esse ipsum: & hunc differre à cæteris creaturis, quod præminet magnitudine, & quod primus omnium productus substitit, & quod ministro ipso usus est Deus ad reliquorū opificium. Nam, inquiunt, hæretici, alia quidem per filium Deus fecit, ipsum autē non per aliquem, sed ipse ipsum per se fecit, & præminentē magnitudine & potentia omnibus fecit. Et propterea ipsum uocauit unigenitū filium. Nos uerò qui de catholica Ecclesia sumus, & ex diuinis Scripturis confessionem fidei accepimus, sic habemus: Quod

Essentiæ uocabulum.

Verbi ad uerbū differētia.

Creatura quomodo dicatur filius Dei ab hæreticis.

pater ſimilis ſuijpſius filij eſt pater, & filius ſimilis eſt patris, ex quo pater filius intelligitur: Ita ut nos amplius decernamus, atq; ſic mentem purgemus, uelut aduerſus Sabellios ac reliquos, quod neq; filius poteſt pater, neq; pater poteſt eſſe filius: ſed filius, filius: & pater, pater, & non filius. In his enim eſt exacta ſinceritas cognitionis perſonarum, quod pater, pater ſemper exiſtens, carnis exors eſt & immortalis: filius autem filius exiſtens ſemper, & nunquam pater exiſtens (Semper autẽ dicimus propter temporis excluſionẽ & ſubſtantiæ incompræhenſibilitatem) carnem aſſumpſit iuxta uoluntatem patris, & mortem pro nobis ſuſtinuit. His ita probè diſcretis, admirandi illi hæreſis propugnatores, duo procurare ſtudent. Vnum quidem, ut nõ amplius dicãt patrem & filium, ſed ingenitũ & genitũ. Et per hoc, hæreſis cõmentum ac ſophiſma Eccleſiæ ſuperinducere ſe putant. Intelligunt enim ſapientes rerum diuinarum, ingenitum minus eſſe quàm nomen patris. Nam uox Ingenitum, quod quidem nõ genitus eſt ſignificat, nondũ uerò an & pater eſt ſignificat. At uox pater, plus eſt quàm nomen ingeniti. In ingenito enim non apparet patris potentia. Verùm in nomine pater, ſimul apparet quod nõ eſt filius ipſe pater, ſimulq; propriè intelligitur pater, & quod cauſa eſt ſimilis ſuijpſius filij. Atq; unum quidem hoc eſt. Alterum uerò, quod quum antea ſcripſerint diſſimilem ſecundùm eſſentiã filium patri, & putarent ſe cõdemnare Eccleſiam per literas quas à uenerando epiſcopo Oſia uenati eſſent, in quibus diſſimilis ſecundùm eſſentiam habetur, poſtquam redijſſent illi ex oriente ad Sirmium, collegerunt & hoc huius hæretiſmi maleficium, ut ne pœnas darent ob facinora in orientali fidem perpetrata: & conati ſunt eſſentiæ nomen, quod in uſu patribus eſt, propter prædictas cauſas tollere ex eccleſiaſtica doctrina, quo etiam hac parte hæreſim ſuam corroborare uiderẽtur. Opinati enim ſunt, quod ſi eſſentiæ nomen eiectum eſſet, iuxta uoluntatem ſolum, & iuxta actionem ſimilem patri filium dicentes: poteſtatem ſe habituros, dum eſſentia non nominaretur, de cætero diſſimilem dicere ſecundùm eſſentiam, & iuxta ipſum eſſe, filium patri. Attamen uindex ueritatis Deus, qui depræhendit ſapientes in uafricia ipſorum, cognitionem unigeniti ſui, & filium per omnia ſimilem eſſe patri, coram pio rege audacter loquutus eſt. Sic enim & ipſe ſentiebat pius exiſtens pro propugnatore ſuo unigenito filio Dei. Et ſic ſentiens pio ore decreuit, per omnia, uelut nos catholici credimus, ſimilem eſſe filium patri. & ut per ipſum non procederent inſidiæ contra eccleſiaſticam fidem conſtructæ, quæ tollere uolebant eſſentiæ nomen: quo dum ore nõ diceretur eſſentia, de cætero in cordibus latitans hæreſis paſceretur. Verùm ipſos antea depræhendimus ſcripſiſſe, ſimilem ſecundùm uoluntatem, diſſimilem uerò ſecundùm eſſentiam. Quare ſi integrè & purè per omnia ſimilem confitentur, uanus redarguitur ipſorum conatus, qui moliti ſunt eſſentiæ nomen tollere. Nihil enim lucrifecerunt, coacti cõfiteri filiũ patri per omnia ſimilem. Si enim per omnia, uelut cõfeſſi ſunt, ſimilis eſt, ſicut ſanè eſt filius patri ſimilis: non ſecundùm uoluntatem & operationem ſolum ſimilis eſt, uelut ipſi decernũt, ſed ſecundùm exiſtentiam, & iuxta ſubſtantiam, & iuxta eſſentiam uelut filius, & in ſumma, per omnia, omnia complectitur, & nullam differentiam admittit: ita ut conſiteamur neque ipſum ſibijpſi ſimilem eſſe patrem, neque filium ipſum ſibijpſi ſimilem eſſe: ſed filium eſſe ſimilem patri, & in eo quòd per omnia ſimilis eſt patri, filium eſſe, & non patrem: ex quo patre perfectus ex perfecto, ante omnẽ intelligentiã & omnes ratiocinationes temporaq; ac ſecula, ex patris ſimilitudine genitus, ſicut nouit ſolus pater, qui ex ſeipſo ipſum citra paſſionem genuit, & filius qui ex ipſo ipſum eſſe habet, & cui ipſe reuelabit, in ſui ſpeculatione exhibens nobis ut patrem ipſius dignè intelligamus. Et ne perturbet aliquos ſubſtantiarum nomen. propter hoc enim ſubſtantias orientales dicunt, ut proprietates perſonarũ ſubſiſtentes & exiſtentes notas faciãt. Si enim ſpiritus eſt pater, ſpiritus etiã filius, ſpiritus etiã ſpiritus ſanctus: non intelligitur pater

Ingeniti ac geniti uoces, cur excogitatæ.

Conſtantini pietas.

Subſtantiarum nominis ratio.

pater filius, subsistit autem & spiritus, qui non intelligitur filius, & qui nō est spiritus. Subsistit autem & spiritus sanctus, & nō est spiritus sanctus, neq; pater, neq; filius: sed spiritus sanctus ex patre, qui per filium datur meritò subsistentē & existentē. proinde proprietates personarū subsistentiū substantias nomināt orientales, non tres substantias, tria principia, aut tres deos dicentes. Detestantur enim si quis tres deos dicit. Imò neq; patrē & filium duos deos dicunt. Cōfitentur enim unam esse deitatē, continentē per filiū in spiritu sancto omnia. Cōfitentur unam deitatē, & unum regnū, & unum principium. Attamen personas in proprietatibus substantiarū piè notas reddunt: patrem in paterna autoritate subsistentē. intelligentes etiā filium, non partem esse patris, sed purè ex patre perfectum ex perfecto genitū, & subsistentē confitentes. Et spiritum sanctum, quem diuina Scriptura Paracletū nominat, ex patre per filium subsistentem notificātes. Veluti enim Paracletus spiritus ueritatis docet nos ueritatē, quæ est filius: Nemo enim dicit Dominus IESVS, nisi in spiritu sancto: sic etiā filius qui est ueritas, uerum Deum suum patrem nos pie nosse docebit. quemadmodū dicit, Qui uidit me, uidit patrem. Igitur in spiritu sancto, filium digne intelligimus. In filio uerò unigenito, patrem piè ac dignè glorificamus. Et hoc est sigillū fidei, in quo sigillo baptizari præcepit Saluator & Dominus noster IESVS CHRISTVS, dicens, Euntes docete omnes gentes, baptizātes ipsos in nomen patris & filij, ac spiritus sancti. Equidem de filij similitudine ad patrē per omnia, diffusius alibi dictum est. Sed neq; nunc breuibus indicare cunctabimur, quod Apostolus imaginē inuisibilis Dei filium dixit, & in hoc docuit quod filius similis est patri: alibi uerò quomodo filiū intelligere oportet, tradidit. Nam in epistola ad Philippēses dixit, Qui in forma Dei existens, nō rapinam arbitratus est, quod esset æqualis Deo, sed inaniuit seipsum, forma serui accepta, in similitudine hominū constitutus. Et in epistola ad Romanos, Impotentiā enim legis, in eo quod imbecillis erat per carnem, Deus proprio filio misso in similitudine carnis peccati expleuit, & de peccato cōdemnauit peccatū in carne. Quare ex duobus testimonijs ex duabus epistolis, à corporali piè etiam de similitudine intelligentiam in incorporali, de patre ac filio nos edocemur. Nam hoc, Forma serui acceptā: & hoc, In similitudine hominum cōstitutus: ostēdit quod ex uirgine carnē susceperit. Igitur caro quam susceperit filius Dei, eadem quidē est cum carne hominū, uerum in similitudine hominū est, quoniā non ex seminio uelut homines, neq; ex cubili uiri genitus est. Sicut iuxta similē modū etiā filius spiritus existēs, & ex patre spiritus genitus, iuxta hoc quidē quod spiritus ex spiritu est, idem est: uelut caro ex carne Mariæ est. Verū iuxta hoc quod citra defluxum & passionem ac partitionē ex patre genitus est, similis est patri. Et non ipse secundùm carnem filius, in similitudine hominum est, & non ipse per omnia homo. Igitur per epistolam ad Ephesios docuit nos quomodo substātia filij similis est substātiæ patris. Spiritus enim ex patre, & iuxta spiritus quidem intelligentiam, idem: sicut iuxta carnis intelligeutiam, idem. Non idem autem, sed simile, eo quòd spiritus qui est filius, non est pater. Et caro quum Verbum susceperit, non est ex semine & uoluptate: sed sic uelut Euangelium nos docuit. Et per hæc sanè nos docuit uelut antea dictum est, quomodo filius iuxta essentiā suam, & substantiā essentiæ suæ, similis est per omnia patri. Quomodo autē similis est iuxta uoluntatē & actionem ac opera, per epistolam ad Romanos, ubi dixit: In similitudine carnis peccati, cōdemnauit peccatum in carne. Quę enim eadem caro erat quam susceperit filius Dei, cum carne peccati, & similiter cōcitabatur ad famem & sitim ac somnum, uelut omnis caro, ea ex his ad peccandum non commouebatur. Quapropter dictum est, In similitudine carnis peccati. Id quod simile est huic, Quæ enim pater, hæc & filius similiter facit. Pater enim spiritus existēs, autenticè facit: filius uerò spiritus existens, nō autenticè facit sicut pater, sed similiter. Igitur prout quidem caro & caro, idem est: sicut inquantū spiritus

Similitudinis filij ad patrē ratio.

Identitatis ac similitudinis ratio expressa.

& ſpiritus, idem eſt: inquantū uerò ſine ſeminio, nō idem, ſed ſimile. Sicut inquantum ſine defluxu & paſſione filius, non idem, ſed ſimile eſt. Et prout quidem caro & caro idem: ſicut prout ſpiritus & ſpiritus, idem. Inquantum uerò in ſimilitudine carnis peccati, ſimilis eſt carnis motibus, & nō idem. Quemadmodum ſanè in ſimilitudine mortus filius, miniſtri modo, & non idem ſicut pater autenticè. Quæ enim pater facit, eadem filius non ſic ipſe facit, ſed ſimiliter. Et manifeſtum eſt ex his, quod per omnia filius ſimilis eſt patri, uelut filius patri ex ipſo genuino modo genitus. Nam abſurdū eſt filium Dei ante ſecula exiſtentem, & ſecundùm naturam exiſtentem Deum, quando prætur naturā ſuam ex Maria factus eſt homo, ſimilem fieri ipſum hominibus ſecundùm naturam, in ſuo ipſius quod habet præter naturam: præter naturam enim erat ipſi qui Deus erat, ut homo fieret: In ſuo uerò quod habet ſecundùm naturam, nō eſſe ipſum ſimilem patri genitori. Si enim in ſuo quod habet præter naturam, ſimilis eſt his qui ſunt ſecundùm naturā: multo magis ſimilis eſt in ſuo quod habet ſecundùm naturā patri qui ipſum ingenuè genuit. Quare ſimilē eſſe per omnia filium patri, propoſitum eſt in Scripturis. Similis eſt autē, uelut docuit nos ſimilis intelligentiā, Apoſtolus per ea quæ relata ſunt. Similis enim eſt & inquantum uita ex uita, & lumen ex lumine, & uerus ex uero, & ſapientia ex ſapiente. Et in ſumma eſt ſimilis ſecundùm ſcripturas, non iuxta actionem ac uoluntatē ſolum, ſed ſecundùm ipſam eſſentiam & ſubſtātiam ac exiſtentiam, ſimilis eſt per omnia patri genitori, uelut filius patri. Si uerò noui illi ac uani hæretici diſputantes contra nos ingenitū dicunt & genitū, dicemus ad ipſos: Quandoquidem uos malefici eſſentiæ nomen, quod patres in uſu habent, uelut non ſcriptum non admittitis: neq; nos Ingeniti uocem in Scriptura non extantem recipimus. Incorruptibilem enim, & inuiſibilē, & immortalē, dicit Apoſtolus: nunquam autem Ingenitum ipſum nominauit Scriptura. Deinde uelut dictum eſt, Ingenitus nondum ſignificat patris intelligentiā: & genitus nondum ſignificat propriè filium, ſed ad omnia genita cōmunem facit intelligentiā. Qui enim dixit genitum, quod quidem genitus eſt ſignificauit, nequaquam uerò filiū, qui ſempiternè intelligitur, declarauit. Quapropter ſempiternè intelligentes filium Dei, hoc non recipiemus. Ad hæc,

Patris & filij nomen ad aliquid eſt.

patris & filij nomen, cognationem ad aliquid & relationem ſignificat. Quare etiamſi patrem ſolum nominemus, habemus in nomine ſubintellectam notionem filij. Pater enim filij pater dicit. Et ſi filiū ſolùm nominauerimus, habemus notionē patris, quia filius patris filius dicitur. Hæret enim alterum ex altero, & non dirimitur cognationis habitus, ſed & alterutrū ſolum dictum, cōducit alterius intelligentiam, & nō nomen ſolum, ſed cum nomine etiam naturæ cōſortium. patrem enim intelligentes Deum, Dei patrem intelligimus: & filium intelligentes Dei, Deum intelligimus relatū filium Dei, & ſimilem illi ſecundùm naturā, cuius intelligitur filius. Ingenitum uerò non dicitur geniti ingenitum, neq; genitum ingeniti genitū. Quandoquidem igitur nequaquam mutuam inter ſe relationē habent ingeniti & geniti uoces, neq; ſimul naturam oſtendunt: uerùm cōmunem faciunt filij proprietatem ad reliquas creaturas: non ſuſcipimus eas uoces propter inſidias ad impietatem tendentes, ſed ſemper patris & filij nomine pie utemur. Primùm quidem quod qui ex gentibus uocati ſumus, nō baptizati ſumus in ingenitū & genitum, ſed in patrem & filium. Deinde quod nuſquam reperitur, quod filius ſuum patrem dixerit Ingenitum, ſed ſemper patrem dixit Deum, & ſemper ſeipſum filium Dei. Atq; hoc ipſum paucis indicabimus, audientes ipſum dicentem: Si diligeretis me, gauderetis utiq;, quia uado ad patrem meum. Et, Quem pater ſanctificauit & miſit in mundum. Et, Mihi iraſcimini, quia dixi, Filius Dei ſum. Et, Ego ex patre exiui, & uenio: exiui ex patre, & ueni in mundum, rurſus relinquo mundum, & eo ad patrem. Sed & Petri confeſſio eſt, Tues CHRISTVS filius Dei. Et pater ex ſupernis dixit, Hic eſt filius meus dilectus. Et propterea quandoquidem ſic

Ingeniti & geniti appellationes reprobatæ.

sic pater filij meminit, & filius patris, & in his nominibus (repeto sermonem) obsignati sumus, his etiam semper utemur, repulsis prophanis uocum uanitatibus contra apostolicam fidem. Nam quod à patre dictum est, In splendoribus sanctorum, ex utero ante luciferum genui te: necessariò dictum est, & abducet à communitate ad creaturas filium, patre ex ipso genuinum & propriè genitum filium, per uteri nomen docente. Sicut similiter etiam filius, Dominus creauit me, dixit. & ut nouatam ipsius ad reliquas creaturas naturam putaremus, necessariò intulit, Ante omnes uerò colles genuit me: piam & passionis exortem filiationis suæ ex Deo patre intelligentiã declarans. At semel quidem pater, & semel filius, propter prædictam piam ingenuitatem Dei, genitum uocem nobis proposuerunt. Verùm totum nouum Testamentum plenum est patris & filij nominibus. Quo uerò ex propríjs cognoscãtur hi qui hæresim hanc nouarunt, ex multis ab ipsis in hoc argumentum conscriptis, pauca per longum annotauimus, ex quibus Catholici totam hæresis sententiam edocti, necessariò arbitror iudicabunt, eos qui hæc scripserunt detestari ipsa, & ipsos sua ipsorum reijcere ab apostolica fide, detestari item ac anathemate ferire eos qui eadem cum ipsis sentiũt ac docent. Scribunt enim ipsis uerbis, sic: Nam ut impertirem uobis optima in Deo uerba, atq; hæc breuibus, maximè proposui. Quicunq; enim similitudinẽ secundùm essentiam filium cum patre conseruare opinãtur, extra ueritatem progrediuntur, per ingeniti appellationem accusantes similem secundùm essentiam. Et rursus dicunt, Filius uerò minor natiuitate & est, & esse confessum est: Non ergo similitudinem secundùm essentiam conseruat ad ingenitum, uerùm conseruat in propria substantia ferens Dei uoluntatem. Igitur similitudinem conseruat non secundùm essentiam, sed iuxtà uoluntatis rationem. Qualem enim uoluit, produxit. Et rursus, Quomodo nõ etiam ipse mecum confiteris, quod secundùm essentiam nõ est filius similis patri? Et rursus, Quando sanè in confesso est, filius fine carens, non ex propria natura uitam habens, sed ex ingeniti potestate. Verùm ingenita natura infinitè superior est omni potestate. Quomodo manifestos faciunt seipsos impij, pro similitudine essentiæ diuersitatem essentiæ immutantes ac prædicantes. Et rursus, Quapropter nomen pater essentiæ significationem non habet, sed potestatis quæ produxit filium ante secula Deum Verbum, quam habet infinitè ipsi donatam, & quam essentiam ac potestatẽ habens perse uerat. Et rursus, Essentiæ significatiuam uolunt esse uocem pater, sed non potestatis. Itaq; patris nomine appellent etiam unigeniti substantiam. Dicimus nunc ad præsentes hæreticos, Quia uos scripsistis similem secundùm uoluntatem, dissimilem secundùm essentiam: ideo nos contrà scripsimus, quod similis non secundùm imitationem solum est, sed etiam secundùm essentiam. Quando quidem igitur primi uos essentiæ mentionem fecistis, dissimilem secundùm essentiam dicentes: & propterea conamini ut tollatur nomen essentiæ, quo iuxta uoluntatem solum similem esse filium dicatis: si uerè assentimini per omnia similem esse filium patri, detestamini eos qui differentiã similitudinis proferunt, & scribite sic: Si quis non per omnia similẽ dixerit filiũ patri, sicut filium patri: sed iuxta solam uoluntatẽ similem dixerit, iuxta essentiam uerò dissimilem, is anathema sit. Et postea si uolunt essentiæ nominis mentionem facere, & reprobant suas ipsorum subscriptiones: essentiæ mentionem ubiq; facientes, confitean-

Exemplar alterius epistolæ Semiarianorum.

tur etiam quæ tradita sunt à patribus, nõ solum secundùm uoluntatem, sed etiã iuxta essentiam & substantiam ac existentiam per omnia semel similem esse filium patri, uelut filium patri, quemadmodum diuinæ dicunt Scripturæ. Etenim in editam fidem, de eo quod similis est filius patri per omnia, sic subscripserunt: Ego Marcus episcopus Arethusiæ sic credo, ac sentio uelut præscriptum est, & qui præsentes fuerunt similiter. Valens uerò sic: Quomodo quidem subscripsimus nocte illucescentis Pentecostes, præscriptam subscriptionẽ nouerunt qui præsentes fuerũt, & ipse pius rex, apud

quem & ſcripto & citra ſcriptũ teſtatus ſum. Poſtea uerò quũ ſuo more Valens ſubſcripſiſſet, & in ſubſcriptione appoſuiſſet, ſimilem filium patri: non autem appoſuiſſet per omnia, & oſtendiſſet quomodo aſſenſus eſſet præſcriptis, aut quomodo coeſſentialis uocem intelligeret: adnotauit hunc pius rex, & coëgit ipſum addere, per omnia: quod etiã addidit Baſilius. Suſpicans itaq; Valens Baſilium ipſum hoc, per omnia, ex propria ſententia appoſuiſſe, feſtinauit etiã ipſe hoc arripere, ſecumq; ad Synodum in Arimino deferre. Subſcripſit autem ſic: Ego Baſilius epiſcopus Ancyrę, credo ac conſentio præſcriptis, ſimilẽ confitens filium patri per omnia: per omnia uerò, non ſecundùm uoluntatẽ ſolùm, ſed & ſecundùm ſubſtantiã & ſecundùm exiſtentiam, & ſecundùm eſſentiam, uelut filium, ſecundùm diuinas Scripturas, ſpiritum ex ſpiritu, uitam ex uita, lumen de lumine, Deum ex Deo, uerum ex uero, ſapientiam filium ex ſapiente Deo & patre. Et in ſumma, per omnia ſimilẽ filium patri, uelut filium patri. Et ſi quis ſecundùm aliquid ſimilem dixerit, uelut præſcriptũ eſt, eum alienum eſſe à catholica Eccleſia, uelut qui non dicit ſecundùm diuinas ſcripturas ſimilem filiũ patri. Lecta eſt ſubſcriptio, & data eſt Valenti, præſente Marco, Georgio, Vrſacio, Germaniano, Hyſpatiano, epiſcopis & presbyteris ac diaconis pluribus. Hæ epiſtolæ poſtpoſitę ſunt, ut unuſquiſq; ſtudioſus & ueram fidem requirens ſciat, quod non ex inani ferimur ad dicendum contra quoſdam, ſed ex ueris confirmationibus procedere conamur. Itaq; ad cõtentionem deuenerunt ĩdem rurſus cum ſodalibus ſuis, propter odia quædam & æmulationẽ humanã rixantes inter ſe, & de principatu litigantes. Et fortificata eſt tunc pars horum Semiarianorum, Baſilĩj inquam, & Georgĩj, ac Syluani, & reliquorum, quum haberẽt ſecum carnis dextram, Conſtantium regem. Vicit tamen Eudoxius, & Georgius Alexãdrinus, & Euzoius Antiochenus. Et Baſilius quidem ac Georgius Laodicææ depreſſi ſunt, quamuis multum ualerent. Ex quibus multi ſeparati ſunt ab eadem hæreſi ac ſynodo. Et diuiſa eſt Arianorum cõgregatio in tres ordines. Acacius enim Palæſtinus Cæſareæ epiſcopus cum Meletio & Vranio Tyrio, & Eutychio Eleutheropolita, propter æmulationẽ & odium aduerſus Cyrillum Hieroſolymitanũ, reſtitit Baſilio & Georgio Laodiceno, & Syluano Tarſenſi, Eleuſioq; Cyzici, ac Macedonio Cõſtantinopolitæ, & Euſtathio Sebaſteæ, & Aniano Antiocheno. Tunc his confirmatis cõtra ipſum, idem Acacius ſeipſum armauit, & multam bam cõcitauit. Et inter ſe quidem eiuſdẽ opinionis ſententiã habuerunt. quum autem unuſquiſq; diuerſimode cõfiteretur, inter ſe ad contentionẽ progreſſi ac fiſſi, in prædictos tres ordines diuulſi ſunt. Nam Acacius cum ſuis, neq; coeſſentialẽ cõfitebatur, neq; creaturam unam ex creaturis. Et quamuis ĩjdem eſſent, occultè uerò propter temporis occaſionem creaturæ uocem cõticeſcerent, ipſi quidem toti fuerũt quales etiam Ariani, occultauerunt autẽ in illo tempore, nihil aliud ſentientes quàm hoc, propter eos qui ipſis ammixti erant, natura quidẽ orthodoxi, uerũ hypocritæ, ut qui ſimulatorem regiam dextram, & formidarent, haberentq; inter ſe inimicitias, ſua confirmare uolentes. Eutychius enim Eleutheropolita, nimirũ ut qui à beato Maximona Hieroſolymita confeſſore ac epiſcopo fidem haberet manifeſtè orthodoxã: propter inimicitiam aduerſus Cyrillum, nõ ammixtus fuit Acacio, orthodoxam quidem habens fidem uſq; ad tempus, ſimulans autem ob proprium thronum: & alĩj plures Palæſtinę (propter quos Acacius cum ſuis inſtructus erat) eandem rabiem habẽtes, & inſanam malam fidem, tandem ad tempus nihil cõcitabant de his, neq; confitebantur, neq; negabant. Sed congreſſi in Seleucia aſpera appellata in Iſauria, ex præcepto Conſtantii regis, aliam fidem edunt, non ſecundùm eam quæ à patribus propoſita eſt in urbe Nicæa, quæ recte & bene ordinata eſt, ſed ſimulatè uelut per ſimplicitatem dicentes, Credo in unum Deum patrem omnipotentem, &c. & in filium Dei: ſimpliciter, nihil fortius loquuti. Poſtea uerò ut fabulam ſuam agerent, dixerunt, Reĩjcimus uocem coeſſen-

Synodus Ariminenſis.

Arianorum ſectæ tres.

Seleuciæ aſperæ ſynodus.

Fidei in Seleucia editæ exemplum.

coessentialem,uelut alienam à diuina Scriptura. Dissimilitudinẽ uerò filij ad patrem anathemate ferimus. Et erat hæc fraudulentorum uenatorum esca. Nam quum inter se conuersabantur,dicebant ac docebant,quod creatura quidem est filius Dei,sed similis est patri,uelut iuxta sententiam hanc quæ inter homines recepta est. Exprimunt enim & plastæ statuas, & assimilant imagines ex auro & argento, & alia materia,aut per colores in ligno, & similitudinem habent, nihil autem iuxta æqualitatem expressorum. Sic apud ipsos fraus erat,confiteri quidem similem patri, nihil autem habere de patris deitate in totum. Verum quidam ex his qui cum ipsis erant, propter instantem ita temporis calamitatem, simul suscipiebãt, & simul erant conscij plerique ipsorum. Quidam uerò etiam ignorãtes,uelut postea ostensum est. Erat enim cum his Patrophilus Scythopolita, & post hunc Philippus, qui illic constitutus erat successor prædicti, & alij plures, qui natura hanc hæresim tenebant. Nunc uerò post illorum obitum, quum dilatata est ipsorum mala opinio, etiam cum loquendi fiducia ex hac hæresi sunt,propter carnis dexteram. & dum non amplius impediuntur,palàm prædicant ipsorum aggressionem, non amplius neque pudore prohibiti, neque aliquo præcepto coërciti. Quo uerò non uideamur ex inani ferri, etiam editam illic ab Acatio fidem cum subscriptione in ipsa synodo factam hic apponam. Et est hæc:Nos qui conuenimus Episcopi ex diuersis prouincijs in Seleucia Isauriæ, ad mandatum pietatis pientissimi regis nostri Constãtij, hæc colloquuti sumus iuxta regiam uoluntatẽ. Hesterna die quæ erat ante quintum Calendas Octobres, omnem diligentiam adhibuimus, ut pacem Ecclesiæ cum omni bono ordine cõseruaremus,& fidem firmiter distingueremus, uelut præcepit pientissimus rex noster Constantius,iuxta propheticas uoces, & nihil præter diuinas Scripturas Ecclesiasticæ fidei adderemus. Quandoquidem uerò in synodo quidam nostros partim contumelia affecerunt,partim os obturarunt non permittentes ipsis loqui, partim excluserunt inuitos: sed & depositos habebant secum ex diuersis prouincijs, & præter regulam constitutos secum ducebant, ut consessus undique tumultu plenus fieret: quemadmodum illustrissimus comes Leonas, & splendidissimus dux prouinciæ Lauricius suis oculis perceperũt: ea de causa profitemur quod non fugimus, neque auersamur authenticam fidem in dedicationis festiuitate in Antiochia editam proferre, ubi etiam maximè patres nostri illo tempore ad subiectã quæstionẽ concurrerunt. Nam multos turbauit uox coessentialis,& similis essentiæ appellatio,in præteritis temporibus usque in præsens. Sed & usq; huc dicitur nouari ab aliquibus dissimilitudo filij ad patrẽ. Quapropter coessentialis uocem reijcimus,uelut à scripturis alienam. Dissimilitudinem uerò detestamur. Et omnes qui tales sunt, alienos ab Ecclesia putamus. Similitudinem autem filij ad patrem clarè confitemur,iuxta Apostolum dicentem de filio, Qui est imago Dei inuisibilis. Confitemur autem & credimus in unum Deum,patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ,uisibiliumq; ac inuisibilium. Credimus autem & in Dominũ nostrum IESVM CHRISTVM filium Dei,ex ipso genitum citra passionem ante omnia secula,Deum Verbum, Deum ex Deo unigenitum,lumen,uitam,ueritatem, sapientiam,potentiã, per quem omnia facta sunt in cœlo & in terra,siue uisibilia,siue inuisibilia. Hunc credimus in cõsummatione seculorum ad reprobationẽ peccati,carnem assumpsisse ex sancta uirgine, & hominẽ factum esse,passumq; esse pro peccatis nostris,ac resurrexisse, & assumptum esse in cœlos, & sedere in dextera patris, rursus uenturum in gloria,ad iudicandum uiuos & mortuos. Credimus & in spiritum sanctum, quem etiam Paracletum nominauit Saluator ac Dominus noster IESVS CHRISTVS, ubi promisit post abitionem suam missurum se esse hunc discipulis, quem etiam misit, per quem & sanctificat eos qui in Ecclesia credũt,& baptizati sunt in nomine patris & filij ac spiritus sancti. Eos uerò qui præter hanc fidem aliud quid præ-

Fides Synodi Seleuciæ.

prædicant,alienos nouit catholica Eccleſia. Quod autem huic fidei æquiualens eſt & ea quæ in Sirmio prima edita eſt fides, corã pietate regis noſtri, cognoſcũt qui ipſam legunt. Subſcripſerunt præſentes, Baſilius, Marcus, Georgius Alexãdriæ epiſcopus, Pancratius, Hypatianus, & plurimi epiſcopi occidẽtis. Ego Georgius epiſcopus Alexandriæ edidi fidem ſic, & confiteor me ſentire uelut præpoſitũ eſt. Ego Acacius epiſcopus Cæſareæ edidi fidem ſic, & confiteor me ſentire uelut præpoſitũ eſt. Vranius epiſcopus Tyri. Eutychius epiſcopus Eleutheropolis. Zoilus epiſcopus Lariſſæ Syriæ. Seras epiſcopus ex Paratonio Libyæ. Paulus epiſcopus Emiſes. Euſtathius epiſcopus Seleuciæ. Theodotus epiſcopus Epiphaniæ. Irenæus epiſcopus Tripolis Phœnices. Euſebius epiſcopus Pinarenſis Syriæ. Eutychianus epiſcopus Patarorum Lyciæ. Euſtathius epiſcopus Hipporum & Sidymorũ. Baſilius epiſcopus Cauniorum Lydiæ. Petrus epiſcopus Hippi Paleſtinæ. Stephanus epiſcopus Ptolemaidis Libyæ. Eudoxius epiſcopus. Apollonius epiſcopus Oxyrinchi. Theoctiſtus epiſcopus Oſtracines. Leõtius epiſcopus Philadelphiæ Lydiæ. Theodoſius epiſcopus Philadelphiæ Lydię. Phœbus epiſcopus Polychalandiæ Lydiæ. Magnus epiſcopus Themiſorum Phrygiæ. Euagrius epiſcopus Mitylenes insularum. Cyrion epiſcopus Doliches. Auguſtus epiſcopus Euphrateſiæ. Pollux epiſcopus Prouinciæ ſecundæ Libyæ. Pancratius epiſcopus Peluſij. Philicadus epiſcopus Aguſtadarum Phrygiæ prouinciæ. Serapion epiſcopus Antipyrgi Libyæ. Euſebius epiſcopus Sebaſtæ Paleſtinæ. Heliodorus epiſcopus Sozuſæ Pentapolis. Ptolemæus epiſcopus Thmueos Aguſtonices. Augarus epiſcopus Cyri Euphrateſiæ. Exereſius epiſcopus Geraſorum. Arabion epiſcopus Adraorum. Chariſius epiſcopus Azoti. Eliſſæus epiſcopus Diocletianopolis. Germanus epiſcopus Petrorum. Barochius epiſcopus Arabiæ. ſimul epiſcopi XLIII.

Hactenus prædictorum Semiariorum & Arianorum fidei editio.

Vos qui intelligentia prædĩti eſtis, ubi hanc & alias perlegiſtis, cognoſcitis quomodo aſtuta eſt aggreſſio alterius ipſorum congregationis, & nihil rectum, neque breuiter habens cõfeſſionis de Deo. Dicit enim Dominus, Quod in aurẽ audiuiſtis, hoc prædicate in tectis. Et Apoſtolus dicit, Veritatẽ loquatur unuſquiſq; cum proximo ſuo. At Propheta horum malignitatem redarguens detegit, ac dicit: Cum proximo ſuo loquitur pacifica, in corde uero ſuo habet inimicitiã ſiue maliciam. Sic etiam hi, Acacius inquam, cum ſuis cõplicibus, ab his qui regi adhærebãt diuiſi, cupiẽtes ſoluere uinculum ueræ confeſſionis, ſpuriam quandam & deprehenſu facilem, undiquaq; diſſolubilem ediderunt editionem, quo poſſent ex his relatis, ſi quidem uellent, aliquos decipere, & iuſtum confiteri. Si uerò uoluerint ſuæ malæ opinionis uenenũ detegere, erit ipſis cõmoda hæc editio, ambigua exiſtens ad duos modos, & potens facere uniuſcuiuſq; figmenti ipſorum cõfeſſionem. At quandoquidem in hac Acacij ſynodo ab aliquibus duabus ſynodis diuiſa: diximus enim quomodo in tres ordines Arianorum ſecta diuiſa eſt. nam Eudoxius & Germanus, & Georgius Alexãdrinus, ac Euzoius Antiochiæ, in unum ordinẽ fiſſi ſunt. Baſilius uerò & Eleuſius, Euſtathiusq; ac Georgius Laodiceæ, & Syluanus Tarſi, & Macedonius Cõſtantinopolita, & alij plures in alterum ordinẽ diuiſi ſunt. Acacius aũt rurſus, & Meletius, & Eutychius, atq; alij plures in alium ordinẽ & ipſi conſtituerũt. Et erat totũ opus nequitia plenũ. Quæ enim quiſq; ſentiebat, ea etiã alter habebat. Verùm ad ſciſſuras inter ſe diſſecti ſunt, aut ob inuidiã, aut propter odium quoddam mutuum, eo quòd Cyrillus Hieroſolymitanus aduerſus Eutychium iram haberet, & hic rurſus aduerſus illum. Et quod Cyrillus eſſet cum Baſilio Galata, ac Aniano cõſtituto in Antiochia, & Georgio Laodiceæ. Quid autem tempus tero in diuidendis ac recenſendis ipſorũ ſectis? Deueniã ad horum oppoſitiones, & ſubuerſionem fraudis ſingulorum. Oportet autẽ me prius de his quæ poſtea facta ſunt dicere. Cõtigit enim hoc quibuſdã in bonitatem, quibuſdam ad prauitatem.

Arianorum ſectæ ordines tres.

Nam

Nam Meletius in Antiochia constitutus ab Acatio: hinc enim facta est Acacij relu-
ctatio, eo quòd uel modicum quiddam ex maligna ipsorum opinione auersaretur, &
ostenderet seipsum inter orthodoxos esse, ex hoc quod confirmaret prædictum Me-
letium in constitutione. Constitutus itaque Meletius hic ab Acacio & complicibus
eius, putabatur ab ipsis esse ipsorum opinionis, sed non inuentus est sic, uelut multi
de ipso tradunt. Etenim qui nunc ab ipso & ordine ipsius inuitati sunt, hi eo quòd ille
fugatus est, & à proprio throno eiectus, temporis moræ ac persecutionis dilationi ac
cedentes, ac consentientes propter Deum, rectam fidem habent. Fuerunt enim popu
li plures huius ordinis ipsius synodi, qui sibijpsis episcopos constituerunt, & mi-
rabiliter de fide confitentur, & coessentialis uocem non reijciunt. Sed & paratos se
esse aiunt, si fiat synodus perfecta, confiteri, & non negare. Contigit enim ipsum præ-
dictum uenerandissimum Meletium ab Arianis Acacio adhærentibus constitutum,
in primo alloquio uelut primicias in Antiochena ecclesia exponere, & ut quidem
plures asserunt iuxta rectæ fidei sententiã. Cæterùm ipsius expositionẽ hic apponam.
Et est hoc exemplar Concionis Meletij.

Sapientissimus Ecclesiastes dicit, Melior est finis sermonis quàm principium eius, “
quanto melius est ac securius cessare à dicendi certamine quàm incipere: maximè “
quando idem Ecclesiastes ait, Ipsa sapientia pauperis uilipenditur, & sermones ipsius “
non audiuntur. Quandoquidem corpus nõ est unum membrum, sed multa: omnia
autem membra mutuam inter se curam habent, ut ne sit dissensio in corpore. Et non
potest dicere caput pedibus, nõ est mihi opus uobis. uerùm Deus contemperauit cor
pus, & inferiori membro contribuit ampliorem honorem. Quod quidem igitur fieri
non potest, quin dum totum corpus mouetur, simul commoueatur & quodq; mem-
brum, hinc manifestum est. Quale uerò fecerit quis principium sermonis ad uos? aut
manifestum est, quod omnis incipiendi & sermonis & operis, conuenit benignum ac
pacificum principiũ facere, ac finem? & qui ab eo incipiunt, etiam in ipsum desinũt?
Hoc enim dicit Apostolus euenturum esse ad salutem per nostras preces & suppedi-
tationem spiritus, quem dat IESVS credentibus in ipsum. Et siue ædificationem
loquatur quis, siue exhortationem, siue consolationem dilectionis, siue communio-
nem spiritus, per pacem quæ est secundùm Deum, accedit: nõ tamen ad omnes indi-
scriminatim, sed ad diligentes legem, uelut Propheta dicit: Legem non corporalem,
quæ imaginem & umbram habet futurorum, sed spiritualem, quæ sapienter reuelat *Lex corpo-*
prædictorum euentum. Pax enim, inquit, multa diligentibus te, & non est ipsis offen- *ralis & spi-*
diculum. Quare clarum est quod qui pacem oderũt, eos offendiculũ manet, & opor- *ritualis.*
tet eos qui ab his liberari desiderãt, uelut scutum quoddam prætendere dilectionem
erga Deum. Ipse enim est pax nostra, qui fecit ambo unum, & interpositam sepem de-
struxit, inimicitiam in carne, lege mandatorũ in dogmatibus abolita. Et neque man-
datum Domini seruare datur, dilectione Dei non præeunte. Si enim diligitis me, in-
quit, mandata mea seruabitis. Neque oculi illuminari possunt, neque cor, mandato
non illuminante. Mandatum enim Domini, inquit, lucidum illuminans oculos. Imò “
neque sermonem ueritatis emittere datur, nisi quis habet CHRISTVM in seipso
loquentem, iuxta eum qui dicit: Num experimentum requiritis eius qui in me lo- “
quitur CHRISTI? Imò potius non loquitur solum, sed etiam miseretur. Veniat
enim, inquit, misericordia tua & salutare tuum super me, & responsurus sum expro- “
brantibus mihi sermonem: id quod non contingeret utique, nisi quis iustificationes
requireret. Eorum enim qui non sic dispositum habitum habent, confusio contingit
in opprobrijs, ut non possint loqui. Aufer à me opprobriũ, inquit, & uilipensionem. “
Auferatur autem ex ore, ueritatis sermo, ut nihil amplius sit precanti, Ne auferas ser-
monem ueritatis ex ore meo. Quando autem hoc contingit? quum non seruauerit le

gem

gem per omnia, quum non ambulauerit quis in dilatatione. Dilatari enim oportet cor, in quo quis CHRISTVM inambulantem capere uult: cuius gloriam nō homines, sed cœli explicant, Cœli enim enarrant gloriam Dei. imò magis ipse pater, dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est: quem non potest quis confiteri, si in altum loquatur aduersus proximum suum, si in Antichristorum ordinem ac cognominationem seipsum confiteatur, defectione facta ab ordine ac cognomine Christianorum. De quibus dictum est, Ne attigeritis unctos meos. Quis enim, inquit, est qui mentitur, nisi qui negat quod IESVS nō est CHRISTVS? hic, inquit, est Antichristus. Qui enim negat filium, neque patrem habet. Qui uerò confitetur filium, etiam patrem confitetur. Quod igitur, inquit, ab initio audiuistis, etiam hoc maneat in uobis. Et si, inquit, manserit in uobis quod ab initio audiuistis, etiam uos in filio manebitis, & patre. Manebimus autem, quum coram Deo & electis angelis confitebimur, imò etiam coram regibus, & non fuerimus pudefacti. Loquebatur enim, inquit, testimonia tua coram regibus, & non sum pudefactus: quoniam filius Dei, Deus ex Deo est, unus ex uno, ex ingenito unigenitus, electum ac præmineus genimen genitoris, & dignus filius, principio carentis & inenarrabilis interpres inenarrabilis: Verbum & sapientia ac potentia, eius qui superat sapientiā & potentiam, & quicquid lingua loqui potest, & cogitatio mouere, genimen perfectum & maiōs ex perfecto ac manente in identitate: quod neque defluxit ex patre, neque dissectum est ac diuisum, sed citra passionē ac integrè prodijt, ex eo qui nihil eorum abiecit quae habuit. Et Verbum est ac dicitur filius, non quidem uox patris, neque loquela inutilis gitur. Subsistit enim per seipsum, & operatur per seipsum omnia, & in seipso omnia. Quemadmodum & sapientia idem existens, non cogitatio patris intelligitur, neque motus & actio ipsius principalis, sed genimen simile patris, & quod characterem patris exactè exprimit. Hunc enim pater obsignauit Deus: & non in alio quidem, sed non subsistit autē per seipsum, sed genimen actiuum, & quod fecit hoc totum, & seruat. Hæc sufficiunt ut & à Græcorum errore, & à Iudaica superstitione, & hæretica praua opinione nos liberent. Quandoquidem uerò quidam dictionum in Scripturis positarum sententiam peruertunt, & aliter quàm conuenit interpretantur, & neque uerborum uim, neque rerum naturam considerant, & deitatem filij probare audent, offendentes ad dictionē creaturæ, quæ in Prouerbijs habetur: Dominus creauit me principium uiarum suarum in opera sua: eos sanè oportebat spiritum uiuificantem sequi, & non literam occidentem. Spiritus enim uiuificat. Age igitur audebimus & nos pauca de his tractare: non quod nō perfectè dictum sit ab his qui ante nos dixerūt: profectò enim si quis hoc dixerit, insanierit: neq; quod docēte opus habeatis, Ipsi enim uos à Deo edocti estis: sed ut in cōscientijs nostris manifestemus, quod concupiscimus spirituale beneficium uobis conferre. Credas igitur quod nec alibi in Scriptura, neque in præsenti loco, contraria uerba Scripturæ inter se sunt: etiamsi pugnare uideantur apud eos qui sanam fidem non habent, aut intelligentia debili præditi sunt: & quod nullum exemplum in mundo inueniri potest, quod sufficiat per se clarè declarare unigeniti naturā. Et propterea Scriptura multis speculationibus ac cognominibus utitur, si quo modo possimus per ea quæ circa nos sunt, comprehendere id quod supra nos est: & per ea quæ cognoscuntur, imaginari ignota, sensim ac paulatim à manifestis ad occulta perducti. Quandoquidem igitur oportebat credentes in CHRISTVM, credere quod similis est filius patri, utpote qui imago est eius qui in omnibus est, & per quem omnia facta sunt, quæ in cœlis sunt & in terra. Imago autem non uelut inanimatum animati, neque uelut actio artis, neque uelut effectus operationis: sed genimen genitoris. Et quia non phas est per corporalem humanam generationem, unigeniti ante secula generationem exprimere, & uelut per exem-

Contrarietas nō est in Scriptura.

Imaginis ratio.

plum ſapientiæ, quæ humanas cogitationes patris complectitur, nõ tamen ut non in ſubſtantia ſit, & non exiſtat: ea de cauſa utriſq; uocibus uſa eſt Scriptura, & creaturæ, & generationis, itemq; uoce creauit, & uoce genuit. Non quod cõtraria uideatur & in eodẽ & de ijſdem dicere: ſed ut per uocem creauit, ſubſtantiã & ſtabilitatem, per genuit uerò, præminentiam unigeniti ac proprietatẽ declaret. Ego, inquit, ex patre exiui & uenio. Sufficiens eſt autem & ſapientiæ nomen, ut omnem paſſionis intelligentiam excludat. Sed quò ferimur? immemores eius, qui dixit: O altitudo diuitiarũ & ſapientiæ ac ſcientiæ Dei, quàm imperſcrutabilia ſunt iudicia ipſius, & imperueſtigabiles uiæ ipſius. Habemus enim doctorẽ ſpiritũ ueritatis, quem dedit nobis Dominus poſt aſſumptionem in cœlos, ut uideamus ea quæ à Deo nobis donata ſunt, in quo etiam loquimur, non in doctis humanæ ſapientiæ ſermonibus, ſed in doctrinis ſpiritus, ſpiritualibus ſpiritualia comparantes. In quo colimus & adoramus, quapropter ignominia afficimur. In quo prophetæ prophetarunt. In quo iuſti deducti ſunt. Per quem ad filiũ adducimur. Verùm quid ſumus curioſi de natura? Nunquid enim uelut carnalibus, & non ſicut ſpiritualibus colloquimur? De alijs enim dictũ eſt illud, Nõ poſſumus ad uos loqui ut ſpirituales, ſed uelut carnales. Timendum enim eſt, ne forte ex cõtentione de incompræhenſibilibus, & ex inquiſitione eorum quæ aſſequi non poſſumus, in profundum impietatis incidamus. Et dixi, Commentis utar, & ipſa elongata eſt à me ultra quàm erat, & in altã profunditatẽ, quis inueniet ipſam? Simus memores eius qui dixit, Ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Quũ autẽ uenerit perfectũ, tunc quod ex parte eſt abolebitur. Si quis ſibi uidetur cognoſcere, nondũ nouit uelut noſſe oportet. Et propterea timendum eſt, ne forte dum conamur dicere, de quibus nõ poſſumus dicere, prohibeamur, ut neq; dicamus de his quæ poſſumus dicere. Ex fide enim oportet loqui, non ex his quæ dicuntur credere. Credidi enim, inquit, quapropter locutus ſum. Quũ igitur de propria natiuitate pronũciare nequeuntes, curioſe inueſtigemus, ac cõtendere nitamur de Dei generatione, quomodo non timor eſt, ne forte qui dedit nõ ſolùm linguam diſciplinæ, ſed etiam ut ſciamus quando oportet loqui, ob dicendi petulantiã ſilentio nos damnet? Id quod in beato Zacharia factum eſt. Qui quum nõ credidiſſet ei qui nunciarat natiuitatẽ filij, humanis ratiocinationibus Dei gratiã ac potentiam metiens, & diſceptans apud ſeipſum, an hoc natura poſſet, ut uir ſenex, ex prouectæ ætatis muliere filios ſuſciperet, quid inquit? quomodo cognoſcã hoc quod ita futurum eſt? Ego enim ſum ſenex, & uxor mea prouectæ ætatis in diebus ſuis. Proinde quum audiuiſſet, Ecce eris ſilens, & nõ poteris loqui: egreſſus eſt, & non eſt loquutus. Quapropter omiſſa de ambiguis contentione, & de his quæ ſupra nos ſunt, teneamus ea quæ accepimus. Quis enim eſt qui audeat ob cognitionem & ſcientiam inflari, quando ipſe qui reuelationibus dignus factus eſt, qui in tertium cœlum aſſumptus eſt, qui audiuit uerba arcana, ad modeſtiam adactus eſt per ſtimulum in carne, ut ne ſe efferret. Et ipſe Propheta, qui dixit, Credidi, propter quod loquutus ſum: humiliatus ſum, inquit, non ſimpliciter, ſed uehementer. Quanto enim quis propius ad cognitionẽ perueniſſe uidetur, tanto magis debet cogitare apud ſeipſum, quod homo eſt. De hoc audi quid dicat: Ego uerò dixi in exceſſu meo, omnis homo mendax. Habentes igitur doctorem ueritatis, non amplius humanis doctoribus utamur, ſed intelligentes, neque modos perſcrutemur, neque aliud quicquam. Quemadmodum enim generationem filij dicere non eſt, ita modum quo generauit pater, proferre nõ poſſumus. Sed putandum eſt ſufficere ad doctrinam hoc, quod omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Det uerò Dominus, ut nos iuxta Abraamum ſentiamus, qui dicit: Nunc inccepi loqui ad Dominum meum, Ego uerò terra ſum ac cinis: & non iuxta cedros Libani nos efferamus. Quia nõ in doctis humanæ ſapientiæ ſermonibus, ſed in doctrina fidei, æqualis

Creauit & genuit uocũ uſus, cum receptus.

Fides uerba præcedat.

& pacifica ſapientia acquiritur: neque dubitemus, ſed quicquid facimus ſic faciamus, ut Deo patri cum ipſo in ſancto ſpiritu complaceamus. Cui gloria & imperiũ, & honor, & potentia, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Hactenus confeſsio Meletij.

Viſum eſt porrò pleriſque Arianorum, ut ipſum à Pontica regione transferrent, non in gratiam, neq; in quietem, ſed in moleſtiam grauiorem. Hinc concitant regem, ac deferunt uirum, uelut qui non confeſſus ſit creaturã perfectam, & depellunt ipſum ex ſua cathedra. Et noctu fugatur uir uſque ad hæc tempora. Qui etiam in hunc diem eſt in patria ſua, uir in precio ac exiſtimatione, præſertim per ea quæ nunc audiuimus ipſum præſtitiſſe, & ex his quæ nunc Antiocheni de ipſo confitentur, non amplius omnino, & ne in tranſcurſu quidem uocis creaturæ mentionem faciẽtes, ſed coeſſentialem confitentes patrem & filium, & ſpiritum ſanctum, tres ſubſtantias, unam eſſentiam, unam deitatem, quemadmodum eſt uera fides ab origine prophetica & Euangelica ac Apoſtolica, quam confeſſi ſunt patres noſtri & epiſcopi in Nicæa ſynodo congregati, coram Conſtantino Magno ac beatiſſimo rege. Opto autem, ut contingat etiam ipſum uenerandiſſimum Meletium ſic cõfiteri, quemadmodum hi qui ſub ipſo ſunt in Antiochia, & alijs quibuſdam locis confitentur. Sunt enim & aliqui qui uidentur cum ipſo ſocietatẽ habere, & cum ipſius ſynodo, qui blaſphemant ſpiritum ſanctum. Et de filio quidem rectè dicunt, uerùm ſpiritum ſanctum creatum putant, & omnino à Deo alienum. De quibus poſtea in hæreſis ipſorũ ſubuerſione, omnia ea

Meletij integritas.

ctè pro uiribus dicemus. Venerandus igitur eſt nobis, uelut dixi, hic uir propter ratiolem de ipſo famã. Nam & aliàs uita eius uenerabilis eſt, mores boni, & ipſe per omnia populis gratus, propter uitam ſuam apud omnes prædicatam. Quidam uerò etiam de hoc, non habeo quod dicam an odio aut inuidia inducti, aut ſua ipſorum magnificare uolentes, aliqua narrarunt: quod non propter rectam fidem contra ipſum motus factus eſt, ſed propter regularia, inquiunt, negocia, & ob rixas inter ipſum & ſacerdotium ipſius, & quod ſuſcepit quos olim reiecit, ac anathemate percuſſit. Sed hoc non ualde approbamus, eo quòd maximè poſtea in ſua ſynodo quotidie multa commixit, ac confeſſus eſt in fide, uelut ſuprà à me iudicatum eſt. Oportet enim partim hoc pro uiribus, ac iuxta debilitatem noſtram in omnibus uere dicere. Fieri poteſt enim ut non animaduerterit uir in impetu expoſitionis uerborum, nõ habeo quod dicam. fieri poteſt ut per ſimplicitatem ab ipſo prolatus ſit ſermo, Deus nouit: uerùm in una parte repræhenſibiles ſunt duo aut tres ſermones in eadem expoſitione, in eo quod omnino de creatura de filio Dei accipit in ipſius deitate, etiamſi uſque ad nomen tantum: & in eo quod dicit Super ſapientiam, & ſi quid aliud. Cæterùm quum pauca aduerſus ea quæ ab ipſis propoſita ſunt recenſuerimus, etiam hanc narrationẽ prætermittimus. Dicite nobis ô uos, quid moleſti fuit dicere ſimilem eſſentia coeſſentialẽ? manifeſtè nobis confiteamini, quo & uos cognoſcamus proprios eſſe, & non alienos. Poteſt enim & ſimile eſſentia eſſe æs ad aurum, ſtannum ad argentum, plumbum ad

Similis eſſentiæ ſignificatio.

ferrum. At non decipiet nos ueſtra excogitata & tornata fabuloſitas. Siquidem enim uultis quoſdam decipere, & mendaces prætextus dicere, quod non oportet dicere coeſſentialem, ut ne coniunctionem faciamus filium ad patrem, aut ſpiritum ad filium & patrem: etiam in hoc corruit ueſtra illa excogitata ratio. Non enim dicimus, ſimul-

Coeſſentialis ſignificatio.

eſſentialem, ſed coeſſentialem: quo nihil patris immutatum confiteamur, ſed Deum reuera ex Deo genitum, & non aliunde: neque ex nihilo, ſed ex patre progreſſum ineffabili tempore, & ſine principio, & inenarrabiliter genitum, ſemper exiſtentem apud patrem, & nunquam eſſe deſinentem, ſed genitum, non confratrem, non propatrem. Nam uox con, duarum ſubſtantiarum ſignificatiua eſt, non alienarum natura. Quapropter uinculum ueritatis in hoc ex ſpiritu ſancto diſpoſitum eſt in ore eorum qui

hanc

hanc uocem ediderunt. Et uides quod nõ erit prætextus, neque potes contra rectam fidem dicere, & conseruare eos qui à te conficti sermonis tui fabulam audiuerunt. Ni mirum quod si quis dixerit coessentialem, coniunctionem confessus est. Non enim amplius hoc erit. Nam per uocem coessentialem duo significantur, & à uoce coessentialis indicatur quod genimen non est alienum à patre. Tu uerò quum confinxeris uocem similis essentia, per nomen quidem essentiæ redargueris, per immutatam uerò confessionẽ condemnaberis, non quæ dicis sentiens, sed quæ sentis adulterare docens. Si enim omnino non est ex ipso, uerum similis ipsi est, multum abest à ueritate. Ex quacunq; enim materia uoluerit quis construere aliquid, nõ sanè æquale construxerit id quod exprimit, ei quod exprimitur. Et enim structuræ hoc opus est. At uerò quod generatur ex aliquo, id ipsum ad genus simile, & ad ingenuitatis æqualitatem conseruat speciem. Si itaq; non ex ipso patre genitus est filius, uerùm extra ipsum fuerit, similis autem essentia apud te per gratiam quam illi contribuis dicetur: nihil ipsi dedisti, sed ex gratia ab ipso excidisti. Qui enim nõ honorat filium, uelut honorat patrem, ira Dei manet super ipsum, sanctus Apostolus dicit. Et rursus, Ego ex patre exiui, & uenio: dicit ille qui dixit, Ego in patre, & pater in me: & qui dixit, Philippe qui uidit me, uidit patrem. Quum autẽ sæpe de his tractauerimus, hæc nunc hic sufficere putamus, quando eædem cõfutationes quæ suprà relatæ sunt aduersus radicem quæ horum prauam opinionẽ produxit, etiam hic prædictos hos seminarios subuertere possint, itemq; eos qui se ab ipsis diuiserunt, Acacium uidelicet & alios, qui ediderunt in Seleucia Isauriæ aliam fidem præter eam quæ est ueritatis: quam etiã ipsam ex ipsis editam in propatulũ proferre cupientes, similiter post Basilij Anzyrani & Georgij Laodicensis fidem, ex persona omnium scriptã, totam perfectè proposuimus. Quo uerò & hanc latenter quidem horrenda operantem, uerum quæ uelut per fœnum obtumescentum accipit, propter simulationis tempus, non posthabeam, & ut ne uidear hoc per obliuionem feciſſe, dicam etiam pauca aduersus ipsam, & eos qui ipsam ediderunt, aduersus prædictos inquam, Acacium, Euzoium, Eutychium, & alios. Et manifestum quidem est, quod editio præposita immutet cõfessionem ueritatis. Quo uerò non dicant aliqui per calumniam nos aduersus hos dixisse, ostendemus quæ in progressu temporum uisa sunt, ac deprehensa in prædicta ipsorum synodo. Ex ipsis enim Euzoius fuit, qui in Cæsarea discipulus illorum extitit, etiamsi Acatio successit, post constitutionem Philumeni à Cyrillo Hierosolymitano cõstituti, & post constitutionem Cyrilli senis ab Eutycho constituti, & post constitutionem Gelasij rursus à Cyrillo Hierosolymitano cõstituti, ex sorore enim ipsius erat. Constitutis enim his tribus, & cessantibus propter mutuã litem, rursus cõstitutus est prædictus Euzoius. Ex ipsis itaq; & Gemellinus fuit. ex ipsis Philippus Scythopolita, ex ipsis Athanasius Scythopolita, qui non latenter, sed cum loquendi fiducia, uelut temerario suo iudicio & inexperti, non solùm quæ Arij sunt, docent, sed pro secta ipsorum pugnant, & ueritatem docentes persequũtur: non amplius sermonibus subuertere cupientes, sed etiam inimicitijs & bellis ac gladijs tradentes eos qui rectè credunt. perniciem enim non in una ciuitate ac regione operati sunt, sed in multis. Ex ipsis est & Lucius hic, qui in Alexandria tanta perpetrauit in eos qui cõfitentur filium Dei in ueritate. Ipsorum autem sodalitas singulis diebus, cui intelligentiam Dei habenti non est nota: ita publicè prædicãt creatum filium Dei, creatum item spiritum sanctum, & alienum omnino ab essentia Dei. Nam Eudoxius, postquam finem sortitus est turpiter Georgius in Alexandria, primum locum suscepit, & amicitiam cum præminente potestate contraxit. Eudoxius igitur in suspicionẽ uenit, quod Hypatio & Eunomio adhæreret, eo quòd per blandicias quasdam redargutus, non cessaret sentire cum his qui dissimilitudinem docẽt, etiamsi id occultaret. Quos enim in exiliũ fugauerant aliquãdo propter

Fides Seleucia damnata.

Cyrillus.

eiuſmodi barathri expoſitionem, eos ipſe ad profectum euexit, Demophilum, Hypa
tium, Eunomium, Aëtij diſcipulos. Qui Aëtius aliquando fugatus fuit in exilium ad
Tauri partes, & à Georgio Alexandrino conſtitutus eſt diaconus: ex quo ſanè radix
eorum qui diſſimilitudinem ac inæqualitatẽ docent, exorta eſt: ita ut una quidem ſpi
noſa materia ſit, & eadem radix, uerùm fiſſuræ diuerſimodæ, ſicut in unaquaq; ſpina.
Sic & horum malignitas, aliàs aliter, & aliter aliàs, falſas prauæ ſuæ hæreſis interpreta
tiones in peius proficiẽtes effudit, & perniciem in mundum euomuit, quemadmodũ
etiam poſtea de hac inæqualitatem docente hæreſi rurſus dicemus. Cæterùm nunc
hæc hactenus bene ſe habere rati, quum uelut horrendũ reptile ſubuerterimus, pro
pulſatumq; cõculcauerimus, mortuum relinquamus ac declinemus, & ad ſequentes
procedamus, Deum inuocãtes ut nobis ſimiliter auxilium ferat, quo promiſſioni no
ſtræ ſatisfacere poſsimus.

Contra Pneumatomachos, hæreſim LXXIIII.

AB his Semiarijs & ab orthodoxis quidam geniti ſunt homines (monſtra, ut ita
dicam) duplicis naturæ & ſemiperfecti, quemadmodum Centauros, aut Pana
aut Sirenas, fabularum fictores nobis propoſuerunt. Et aliqui quidem ab Ario orti,
filium ſanè nõ perfectam creaturã decernunt, ſed filium ſine tempore genitum. Tem
pus autẽ in ſuſpicione dicunt, quod fuit à cœlo uſq; huc. Non tamen alieni ſunt à de
ctione, quam in primis Arius euomuit: nempe, Eſſe aliquãdo, quando non erat. Ve
rùm ante tempora omnia ipſum eſſe per quem omnia facta ſunt, dicẽtes, blaſphemã
ſpiritum ſanctum. Alij uerò natura etiã de filio orthodoxè ſentientes, quod erat ſem
per cum patre, & nunquam eſſe deſijt: ſed ex patre quidem ipſum genitum ſine prin
cipio, & ſine tempore dicentes, in ſpiritum ſanctũ omnes hi blaſphemi ſunt, non con
numerantes ipſum patri & filio in deitate. Sæpe uerò de hoc multa diſſeruimus, & in
unaquaq; hæreſi ueram de ipſo affirmationẽ non modicè expoſuimus, quod cum pa
tre & filio Dominus appellatur. Spiritus enim Domini repleuit orbem terrarum, ſpi
ritus ueritatis, ſpiritus Dei. Spiritus enim Domini dicitur, & ex patre procedens, &
de filio accipiens, largiensq; dona diuerſimodè prout uult, perſcrutans etiã profun
ditates Dei, & cum filio exiſtens, baptizans, obſignans, perficiens obſignatum. Quo
uerò nõ hic laborem ſuſcipiam, ea quæ à me dicta ſunt in magno ſermone de fide eo
ſcripto in partes Pamphiliorũ, apponam, ad oppoſitionẽ quidem eorum qui blaſphe
mant ſpiritũ ſanctum, ad doctrinam uerò legentium, & ad exhilarãdos eos qui digni
facti ſunt ſpiritu ſancto. Et ſunt hæc. *Ex ſermone Ancorato.*

Epiphanij ſermo Ancoratus.

Apparuit gratia Domini ac Saluatoris noſtri IESV CHRISTI, docens nos
ut abnegata impietate ac mũdana cõcupiſcentia, temperatè ac piè & iuſtè uiuamus in
hoc ſeculo, expectãtes beatã ſpem & aduentũ gloriæ magni Dei & Saluatoris noſtri
IESV CHRISTI, qui dedit ſeipſum pro nobis, ut liberaret nos ab omni iniqui
tate, & purgaret ſibijpſi populũ acceptũ, æmulatorem bonorum operum: deleto pœ
dogmata contra nos chirographo, qui nobis cõtrarius erat, ſublatoq; ex medio, & ip
crucẽ affixo: exutis principatibus ac poteſtatibus, quas palàm uituperauit, ipſasq; in
ſeipſo in triumphũ duxit: portis æreis cõfractis, & uectibus ferreis cõtritis, lucẽ uitæ
rurſus oſtendit: manum porrigens, deducens, uiam faciẽs, ſcalam cœlorũ oſtendens,
paradiſum rurſus habitare faciẽs. Habitauit itaq; in nobis, & iuſtificationẽ legis dans
nobis ipſius ſpiritus, ut cognoſceremus ipſum, & quæ de ipſo ſunt, hoc eſt principiũ
& finem uitæ: lex iuſtitiæ factus eſt nobis, lex fidei, lex ſpiritus, liber ex lege carnis pec
cati. Quapropter delector ege Dei ſecundùm internũ hominem. Intra nos autem eſt
CHRISTVS, ſiquidem habitat in nobis. Ipſe enim mortuus, uia uitæ pro nobis fa
ctus eſt, ut uiuẽtes nõ amplius ſibijpſis uiuãt, ſed ei qui pro nobis mortuus eſt & reſur
rexit, & uitæ cauſa eſt. Nam iuramẽti ante multa ſecula recordatus (ſecundũ quod ait
Dauid)

Dauid) Deus erat in CHRISTO, & mundum ſibijpſi reconciliauit,nõ reputans ipſis delicta ipſorum. Quia in ipſo omne complementũ habitare uoluit, & per ipſum recõciliare omnia ſibijpſi, pace facta per ſanguinẽ crucis. Acceſſit itaq; ad diſpenſationem complemẽti temporũ,uelut promiſſum eſt Abraam & reliquis ſanctis,ut reſtauraret omnia in ipſo quæ in cœlis ſunt & in terra. Seditio autem erat & inimicitia in tolerantia Dei. Reconciliauit autem in corpore carnis ipſius, per ipſum faciens ambo unum. Venit enim pax noſtra,& interſeptũ parietem deſtruxit, & inimicitiã in carne ſua,legem mandatorum in dogmatis aboleuit, quo duo crearet in ſeipſo in unum nouum hominem. Iuſſit autẽ & gentes cõcorporatas & ſimul participes ac cohæredes promiſſionis eſſe,dũ dixit: Venite ad me omnes qui fatigati eſtis et onerati,& ego reficiam uos. Proinde quia ego debilis eram per carnẽ,demiſſus eſt mihi Saluator,in ſimilitudine carnis peccati talem diſpenſationem perficiens,quo me à ſeruitute redimeret, à corruptione, à morte. Et factus eſt mihi iuſtitia, & ſanctificatio ac redemptio. Iuſtitia quidem,quoniã per fidẽ ipſius peccata diſſoluit. Sanctificatio uerò,quia per aquã & ſpiritum & uerbũ ſuum me liberauit. Redemptio uerò eſt ſanguis ipſius,dum pretium redemptionis agni ueri pro me ſeipſum tradidit, propitiationem purgationis mundi,recõciliationis omnium in cœlo & terra,myſteriũ ante ſecula & generationes occultum,implens temporibus decretis. Idem transformabit corpus humilitatis noſtræ,ut fiat cõforme gloriæ ipſius,iuxta efficaciam potẽtiæ ſuæ, qua omnia ſibi ſubiecit: quoniã in ipſo habitat omnis plenitudo deitatis corporaliter. Receptaculũ itaq; ſapientiæ ac deitatis CHRISTVS mediator,reconciliat omnia Deo in ſeipſo, non reputãs peccatũ,occulta myſteria implens, per fidem teſtamẽti ſui prædenunciati à lege & prophetis: filius Dei prædicatus, filius Dauid dictus. Ambo enim, Deus & homo,mediator Dei & hominum,uera domus Dei,ſacerdotiũ ſanctum,dator ſancti ſpiritus regenerãtis ac reuocãtis omnia rurſus Deo. Nam uerbum caro factũ eſt,& habitauit in nobis,& uidimus gloriã eius,uelut gloriã unigeniti à patre. Pluuia cum arboribus & plantis in eandem naturam tranſiens,corpus efficit,& ſingulos fructus iuxta ſimilitudinẽ. Et in olea quidem,oleum pingue fit,aſſumpta ab ipſa eſſentia. In uite uerò,uinum dulce incorporatur. In fico autẽ,ficus dulceſcit. Et in ſingulis ſeminibus ad ſpeciem ipſorum naturã auget. Sic arbitror, Dei Verbum in Maria caro factũ eſt,& in ſemine Abraam homo inuẽtus eſt iuxta promiſſionẽ. Inuenimus enim Meſſiam de quo ſcripſit Moſes: & dixit ſanè Moſes, Deſcendat ſicut pluuia eloquiũ meum. Et Dauid, Deſcendat ſicut pluuia in uellus, & ſicut gutta ſtillãs in terrã. Lana itaq; ſuſcipiẽs rorem,uelleris fœcunditatẽ auget. Terra uerò ſuſcipiens ſpei agricolam pluuiã,auget fructum ex præcepto Domini contribuens naturam promptiorem, & ut accipiat ab ipſo amplius ſtudium habet. Sic ſanè etiã uirgo Maria, Vnde cognoſcã hoc,inquit, quod erit mihi iſtud? & audiuit, Spiritus Domini ſuperueniet in te,& uirtus altiſſimi obumbrabit tibi. Quapropter & quod naſcetur ex te, ſanctum erit,& filius altiſſimi uocabitur. CHRISTVS in angelo loquitur: efformat autem ſeipſum in ſua ipſius formatione, forma ſerui aſſumpta. Et Maria quidem haurit ſermonem ad cõceptionem,uelut pluuiam terræ: ſeipſum uerò fructum oſtendit uerbum Dei, aſſumẽs mortalis naturã. Sic igitur ex ipſa hauriente,uelut terra & uellus, ueræ ſpei fructus,& ſanctorum expectatio: uelut Elizabet dixit, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui. Vnũ hoc aſſumpſit ex humana natura, quod paſſioni obnoxius fuit,quum paſſionis exors ſit Dei Verbũ, Hic eſt panis uiuẽs qui de cœlo deſcendit, & uitam dat. Hic ueræ oleæ fructus, oleum unctionis & compoſitionis, quod præfigurauit Moſes. Hic uera uitis, quam colit ſolus pater, botrum gaudij generãs nobis. Hic aqua uiuens, quam ubi ſitiens homo acceperit,nõ ſitiet amplius, ſed eſt in uentre ipſius ſaliens in uitam æternã. Ex hac acceperunt noui agricolæ,& tradiderũt in mundum. Veteres autẽ agricolæ reſiccarunt,& corruperunt propter incredulitatẽ. Et ſan

Similitudines conceptionis Verbi Dei in uirgine Maria.

guine quidem ipſius ſanctificantur gentes, ſpiritu uerò proprio euehit uocatos in cor-
lum. Quicunq; igitur ſpiritu ipſius ducuntur, hi uiuunt Deo. Qui uerò non, hi adhuc
morti addicti ſunt, & animales aut carnales uocãtur. Oportet igitur reprobare opera
carnis, quæ eſt munimentũ peccati: & mortificare membra mortis per gratiã ipſius,
accipereq; ſpiritũ ſanctum, quem nõ habuimus gubernatorem, qui uiuificat me olim
mortuũ. Quem ſi non accepero, moriar. Sine ſpiritu enim ipſius quiuis mortuus eſt.
Si itaq; ſpiritus ipſius in nobis eſt, qui ſuſcitauit ipſum ex mortuis, uiuificabit mortalia
corpora noſtra, per inhabitantem in nobis ſpiritum ipſius. At arbitror quod ambo
habitãt in homine iuſto, CHRISTVS & ſpiritus ipſius. Si uerò CHRISTVS
ex patre creditur. Deus ex Deo, & ſpiritus ex CHRISTO, aut ab utriſque, ſicut
CHRISTVS dicit: Qui ex patre procedit: &, Hic de meo accipiet: CHRISTVS
autem ex ſpiritu ſancto, iuxta angeli uocem: intelligo myſterium quod liberauit me,
adero apud eum qui uenit ad me, fide, auditu, mãſione, amicitia. Seipſum enim Deus
cognitũ facit, ſeipſum CHRISTVS prædicat, ſeipſum ſpiritus ſanctus manifeſtat
dignis. In Scripturis autẽ ſanctis trinitas nobis annunciatur, ac creditur citra curioſi-
tatem, citra contentionẽ, per aſſenſum auditus. ex hac fide ſalus gratiæ, ex fide iuſtitia
citra opera legis. Scriptũ eſt, Ex auditu fidei ſpiritũ CHRISTI dari his qui ſalua-
tur. Fides autẽ uniuerſalis præconũ Eccleſiæ uocibus hæc (ut puto) ſignificat, proua

Sanctæ Trinitatis myſterium.

ego quidem in fide inſtructus ſum ex ſcripturis, Tria ſancta, tria cõſancta, tria exiſten-
tia, tria coexiſtentia, tria in forma, tria conformia, tria operantia, tria cooperantia, tria
in ſubſtantia extantia, tria coextantia in ſubſtantia inter ſe conuerſantia. Trinitas hæc
ſancta uocatur, tria exiſtentia, una concordia, una deitas, eiuſdẽ eſſentiæ, eiuſdem ſub-
ſtantiæ, eiuſdem potentiæ, ſimilia ex ſimili, æqualitate gratiæ patris, & filij, ac ſpiritus
ſancti. Quomodo uerò, ipſis docendum relinquitur. Nemo enim nouit patrem niſi fi-
lius, neq; filium niſi pater, & cui filius reuelarit. Reuelat autẽ per ſpiritũ ſanctum. Hæc
igitur tria exiſtentia, aut ex ipſo, aut ab ipſo, aut ad ipſum, unicuiq; dignè intelligũtur,
prout ſingulis ſeipſa reuelant: lucem, ignem, ſpiritum, & alijs ut puto uiſionũ ſimulia-
dinibus, prout dignus eſt homo cui inſeruitur. Ipſe itaq; eſt Deus, qui in principio di-
» xit, Fiat lux, & facta eſt lux: Ipſe qui illuminauit nos ad uidendum lucem ueram, quæ
» illuminat omnem hominẽ uenientem in mundum. Emitte lucem tuam & ueritatem
tuam, inquit Dauid. Ipſe eſt Dominus qui dixit, In extremis diebus effundã de ſpiritu
» meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt filij ipſorum & filiæ ipſorum, & adole-
ſcentes ipſorum uiſiones uidebunt: tres perſonas ſancti miniſterij oſtendens nobis ex
ſubſtãtia triplici exiſtente. Dico igitur CHRISTVM, miniſtrum & executorẽ fu-
ctum eſſe circunciſionis pro ueritate Dei, ad implendum promiſſiones: cõmiſtrare
autem ſpiritum ſanctum, traditum accepimus ex diuinis Scripturis, ſic. Demittitur
CHRISTVS à patre, demittit ſpiritus ſanctus: loquit in ſanctis CHRISTVS,
loquitur ſpiritus ſanctus: ſanat CHRISTVS, ſanat ſpiritus ſanctus: ſanctificat
CHRISTVS, ſanctificat ſpiritus ſanctus: baptizat CHRISTVS in nomine ſuo,
» baptizat ſpiritus ſanctus. Sic dicunt Scripturæ, Emittes ſpiritũ tuum, & renouabis fa-
» ciem terræ: ſimile eſt illi dicto, Emittes Verbum tuũ, & liquefacies ea. Miniſtrantibus

Loci Scripturæ concordes de Chriſto et ſpiritu ſancto.

ipſis Domino & ieiunãtibus, dixit Spiritus ſanctus, Segregate mihi Barnabã & Sau-
lum in opus ad quod uocaui ipſos: ſimile eſt illi, Dominus autẽ dixit, Ingredere in ci-
uitatem, & illic dicetur tibi quid oporteat te facere. Hi igitur emiſſi à ſpiritu ſancto de-
» uenerunt ad Seleuciã: ſimile uelut quum Dominus dicit, Ecce mitto uos ſicut oues in
» medio luporũ. Viſum eſt ſpiritui ſancto nullum aliud imponere onus, præter neceſſa-
» ria: uelut ſi dicat, Dico autẽ non ego, ſed Dominus, ut uxor à uiro ne ſeparetur. Pene
» trarunt autẽ Phrygiam & Galaticã regionẽ, prohibiti à ſpiritu ſancto loqui uerbũ in
» Aſia. Vbi uerò ueniſſent in Myſiã, conabantur in Bithyniã abire, & nõ permiſit ipſis
» ſpiritus: uelut quũ dicit Dominus, Euntes baptizate omnes gentes. &, Negeſteris pe-

ram,

ram,non uirgã,neq; calciamenta. Qui,inquit,dicebãt Paulo per ſpiritum,ut ne aſcen
deret Hieroſolyma. Et Agabus dicit,Hæc dicit ſpiritus ſanctus, Virum cuius eſt hoc
cingulum: ſimile,ſicut quum Paulus dicit, An experimentũ quæritis eius qui in me lo
quitur CHRISTI: &,Memores eſte uerborũ Domini,quoniã ipſe dixit,Præſtat
dare quàm accipere. Et nunc ecce ego uinctus ſpiritu uado: uelut quũ ait Paulus, Vin
ctus IESV CHRISTI. Verũ ſpiritus mihi teſtimoniũ præbet per ciuitatẽ,di
cens: ſimile ſicut quũ ait, Dominus teſtimoniũ præbet animę meæ,quod nõ mẽtior.
In uirtute ſecundùm ſpiritum ſanctificationis: ſimile ei quod dicit, Sanctus in ſanctis
requieſcens. Et,Circunciſio cordis in ſpiritu: ſimile eſt uelut quum dicit,Et circunciſi
eſtis circunciſione per manũ non fiente, dũ exuiſtis corpus peccatorũ in circũciſione
CHRISTI. Siquidẽ ſpiritus Dei habitat in uobis: ſimile eſt ei quod dicit,Quẽad-
modũ accepiſtis CHRISTVM, in ipſo ambulate. Et,Spiritus Domini loquutus
eſt in me. &, Sermo ipſius in ore meo. &, Primicias ſpiritus habẽtes: ſimile ſicut quũ
dicit,Primitiæ CHRISTVS. Sed ipſe ſpiritus intercedit pro nobis. ſimile uelut
dum ait,Qui eſt in dextera Dei, qui & intercedit pro nobis. Vt fiat oblatio gentium
acceptabilis ſanctificata in ſpiritu ſancto: ſimile uelut quũ ait,Dominus aũt ſanctificet
uos,ut ſitis ſinceri & inoffenſi in diẽ Domini. Nobis autẽ reuelauit CHRISTVS
per ſpiritũ ſuum: ſimile eſt illi dicto,Quando cõplacuit Deo qui ſegregauit me ex utẽ
ro matris meæ per gratiã ſuam,ad reuelandũ filium ſuũ per me. Nos autẽ non ſpiri
tum mũdi accepimus, ſed ſpiritũ ex Deo: ſimile eſt illi, Vos ipſos probate an CHRI
STVS ſit in uobis. Templũ Dei eſtis,& ſpiritus Dei habitat in uobis: ſimile eſt illi,
Inhabitabo in ipſis, & inambulabo, & ero ipſorũ Deus,& ipſi erunt mihi populus.
Sed & gratiã & iuſtitiã ex utriſq; dicit,Iuſtificati autẽ in nomine IESV CHRISTI
Domini noſtri,& in ſpiritu Dei noſtri: ſimile eſt illi dicto,Iuſtificati aũt ex fide pacem
habemus apud Deũ per Dominũ noſtrũ IESVM CHRISTVM. Nemo poteſt
dicere Dominũ IESVM, niſi in ſpiritu ſancto:&, Nemo poteſt ſpiritũ ſanctũ acci
pere,niſi à Domino. Diuiſiones autẽ donorũ ſunt, idem uerò ſpiritus: & diuiſiones
miniſteriorũ ſunt, idem autẽ dominus: & diuiſiones operationũ ſunt,idẽ autẽ Deus
qui operatur omnia in omnibus. Sed & à gloria in gloriã,quẽadmodum à Domino,
ita à ſpiritu. Et ne offendatis ſpiritũ ſanctũ, per quẽ ſignati eſtis in diẽ redemptionis:
ſimile eſt illi, Num prouocamus Dominũ: num fortiores ipſo ſumus? Spiritus autẽ
expreſſe loquitur: ſimile eſt illi,Hæc dicit Dominus omnipotẽs, Et ſpiritus meus ſtat
in medio ueſtrũ: &,Si quis mihi aperuerit,ingrediar ego & pater,& manſionẽ apud
ipſum faciemus. Eſaias autẽ,Et ſuper ipſum ſpiritus Dei: CHRISTVS uerò,Spi
ritus Domini ſuper me,eo quòd unxit me. Et, IESVM à Nazaret quẽ unxit Deus
ſpiritu ſancto. Et,Dominus demiſit me,& ſpiritus ipſius. Manifeſta aũt eſt & uox Se
raphim clamans,Sanctus,ſanctus,ſanctus,Deus Sabaoth. Si uerò audieris,quod per
dexterã Dei exaltatus eſt,& promiſſionem à patre accepit: aut iubet,ut expectẽt pro-
miſſionem patris, quam audiuiſtis,inquit,ex me. Aut,Quod ſpiritus ipſum expellit
in deſertũ. Aut quod ipſe dixit,Ne ſitis ſoliciti quid dicatis, quoniã ſpiritus patris mei
eſt qui loquit̃ in uobis. Aut, Si uerò in ſpiritu Dei eĳcio dæmonia. Aut,Qui uerò ma
ledicit in ſpiritũ ſanctũ, non dimittetur ipſi,&c. Aut, Pater,in manus tuas deponã ſpi
ritum meũ. Aut,Puer creſcebat & confortabatur ſpiritu. Aut, IESVS autẽ plenus
ſpiritu ſancto reuerſus eſt à Iordane. Aut,Reuerſus eſt IESVS in uirtute ſpiritus.
Aut,Quod natũ eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt: ſimile eſt ſicut quũ dicit, Quod factũ eſt in
ipſo uita erat. Aut,Et ego rogabo patrem meũ,& alium paracletũ dabit uobis ſpiritũ
ueritatis. Aut,Cur impleuit ſatanas cor tuũ,ut mentireris ſpiritui ſancto,dixit Petrus
ad Ananiã:& poſtea,Nõ hominibus mentitus es,ſed Deo. Ergo Deus eſt ex Deo ſpi
ritus ſanctus,cui mentiti erant illi detracto precio agri. Aut,Manifeſtatus eſt in carne,

» iustificatus est in spiritu, maius hoc nō possum dicere. Deus autē est etiā filius: Ex qui-
» bus, inquit, est CHRISTVS quantum ad carnē attinet, qui est Deus in omnibus.
» Crede, inquit, in Dominum IESVM, & saluaberis. Et loquutus est, inquit, ipsis uer-
» bum Domini: quumq; perduxisset ille ipsos in domū, apposuit eis mensam, & exulta-
» uit cum tota, quod credidisset Deo. Aut, In principio erat Verbū, et Verbū erat apud
» Deum, & Deus erat Verbū. Aut, Vt doctrinā Saluatoris nostri Dei ornent. Aut, Ap-
» paruit gratia Dei salutaris omnibus hominibus, erudiens nos. Aut, Expectantes bea-
» tam spem & aduentum gloriæ Domini & Saluatoris nostri IESV CHRISTI.
» Nam idē est ministeriū Spiritus & Verbi. Attendite, inquit, uobis ipsis, & toti ouili,
» in quo posuit uos spiritus sanctus episcopos, ut pascatis ecclesiam Dei: simile est uelut
» quum dicit, Gratiā habeo qui me potentē fecit, CHRISTO IESV Domino no-
» stro, quod fidelē me iudicauit, dum posuit in ministeriū. Cooperat itaq; uelut demon-
stratum est, patri filius, & spiritus sanctus. Verbo enim Domini cœli firmati sunt, &
Spiritus sanctus adorandus. spiritu oris ipsius omnis uirtus ipsorū. Adorādus autē est spiritus sanctus. Qui enim
adorant Deū, eos in spiritu adorare oportet, & ueritate. Si uerò cooperātur hæc, crea-
tura creaturā non efficit, neq; creata deitas fit, neq; in mēsura aut ambitu Deus cogno-
scitur. Est enim circūscriptus, incōpræhēsibilis, incōsiderabilis, omnes creaturas com-
plectens Deus. Neq; adoratione colēda est creatura. Coluerūt enim creaturā præter
creatorem, & stulti facti sunt. Quomodo enim nō est stultū creaturā Deum putare, &
» primū præceptū reprobare, quod dicit: Audi Israël, Dominus Deus tuus, Dominus
Nomina uaria patris & filij, ac spiritus sancti. unus est, nō erit in te Deus recens. Cæterū in diuinis Scripturis uaria sunt nomina pa-
tris, & filij, ac spiritus sancti. Et pater quidē appellat, pater omnipotēs, pater omnium,
pater CHRISTI: filius uerò Verbū, CHRISTVS, Lux uera: Spiritus autē sanc-
tus, paracletus, spiritus ueritatis, spiritus CHRISTI, spiritus Dei. Deus itaq; intel-
ligitur pater, & lux præclarissima, & uirtus, & sapientia. Si autē lux est Deus & pater, lux
ergo ex luce est filius, & propterea lucem habitās inaccessibilem. Virtus autē est totus
Deus, & propterea Dominus uirtutū. Sapientia est totus Deus, igitur sapiētia filius,
ex sapiētia, in quo omnes thesauri sapientiæ abscōditi sunt. Vita item est totus Deus,
igit̄ uita ex uita est filius. Ego enim sum, inquit, ueritas & uita. Spiritus autem sanctus
ab utrisq; spirius ex spiritu. Spiritus enim Deus & deitas, donorum dator est, ueritatis
mus, illuminator, cōsolator & paracletus, consiliorū patris annunciator. Sicut enim
filius magni cōsilij angelus est, sic etiā spiritus sanctus. Sed accepimus, inquit, spiritā
Dei, ut uideamus quæ donata sunt nobis à Deo, quæ & loquimur, nō in persuasibus
sapiētiæ sermonibus, sed in demōstratione spiritus Dei, spiritualibus spiritualia com-
parantes. At dicet quis, Igitur duos esse filios diximus, & quomodo est unigenitus?
Quinimò, tu quis es qui cōtra Deum ratiocinaris? Si enim filiū uocas eum qui est ex
ipso, spiritum uerò sanctū qui ab utrisq: quæ solum fide intelligūtur à sanctis, lucida,
lucem dantia, lucidam operationē habent, & per fidem lucis cōsona ad ipsum patrem
fiunt. Audi ô bone, quod pater ueri filij est pater, totus lux: & filius ueri patris, lux de
luce: non sicut facta aut creata, appellatione solum: &, Spiritus sanctus spiritus ueri-
tis est, lux tertia à patre & filio. Alia uerò omnia adoptione, aut appositione, aut appel-
latione: non similia his actione, aut potentia, aut luce, aut intelligentia: aut sanè uelut
dixerit quis, Filios genui & exaltaui: aut sicut dixerit quis, Ego dixi dij estis, & filij al-
tissimi omnes: aut uelut dicat quispiam, Qui peperit glebas roris: aut uelut dixerit
aliquis, Ex quo omnis patrū familia in cœlo & in terra: aut sicut dicat quis, Ego qui
firmo tonitruum, & creo spiritum. Non enim uelut reliqui patres aut patriarchæ ue-
rus ille pater incepit esse pater, aut unquam defijt tempore esse pater. Si enim inceptus
esse pater: filius ergo erat aliquādo alterius patris, antequam esset ipse unigeniti pater.
Iuxta similitudinem autem dum patres patrum & filij considerantur, in infinita antiq-
quitate

quitate uerè patrem inuenire eſt. Neq; uelut reliqui filij adoptione, uerus filius adolescens eſt, ut ſit filius. Si enim adoleſcens eſt ut ſit filius : erat aliquãdo tempus quando non erat pater, pater unigeniti. Neque uelut reliqui ſpiritus, ſpiritus ueritatis creatus aut factus eſt. Neque uelut reliqui angeli, magni conſilij angelus uocatur. Illi enim principium habent & finem. hi uerò imperueſtigabile principium ac imperium habent. Et hi creant omnia in infinita ſecula, cooperantes patri. illi uerò creantur ab his prout uoluerint. Et illi quidem colunt hos. hi uerò coluntur ab uniuerſis creaturis. Et hi quidem ſanant creaturas. illi uerò medelam ab his accipiunt. Et illi iudicantur pro merito. hi uerò iudicium iuſtum habent. Et illi quidem tempore ſunt. hi uerò non ſunt in tempore. Et hi illuminant omnia. illi uerò illuminantur ab his. Et hi uocant paruulos in altum. illi uocantur à perfecto. Et hi largiuntur omnibus. illi dona accipiunt. Et, ut ſummatim dicam, illi hymnis celebrant ſanctitatem in cœlis cœlorum, ac reliquis inuiſibilibus locis : hi uerò celebrantur, & dona pro merito dignis exhibent. Plurimos autem ſpiritus dicit Scriptura, Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & « miniſtros ſuos ignis flammam. &, Omnes ſpiritus laudate Dominum. Cæterùm di- « gnis dantur dona diſcretionis ſpirituum. Aliqui enim cœleſtes ſunt, gaudentes uerita *Spiritus multi in Scriptura.*
te : aliqui terreſtres, ad fraudem & errorem appoſiti : aliqui ſubterranei, abyſſi & tenebrarum filij. Ipſum enim Euangelium dicit eos rogaſſe, ut ne mitteret ipſos in abyſſum. Similiter autem & ſpiritibus imperauit, & ſpiritus expulit uerbo, & nõ permiſit ipſis loqui. Dicitur autem ſpiritus iudicij, & ſpiritus combuſtionis : & dicitur ſpiritus mũdi. Nos uerò, inquit, ſpiritũ mundi nõ accepimus. Sed & ſpiritus hominis. Quis enim nouit ea quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis? Et ſpiritus uadens, ac non re- «
uertens. Nam ſpiritus pertrãſijt in ipſo, & nõ exiſtet. &, Deſtrues ſpiritũ ipſorum, & deficient. Et ſpiritus prophetarũ prophetis ſubdũtur. Ecce ſpiritus falſus ſtetit coram Domino, & dixit ipſi, Per quid decipies Achaab? Et ero, inquit, ſpiritus falſus in ore pſeudoprophetarum. Dicitur porrò & ſpiritus compunctionis eſſe, & ſpiritus timiditatis, & ſpiritus Pythonis, & ſpiritus ſcortationis, & ſpiritus procellæ, & ſpiritus uerboſus, & ſpiritus debilitatis, & ſpiritus immundus, & ſpiritus ſurdus, & ſpiritus mutus, & ſpiritus uix loquens, & ſpiritus ualde horrẽdus, qui uocatur Legio, & ſpiritualia nequitiæ. Infinita autẽ ſunt eloquia ſapiẽtibus de ſpiritibus. Sicut enim multi filij adoptione aut appellatione, nõ autẽ ueritate, eo quòd principiũ habẽt & finem, & hoc per peccatũ : ſic etiã ſpiritus multi adoptione aut appellatione, etiãſi peccato nõ careant. Verùm ſpiritus ſanctus ſolus appellatur à patre & filio, ſpiritus ueritatis, & ſpiritus Dei, & ſpiritus CHRISTI, & ſpiritus gratiæ. Largitur enim unicuiq; bonum diuerſimode, alteri ſpiritum ſapientiæ, alij ſpiritum cognitionis, alij ſpiritum fortitudinis, alij ſpiritum ſanationũ, alij ſpiritum prophetiæ, alij ſpiritũ diſcretionis, alij linguarum, alij interpretationũ, & reliqua dona. uelut ait : Vnus autem & idem ſpiri- «
tus eſt, qui diuidit unicuiq; ut uult. Quoniam ſpiritus tuus bonus deducet me, inquit « Dauid. Et ſpiritus ubi uult ſpirat : ſubſtantiã ſancti ſpiritus per talia nobis oſtendens : « Et uocem eius audis, ſed non ſcis unde uenit, & quò uadit. Et niſi nati fueritis ex aqua « & ſpiritu : ſimile eſt illi quod Paulus dixit, in CHRISTO enim IESV ego uos genui. & de hoc dicit Dominus, Quũ uenerit paracletus, quem ego mittã uobis ſpiri- «
tum ueritatis, qui à patre procedit, ille teſtimoniũ prębebit de me. &, Adhuc multa ha- «
beo quæ dicã, ſed nõ poteſtis portare nunc : ubi uerò uenerit ille ſpiritus ueritatis, de- «
ducet uos in omnẽ ueritatẽ. Nõ enim loquetur à ſeipſo, ſed quæcunq; audiet loquet, «
& uentura annũciabit uobis. Ille me glorificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit uobis omnia. Si itaq; à patre procedit, & ex meo (inquit Dominus) accipiet, quemadmodum nemo nouit patrem, niſi filius, neq; filiũ niſi pater : ſic auſim dicere, quod neq; ſpiritũ, niſi pater & filius, ex quo procedit, & à quo accipit : & neq; filium & patrem,

niſi

niſi ſpiritus ſanctus, qui uerè glorificat, qui docet omnia, qui teſtificatur de filio, qui ex patre & ex filio ſolus dux eſt ueritatis, legum expoſitor ſanctarum, legis ſpiritualis enarrator, prophetarum doctor, apoſtolorum magiſter, euangelicorum dogmatum luminare, ſanctorū electror. Lux uera ex uera luce, eſt filius naturalis, filius uerus, filius genuinus, ſolus ex ſolo: cum ipſo etiã ſpiritus, ſed ſpiritus qui nominatur, hic Deus eſt qui glorificatur, ſemper in Eccleſia pater, ſemper filius, ſemper ſpiritus ſanctus, altus alti & altiſſimus, intellectualis, gloriam habens immenſam, quo inferiora ſunt creata & facta. In ſumma, omnia quæ intelliguntur, & ſingula quæ mente compræhendun tur. Deitas autẽ una in Moſe maximè denunciatur. Dualitas in prophetis uehemẽter prædicatur. Trinitas autem in Euangelijs manifeſtatur, amplius iuxta temporũ occa ſiones ac generationes conueniens iuſto in cognitionem ac fidem. Cognitio autem hæc immortalitas ex fide dicitur, hæc adoptio in filios fit. Verùm primùm iuſtificatio nes carnis enarrat, uelut ambitum templi externum excitans in Moſe. Secundas uerò iuſtificationes animæ exponit, uelut ſancta ornans in reliquis prophetijs. Tertias au tem iuſtificationes ſpiritus, uelut propiciatorium & ſancta ſanctorum concinnans in Euangelijs ad ſuam habitationem. Tabernaculum uerò ſanctum, templum ſanctum, ipſum iuſtum habet ſolum qui in his uerſatur. Habitat autem in ipſo, una deitas incor ruptibilis, una deitas imperueſtigabilis, incompræhẽſibilis, inenarrabilis, inuiſibilis, ſeipſam cognoſcẽs ſola, ſeipſam oſtendens quibus uult, teſtes ſibijpſi excitãs, uocans, præſiniens, glorificans, ex inferno exaltãs, ſanctificans, uniens rurſus ad ſuam ipſius gloriam ac fidem tria hæc, cœleſtia, terreſtria, ac inferna: ſpiritum, animam, carnem: fidem, ſpem, charitatem: præterita, præſentia, futura: ſeculum ſeculi, ſecula ſeculorũ, ſabbata ſabbatorum: circunciſionem carnis, circunciſionem cordis, circunciſionem CHRISTI in exuendo corpus peccatorũ. In ſumma, purificat ſibijpſi omnia, inui ſibilia & uiſibilia, thronos, dominationes, principatus, poteſtates, uirtutes. In omni bus autem eadem uox ſancta, à gloria in gloriam, ſanctus, ſanctus, ſanctus clamans, patrem in filio, filium in patre, cum ſancto ſpiritu. Cui gloria, & imperium in ſecula ſeculorum, Amen. Et dicat qui ſic credit, Fiat, Fiat.

Iuſtificatio triplex.

Hactenus ex ſermone Ancorato.

Et hæc quidem ſunt, quæ iam de fide patris ac filij & ſpiritus ſancti ſcribentes, ſuf uiſsime pro noſtra mediocritate expoſuimus, & ex antea dictis appoſuimus. Adhuc autẽ perſeuerabimus ad uitæ noſtræ cõfirmationem in producendis piè teſtimonijs & in pia tractatione ex recta ratiocinatione de deitate. Etenim in ſuperioribus oſten ſum eſt per multa teſtimonia, quod unigenitus cõmuniter cum patre facit, & æqua liter in omnibus perficit ac largitur, uelut ex patre exiſtens: & non alienus à patris ſa tentia & deitate, ſed coeſſentialis patri. Non ſolùm autẽ filius, ſed etiã ſpiritus ſanctus cooperatur filio & patri, & æqualiter facit, donans ac largitus prout uult, uelut qui & ipſe reuera ex Deo eſt, & nõ alienus à patre & filio, ſed coeſſentialis patri ac filio. Atq hoc omnibus manifeſtè per omnia ex tot teſtimonijs demonſtratũ eſt ac demõſtrabi tur. Nũc uerò propter aduerſarios & inimicos ſancti ſpiritus, de ſolo ſancto ſpiritu ea quæ pia ſunt ex recta ratiocinatione, & ex eiuſdẽ diuinæ Scripturæ teſtimonijs recen ſuimus, & prioribus amplius addemus uelut cõſequẽter uera pietas de ſancto ſpiritu habet. Eſt enim ſpiritus ſanctus unicus, qui ab omnibus adorat, & ab omnibus crea turis ac facturis deſideratur, & nulli adæquatur, nõ angelo, nõ alij ſpiritui, ſed unicus eſt. Quũ enim multi ſpiritus ſint, hic omniũ ſpirituum ſupremus eſt, uelut exiſtẽs ſem per ex patre, & nõ de alijs ex nihilo factis exiſtẽs. Multi enim ſunt ſpiritus. Vnus autẽ eſt ſpiritus ſanctus, uelut unus Deus, & unus unigenitus filius Dei, ſic & ſpiritus ſan ctus Dei, à Deo autẽ & in Deo. Verũ unigenitus filius incõpræhenſibilis eſt, & ſpiri tus incõpræhẽſibilis, ex Deo autẽ & nõ alienus à patre & filio. Nõ autẽ eſt coniũctio

cum

cum patre & filio, ſed trinitas ſemper exiſtens eiuſdem eſſentiæ, non alterius eſſentiæ à deitate. non eſt enim deitas alia ab eſſentia, ſed ipſa per ſe deitas. & ex eadem deitate filius & ſanctus ſpiritus. Et ſpiritus quidem, ſpiritus ſanctus eſt, filius uerò filius. At ſpiritus ex patre procedens, & de filio accipiens, perſcrutãs profunditates Dei, annuncians quæ filij ſunt in mundo, ſanctificans, ſanctos faciens per trinitatem, tertius nomenclatura: nam trinitas eſt pater, & filius, & ſpiritus ſanctus. Euntes enim, inquit, baptiſate in nomen patris, & filij, ac ſpiritus ſancti: ſigillum gratiæ, non coniunctio trinitatis, non alienus à ſanctificatione, non diſparatus nomenclatura, non alienus à largitione, ſed unus Deus, una fides, unus Dominus, una gratia, una Eccleſia, unum baptiſma. Semper enim trinitas eſt, uelut ſæpe dixi, & nunquam trinitas additionem accipit, id quod dulce eſt confiteri, & nulla ſatietas dicere. Dulcia enim, inquit Propheta, gutturi meo eloquia tua. Et ſi dulcia ſunt eloquia, quanto magis nomen ſanctum trinitas, fons omnis dulcedinis? Trinitas igitur quæ ſic numeratur, pater, & filius, & ſpiritus ſanctus. Non autem coniunctio eſt trinitas, neque diſparata eſt à ſua unitate, uerum in ſubſtantia perfectionis perfectus pater, perfectus filius, perfectus ſpiritus ſanctus: Pater, & filius, & ſpiritus ſanctus. Et rurſus ſpiritus locatur in donorum largitionibus. Diuiſiones enim donorum ſunt, idem autem ſpiritus. Et diuiſiones miniſteriorum ſunt, idem autem Dominus. Et diuiſiones operationum ſunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. His uerò ſic ſe habentibus, cauti ſimus ne à ueritate excidamus, ſed ueritatem confiteamur, non patrocinantes Deo, ſed piè intelligentes, ut ne pereamus. Intolerabile enim eſt, creatum quid in trinitate dicere, aut cogitare, aut etiam poſtea genitum. Sed ſemper erat pater, & filius, & ſpiritus ſanctus. Neque confrater eſt filius patri, neque coniunctio. Et ſpiritus neque coniunctio, neq; confrater eſt patri & filio. Verùm filius genitus ex patre, & ſpiritus procedens ex patre, ita ut trinitas inenarrabilis ſit in identitatis glorificatione, & filius incomprehenſibiliter ſit cum patre & ſpiritu ſancto, ſimiliter ut nunquam deficiat trinitas à ſua ſempiternitate. Pater igitur ſemper ingenitus & increatus, & incomprehenſibilis. Filius autẽ genitus, ſed increatus ac incomprehenſibilis. Spiritus ſanctus ſemper, non genitus, non creatus, non confrater, non propater, non nepos: ſed ex eadem eſſentia patris & filij. Spiritus enim eſt Deus. At huiuſmodi munitæ uitæ noſtræ teſtimonia in tota Scriptura habentur. Verùm de pluribus pauca apponam prouiribus, ne narrationẽ de ſpiritu in præſens ſine teſtimonijs relinquã. Statim etenim pater de filij præſentia dicit, Ponam ſpiritum meum ſuper ipſum, & iudiciũ gentibus annunciabit. quo genuinum prædicet Deum ſanctum ſuum ſpiritũ omnibus credentibus ad ſalutem. Vnigenitus uerò ad idem teſtimoniũ apponens dicit, Spiritus Domini ſuper me, eo quòd unxit me. quo aduentus ipſius in carne ſpiritu ſancto munitus, & credentibus prædicatus, ex CHRISTI teſtimonio claram cõfeſſionem haberet, quod ſpiritus non eſt alienus à Deo. Rurſus autem dicit Dominus de ſpiritu, Spiritus patris mei eſt qui loquitur in uobis. Et rurſus, uelut non alienus ſit ſpiritus à deitate Dei, inſufflauit in faciem diſcipulorum, & dixit: Accipite ſpiritũ ſanctum. Et rurſus, ut oſtenderet ſuam æqualitatem ac coeſſentialitatem ad ſpiritum ſuum & patris ſui ſanctum, dicit: Si diligitis me, mandata mea ſeruabitis. Et ego rogabo patrem, & alium paracletũ dabit uobis. tanquam ipſe Dominus ſit paracletus, & ſpiritus ſanctus ſimiliter ſit ſymparacletus. At apoſtoli oſtendentes quod nõ eſt ſeruus ſpiritus, ſed eiuſdem deitatis, autoritatem ipſius demonſtrantes, dicunt: Et dixit ſpiritus ſanctus, Segregate mihi Barnabam & Saulum ad opus ad quod uocaui ipſos, & cætera. Apoſtolus autem clarè de ipſo dicit: Dominus autẽ eſt ſpiritus. Vbi uerò ſpiritus Domini, illic libertas, & uos populus Dei eſtis, & ſpiritus Domini habitat in uobis. Si itaque templum Dei uocamur propter habitationẽ ſancti ſpiritus, qui audeat reprobare

Sanctæ trinitatis myſteriũ explicatum.

Paracletus ipſe Dominus eſt.

bare ſpiritum,& abalienare ipſum ab eſſentia Dei? quū palàm Apoſtolus dicat, Vos templum Dei eſtis: propter inhabitantem in ipſis dignis ſpiritum ſanctum. Quomodo uerò alienus à Deo erit ſpiritus, qui profunditates Dei ſcrutatur? Et ne dixeris mihi, ſcrutatur, & nondum cognoſcit: uelut quidam maledicere audent, & ſeipſos perdere. alioqui idem ſanè dixerint & de patre, quoniā etiam de ipſo ſcriptum eſt, Quod ſcrutatur promptuaria uentris. Et ſi impiè intelliges, eo quòd non addita eſt uox Cognoſcit, ad uocē Scrutatur, de ſpiritu ſancto: impius utique fueris, dum cogeris etiam de patre eandem opinionem proferre. Neque enim de patre ſcrutante promptuaria uentris, addita eſt uox Cognoſcit. Neq; enim erat opus dicere, quum prænotio Dei clarè indicetur, & ex uoce ſcrutatur, perfectè enuncietur. Sic etiam de ſpiritu & filio, quum unam cognitionem ac prænotionem palàm habeat ſancta trinitas, perfectionemq; ac identitatem. Et infinita poſſunt de his dici, & ingens teſtimoniorum moles ex diuina Scriptura produci, & res ipſa diffuſe ampliari, ut etiam legentibus moleſtia inducatur. Verùm ſufficienter in unaquaq; hæreſi multa loquuti, omnes illas rostra imbecilli per potentiam Dei ſubuertimus, & alienas à ueritate eſſe demonſtrauimus, & ſingulas blaſphemare ac negare ueritatem, aliam plus, aliam minus: quemadmodum & hi faciunt fruſtra in Dominum blaſphemātes, & in ſpiritum ſanctum, & non habentes neque hic, neque in futuro ſeculo peccatorum remiſſionem, iuxta ipſa adeò Domini uerba, propter blaſphemiam in ſpiritum ſanctum. & ab ipſa ueritate concacati, inſtar horrendi ceraſtæ unicornis: quum mentis blaſphemia totum corpus corumpere poſſit, uelut ex Domini ſermone, & uera unigeniti confeſſione perſuaſi ſumus, quoniam blaſphemanti in ſpiritum ſanctum, neque in hoc ſeculo, neque in futuro remittetur, uelut dixi. Conculcati itaq; ſunt ac contriti, & non ualentes contra ueritatem. Portæ enim inferni uerè ſunt omnes hæreſes, ſed contra petram non prævalebunt, hoc eſt contra ueritatem. Etiamſi enim aliqui ex ipſis uoluerint dicere, Fidem equidem editam in Nicæa etiam ipſi confitemur, oſtende uerò mihi ex ipſa, quod ipſe ritus ſanctus in deitate connumeratur: comperientur, quod etiam ex ipſa redarguantur. Non fuit autem tunc de ſpiritu quæſtio. Nam ad hoc quod pro tempore accidit, ſynodi cautionem faciunt. Quandoquidem igitur Arius in filium maledicentiam produxerat, ea gratia cum ampliore diſputatione exacta ſermonum curatitudo facta eſt. Vide uerò ab ipſa confeſsione, quod neque in hoc comperientur aliquid dicere pneumatomachi ſpiritū blaſphemantes, & à dono ac ſanctificatione eius alieni. Statim enim ipſa æditio cōfitetur, & negat. Credimus in unum Deum patrem omnipotentē. At credimus, nō ſimpliciter dictum eſt, ſed fides in Deum: Et in unum Dominum IESVM CHRISTVM, non ſimpliciter dictum eſt, ſed fides in Deum: Et in ſpiritum ſanctum, & non ſimpliciter dictum eſt, ſed in unam glorificationem, & in unam unitatem deitatis, & in unam coeſſentialitatem, in tria perfecta, unam uerò deitatem, unam eſſentiam, unam glorificationem, unam dominationem, à uoce credimus, & credimus, & credimus. Atque hic corruit talium diſputatio. Et quouſque extendo ſermonem, quum hæc ſufficere putem his qui ueritatem diligunt? Quapropter præteribo & hanc, inuocans Deum, ut nobis cōſueto more opem ferat ad horum omnium ſubuerſionem, quo per uirtutem ipſius abſoluta promiſſione noſtra, per omnia ipſi gratias agamus.

Ceraſtes unicornis.

Nicæa ſynodus quæſtionem de ſancto ſpiritu ignorauit.

Contra Aerium, hæreſim LXXV.

AErius quidam rurſus ſimiliter exortus eſt magnū mundo malum, furioſus mente, elatus opinione. Omnem enim hæreſim, temeritate eorum quæ facta ſunt ab initio uſque ad finem, aut uanæ gloriolæ, aut elationis faſtuoſæ gratia, effecit. Aut fecit ſanè hæc concupiſcentia, aut æmulatio erga proximos, aut exacerbatio, aut pestilentia. In ſumma, cæcitas ex diabolo eſt: non quod diabolus poſſit decipere non uo-

lentem,

lentem, sed quod unusquisq; sibijpsi autor fit operationis peccati, quo ut inquit, probi ac integri manifesti fiant. Hic Aërius in hunc usq; diem uiuit in carne, & superest in uita, Arianus quidem in totum, aliter enim non sentit, quàm uelut Arius, & adhuc ultra amplius quæ Arij sunt perscrutatur, acutus lingua, & armatus labijs in hac parte, qui pertrahat ad seipsum deceptum exercitum, & multitudinem eorum quibus semper pruriunt aures, & laxa mens est. Nam & ipse magnam quandam fabulosam ac uanam opinionem mundo excogitauit, quæ risum quidē excitat prudentibus, & tamen per hanc multos decepit ac allexit. Hic condiscipulus fuit Eustathij Sebastei, Sebasteq; ponti appellatę regionis, siue paruæ Armeniæ. Simul enim exercebantur prædictus Eustathius & Aërius. Quum autem uenisset Eustathius ad episcopatum, ille magis concupiscebat, sed non peruenit ad ipsum. Hinc oritur æmulatio. Videbatur autem Eustathius blandiri Aërio, Statim enim postea constituit ipsum presbyterum, & xenodochium siue peregrinorum hospitium ipsi committit, quod ab alendis pauperibus Ptochotropheum in Ponto appellatur. Talia enim quædam extruunt ob amorem hospitalitatis, & mutilatos ac imbecilles illic diuertere facientes, uictū suppeditant ac necessaria pro uiribus ecclesiarum præsides. Quandoquidem igitur ira ab ipso non deficiebat, quotidie augescebāt sermones, & æmulatio ipsorum in medium prodiebatur, sermonesq; non boni & calumniæ ab Aërio contra Eustathiū proficiscebātur. At Episcopus Eustathius accersito Aërio, blandiebatur, hortabatur, minabatur, infremebat, consolabatur, & nihil perficiebat. Nam quod ab initio deiectum erat, in magnum malum ipsum opus impellebat. tandem itaq; relicto ptochotropheo, Aërius discessit. Hinc prætextum uelut contra inimicum uolens inuenire, aut contra aduersarium telum mittere, perscrutabatur: & de cætero apud omnes calumnians Eustathium dicebat, Non amplius talis est, sed declinauit ad pecuniarum collectionem, & ad omnis generis possessionem: et hæc sanè per calumniam excogitauerat ille, reuera autem quū Eustathius ecclesiasticas necessitates haberet in manibus, aliter facere non poterat, & probabilia uidebantur, quæ ab Aërio dicebantur. Reputauerit autem fortassis quis secum, quādoquidem contra Aërium dicentes, Eustathium obiter induximus, nunquid etiā Eustathium laudibus uehimus? Equidem uitam ipsius ac politiam non pauci uiri admirantur. utinam autem & fide recte sensisset. Arij enim dogma etiam ipse ab initio usq; ad finem obtinuit, & necq; persecutionum tribulationes ipsum correxerūt. persecutionem enim passus est cum Basilio & Bleusio ac reliquis. Visus est autem & ad Liberium beatum Romæ episcopum unà cum multis episcopis legatum agere, & editioni synodi in Nicęa factæ, ac rectæ fidei confessioni subscribere. Verum postea uelut recordatus & ex somnijs expergefactus, rursus priora prauæ Arianorum opinionis considerare non destitit. Attamen de Aërio nobis sermo est, quapropter rursus ad ipsum oratio dirigenda est. Hic Aërius propter huiusmodi rationes in principio quidem renunciationem iactat, relicto autem ptochotropheo, magnam multitudinem uirorum ac mulierum allexit. Fugabatur autem ipse cum suis ab ecclesijs & agris ac uicis, & alijs ciuitatibus. Sæpe uero cū multa sua turba uigilantes ac sobrij in agris degebant, sub dioq; & sub petra pernoctabant, & ad syluas confugiebant. Erat autem ipsi sermo furiosus magis quàm humanæ conditionis, & dicebat, Quid est episcopus ad presbyterum? nihil differt hic ab illo. unus enim est ordo, & unus (inquit) honor, & una dignitas. Imponit manus episcopus, ita etiam presbyter. Lauacrum dat Episcopus, similiter & presbyter: dispensationem cultus diuini facit episcopus, & presbyter similiter. Sedet episcopus in throno, sedet etiam presbyter. In hoc multos decepit, & ducem hunc habuerūt. Deinde ait, Quid est pascha,

Ptochotrophe um.

Eustathius Arianus.

Liberius Romanus Episcopus.

Episcopus non differt à presbytero.

quod apud uos perficitur? Iudaicis fabulis rursus addicti estis? Non enim oportet (inquit) pascha peragere, pascha enim nostrũ immolatus est CHRISTVS. Dein de qua ratione post mortem nominatis (inquit) nomina mortuorum? Orat enim (inquit) uiuens, aut dispensationem facit, quid profuerit mortuo? Si uero omnino preces eorum, qui hic sunt prosunt illis qui isthic sunt, igitur nemo sit pius, neq; boni quicquam faciat, sed acquirat amicos quosdã per quem uult modum, aut per pecunias persuadens, aut amicis id in obitu demandans, & orent pro ipso, utne quid illic patiatur, neq; immedicabilia peccata ab ipso perpetrata requirãtur. Sed neq; ieiunium (inquit) erit ordinatum. Hæc enim Iudaica sunt, & sub iugo seruitutis. Iusto enim lex non est posita, sed patricidis ac matricidis & reliquis. Si uero omnino uolo ieiunare, qualemcunq; eligam diem à meipso, & ieiunabo propter libertatem. Vnde apud ipsos studium est, ut potius in die Dominica ieiunẽt, quarta uero & prosabbato edant. Sæpe uero etiam quarta ieiunant, non ex statuto, sed ex propria, ut inquit, uoluntate. In diebus autem paschatis quando apud nos fiunt humi dormitiones, castitates, afflictiones, siccorum esus, preces, uigiliæ, ac ieiunia, & omnes animarum salutes per sanctas afflictiones: ipsi à summo mane obsonantur, carneq; ac uino uenas suas explentes cachinnãtur, ridentes ac subsannãtes eos qui sanctum hunc cultum hebdomadis paschatis perficiunt. Tametsi enim renunciatorium habeant hi uitæ modũ, non tamen exercetur apud ipsos, sed multò plus carnis esus & uini potus: Nisi fortasse rari aliqui in medio ipsorum ex propria uoluntate hoc uelint, uerum plericq; ipsorum magis utuntur largis edulijs, carnis esu & uini potu, uelut sæpe dixi. Hæc sunt quæ Aërius in mundũ euomuit. Ostendit itaq; intelligentiam & incredulitatem suam, per ea quæ rursus ad prauã artem, in mundum furiose inuexit. Verum ad oppositiones aduersus ipsum deueniamus, pauca recensentes atq; sic prætereuntes. & quod quidem tota res, est stultiæ plena apud prudentes, manifestum est. Dicere enim ipsum episcopũ & presbyterum æqualem esse, quomodo erit possibile? Episcoporũ enim ordo patrum generator est, Patres enim generat Ecclesiæ. Presbyterorum uero non potens generare patres, per lauacri regenerationem generat filios Ecclesiæ: non tamen patres aut doctores. Et quomodo possibile erat presbyterum constituere non habẽtem manuum impositionem ad eligendum, aut dicere ipsum æqualem esse episcopo? Decepit autem prædictum Aërium nugacitas ipsius & æmulatio. Profert autem ad errorem suum & eorum qui ipsum audiunt, quod Apostolus scribit presbyteris & diaconis, & non scribit episcopis. Et ad episcopum dicit, Ne neglexeris donum quod in te est, quod accepisti per manus presbyterij. Et rursus in alio loco, episcopis & diaconis scribit. Quare est, inquit, idem episcopus & presbyter. Et non nouit ille qui consequentiæ ueritatis ignarus est, & historias profundissimas non legit, quod quum recens esset prædicatio, sanctus Apostolus pro re nata, uelut habebat scripsit. Vbi enim episcopi erant iam constituti, scripsit episcopis & diaconis: Non enim omnia statim potuerunt Apostoli constituere, presbyteris enim opus erat & diaconis, per hos enim duos ecclesiastica cõpleri possunt. Vbi uero non inuentus est quis dignus episcopatu, permãsit locus sine episcopo. Vbi autem opus fuit, & erant digni episcopatu, constituti sunt episcopi. Quum autem multitudo non esset, non inuenti sunt inter ipsos qui presbyteri constituerentur, & contenti fuerunt solo episcopo in loco constituto. Verum sine diacono impossibile est esse episcopum. Et curam adhibuit sanctus Apostolus ut diaconi essent episcopo, propter ministerium. Sic ecclesia accepit cõplementa dispensationis, sic illo tempore erant loci. Nam singulæ res non ab initio omnia habuerunt, sed progressu temporis ea quæ ad necessariorum perfectionem requiruntur, parabantur.

Paschanõ est peragendum.

Mortuis uiuorum preces nõ prodesse.

Ieiunium ordinatum non est seruandum.

Episcopus differt à presbytero.

Principia omnium rerũ exigua, tempore augescunt.

Equidem

Equidem Moſes mittitur in Ægyptū, uelut uetus Teſtamētum habet, cum uirga ſola. A Deo autem miſſus, quum proficiſceretur in Ægyptum, additur ipſi in auxilium Aaron, frater ipſius. Deinde poſtq̄ fratri commiſſionem dediſſet, congregatus eſt apud ipſum ſenatus, & principes populi illius temporis. Et poſt hæc corroborato opere, & collecta conſequentia, pertranſiuit mare. Et nondum erant secūdum legem, donec Dominus uocat ipſum in montem. Dat autem ipſi plicas ſiue tabulas mandatorum, & oſtendit ipſi ut conſtruat tabernaculum, & præficiat principes, decuriones, quinquagintarios, centuriones, & tribunos militū. Et uides quomodo res ampliantur, Facies, inquit, omnia iuxta formam oſtenſam tibi in monte Sina. Et uides quomodo additum eſt candelabrum ſeptem faculas habens, ueſtes ad pedes demiſſæ, indumenta ſacerdotalia, tintinabula, chlamydes, amicula, pilei, mitræ, lapidum precioſorum cōpoſitiones, cyathi, mortariola, thuribula, pelues, altaria, catini, maſmaroth, quę ſunt cola, midicoth qui appellantur cyathi, mechoth qui ſunt gradus: & quæcunq̄ lex recenſet, cherubim, & alia, arca teſtamenti, uectes, anuli, tentorium, collaria & pelles rubefactæ, poculaq̄ & alia, ianitores & tubæ ductiles ac curuæ, aureæ ac argenteæ, æreæq̄ ac cornęę, & alia quæ lex dixit, Sacrificia diuerſa, doctrinæ, nam quum ab initio hæc non eſſent, nunquid ergo poſtq̄ factus eſt ordo, non exhibuerunt negocia? Sic etiam quæ apud Apoſtolum ſcripta ſunt, donec ampliata eſt eccleſia, donec ad propriam menſuram deuenit, donec ornatu intelligētiæ iuſtiſſime ex Patre & Filio ac Sancto ſpiritu gubernata eſt. Et corruit Aërij ſermo. Et quod non poteſt idem eſſe, docet diuinus Apoſtoli ſermo, quis ſit epiſcopus, & quis presbyter, quum dicit ad Timotheum qui erat Epiſcopus, Presbyterum ne obiurges, ſed adhortare uelut patrem. Quid negocij eſſet epiſcopo, ut presbyterum non obiurgaret, ſi nō ſuper presbyterum poteſtatem haberet? Quemadmodum etiam rurſus dicit, Aduerſus presbyterum ne cito admiſeris accuſationem, niſi coram duobus aut tribus teſtibus. Et non dixit ad aliquem presbyterum, Ne admiſeris accuſationem contra epiſcopū: neq̄ ſcripſit ad aliquem presbyterū, ut ne epiſcopum obiurgaret. Et uides quod omnis ruina eius qui ex diabolo concuſſus eſt, non eſt exigua. Videamus autem ac conſideremus etiam alia ipſius, & primum de paſchate dicamus, quod dicit, Paſcha noſtrū immolatus eſt CHRISTVS: uideamus ipſum qui dixit hoc, an non p̄fecit, & dicit, Feſtinabat quo perageret diem pētecoſtes in Hieruſalem. Qualem autem pentecoſten perficiebat Paulus, ſi non paſcha perficiebat? A quo uero non aſſenſum eſt in omnibus orbis terrarum regionibus, quod quarta & proſabbato, ieiunium eſt in eccleſia decretum? Si uero etiam oportet conſtitutionem Apoſtolorum proferre, quomodo illic decreuerunt quarta & proſabbato ieiuniū per omnia, excepta pentecoſte, & de ſex diebus paſchatis, quomodo præcipiunt nihil omnino accipere, quàm panem & ſalem & aquam, qualemq̄ diem agere, & quomodo dimittere in lucescentem dominicam, manifeſtum eſt. Quis autem magis de his nouit, hic ne ſeductus homo, qui etiam nunc ſupereſt, & hucuſq̄ in mundo uerſatur, aut qui ante nos teſtes fuerunt? Habentes ante nos traditionem in eccleſia, quiq̄ etiam à patribus ſuis traditum acceperunt, quemadmodum etiam hi à ſuis patribus didicerunt qui ante ipſos fuerunt, quomodo eccleſia acceptam à patribus ſuis ueram fidē uſq̄ huc continet, itemq̄ traditiones. Et corruat rurſus huius ſentētia de paſchate. Deinde uero ſi non de eodem argumento quartarum & proſabbatorum, ijdem Apoſtoli in conſtitutione dixiſſent, etiam aliter undiq̄ demonſtrare poſſemus. Attamen de hoc exacte ſcribunt. Aſſumpſit autem eccleſia, & in toto mundo aſſenſus factus eſt, antequàm eſſet Aërius, & qui ab ipſo appellātur Aëriani. Fortaſſis enim & ob hoc iuſtiſſimum nomen accepit, aërium enim ſpiritum habebat eximmundicia,

Paſchæ eſt peragendum.

Ieiunium quarta & proſabbato decretū, ſeruādum eſt.

dicia, quod ab aërijs spiritibus prauitatis, in ipso cõtra ecclesiam habitauit. Postea uero de eo, quod proferãtur nomina uita defunctorum, quid hoc magis fuerit utile? quid hoc commodius & magis admiratione dignum? quod credunt præsentes quod hi qui decesserunt, uiuunt, & non sunt nulli, sed sunt & uiuunt apud Dominum: & ut pientissimam prædicationem recenseam, quod spes est orantibus pro fratribus uelut qui in peregrinatione sint. Prosunt autem & preces pro ipsis sientes, etiamsi totam culpam non abscindant. Verumenimuero eo quod nos sæpe dũ in mundo sumus, fallimur & erramus tum inuiti, tum uoluntarie, quo id quod perfectius est significetur, & pro iustis, & pro peccatoribus memoriam facimus, pro peccatoribus quidem, misericordiam Dei implorantes: pro iustis uero & Patribus, & Patriarchis, Prophetis, Apostolis, Euangelistis, martyribus ac confessoribus, episcopisq; & Anachoretis, & pro uniuerso ordine, ut Dominum IESVM CHRISTVM ab hominum ordine seperemus, per honorẽ quem ipsi exhibemus, & ut adorationem ipsi præstemus, illud mente uoluentes, quod Dominus non est alicui homini adæquatus, etiãsi milies, & ultra, in iustitia degat unusquisq; homo. quomodo enim possibile fuerit? Ille enim est Deus, hic homo, & ille in cœlo, hic in terra, per reliquias in terra: exceptis his qui resurrexerunt, & cum ipso ingressi

» sunt in ciuitatem sanctam, uelut sanctum Euangelium dicit, Multa autem corpora sanctorum surrexerunt, & cum ipso ingressi sunt in sanctam ciuitatem. Sanctã autem ciuitatem quam dicit? In ambabus enim sermo hic impletur, in ea quæ hic est, & in superna. Quod enim in hanc Hierusalem cum ipso ingressi sunt primũ, id manifestum est. Anteq; uero ascenderet Saluator in cœlum, nemo ascendit donec cũ

» ipso ascenderunt. Nemo enim ascendit in cœlũ, nisi qui ex cœlo descendit filius hominis. Verum de his quũ locus ita ferret, duas sententias ostendimus. Si uero quis dicit, Nunquid sanè in Hierusalem ingressi sunt? is discat, quod in illa die foribus clausis astitit IESVS ubi erãt discipuli eius cõgregati, & dixit ad ipsos, Pax uobis. Deinde uero rursus ad propositi argumenti consequentiam deueniam, quod ecclesia necessario hoc perficit, traditione à patribus accepta. Quis autem poterit statuta matris dissoluere, aut legem patris? uelut Salomon dicit, Audi fili sermones patris tui, & ne repudias statuta matris tuæ: ostendens per hoc quod & in scriptis & sine scripto docuit pater, hoc est Deus, & unigenitus, & Spiritus sanctus. Mater autem nostra ecclesia habet statuta in se posita, indissolubilia, quæ dissolui nõ possunt. Quũ itaq; ordinata sint in ecclesia statuta, & bene se habeant, & omnia mirabiliter fiant, cõfutatus est rursus etiã hic seductor. Sed & hoc relicto, uelut scarabæo, aut cantharide, aut bupresti animalculo, per ecclesiasticum fundamentũ & Deipotentiã conculcato, ad reliquas consequẽter procedamus Deũ auxiliariũ inuocãtes.

Mortuis uiuorum preces prodesse.

Ciuitas sancta quæ.

Traditionum usus.

Contra Anomœos, Hæresim LXXVI.

SVnt rursus quidam qui appellãtur Anomœi, hoc est inæquales siue dissimiles. Hi autem recentes sunt. Habuerunt autem ducem Aëtium quendam diaconũ, euectum propter nugas suas à Georgio Alexandrino, qui Arianorũ simul ac Meletianorum episcopus fuit, & temporibus Iuliani, uelut supra à me declaratũ est, in pompam per urbem ductus est super camelo, & primum quidem à Græcis cõclusus & multa passus, ac per urbem ductus uelut dixi, & lignis cæsus, deinde per totam fermè ciuitatem tractus, ac sic mortuus, & post mortem exustus, & cum multis pecorum ac bestiarum ossibus in cinerem redactus, & postea à uẽtis dissipatus, sic tandem finem adeptus est. Dixerit autẽ fortassis aliquis de eo qui sic mortuus est. Igitur Martyr factus est, qui à Grẽcis hæc passus est. Et siquidem pro ueritate fuisset ipsi hoc certamen, & hæc accidissent ei à Græcis propter inuidiam, & ob cõfessionem in CHRISTVM: reuera inter martyres eosq; non paruos locatus esset. Nõ erat

Georgij Alexandrini interitus.

erat autem causa propter confessionem in CHRISTVM, sed propter multam uiolentiam, quam in suo appellato episcopatu, in ciuitatẽ & populum exercuerat, alicubi hæreditates, hominibus à parentibus relictas diripiẽs. Et ut ne calumniemur uirum, multa enim sunt quæ ab illo Alexandrinis facta sunt, quomodo nitrũ omne excepit, quomodo paludes papyri & calami, & stagna salis gubernare & ad seipsum auferre excogitauit? Nam omnis turpitudo uitæ quæstus gratia per multas artes, usq; ad uilissimas res, ab ipso non negligebatur. Etenim & lecticas excogitauit corporibus eorum qui efferũtur ad numerum certum facere, & sine his quæ ab ipso ordinatæ erant, non efferebatur corpus mortuorum, maxime peregrinorum, non propter hospitalitatem, sed uelut dixi, quæstus gratia. Si quis enim sepelijsset per seipsum corpus, periculum subibat: sic autem à singulis qui efferebantur lucri aliquid ipsi accedebat. Et omitto de his dicere quæ ille uir in delicijs, & crudelitate & alijs accipiebat. Propter hæc igitur omnia Alexandrini in ipsum ira perciti, & maxime Græci, hac morte ipsum mulctarunt. Mihi uero obtigit occasio de hoc dicendi, eo quod Alexandrini audito obitu Constantij, statim hoc modo ipsum perdiderunt, & nulla alia de causa hic de ipso à me facta est mentio, quàm propter Aëtium ab ipso constitutum diaconum. Hic Aëtius etiam secundum mundanam doctrinam ineruditus erat, usq; ad perfectam suam ætatem, uelut fama refert. Cæterũ digressus in Alexandriam, operam dedit Aristotelico cuidam philosopho ac sophistæ, & quum sanè dialecticas argutias ex illo didicisset, nihil aliud cogitauit, quàm quomodo effingeret de Deo Verbo expositionẽ, & hanc rem attentius aggrediebatur, à summo mane & perpetuo usq; ad uesperam in hoc desidẽs, dico autem in hoc, ut per geometriam quandam & per figuras de Deo diceret ac decerneret, docens ac degens uelut summus Arianus. Et quum Arij furiosam doctrinam haberet, amplior pernicies euasit per illorum conuersationem, et contra Filiũ Dei, & contra Spiritum sanctum linguam suam quotidie exacuit. Hic autem accusat̃ ab aliquibus, & eidem Cõstantio indicatur, & in exilium mittitur ad Tauri partes. In quo loco omnem suam doctrinam dilatauit, & in medium proferre cum dicendi ducia deprehensus est, perfricta frõte per impudentiam ampliorem, & euomitiones malæ doctrinæ suæ indesinenter ostendit. Ausus est enim dicere inæqualem & dissimilem Filium Patri esse, & non idem deitate esse ad patrem, nõ quod nos similitudini innitamur. Nam super similitudinem, nouimus filium ad patrẽ uelut eundem deitate, & æqualem, & omnino non alteratum. Multa enim sunt assimilata Deo, sed non idem & æqualia sunt deitati, quemadmodum etiã homo secundum imaginem & similitudinem est, sed non idem cum Deo ad æqualitatẽ. Et simile est regnum cœlorum grano sinapis, sed nõ idem cum regno, quod nequaq; particeps est eiusdem ac similis fermẽti. Et simile est decem uirginibus, & uiro patrifamilias uelut ad similitudinem, sed non secundum identitatem. Quum autem filius similis sit patri, & plusquàm similis, eo quod idem sit ad patrem, & æqualis patri: non similitudinem solum confirmare nobis studium est, sed etiam identitatem ac æqualitatem, uelut qui est Deus ex Deo, & Filius ex patre, & nõ alienus ab essentia, sed ex ipso genitus. Sic etiam de Spiritu sancto. At uero huic generoso Aëtio, neq; similitudinem Filij ad Patrem approbare uisum fuit. Verum nos non solum similitudini innitentes, confirmationem fidei, & honorem trinitatis uere proponentes cõfitemur. Nam & argentum stanno assimilatur, & aurum æri, & plumbum ferro. Et lapides precioſi assimilantur uitro: & similitudo non indicat naturam, sed assimilationem. Hic uero nos cõfitente Scriptura Filium imaginem Dei inuisibilis esse, uim diuinæ scripturæ ex Dei munere diligenter cognoscentes, (nimirum quę ad Pharisæos dixit, Non nouistis scripturas, neq; uirtutem Dei) nouimus duplicem

Georg. Alexandrini auaricia.

Aëtius ineruditus.

Similitudinis ratio.

esse hunc habitum. Verum abusum uelut ab homine accipientes, ad dictionis siue loquutionis confirmationem declaramus, nam & hominis imago dicitur, & non similis. Hæc enim est per colores assimilata, illa uero per generatiuam coessentialitatem, tanq; genito Filio ad Patrem exprimente genus, & tanq; de cætero assimilatio reperiatur idētitatis, & coessentialitatis, & expressæ imaginis. Et est nobis unigenitus Filius Dei, idem cum patris deitate & dignitate, & æqualis per ueram imaginem, ac similitudinem non euariantem, sed nihil immutatam, uelut Filius ex Patre, patre uere & coessentialiter genitus. Sic etiam de sancto Spiritu, eo quod ex Patre procedit, etiamsi non est genitus, propterea quod Filius est unigenitus. At hic Aētius amplius uolens resistere ueritatis confessioni, ne similitudinem quidem Filij ad Patrem cōfiteri conatur. Nam alij Ariani à Luciano & Origene accepta occasione, & alij qui conuersati sunt cum Asterio sophista, qui excidit in persequutione tempore Maximiani facta, partim quidem uelut in superioribus à me declaratū est, creaturam Filium Dei unusquisq; prædictorum decreuit, & Spiritum sanctum creatura cōtinuerunt, partim uero dixerunt, similem esse Filium Patri, etiamsi creaturam ipsum esse decreuissent. Hic uero totā quidem illorum simulationem, suam uero impietatē clare detexit, dogma illaudatum ac impudēs aduersus Dominū reuelans. Et ut quidem habet ueritas iustissime aduersus eos qui creaturam introducunt, huius Aētij etiam anomœi appellati, exacta confessio inuehitur. Omne enim creatum dissimile est creatori, etiamsi ad gratiam assimiletur. Et creator creato dissimilis est, etiamsi colorum uarietatibus ipsum ornare conatus fuerit: nisi sanè secundum imitationem solū speculationis fuerit expressum ad assimilationē ac similitudinem. Et quantū ad Arianos q creatum putāt Filium Dei, & Spiritum sanctū, ualidus fuerit huius sermo, uelut etiam postea ab ipsis Arianis, Eudoxio inquam, & Menophilo, atq; alijs citatus, & coram rege constitutus, ipsos palàm redarguit, quum diceret, qualiter ipsi habent, ego habeo, uelut etiam ipsi omnes. Sed quod me uerum est, ipsi occultant: & quod ego clare ostendo ac confiteor, hi omnes eadem dicunt. Occultabant autem hoc, quum rex non aduersaretur Arianæ fabulæ, sed pium sanè se esse putaret. Nam creaturam confiteri Filium Dei recusabat, indignabaturq; ac in exilium misit Aētium, uelut supra ostensum est. Atq; hinc ininiū hæresis cœpit, & ab uno argumento ad multam malorum calamitatem uir hic mente elatus, grauiter sauciauit animam suam, & eorum qui ipsi fidem habuerunt. Nā ad eam imaginationem seductus ille postea deuenit, itemq; discipuli eius, ut dicere, Sic scio Deum clarissimè, & adeò ipsum scio ac noui, ut ne me quidē magis noscam quàm Deum. Sed & alia multa de hoc audiuimus, quomodo diabolus horribiliter machinatus sit, ut per ipsum animas hominum inescatorū perderet. Etenim non soliciti sunt de uitæ sanctimonia, non de ieiunijs, non de mandatis Dei, nō de aliquo alio ad uitam hominibus à Deo præcepto: sed solum promptus est ipsis sermo, per unum uerbum omnia. Velut si quis iactura è naui facta, & omni uectigali iecto, detineat unum quiddā ex his quæ in nauem imposita sunt, tegulam inquā, aut aliud quid, ut per unum instrumentum omnem pontum pernatare possit, & salutem sibijpsi parare: & talis fallatur, & non uelut putauit de instrumento in manus sumpto, finem reperiat, postea submersus à toto negocio ac salute excidat. Sic etiam hic Aētius, & qui ex ipso sunt anomœi, in medium afferentes dictum quod à Domino in Euāgelio dictum est, dictionem quidem exponunt, uerū uim ipsius non recte tenentes, fallitur & falluntur. Quum enim in ipsos inciderit quis, & de mandatis mentionem fecerit: hoc dicunt uelut dictum habet, quod nihil aliud est quod quærit Deus à nobis, quàm ut cognoscamus ipsum solum: quemadmodum etiā CHRISTVS dixit, dum ait, Da ipsis pater ut habeāt in seipsis uitā, hæc autē est uita, ut

Aētius contra Arianos recte inuehitur.

Simile naufragicum.

uita,ut cognoſcãt te ſolum uerum Deũ,& quem miſiſti IESVM CHRISTVM. Au «
diuimus enim quoſdã dicentes,quod ab ipſo palàm audiuerunt,quũ quidam accu
ſarent̃ ob abſurdum factum,quod cũ muliere dormiuiſſent,& ab ipſis condemna-
rent̃: ille omnino non indignabatur,ſed etiã fruſtra illudebat, dicens nihil eſſe ta-
le.Corporalis enim,inqt,eſt neceſſitas & miniſterium, uelut aurem ſcalpimus. Et
ipſe qdem uereor dicere,quæ impurus ille narrauit. Accepta ,inquit,penna aut ſar
mento,aurem ſcalpimus,& ſic ceſſat pruritus circa aurem. ita & hoc,inquit, cõtin- *Peccatorum nulla ratio apud Aëtium.*
git ſecundum naturam. & ſi quis perfecerit,non peccat. Et multa talia hic uir expo
nens,dilute omnia & male docuit: ut ex ipſis operibus uideatur, quis ſit. At Do-
mini uerba clare nobis declarant ipſum,ubi dicit,Attendite á falſis prophetis, qui «
ueniunt ad uos in indumentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces,ex fru- «
ctibus ipſorum cognoſcetis ipſos. Nunquid colligunt à ſpinis uuas ,aut à tribolis
ficus? Sic etiam huius per omnia dementiæ temeritas,hinc & illinc redarguit̃, qui
ſanè contra Dominum ſuum aperuit os , & effrœni lingua in Dominum ſuũ blaſ-
phemias iacere nõ eſt ueritus: quo ex fructibus proteruitatis ac aquoſitatis ipſius
prudentes periculo facto nõ decerpant. Non enim poteſt uua ex ſpinis uindemia-
ri, quũ etiã ex peruerſa doctrina uitæ ſanctimonia cõſpiciatur. Verum hæc qdem
circa uirũ facta eſſe accidiſſe audiuimus. At p doctrinã ipſius commiſſa multa ſunt,
quũ elatio animi eius cõtra Dominum auſa uſq; ad inſaniam ꝓceſſerit. Pauca uero
de multis apponã,& quæ Dominus dederit ad ipſa ſubuertenda,etiã ipſi dicemus.
Et eſt huius anomœi de fide nugacitas,& uerborũ aſſimilationes,ex ſcriptura qui-
dẽ acceptæ,non autem ſic ſentẽtiam habentes,ſed aliã uim tenentes,ab ipſo uero ſic
accepta. Aſſerit autẽ ſtatim in principio, quod non poteſt ingenitũ ſimile eſſe geni
to,nã & nomine differt,alterum enim eſt ingenitum,alterũ genitum. At uero totũ
eſt ſolidũ,& quod ad inſaniam adegit uirũ. Si enim quæremus ingenito genitorẽ,
ut ne opinionẽ uerã de CHRISTO perdamus: inueniet̃ non amplius unus pater,
neq; pater patris,ſed infiniti patres patrũ,dũ inquirunt̃. Et nõ amplius unus Deus
eſt,q ſemp eſt,& ante ſe nihil habuit,& ſemp perſeuerat ac manet, ex quo unigeni
tus uerus Filius genitus eſt,& eſt,& ſanctus eius Spiritus ex ipſo: ſed erũt dũ quæ-
runt̃ dij multi. Et de cętero,oĩa fraus erunt,& nõ ueritas. Oportet autem uelut eſt,
unũ ſcire Deum patrẽ Domini noſtri IESV CHRISTI,ex quo etiã Spiritus ſãctus
ex Patre ꝓcedẽs, et de Filio accipiẽs. Et hęc eſt una deitas,unus Deus,unus Domi
nus,Pater et Filius & Spiritus ſanctus:nõ quod coniunctio ſit Filius ad Patrẽ,aut
etiã Spiritus ſanctus,ſed Pater,Pater:& Filius,Filius:& Spiritus ſanctus,Spiritus
ſanctus . Tria ꝓfecta,una deitas,unus Deus,unus Dominus,quemadmodũ iã ſæ-
pe in his hæreticorũ tractationibus hoc modo glorificationẽ de Deo expreſſimus.
Igit̃ quando qdem unus eſt Deus,et nõ dat̃ ſuſpicari alium præter eum q eſt: admi
rabiliter et ingenitus eſt pater et increatus,& unigenitus filius Dei ex ipſo genitus,
nõ diſſimilis eſt ipſi ꝓ omnem modũ: ſed idem cũ patre,et ęqualis ſecundũ omnem
dignitatẽ,etiãſi hic genitus eſt,ille uero ingenitus eſt. Si qdem enim omnino genu-
it ex ſe filiũ,impoſſibile eſt nõ eſſe æqualẽ ac ſimilẽ patri. Omne enim quod gignit,
ſimile ſibi ipſi gignit,et nõ ſolum ſimile,ſed ęquale identitate. Homo etiã hominem
gignit, & Deus Deum. Et homo qdem ex corporũ cõplicatione, Deus autem in-
enarrabiliter, ſolus unigenitum genuit,& nõ ſecundum aliquã defluxionem,neq;
contractionem,neq; dilatationem. Sed ſpiritus exiſtens pater,ex ſeipſo ſine princi
pio & ſine tempore filium genuit, ſimilem ipſi per omnia & æqualem, uelut dicit
ſanctum Euangelium: quod quærebant ipſum occidere Iudæi,non ſolum quod *Similitudinis, æqualitatis,ac identitatis ratio.*
diſſoluiſſet ſabbatum,ſed etiã quod Filium Dei ſeipſum dixiſſet, ęqualem ſeipſum
faciens Deo. Quomodo enim non ſimilis ſit patri & æqualis per omnia, qui in ſe-

» ipso habet uitam,& dicit,Quemadmodum pater suscitat mortuos, sic etiam filius
suscitat mortuos. Et qui dicit,Qui uidit me,uidit patrem: non potest diuersus esse,
qui per seipsum patrem significat. Et qui dicit,Qui cognoscit me,cognoscit patrẽ:
&,Qui uidit me,uidit patrem: uelut ipse nõ alius sit præter patrem,quemadmodũ
» etiam pater & filius significat,Faciamus hominem ad imaginem nostrã & ad simi-
litudinem. Si enim non esset filius similis patri,quomodo igitur homo ad imaginẽ
& ad similitudinem factus est? Non enim dixit pater,faciamus hominem ad imagi
nem meam,aut iuxta imaginem tuam,sed Ad imaginem nostrã. Ab eo uero quod
dicit nostram,æqualitatem patris in filio ostendit & similitudinem,& non hoc so-
lum,sed etiam identitatem in omnibus,& in nullo diuersitatem. Quomodo uero
potest non esse æqualis,& non similis,uelut etiã iam dixi,qui dicit: Ego in Patre,
& Pater in me. Non enim ipse solum in Euangelio hoc dicit: sed etiam in Spiritu
Ego in Patre, et pater in me. sancto prophetans Esaias nouit filium in patre,& non alienum à patre, neq; diuer
sum: quemadmodum habet dictum,quod hanc consequentiam habet,ab Hebrai
co quidẽ sic,Phthou, saarim uiaboton, sadic somer emmunim, iesrosmooch The-
sar, Salom salom, chibac batou, betub baldonai, addoth chibaia, adonai Sodole-
mim. Ex Græca uero interpretatione Aquilæ sic, Aperite portas, ingrediat̃ gens
iusta, seruans fidem, figmentum firmum, custodia pacis, quia in ipso confidunt, cõ
fidite in Dominum usq; in sæculum, quia in Domino Dominus qui firmauit sæcu
Esaiæ locus expensus. la. At apud septuaginta sic, Aperite portas, ingrediatur populus custodiens iusti-
ciam,& conseruans ueritatem, defendens ueritatem,& custodiens pacem, quia in
te sperauerunt Domine usq; in sæculum, Deus magnus æternus. Obseruet autem
lector, quod pro Dominus, Deus: & magnus, pro in Domino, apud Septuaginta
habetur. Et quanta ac quot possent de hoc dici? Vereor autem ne forte in molem
ingẽtem accumulem de his uerbis tractationem. Omnia enim clara sunt in diuina
scriptura his, qui pia ratiocinatione diuinum sermonem adire uolunt,& nõ diabo
licam operationem in seipsis conceperunt, ac seipsos in barathrum mortis confice
re conantur. Velut miserabilis hic,& qui ab ipso sunt persuasi, cõtra ueritatem ar-
ma mouerunt, super omnes qui ante ipsos fuerunt blasphemi in Deum ac ipsius fi
dem. Et quod quidem non potest dissimilis esse Filius Patri, imò neq; huc eniten-
tes hæc diximus. est enim non solum similis, sed etiam æqualis & idem deitate, idẽ
sempiternitate & potentia. Et non dicimus idessentialem, ut ne dictio apud quos-
dam usurpata Sabellio assimiletur. Idem uero dicimus deitate,& essentia,& potẽ-
tia, per omnia æqualẽ Patri & sancto ipsius Spiritui. Coessentialẽ autem dicimus,
uelut habet sancta fides, quo ex uoce eo, manifeste significentur perfecta. Quoniã
Filius ex Patre perfectus ex perfecto, perfectus etiã Spiritus sanctus. Cæterum ab
uno & altero aut tertio testimonio hi deprehendentur. Si enim omnino confite-
tur ab ipso genitum, necessariò confitebitur similem esse genitori. Manifestum est
autem quod in uerbis quidem dicit genimen siue genituram, creaturam autem ma
nifeste habet & credit. Per gratiam uero filium ipsum uocari, uelut expertus est il-
le cœlestium cognitor,& indiuisibilium diuisor,& nostræ in CHRISTVM salutis
geometra. Corruit autem omnium harum sermo, qui creaturã ipsum esse falso pro
tulerunt, sicut etiam huius corruet. Dicam enim ad ipsum iustissime, dic mihi ô
bone, quid dicis de Filio Dei? creaturam ipsum dicis, aut genimen siue genituram?
Si enim creaturam ipsum esse dicis, ne amplius probabiliter occultes pernicien,
dum nomine genituram patris ipsum uocas. Omne enim creatum, non est genitũ,
& si est genitum, non est creatum. Omitte igitur ut neq; sermone genitum dicas,
Non enim conuenit tibi omnino ut uel in uno sermone ueritatis uerba in labijs fe-
ras. Sed dic omnes tuas insidias, ut discamus qs es,& sic insidias tuas euitemus quæ

animas

animas corripiunt: & ſtrue inſidias his qui tui deſiderio tenentur. Adoras itaq; Filium Dei, aut non adoras? Etiam, inquit, adoro ipſum. Deum adoras aut nō? etiam, inquit, Deū adoro. Qualis igitur erit Deus qui apud te creatus dicitur, & adoratur? Siquidem enim unum creauit adorandus Deus, & hunc adorari uoluit, reliqua uero omnia ipſe creator non uult adorari. Imò etiam accuſat adorantes creaturam, per legem docēs, Non facies tibiipſi ullā ſimilitudinem, ac adorabis ipſam, neq; in cœlo, neq; in terra, neq; in aquis: Et Apoſtolus dicit, Coluerunt creaturā « præter creatorem, & ſtulti facti ſunt: Quomodo igitur de omnibus præcipit ut ne « adorentur? Nunquid perſonarum acceptio eſt apud Deum? Abſit. In hoc enim quod unus adoratur, oſtendit penitus alium eſſe eum qui adoratur præter creaturam: & aliam creaturam quæ non adoratur, præter adorandum Dominum, Filiū Dei ex patre genitum. Ideo enim quod ex ipſo genitus eſt ſimilis ipſi, & ſecundum ipſum filius, ea propter etiam adorandus eſt ab omnibus. Per ipſum enim fecit omnia, & ſine ipſo factum eſt nihil. Per ipſum enim & ſanctum ſuum ſpiritum, qui ex ipſo proceſſit, & de filio accepit, fecit & firmauit omnia. Verbo enim Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris ipſius omnis uirtus ipſorum. Quum enim dixit unigenitus, uelut ſupra à me relatum eſt, ut cognoſcant te ſolum uerum Deum, & quem « miſiſti IESVM CHRISTVM, ſegregauit ſeipſum à creatura, quemadmodum etiā « Apoſtolis dicit. Vnus Deus ex quo omnia, & nos per ipſum, & unus Dominus « IESVS CHRISTVS, per quem omnia, & nos per ipſum. Et uides, quomodo oſtēdit unum Deum Patrem, & unum Dominum ex ipſo genitū? Et nō dixit, Vnus Deus & unus Dominus cū omnibus ex ipſo factis: ſed Vnus Dominus p quem omnia. Si uero unus Dominus per quem omnia ſunt, non eſt unus ex omnibus, ſed factor omnium creatorum omnium creator exiſtens. Quum autem filius ex patre genitus ſit, & ex patre ſit, per quem omnia facta ſunt: diſſimilis omnibus eſt, nēpe creator uniuerſorum exiſtens. Nam unus & unus Deus pater ex quo omnia, et Dominus IESVS per quem omnia: counita ſuperiore dictione per unus & unus & per ex quo & per quem: partim clare ex patre filium manifeſtauit, partim non item filium ex reliquis eſſe mirabiliter pronunciauit, per quem omnia dicens: quo oſtenderet patrem eſſe, & filium eſſe à patre exiſtente unigenitum Dominū. Dixit autem hæc Apoſtolus Spiritu ſancto ductus. Quapropter nō habuit opus de Spiritu aliquid declarare, non quod nō glorificetur Spiritus cum Patre & Filio: neq; ut ipſum ex omnibus ſignificaret quę per filium creata ſunt. Sufficiebat enim patri ac filio connumerari per firmam filij confeſſionem dum dicit, Euntes baptizate in « nomen Patris & Filij & Spiritus ſancti. Loquēs itaq; Apoſtolus, imò potius Spiritus ſanctus in ipſo, de ſeipſo nō indicauit. Manifeſta enim erat cognitio de ipſo, ut de qua neq; Iudæi ambigerent: reſeruabatur autem, ut ne Spiritus ſanctus ſeipſum conſtitueret. Apoſtolus enim Spiritu ſancto ferebatur, & de Patre ac Filio docebat, ut oſtendatur trinitas ſemper exiſtens, & nunquam eſſe deſinens. Ne admireris ſi audieris, Vnus Deus ex quo omnia, & unus Dominus per quem omnia. Nam in eo quod dixit Filium Dominum, non omnino negauit Apoſtolus eſſe Dominum etiam Deum: & in eo quod dixit, Vnus Deus per quem omnia, non negauit eſſe Deum etiam Dominum. Simul enim & Dominus & Deus, & Deus & Dominus: & nihil differet de his quæ ad nos in ueritate ſalutariter ex Deo per Apoſtolos prædicata ſunt. At uero idē Anomœus & qui ex ipſo orti ſunt, relicta uia ueritatis, male progreſſi ſunt, & uerba Dei excogitantes, & de cætero ad diſſertiones ac diſputationes uerborum, ſententiam euertentes, reſiluerunt à ueritate, & à cœleſtibus exciderunt. Omnis enim dictio redarguet ipſos, ſi mentem ſuam ad Euangelij illuminationem cōuertere uoluerint. Nuſquam enim unigenitus

Filius Dei non eſt creatura.

Pauli locus explicatus.

genitus dicit, & quidem in carne præsens, Qui creauit me pater, demisit me: Neq; pater alicubi in Euangelio dixit, neq; in ueteri Testamento, Creaui uobis filium: sed Pater me misit. Et, Ex patre exiui & uenio. Et, Qui est in sinu patris. Et Verbũ erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Et multa licet nobis de salute nostra cognoscere, & nõ à nequitiosa huius diaboli doctrina corripi. Diabolus enim uolens perdere humanum genus, inuidia ductus aduersus hominis gloriam, diuersas artes excogitauit. Primum quidem per ignorantiam, deinde per idololatriam, aliquando per improbitatem, nunc uero per errorem & hereseon fraudem: quo undiquaq; hominem à cœlestibus subuertat. Quot igitur & quãta poterit mediocritatis nostræ mens aduersus te dicere ô Anomœe? Recte enim anomœus hoc est inæqualis & dissimilis es, qui ab hominibus & mores & intelligentiam peruertisti, his inquam, qui intelligentiam Dei adepti sunt, & fidem ueritatis habent. Non enim ad bonum procedens inæqualis factus es hominibus, sed declinatione à uia ueritatis facta, dissimilis factus es filijs ecclesiæ Dei: & prætextu arrepto, Filiũ Dei qui secundum ipsius patrem est, dissimilem patri dicens, tu dissimilis factus es, & hoc nomen sortitus, quum non amplius similis sis eorum, qui in Deo seruantur. Quo uero non circa ipsius quæstiones immorans tempus perdam, age ex ipsis dictionibus quas ipse exposuit dialectice ad quosdam scribens, ipsum cõfutabimus. Videtur enim dialecticam quandam fraudem consuere in suo libro, qui nullum sermonem habet fidei simplicissimæ ac sincerissimæ & in Spiritu sancto ac mansueto ornatæ. Totum uero per totum ipsius opus, quod ad nos peruenit, in primis posui, ut ab ipso faciamus reliquam disputationis aduersus ipsum subuersionem. Et est hic Aëtij anomœi libellus.

Aëtij Anomœi libellus.

Aëtij libellus.

Quandoquidem in tempore illatæ nobis persecutionis ab antiquarijs & his qui iam diu opinioni suæ adhæserunt, quidam ex prædictis abstulerunt cũ alijs multis, etiam opusculum priuatim à nobis elaboratum de ingenito Deo & genito, idq; interpositionibus ac detractionibus corruptum ediderunt, ordinis cõsequentia interpellata: uenit autem postea id ipsum ad nos, studioso quodam nobis ipsum afferente: coactus sum uelut pater rursus purgatum id scriptum uobis emittere, ô uos omnes pij decertatores ac decertatrices, quo scire possitis iuxta sanctarum scripturarum intelligentiam, in prædicto opusculo nostram sententiã prolatam esse, per quam omnem hominem uobis contradicere conantem de ingenito Deo & genito, compescere ac breuibus illationibus pudefacere poteritis, maxime uero omnium prædictos: in uersuum specie pronunciati pronunciationem, & solutionis solutionẽ, quo facilius retineantur, & aggressiones ac epicheremata clara sint, facturus, initio de Deo ingenito sumpto. I. Si possibile est ingenito Deo, genitum ingenitum facere. II. Si omni causa superior est ingenitus Deus, propter hoc etiam superior generatione fuerit. Si uero superior est omni causa, nimirũ etiã generatione. Neq; enim ab alia natura ipsum esse accepit, neq; ipse sibijpsi esse exhibuit. III. Si ipse sibijpsi esse non exhibuit, non propter naturæ debilitatẽ, sed eo quod transgreditur omnem causam, unde nam quis productam naturã ad eam quæ produxit, ineuariabilitatem in essentiam habere cõcedet, quum talis substantia generationẽ non admittat? IIII. Si indesinenter Deus permanet in ingenita natura, & genimẽ indesinenter genimẽ est, coessentialis & similis essentiæ peruersa opinio corrumpetur. Stat autem incõparabilitas in essentia, utraq; natura indesinẽter permanente in ꝓpria naturæ dignitate. V. Si ingenitus est Deus secũdũ essentiam, nõ essentię disparatione genitum genitũ est, sed potentię quæ ipsum produxit. Eandem enim essentiam & genitam esse & ingenitã, nulla pia ratio permittit.

Aëtij positiones siue Epicheremata.

mittit. VI. Si ingenitum genitum est, quid uetat genitum ingenitum factum es-
se? Omnis enim natura magis ad suum familiare festinat, quàm ad alienum. VII.
Si non totus Deus ingenitus est, nihil prohibet genuisse essentialiter. Si uero to-
tus est ingenitus, non essentialiter ad generationem disparatus est, uerum poten-
tia genimen produxit. VIII. Si totus est generatiuus ingenitus Deus, non es-
sentialiter genitum genitum est, quum tota essentia ipsius habeat ut generet, non
autem ut generetur. IX. Si uero transformata essentia Dei genimen dicitur, nõ
immutabilis est essentia ipsius, quum mutatio operata sit filij constitutionem. X.
Si uero immutabilis fuerit & generatione superior essentia Dei, id quod secun-
dum filium est, uscp ad nudam appellationem confirmabitur. XI. Si seminali-
ter erat genimen in ingenito Deo, post generationem extrinsecus incremẽto sum-
pto, in uirum, ut ita dicam euasit. Perfectus igitur est filius, non ex eo quod genitus
est, sed ex his quæ assumpsit. Quæ enim naturaliter assumunt, uelut ex illis constã-
tia, perfecti nomen diuersimode admittere solent. XII. Si perfectum erat geni-
men in ingenito, genimen est etiam non ex eo quod ingenitus ipsum genuit. Geni
tam enim naturã in ingenita essentia esse impossibile est. Est enim idem & esse, &
non esse. Genimen enim ingenitum non est, & ingenitum existens, genimen non
erat: quum dissimilis pars in Deo, blasphemiæ figuram & contumeliam obtineat.
XIII. Si ingenitæ naturæ existens Deus omnipotens, genitæ naturæ non nouit
seipsum: Filius autem genitæ naturæ existens, hoc cognoscit seipsum quod est:
Quomodo nõ fuerit coessentialitas mendacium, quum ille cognoscat seipsum in-
genitam, hic uero genitum? XIIII. Si non uox ingeniti substantiam Dei decla-
rat, sed humanæ inuentionis est incomparabile nomen: gratiam debet Deus in-
uentoribus propter ingeniti inuentum, quum præminentiam nominis non ferat
in essentia. XV. Si extrinsecus de Deo consideratur uox ingeniti, qui conside-
rãt, potiores sunt considerato, quum præstantius natura nomen ipsi exquisierint.
XVI. Si nõ cedit ingenita natura generationi, est hoc quod dicitur. Si uero cedit,
generationis passiones meliores fuerint substantia Dei. XVII. Si genimen im-
mutabile secundum naturã est, propter genitorem: ingenitum essentia est immu-
tabilis, non propter uoluntatem, sed propter dignitatẽ quæ est in essentia. XVIII.
Si ingenitum essentiæ significatiuum est, meritò à genituræ essentia oppositè distin
guitur. Si uero nihil significat ingenitum, multò magis nihil significat genimẽ. Ni-
hil autem ad nihil quomodo opponi potest? XIX. Si uero ingenita prolatio ad
genitam prolationem opponitur, silentio prolationi succedente: fieri contingit &
perire Christianorum spem in prolatione sitam, at non in naturis sic habentibus,
uelut nominum uult significatio. XX. Si nihil plus distribuit ad præminentiã
essentiæ ingenitum genito: prolatione solum præminens filius, meliores seipso
cognoscet eos qui ipsum sic appellarunt, non appellatum Deum ipsius & patrem.
XXI. Si ingenita essentia melior est generatione, intra se habens ipsam præstantiã
per se essentia est ingenitus: Non enim uolens, quoniam uult potior est generatio-
ne, sed quoniam natura est. Per se igitur existens essentia ingenitus Deus, nulla ra-
tione permittit contra seipsam excogitare generationem, impellens ferri contra ge
nita omnem examinationem ac omnem ratiocinationem. XXII. Si priuationis
significatiuum est de Deo ingenitum, nihil autem fuerit ingenitum, quæ ratio ab-
stulerit aliquid ab eo quod nihil est? Si uero significat id, quod est, quis secedere
fecerit abeo, quod est, id quod est ipsum sui ipsius? XXIII. Si priuatio-
nes, habituum sunt ablationes, ingenitum in Deo aut priuatio est habitus,
aut habitus priuationis. At si quidem priuatio est habitus, quomodo id quod
non adest, uelut quod adest Deo connumerabitur? XXIIII. Si uero habitus

est ingeni

est ingenitum, necesse est præsupponere genitam essentiam, ut sic assumpto habitu ingenitum nominetur. XXV. Si uero genita ingenitæ essentiæ particeps fuit, & habitus abiectionem passa, ingenita natura priuata est: fuerit utiq; essentia quidem genita, ingenitū uero habitus. XXVI. Si uero genimen transitus significatiuum est, manifestum est quod habitus significationem habet, siue transformationis est ex essentia quadam, siue hoc est quod dicitur genimen. XXVII. Si ingenitum habitus est, & genitum habitus, essentiæ quidem habitibus priores sunt, habitus autem etiamsi essentijs posteriores sunt, attamen potiores. XXVIII. Si ingenitum geniti causa est, ipsum esse significans, & genimen coinfert cum sua ipsius essentia ipsum autorem: uox genimen essentiæ significatiua est, & non habitus: quum ingenita natura nihil secum coinducat, quomodo non essentia fuerit, sed habitus ingenita natura? XXIX. Si omnis essentia est ingenita, qualis Dei omnipotentis, quomodo alteram quidem passibilem, alteram uero passionis expertem quis dixerit? Si uero per sortem ac partem ingenitæ naturæ, altera permanet quantitate & qualitate, & (ut summatim dicam) omni mutatione superior, altera uero passionibus obnoxia est, ita ut concessum sit ipsi, inuariabilitatem in essentiam habere, eo quod sponte sua permittit amicus ea quæ sunt prædicta: fuerit hoc utiq; consequens, facientem quidem ingenitam dicere, genitam autem eam, quæ transmutatur. XXX. Si factæ naturæ ingenita natura est causa, ingenitum uero nihil est absolutum: quomodo id quod nihil est, fuerit causa eius, quod factum est? XXXI. Si ingenitum est priuatio, priuatio autem habitus est, abiectio uero penitus perit, aut in aliud transit: quomodo possibile est ut habitu transeunte aut pereunte, ipsa ingeniti scilicet appellatione, cognominetur essentia Dei? XXXII. Si ingenitum significat priuationem, quæ non adest Deo quomodo ingenitum esse dicimus, genitum uero non esse? XXXIII. Si unum nomen est de Deo uox Ingenitum, nuda autem prolatio substantiam Dei attollit contra omnia genita: præstantior ergo est hominum prolatio quàm omnipotentis substantia, ut quæ incomparabili præminentia Deum omnipotentem exornauit. XXXIIII. Si omni genito consors & coniuncta est causa, causæ autem exors est ingenita natura: non causam significat uox ingenitum, sed substantiam indicat. XXXV. Si omne quod factum est ab alio factum est, ingenita autem substantia, neque à seipsa neque ab alia facta est, necesse est ingenitum essentiam significare. XXXVI. Si ex geniminis essentia comparet, quod causa est ingenita substantia, contra omnem causam inuariabilitatem habens: per se sanè essentia est incomparabilis, non extrinsecus coostendens inaccessibilitatem, uerum per se existens incomparabilis & inaccessibilis, quoniam etiam ingenita. XXXVII. Si excedit omnem naturam ipse omnipotens, propter ingenitum excedit, quod causa est durabilitatis ipsis creatis. Si uero non essentiæ significatiuum est ingenitum, unde nam habebit creatorum natura, ut conseruetur? XXXVIII. Si nihil ex inuisibilibus ipsum ante seipsum seminaliter existit, uerum permanet in natura quam sorte adeptum est: quomodo ingenitus Deus liber & exors existens, nunc quidem suam essentiam, posteriorem in genimine uidet: nunc uero priorem in ingenito, secundum primi & secundi ordinem? XXXIX. Si permanet in natura ingenita Deus, auferatur ab eo, quod in generatione & in ingenita natura seipsum noscat. Si autem conceditur in ingenito ac genito suam ipsius essentiam extendere, ipse sui ipsius essentiam ignorat, dū à generatione & ingenita natura circumducitur. XL. Si uero etiam genitum particeps est participationis ingeniti, uerum in geniti natura indesinenter permanet: in imperfecta sanè natura seipsum cognoscit, ignorās uidelicet ingenitā participationē.

Non enim

Non enim possibile est, ipsum de seipso, & ingenitę essentię & genitæ cognitionē habere. XLI. Si uero despicabile est ingenitū propter mutationis aptitudinem: dignitas naturæ est essentia immutabilis, quum ingenitā naturam omni causa superiorem confiteamur. XLII. Si ingenitum ab omni causa exemptum est, fuerint autem multa ingenita, inuariabilem habebunt naturam. Nō enim per sortitionem, naturæ cuiusdam communis & propriæ particeps facta, altera quidem faciebat, altera uero fiebat. XLIII. Si omnis essentia est ingenita, nulla differet ab alia iuxta dominij libertatē: quomodo igitur dixerit quis aliam mutari, non permittens Deo producere ex non subiecta essentia? XLIIII. Si omnis essentia est ingenita, omnis est inuariabilis. quum autem essentia inuariabilitatem habeat, facere & pati casui spontaneo deferendum est. XLV. Quum autem multa sint ingenita & inuariabilia, innumerabiliter different inter se. Non enim numerabilia esse poterint, quæ distant aut in totum, aut iuxta aliquid: quum omnis distantia sortem ac partitionem quandam ostendat causæ disiunctæ ingenitæ naturæ. XLVI. Si uox ingenitus & Deus, ex comparatione & æqualitate idem significant, ingenitus ingenitum genuit. Si uero aliud quid significat ingenitū, & aliud Deus, non absurdum est Deo, Deum genuisse, ita ut uterq; originem sumpserit ex ingenita essentia. XLVII. Si uero quod ante Deum est, nihil est, quemadmodum non est: Deus et ingenitum idem significat, non admittente genimine ingenitū, quapropter neq; simul proferri cum Deo & patre suo sustinet. Sanos & sanas uos, is qui est per se genitus Deus, qui etiā solus uerus Deus propterea appellatus est à misso IESV CHRISTO, qui substitit uere ante sæcula, & genitæ substantiæ uerè existit: conseruet ab impietate, per CHRISTVM IESVM. Saluatorem nostrum, per quem omnis gloria Deo & patri, & nunc in sæcula sæculorum, Amen. Aëtij libelli finis.

Atq; hoc sanè est principium corruptarum ipsius sententiarum, uelut dixi, quę ex parte ad nos peruenerunt. Trecenta enim capitula simul his conformia ipsum fecisse dicunt, omni blasphemia referta: hic uero uelut perdito corpore reptilis et putrefacto, studioso quodam ductore, qui reptilis reliquias & ossa collegit, in perniciem quorundā, insidias quas iactat, construxisse, ad quosdam nimirum scribens: uelut ipsum opusculum honesti studium præ se ferens continet. Cuius principium hoc est, Qua de causa etiam nos, operationis Dei curatiuos diuinæ scripturæ sermones, ab initio usque ad finem colligentes, subuersoriam antidotum construemus his qui à ueneni ipsius eiaculatione sanari uolunt, è regione cuiusq; dictionis ipsius subuersiones apposituri eorundem syllogisticorū capitum, hoc modo. Aëtij Anomœi uerba. Quandoquidem in tempore illatæ nobis persecutionis ab antiquarijs & his qui iam diu opinioni suæ adhæserunt, quidam ex prædictis abstulerunt cum alijs multis, etiam opusculum priuatim à nobis elaboratum, de ingenito Deo & genito, idq; interpositionibus ac detractionibus corruptum ediderunt, ordinis cōsequentia interpellata: uenit autem postea idipsum ad nos, studioso quodam nobis ipsum afferente: coactus sum rursus uelut pater purgatum id scriptum uobis emittere, ô uos omnes pij decertatores ac decertatrices, quo scire possitis iuxta sanctarum scripturarū intelligentiam in prædicto opusculo nostram sententiam prolatam esse, per quam omnem hominem uobis contradicere conantem de ingenito Deo & genito, compescere ac breuibus illationibus pudefacere poteritis, maxime uero omnium prædictos: in uersuum specie pronunciati pronunciationem, & solutionis solutionē: quo facilius retineantur, & aggressiones ac epicheremata clara sint, facturus, initio de Deo ingenito sumpto. Confutatio. Dialecti ci fastus tui & syllogisticæ uanitatis, ad uerbum confutationem faciam, non transgrediens, neq; posthabens dictionū, quę tibi longiores aut etiam breues uidentur immensitatem. Et primum quidem, quandoquidem scribens ad multitudinis tuæ decertatores ac decertatrices, dixisti quosdam antiquarios & qui iam diu opinioni suæ adhæserunt,

O

runt,abstuliſſe quod in manibus habueris opuſculum,quum producta ſit apud te di-
ctio,utiq; coarguerit, te magis hoc nomen poſſidere,& eos qui à te didicerunt,ut nec il-
cam,ſeducti ſunt. Etenim ſancta Dei fides ab initio exiſtens,& ſemper antiqua & non
inueteraſcens, ſemper eſt & firmatum eſt huius fundamentum,et exiſtit habens ſuum
dominum ſine tempore. Ideo neq; ipſa temporalis exiſtit, ſed cum angelis cõuerſatur,
et ſanctos per generationem ac generationem ornat. Tu uero potius temporalis es,pa-
ſtus ac deceptus ab errore,& elatus mente,etiam gregem tuum fuſim in pabulum ſpi-
noſum implicuiſti. Nemo enim ex ueteribus tecũ ſenſit ô Aëti, qui contra antiquarios
ſcribens,ipſe temporalis es, & minime antiquarius. Statim autem ex prima aggreſſio-
ne,ubi dixiſti opuſculum te ſcripſiſſe de ingenito Deo & genito, cõturbaſti mundum
per tantam tuam illuſtrem ſermonis aggreſſionem: quo ſic ridiculum faciam diſputa-
tionis tuæ ſermonem,ex tanta nouatione ac nominum effictione conſtantem. Quis e-
nim ex Chriſtianis ſalutarem Dei prædicationem adeptis, hanc reliquerit, à te per ſa-
bulоſum tuum errorem perſuaſus,ita ut relinquens Deum ſemper exiſtentem,& ſan-
ctum ipſius ſpiritum ſemper exiſtẽtem,ueniat & audiat à te de genito Deo, quo etiam
ipſe inter ſtultos recenſeatur,ut qui didicerit adorare creaturam præter creatorem, qui
eſt benedictus in ſæcula. Amen. Non habemus enim nos creatum Deum,non factũ:
ſed increatum & non factum,ex patre genitũ ſine principio & ſine tempore. ſiue enim
uoce genitum uerſute uteris,genitum æquiuoce etiam factum uocare uolens, non ad-
mittam tuam dictionem: ſiue nõ ſic intelligis,imminute ſentis,præter hoc quod ex pa-
tre genitus eſt. Ex ſpinis enim non colligunt uuas, neq; ex tribolis ficus: neq; ex uiro ef-
roneo rectus expectari poterit ſermo. Cõpeſcuit enim & Dominus dæmones CHRI-
STVM ipſum confitentes. At iuxta ſanctarum Scripturarum intelligentiam, dicis ſen-
tentiam tuam in prędicto opuſculo prolatam eſſe: dic mihi qualis Scriptura diuina do-
cuit adorare Deum factum? Et quod quidem ingenitus eſt Deus, omnibus manifeſtũ
eſt. Sed neq; hoc nominatim habetur in diuina Scriptura, uerum à recta ac pia ratio-
cinatione,& ex ipſa intelligentia, de Deo pie hoc cogitare ac dicere, congruum eſt. Di-
cis autem,quo ſcire poſſint decertatores ac decertatrices à te appellati, potius autem ſe-
ducti uocandi,quomodo unicuiq; reſpondeant per compendiarium & retentum ſi-
lem ſermonem, in uerſuum ſpecie ac modo capita à te cõpoſita eſſe. Quapropter ipſa
tua quæ uidentur fortia uerba ac ſophiſtica, quæ aduerſus maiores in cõtradictionem
à te elaborata ſunt, imò potius ut aduerſus ueritatem os attolleres : nos uiles & idiotæ
& non maiores, ſed multis in ſancta Dei Eccleſia tenuiores cõfutabimus,& uelut præ-
dixi, inſtabilis huius ualdeq; uilis nugacitatis conſiſtere nõ potentis ſubuerſionem fa-
ciemus. Et hactenus quidem contra præfationẽ tuam oppoſuit ſe noſtra tenuitas. Iam
uero rurſus capitibus tuis ex ordine locatis, è regione uniuſcuiuſq; dictionis ac capitis
uiciſſim apponã contradictiones ex diuinis Scripturis ac recta ratiocinatione acceptas,
& rationalium quæſtionum tuarum confutationes: quo ſerui Dei & ueri athletę ac de-
certatores,lecta ac conſiderata omni tua abſurditate,derideant te ac dicãt: Superbia cor-
dis tui fecit tibi hæc,tu enim dixiſti hæc in mente tua, Aſcendã in cœlum,& ſupra ſtel-
las cœli ponam thronum meum, Sedebo in monte alto,ſuper mõtes altos ad Aquilo-
nem,Aſcendam ſupra nubes,& ero ſimilis altiſſimo,Nunc uero in infernum deſcen-
des,in fundamenta terræ,& cætera. Aëtij Cap.1. Si poſſibile eſt ingenito Deo,ge-
nitum ingenitum facere. Confutatio. Primum quidem Deo attribuere impoſſibi-
litatem, impium eſt. Nam & quod indecorum eſt ipſius deitati, etiam idipſum facere
non eſt ei impoſſibile, ſed indecora eſt ipſi malicia. Deo igitur nihil impoſſibile eſt, niſi
quod impoſſibile eſt in diuina ipſius ac potẽte bonitate,& ipſo qui bonus eſt, malum
eſſe. Et aliter, Si genitum apud Deum bonum putaretur ut fieret, impotẽs autem
ſit ad bonum bene perficiendum, hoc ſanè imminutio fuerit circa potentem, qui uult
id quod

Genitũ æquiuocum, pro genito & facto.

id,quod præstantius est, operari,& non potest. Si uero ingenitum bonum est, geni
tum uero in proprio ordine bene factū est, quum bonus sit ordo geniti ex bono Deo,
& ab ipso approbatus, non utique fecerit id quod bene genitum est ingenitum, quo-
niam bene approbatum est ipsi, sic bonum esse. Quandoquidē igitur boni ordo, non
propter impossibilitatem, non transmutatur, sed quia bene sic est: bonus sanè est inge-
nitus Deus, bona etiam quæ ipso facta sunt in proprio ordinē, non assumentia ingeni
ti nomen. Non enim Deos creatos fecit, quo alterum iuxta alterum extentū deleat per
cognomen, obscuritatem maioris nomine carentis ad id quod minus est. Siquidem e-
nim alius est Deus ingenitus, alius uero genitus, naturis nihil commune habentibus,
impossibile est communicare secundum naturam per nominis dignitatem: nisi fortas-
sis per abusiuam quandam gratiam,& hoc iuxta participationem, diuite largiente mi-
nori. At minor nunquam poterit maioris nomine seipsum appellare, quum omnino
cognoscat alienum se esse à dignitate secundum naturam, & nomine. Dixerit autem
quis tibi ô Aëti hoc, Deus erat Verbum. Quomodo habebit nobilitatis secundum na
turam nomen, aut quomodo equabitur, siquidem factus est per Dei dignitatem? Aut
quomodo excindetur hoc, Deus erat, quum tempus non admittat diuisionem facere
uocis erat, ne in uulgari quidem re? Cognosces autem quod principio carens Deus,&
ingenitus Deus, genuit ex seipso Deum similem sibiipsi, & non hoc solum, sed etiam
æqualem per omnia,& non creauit: ut ne dissimilis factus ipse creatus, deleret nomen
Deus, per diuersitatis distantiam. Impossibile est enim gignentem, dissimilem & inæ-
qualem sibiipsi gignere: & genitū genitori dissimilem esse. Quapropter hic amplecte-
mur identitatem secundum naturam ex Euangelico testimonio, nempe: Omnia pa- ‹‹
tris mea sunt, hoc est Deus pater, Deus ego: uita pater, uita ego,& cætera omnia quæ
decent Patrem & Filium & Spiritum sanctū in una deitate, Trinitate nihil diuersum
habente: quum in perfecta cognitione cautum sit, sine principio & sine tempore in sub
stantia esse Verbum Patris, & in substantia esse Spiritum sanctum ex Patre & Filio.

Aëtij Cap. II. Si omni causa superior est ingenitus Deus, propter hoc etiam generā
tione superior fuerit. Si uero superior est omni causa, nimirum etiam generatione. Ne
que enim ab alia causa esse accepit, neque ipse sibiipsi esse exhibuit. Confutatio. Si
omni causa superior est ingenitus Deus, genitus uero ex ipso, indigne ipsi genitus est,
& non iuxta æqualitatem etiam in præferendo patris nomine consistit: ignominiā ge-
nitori ipsum genimen affert, alterius nominis præter factas creaturas, dignitatem ha-
bens,& non uelut creaturæ honorem factori uendicans. Quę enim extra ipsum sunt,
gloriam creatori uendicant, quum non sint æqualia factori, neque nomine creatoris
appellentur: sed serua facta sint in gloriam creatoris, quo à glorioſis & illustribus, id
quod præminet, & super ipsa est, proportionabiliter consideretur. Hoc uero non
amplius horum appellatione uocatum, uerum ex præminentis coessentialitate, ex eo
quod counite locatus est, dignitatem habens, si differet à præminente iuxta diuersi-
tatem, etiam præminenti minorem dignitatem uendicabit, quum uariata sit genimi-
nis societas, ad id quod præminet. Quapropter simile ex simili, et æquale ex ęquali ger
men, non ex corporali intelligentia nobis per fidē apprehensum est: sed Deus ex Deo,
lumen de lumine, & uerbum patris in substantia existens, ita ut seruetur immutabilis
præminentis gloria, in eo quod præminens non ipsum suiipsius causa est, sed à seipso
æquale gignit impolluta & incomprehensibili essentia, coessentiale ipsum essentiale &
in substantia existens diuinum genimen. Cuius imago nō est inanimata, sed patris ex-
primens genus, uelut dicit diuina Scriptura quæ in æqualitate genitoris genimen lo-
cat, imago inquiens inuisibilis Dei: & ut ne quis putet differentiā esse imaginis & iden-
titatis, ipse pater correctionē uitæ nostræ prospiciens, ante hunc sermonem dixit hoc,
Faciamus hominem secundum imaginem nostram & ad similitudinem: non disparās ‹‹

ſeipſum à Filio, ſed dualem & æquiuocam dictionem proloquutus, Faciamus hominem, quo duos ſignificaret ſeipſum & filium, aut etiam Spiritum ſanctū. Sed & æqualitatem imaginis, non per duos ſermones interponens unam imaginem dixit, ſed per uocem noſtram, dualitatem pronunciauit: factum autem hominem nō ad unius imaginem, ſed ex duorum ſimilitudine & æqualitate imaginem factum eſſe aſſeruit: quo penitus manifeſtum ſit, præminentiam in Patre & Filio ac ſancto Spiritu manere in identitate, & nō alterari. Neq; enim ab alia natura accepit Pater, aut Filius aut Spiritus ſanctus, aut alteri naturæ participationem ſuæ ipſius naturæ dedit: neq; iuxta aliquam ſectionem aut defluxum, ut eſſet ex ipſo unigenitus & Spiritus ſanctus, naturæ alterationem operatus eſt. Sed quemadmodum ab initio præminens natura ingenita & increata ſemper erat, ita ſemper ex ipſo præminens genimen, & Spiritum ſanctum nobis manifeſte prædicauit, & non immutatè. Aëtij Cap. III. Si ipſe ſibijpſi eſſe non exhibuit, non propter naturę debilitatē, ſed eo quod tranſgreditur omnem cauſam, inde nam quis productam naturam ad eam quę produxit, ineuariabilitatē in eſſentiam habere conceſſerit, quum talis ſubſtantia generationem non admittat? Confutatio. Oportet te ô Aëti, ſurſum attendentem & tuam ipſius miſeriam conſiderantem, cohibere temerariæ mentis tuæ ſuperfluam impietatem: quo et nos cum tanta tua temeritate coinſanientes, ſuperati relinquamur, ſed tibi & nobiſipſis ea quæ ad pietatem pertinent conſulentes. Quum enim putes inter neceſſaria et Deo conuenientia, diſſimilem & inæqualem eſſe Deum ei qui ex ipſo genitus eſt, ex multo errore iuxta pium quodam figmentum recenſens Deum magis inter indecentiſſima, ſimilem ipſum prædicas his, quæ non decent ipſius deitatem. Et primum quidem cogitare de Deo tantam mentis profunditatem, impietatis fructus eſt, & potius inſanæ mentis. Nam dicendo ſuijpſius autorem, aut hoc, ipſe ſibijpſi eſſe exhibuit: in duabus malis ſuſpicionibus tenipſum transfixiſti, refricans ac quærens de Deo, quomodo erat, num ſemper, aut à ſeipſo, aut caſu, ipſum eſſe adeptus. Et timeo & inhorreſco, dum prauam tuam cogitationem tracto. Ceſſa itaq;, & ceſſabimus nos, quum ſufficienter & ſancte habeamus ſemper intelligere Deum & credere, quod erat ſemper Deus. Nam & in hoc ſtolidequens, ac ratiocinationem faciens, uelut qui magnifice honoraris Deum, dixiſti, quod neq; ipſe ſibijpſi eſſe exhibuit: neq; ergo, ſi ex tua ſententia à dictionibus & ſyllogiſmis dependet fidei ſalus, in inferioribus & miſerabilibus corporibus ſermonis tui ſimilidinem habemus. Nulla enim creatura ſibijpſi cauſa eſt, aut ipſa ſibijpſi eſſe exhibuit, ab animantibus uſq; ad hominem, & ab hominibus uſq; ad angelos. Nulla item factura ſibijpſi eſſe exhibuit: ſed ex ſolo exiſtente, unaquæq; ab initio ipſum eſſe accepit. Desine itaq; hic, uelut putas ratiocinari, & concludens ne enitaris præter naturam te extendere iuxta maiorem. ſubuerteris enim per omnia: quum unigenitus æqualis ſit & ſimilis patri, ſiue quod natus eſt, ſiue quod genitus eſt à patre, dignitatē habeat, nihil enim differt in hoc ab æqualitate ad patrem, ſicut neq; à ſimilitudine: & quum non poſſint creata ſibijpſis eſſe exhibere, uelut etiam præminens ille & in omnibus perfectus, non ab aliquo ex ſupernis principium habuit. neq; enim incepit eſſe. Erat enim ſemper, & ſemper eſt, etiamſi in identitate maneat, & ſibijpſi eſſe non exhibeat, quum non æquiuoce dictiones quærantur, ſed ſpeculatio ſincera ad pietatem. Quandoquidem uero dixiſti, Si ipſe ſibijpſi eſſe non exhibuit, non propter naturæ debilitatem, ſed eo quod tranſgrediatur omnem cauſam: diſce etiam tu, quod non propter debilitatem, filij nomen eſt: ſed propter decorum commune cum genitore, præminentiam coeſſentialitatis habet. Nam ſicut patri decentiſſimum eſt quod tranſgreditur omnem cauſam, ſic etiam ſoli ex ſolo Patre cum ſolo Spiritu eadem una deitas decet, quę neq; cauſam ſuſcipere poteſt: non propter debilitatem, ſed eo quod tranſgreditur omnem numerum eorum quæ ex nihilo ſunt: quū una ſit deitas quæ in uno Trinitatis nomine numeratur, &in

& in uno ſigillo, per nomina Patris & Filij & Spiritus ſancti, illuminatis prędicatur, & nihil diuerſum à ſeipſa habet, uera doctrina æqualitatem nomenclaturæ exprimente, Patris & Filij & Spiritus ſancti. Dixiſti porrò rurſus, Vnde nam quis productã naturam eam, quæ produxit, ineuariabilitatẽ in eſſentiam habere conceſſerit, quũ talis ſubſtantia generationem nõ admittat: Et neq; intelligis, neq; intellexiſti, quod teipſum abalienaſti à cognitione ueritatis Dei, nõ ex Spiritu ſancto ueritatem doctus, ſed ex ſapientia mũdi infatuata, in ſupernis ambulare conans. Cõſequenter enim etiam ipſe audies, quod fruſtra laboras. Nouit enim Deus ratiocinationes ſapientum quod ſunt uanæ. Qui enim genuit Verbũ in ſubſtantia exiſtẽs, æquale ſibĩ ipſi genuit, & nõ diuerſum à ſua deitate: nõ propter geniminis euariationem ac diuerſitatẽ, ſed quod indecorum omnino erat nos cogitare, indignum ſeipſo & inæqualẽ & genitore inferiorem genitutam, ipſum genitorẽ genuiſſe. Quapropter per filium & in ſubſtantia exiſtens Verbũ omnia facta eſſe dixit, quo ipſum nõ de creaturis factis numeraret, ſed in patre ſimilem & æqualem eſſe oſtenderet, & propter id quod decet patris nomenclaturã, ſemper eſſe eundem eſſentia, non peregrinum eſſe, ſed genuinũ, uelut filium coeſſentialẽ ex ipſo genitum. Aëtij Cap. IIII. Si indeſinenter Deus permanet in ingenita natura, et genimen indeſinẽter genimen eſt, coeſſentialis et ſimilis eſſentię peruerſa opinio corrumpetur. Stat autem incomparabilitas in eſſentia, utraq; natura indeſinenter permanente in propria naturæ dignitate. Confutatio. Si indeſinenter et inceſſanter Deus permanet, uelut dixiſti, in ingenita natura, natura autem Dei eſt ſempiterna, indeſinenter habens dignitatem, non propter quid aliud, ſed eo quod eſt per ſe Deus, & per ſe ſempiternus: ergo ſanè etiam genimen coeſſentiale erit, ſi apud te indeſinẽtis nomen accepit, uelut fraudulenter filio gratificãs probabiliter de natura diſſeruiſti. Dabis enim etiam coactus confiteri immenſum & incomprehenſibile nomen indeſinentis in omnibus. Quomodo igitur nõ erit coeſſentiale? Nam quum putaris te cauillari, per nomen prauæ opinionis ueritatem contumelia afficere conatus, ex ipſis quæ protuliſti uerbis, redargueris. Aut enim dabis finem eorum qui à te blaſphemia impetiti ſunt, uelut diuerſam eſſentiam habeant: aut ubi indeſinentem ipſum decreueris, in omnibus immutabilitatem & ineuariabilitatẽ indeſinentis dignitatis inducere cogeris, ueritate non admittente, finem habere filium: quoniã regni eius, inquit Scriptura, non erit finis: eo quod cum patre regnat ſemper & cum ſuo ſpiritu. Nam omne quod principiũ habet, etiam finem habebit, ſi uoluerit is qui eſſe exhibuit ei quod principium accepit: quod ſanè in omnibus poſſibile eſt, in filio uero impoſſibile eſt. Eſt em̃ ſemper ex eo qui eſt, & apud eum qui ſemper eſt, nunquam eſſe deſinens. Quapropter & coeſſentialis erat, & eſt, et erit, ſolus ex ſolo, & in nulla re ab eſſentia diuerſus: ſed iuxta nominum dignitatem manente deitate in identitate, ita ut neq; cõiunctionem habeat, neq; principium ipſius eſſe ſibĩ ipſi exhibeat, neq; quod diſſimile ſibĩ ipſi eſt, aſſumat, quæ ſemper eſt, & nunquam eſſe deſinit, uerum ſemper decorũ ſecum habet in dignitate Patris ad Filiũ, & Filij ad Patrem, & Spiritus ſancti cum patre & filio, exiſtens & nũquam deſinens. Eſt enim ſibĩ ipſi incõparabilis Trinitas, nullam in dignitate diuiſionem admittẽs. Aëtij Ca. v. Si ingenitus eſt Deus ſecũdum eſſentiam, nõ eſſentiæ diſparatione genitum genitum eſt, ſed potentiæ quæ ipſum produxit. Eandem enim eſſentiam & genitam eſſe et ingenitam, nulla pia ratio permittit. Confutatio. Sępe nobis progreſſus es ô bone, proferens ingenitum & genitum uoces, à Dei nomine abhorrens, qui in omni iniquitate mentem tuam ſepeliuiſti. Illud autem quiuis indigus expetit, ut facultatem habeat eius quo indiget in ſolatium, & ut in ore ferat, ſi talis facultas nõ detur. Itaq; etiam tu quandoquidem impius es, uel nomine tantum huius Dei nomen dicere magnifacis. nam ex natura timorem eius & fidem & ſpem & dilectionẽ erga ipſum, nunquam adeptus es. Alioqui ſuffeciſſet tibi ſemel hoc dicere, & nõ tranſgredi terminum ordinis præſcri

pti. Clara est enim contra te à Saluatore nostro prolata sententia, nempe, A fructibus ipsorũ cognoscetis eos: quod eos quidem amictus pelle ouilla, intus uero es raptor & lupus. Si enim esses ex Spiritu sancto genitus, & à Prophetis ac Apostolis edoctus, oportebat te ab initio creationis mundi usque ad tempora Hester, euoluere uiginti & septem ueteris Testamenti libros, qui uigintiduo ab Hebræis numerantur, & quatuor Euãgelia, & quatuordecim Epistolas sancti Apostoli Pauli, & unà cũ Actis Apostolorum, ante hęc et in ijsdem temporibus factis, etiam catholicas Epistolas Iacobi & Petri, & Ioannis & Iudæ, & Ioãnis Apocalypsim, & Sapientias, Solomonis inquam & filij Sirach, & omnes in summa diuinas Scripturas: et teipsum cõdemnare, eo quod nobis protulisti, quod nusquã habetur: nõ quidem indecorum Deo, sed pium in Deum est ingeniti nomen, sed nusquam in diuina Scriptura dictum cõtinetur. Nemo enim adeò insanus unquã fuit, ut genitum Deum cogitarit. At neq; opus habeo dicere ingenitum Deum solũ patrem, propter eum qui ex ipso genitus est, ut ne quis de patre solo hoc certũ esse putet, sed etiã de Filio & Spiritu sancto: quũ recta intelligentia & Spiritus sanctus doceat omnes filios ueritatis, ut ne à seipsis hoc admirentur, sed iuxta id quod exigitur, & quod in ipsis est, ratiocinationẽ de Deo ad pietatem sciant. Oportet itaque eo quod ingenitus ipse est, & nos à nobis hoc cõfitemur, & appellationis huius uocis cõfirmationem à Scriptura non habemus: à nobisipsis per ratiocinationes hanc pietatem nosse, quod sic se habet. Ad quid enim essentię disparatio erit ipsum genitum, si iuxta ueritatem eo quod genitũ est, nomen habet, naturali quadam & inenarrabili Deo conueniente, & ei qui ex ipso genitus est sine tempore & sine principio, ueritate, & nõ abusiua quadam opinione? Hinc nõ creatam dicimus essentiam, neq; alienam uelut factam, sed genitam essentialiter, & nõ alienam à genitore. Quapropter etiam increata permanet & nõ facta, sed genita ex eadem essentia Dei, nõ tempori succumbens. Non enim qui genuit, in ueritate tempori succubuit, ut propterea temporalem produxerit essentiam. Quale enim est genimen, talis genitor. et qualis genitor, talis etiam qui genitus est.

Ingeniti nomẽ nõ est in Scriptura.

Aëtij Cap. VI. Si ingenitum genitum est, quid uetat genitum ingenitum factum esse? Omnis enim natura magis ad suum familiare festinat, quàm ad alienum.

Confutatio. Si ingenitũ fecit, & nõ genuit, in una identitate posita appellatione, & altero iuxta alterum nõ extento per nominis permutationẽ secũdum ueritatem: ipsa uis habitus in altero dissonãtia consistit, nihil ad alterum cõmunicans, nisi solum secundũ potestatem causæ præminentis naturæ, erga omne quod ab ipsa creatũ est. Quando-quidem autem in medio factoris & facti, & creatoris ac creati, alia quædam est appellatio, propinqua quidẽ ingenito nomini, longe uero distans à creatoris nomine, impossibile est omnia cõfundere ô Aëti, & dissipare à teipso perfectæ, iuxta uerum habitũ filij ad patrem, semper existentis & increatæ appellationis societatẽ: impossibile est ingenitam & increatã Naturam creatam aliquando fuisse, & ab eo quod creata fuit, rursus transmutatã recurrisse ad suam ingenitam naturam, etiamsi sexcentas cõnectas Aristotelicas propositiones, relicta superna simplici et pura Spiritus sancti doctrina.

Aëtij Cap. VII. Si nõ totus Deus ingenitus est, nihil prohibet genuisse essentialiter. Si uero totus est ingenitus, nõ essentialiter ad generationẽ disparatus est, uerum potentia genimen produxit.

Confutatio. Et totus Deus ingenitus est, & qui ex ipso genitus est, increatus est, & sanctus ipsius Spiritus, qui à te paruipenditur, ô carnalis & animalis Aëti, spiritualiter expẽsum uniformiter habet ex ipso præminentiã, nõ assimilatus multis ex ipso, et per ipsum, & ab ipso creatis. Quapropter neq; societatẽ habebit cum multis, neq; quis dignitatis ipsius particeps fuerit. Omnia enim præteruolant & cedunt, et omnẽ causam syllogisticã relinquunt doctrinali illi ex diuina Scriptura sententię, nempe: Nemo nouit filium nisi pater, neq; patrẽ nisi filius, & cui is reuelauerit. Reuelatum per sanctũ Spiritũ, nõ his qui de ipso per syllogismos ratiocinantur, sed qui in ipsum legitime

legitime ac perfecte credunt. Nã neq; iudicia ipsius perscrutari poteris, neq; uias ipsius inuestigabiles, uelut scriptũ est, etiamsi tu miserabilis homuncio infinita nobis nugãs progrediaris. Aëtij Cap. VIII. IX. X. Si totus est generatiuus ingenitus Deus, nõ essentialiter genitũ genitum est, quũ tota essentia ipsius habeat ut generet, non autem ut genereť. Si uero trãsformata essentia Dei genimen dicitur, nõ immutabilis est essentia ipsius, quum mutatio operata sit filij cõstitutionem. Si uero immutabilis fuerit, & generatione superior essentia Dei, id quod secundum filium est, usq; ad nudam appellationem confirmabitur. Confutatio. Oportebat igitur non solum te ô Aëti, sed etiam omnem hæreticum post unam admonitionẽ deuitare, uelut sancta & sapiens doctrina docet. per te enim condemnatus es, tibijpsi perniciem attrahens, & non ab alio coactus. Quis igitur miserebitur eius qui sibijpsi malus, & nemini bonus est? Atut ne ob mala quæ in mundum produxisti, sentias de te uelut qui magna & opposita in te ipso habeas, perseuerabimus etiã ipsi cum longanimitate per ancipitem gladiũ CHRISTI doctrinam, spinosas tuas radices excindere, in sana erga Deum perfectaq; ac uera confessione. Sit enim gloria misericordi Deo qui deprehendit te qualis es, Iudæ uideli cet locum obtinens, qui cum discipulis quidem numeratus est, separatus est autem nõ CHRISTI habens mentem, sed ex satana susceptit contra Dominum suum Dei abnegationem. Nuda enim dictione confessus es filium Dei habere in mente. Et quid opus est aduersus te disputatione, quum omnino alienus sis à Christianis, Prophetisq; & Apostolis ac Euangelistis, Martyribusq; ac omnibus sanctis, qui te in diem iudicij prompte redarguere possunt. quoniã usq; ad mortem tormenta sustinuerunt, flagella ti, cæsi, bestijs ac igni obiecti, & neci gladij, ut filium Dei existentem & ex ipso uere genitum nõ negarent. Generatiuus enim est pater solius unigeniti, & nõ alterius cuiusdam adhuc post unũ: & ex ipso processit Spiritus sanctus, & nõ alius spiritus. creator autem & factor est eorũ quæ ab ipso facta sunt, & semper fiunt. Quapropter non amplius multi filij gignunť, neq; multi spiritus ex ipso procedũt, eadem deitate semper in Trinitate manente, ac glorificationẽ habente, & nunquã accessionem accipiente, neq; desinente, neq; relicta, uelut quæ nõ sit. Quapropter etiam nõ usq; ad nudam nomenclaturã in genimine cõsistit dignitas, alioqui multos fratres post ipsum habuisset similes ipsi, uelut in hoc dicto, Filios genui & exaltaui. Et in hoc, Qui peperit glebas roris. Et in hoc, A quo omnis patrũ familia in cœlo & in terra nominať. Et in hoc, Nónne unus pater omniũ uestrũ? Et in hoc, Filius meus Iacob. Et in hoc, Primogenitus Israël. Hi enim omnes nuda dictione allegoricè, à non esse ad esse progressi, non secundũ essentiam uera appellatione consistunt, sed nudè & secũdum gratiam. Quapropter per unum qui neq; secundum gratiam, neq; nuda appellatione nominatur, sed secundum ueritatem, creati sunt ab uno per unum, cum eo qui ex ipso procedit, & de ipso accipit. Aëtij Cap. XI. Si seminaliter erat genimen in ingenito Deo, post generationem extrinsecus incremento sumpto, in uirum, ut ita dicam, euasit. Perfectus itaque est filius non ex eo quod genitus est, sed ex his quæ assumpsit. Quæ enim naturaliter assumunt, uelut ex illis constantia, perfecti nomen diuersimode admittere solent. Confutatio. Si non confessio fit, quod incorporeus est genitor, omnia apud te in fabulam conuertantur. Vbi uero fabulam composueris, non alium quendã corrumpis ac cõturbas, sed mentem tuã turbas à uera cõfessione. Ex seipso enim Deus perfectus existens, perfectũ filiũ genuit, nõ alium præter naturã. Non enim indecẽs est ad genitorẽ, neq; externæ assumptionis indigus. Nõ enim quid maius est post essentiã Dei, quo in digo aliqd impertiri possit incremẽti assumẽdi ad perfectionẽ. Qui eñ est semp incorporeus, eũ q incorporeus est apud ipsum reuera semp genito modo, pfectũ perfectus semp reuera genuit, & spiritus existẽs Deus, etiã spiritũ Verbũ in substãtia existẽs genuit. Omnino enim stolidũ fuerit apud te Aëtiũ, qui in supernis ambulas, & opiniones

Aëtius Iudas est.

cõtra Deum ex ſyllogiſmis & mentis tuæ ratiocinatione perſcrutaris, quod ei qui fecit omnia de nihilo, & poteſt omnia perfecta ſub unũ efficere, nihilq; opus habet acceſſorio incremento, uerũ certis legibus hæc adſtrinxit, creſcentẽ eſſentiam aſſumptitia deitate indigentẽ attribuis, & neq; creatis ab ipſo adæquas. Ab initio enim perfecta ipſa fecit, & ea quę ipſis adhuc germinãt aſſumptionis indigentia, ſapiẽtiæ lege decreuit: quę ſanè ſunt hæc, inter quæ ſunt etiam quę deinceps facta ſunt ac fiunt, uelut uerbi gratia, cœlum, terra, aqua, aër, Sol, Luna, aſtra, & quæ ex aquis genita ſunt uſq; ad hominẽ. Nõ cœlum imperfectũ fecit, non terram imperfectiſſimã, ſed perfectam quidẽ terram, perfectũ item cœlum: uerum inuiſibilẽ et inornatã tũc, propter eam quã facturus erat, exornationẽ. Aquam autem et ſimul lucem primo creatã, per ueram lucem increatã, ac uiuificã omnia fecit. deindẽ etiam ea quę ex terra producta ſunt, & antea firmamentũ.

Creaturæ Dei perfectæ.

» Nõ ſemiperfectũ quid factum eſt, ſed omnia in perfectione. Producat enim, inquit, ter
» ra herbã fœni, ſeminans ſemen ſecundũ genus & ſecundũ ſimilitudinem, & lignũ fru
ctiferum, cuius ſemen ipſius in ipſo, iuxta ſimilitudinẽ in terra. Et uides quod nulla e
mendatione ad aſſumendũ incrementum creata ipſa indigebãt, ſed uirilia, ut ita dicã,
& perfecta per præceptũ ſtatim inueniebãtur, homini uero tradita quæ ſub ipſo ſunt,
& in ipſo ſeminaliter, in dominiũ, nõ perfecta tradita ſunt: quo ſciret homo ſemper be
nefactorem, & omnibus ipſum eſſe exhibentẽ, & in omnibus exiſtentẽ, & incrementa
uniuſcuiuſq; creaturæ ad conſtitutionẽ eorum quæ ipſi cõmoda ſunt, exhibentẽ. Tra
didit ipſi ſeminaliter terra uelut fulcro, ut ita dicam, proſtrata, & uelut utero ipſi tradi
ta: quo eruptione eorum quæ perfecte à Deo facta ſunt, ea quæ ſeminaliter per ipſum
cum prudentia in terrã mittuntur, ita ut lignorũ & aliorum germinũ, ipſe quidem te
nuiter uelut particulam à perfectis mutuatus, hanc in terrã inſerat: ex perfecti Dei incre
mento ad augmentũ peruentura ſperet, ut extrinſecus augeſcant ea quæ ab ipſo inſita
ſunt, ut ne ignorans incrementi ſuppeditatorẽ, ſeipſum putet opificem, & excidat à ue
ritate. Etiamſi enim plantauit Noë uitem, non tamen ſcriptũ eſt quod erat uitis opifex,
ſed erat uir agricola. Alius enim eſt, qui futuris authenticã poteſtatem exhibet. alius eſt
qui eſſe ab ipſo accepit homo, cui illius agricultura concredita eſt: quo hic quidẽ colat
ea quæ incremento ad perfectionẽ opus habent, ille uero perfectionẽ exhibeat per ſuũ
incrementum eorũ quæ ab ipſo creata ſunt, et ad perfectionẽ augeſcũt. Sic etiam in ani
malibus & uolatilibus, ſic & in pecorib. & reptilibus ac marinis. Omnia ab initio per
fecta facta ſunt per præcipientẽ, uerum per uoluntatẽ ſapientiæ nunc incremento indi
gent, propter utilitatẽ hominis in terra per intelligẽtiam dominãtis, quo cognoſcat ſu
pernum omniũ Deum, & ſuppeditatorẽ ſeminum, & incrementi augeſcendi eſſe De
um & Dominũ. Quapropter quæ ſunt in cœlo, & nõ per hominis manus ſerũtur, &
neq; generãt, neq; generãtur, ea ſiuit Deus in perfectione. Nõ enim inciderunt in men
tem hominis, ad inſidias & uanæ gloriæ elationem: uelut ut uerbi gratia de Sole & Lu
na atq; aſtris dicã. Neq; enim eo quod generat Luna, aut deficit, aut augeſcit, à propoſi
to ſuo alterat: ſed eo quod temporũ eſt cõſtitutio & ſuppeditatio, quæ tempora Deus
luminaribus adordinauit. Quomodo igit corporalia & deficientia & quæ corrũpun
tur, Deus uoluntate ſua ſtatim perfecta effecit: eum uero quem ex ſeipſo genuit, unũ ex
uno, qui eſt ſemper genito modo apud eum qui eſt, incrementi indigum genuit. Ceſſa
igit ô Aëti, uanas nobis & Ariſtotelicas dictiones proferre: quũ ſufficienter habeamus
» nos, & nõ fallamur, Domini noſtri ueram doctrinã, quæ hoc dicit, Ego ex patre exiui
& uenio: et quũ non abuſiue dictio uim habeat, ſed perfectionis ac dignitatis Dei eſſen
tiam ſignificet. Aëtij Cap. XII. Si perfectũ erat genimen in ingenito, genimen eſſe
tiam nõ ex eo quod ingenitus ipſum genuit. Genitã em̃ naturã in ingenita eſſentia eſſe
impoſſibile eſt. Eſt enim idem & eſſe, & non eſſe. Genimen enim ingenitum nõ eſt: &
ingenitum exiſtens, genimen non erat: quum diſſimilis pars in Deo, blaſphemiæ figu

Homo ſeminaliter dominiũ habet producendorũ germinum.

ram

ram & contumeliam obtineat. Confutatio. Oppõsite introducit perperam Aëtius ex ſyllogiſticis nomenclaturis, humana intelligentia Deum comprehendere uolens, et uelut ex dictionibus mutilare conatur euidentis fidei firmam ſpem, diſſimilem diſſimiliter colliděs, et in dictionem dictioni ſubuerſorio modo interponens, ut ex hoc conetur diſſimilitudinem filij ad patrem ſignificare, id quod impoſſibile eſt. Ex ipſis enim ſyllogiſmis quos mundum docuit, etiam ipſe concludetur. Dicit enim, Si perfectum erat genimen in ingenito, genimen eſt etiam non ex eo quod ingenitus ipſum genuit. Genitam enim naturam in ingenita eſſentia eſſe impoſſibile eſt. Eſt enim idem eſſe, & non eſſe. Genimen enim ingenitum non eſt: & ingenitum exiſtens, genimen non erat: quum diſſimilis pars in Deo, blaſphemiæ figuram & contumeliã obtineat, quare undiquaq; ſermonis eius confícti partes redarguuntur: quoniã nõ eſt poſſibile, diſſimilẽ eſſe filium patri, neq; inæqualem perfectæ ipſius deitati. Si enim omnino aſſerit uiolenter, contra ſeipſum uero dicta conuertit quæ recenſet, genitum & ingenitũ ſemper dicens, ab hoc diſcat creatum & increatũ. Quoniam non eſt poſſibile hoc cõmunionem dignitatis ad illud habere, quod eſt totum adorandũ. Si enim omnino adorãdum eſt diſſimile diſſimili adęquatum, non amplius diſtinguet ſermo unum ab uniuerſis: quũ diſſimilitudo non poſſit in ordine eiuſdem dignitatis locari, etiãſi in gloria excedatur, unum ab omnibus diſſimilibus exiſtentibus ad unum, eo quod nihil cõmune habeat cum uno, omniũ ad unum diſſimilitudo. Et erunt de cætero & Sol, & Luna, et aſtra, & terra, & amplius his inferiora adoranda: & non amplius unus cum uno ſpiritu, hoc eſt una Trinitas, & una deitas, & una adoratio. Igitur ſi hoc propter hoc cõcludẽdum eſt, erit quidem idem in ueritate: quoniam nõ ſimile eſt unum Verbum omnibus uerbis, neq; unus filius omnibus allegoricè appellatis ęqualis. non enim eſt cũ omnibus, ſed per quem omnes. Quod igitur impoſſibiliter apud ipſum Aëtium ab initio poſitũ eſt, et ad contumeliã blaſphemiæ figuram obtinens, propter partẽ quam dixit in Deo eſſe: nõ differentiæ pars exiſtit, ſed æqualitatis, & quę ne diuiditur quidem deitatis, ſed ſemper eſt perfecta, tria exiſtentia perfecta, una deitas. Imò potius ad confirmationem ueræ fidei, diſſimilitudinẽ nobis cõmuniuit, ad hoc ut ne putemus, neq; credamus prę ter dignitatem Græcæ nationi, ob temeritatis præſumptionem damnatæ, ac ſentienti omnem creaturam adorandã eſſe, quę diſſimilis eſt ad Patrem qui adoratur in Filio, et filium qui adoratũ in patre, cum ſancto Spiritu, cui gloria in ſæcula. Aëtij Cap. XIII.

Si ingenitæ naturæ exiſtẽs Deus omnipotens, genitæ naturæ nõ nouit ſeipſum: filius autem genitæ naturæ exiſtens, hoc cognoſcit ſeipſum quod eſt: quomodo non fuerit mendacium ipſa coeſſentialitas, quũ ille cognoſcat ſeipſum ingenitũ, hic uero genitũ? Cõfutatio. Dixit Aëtius, & pronũciauit diſtinctor ac definitor naturæ Dei, homo exiſtens natura, & quæ ſupra naturã ſunt, ſcire uolens, atq; hoc non ex cõſequentia Scripturæ, ſed ex mortalis cogitationis ſyllogiſmis: quod ingenitæ naturæ exiſtens Deus omnipotens, genitæ naturæ non nouit ſeipſum. Vndiq; autem & ſemper & ab initio ſermonis, non amplius iuxta ueteres Arianos, uel occulte filium uult appellare unigenitum. Verum in omnibus uidetis uos filij ueritatis, quod omnino uult ipſum alienũ eſſe à patre, & omnino non participem eſſe diuinæ eſſentiæ, id quod clarum eſt ex his quæ ubique temere pronunciat. Nam dicere, quod ſeipſum ingenitum cognoſcit, & genitæ naturæ ſeipſum non nouit: fruſtra ab ipſo profertur, & ſi etiam uel per nudam dictionem filius filius uocetur. ſubuertetur autem ipſius ſermo. Etenim ingenitus eſt pater, & genuit ſempiternè unigenitum, naturæ exiſtens ſibiipſi decentis, eo quod ſolum unum unigenitũ genuit, et ſpiritũ protulit ſolus genitor ob ſolum unigenitũ, qui cũ filio ſine principio genito coexiſtit, ſpiritus exiſtẽs, qui ſpiritũ genuit, & nõ corpus exiſtens, quod corporaliter in ſuas dimenſiones deducit, neq; deficiens neq; creſcens, neq; ſectionem ſuſtinens. Quare apud alia omnia quæ generant & generantur, multo

rum

rum adhuc neceſſitas requirit. Hic uero nihil ſimile habet omnibus rebus, illa unius ad unum dignitas. Quapropter & ipſe qui genitus eſt præminenter, ex eo qui genuit mirabiliter, uelut ab ingenito genitus eſt concedens genitorem. Et ipſe non gignit amplius, ſecundum eſſentiam inquam: quo ex eo quod nō gignit amplius ſecundum eſſentiam, & ex eo quod pater non eſt genitus, ex utriſq; partibus omnis gloria dignitatis conferuetur in una unitate dignitatis Dei, Patris perfecti, & Filij perfecti, et perfecti Spiritus ſancti. Et propterea coeſſentialitatem non mendacium eſſe nouit diuina Scriptura, neq; pia ratiocinatio, quę de Patre & Filio ac ſancto Spiritu pie didicit glorificare ac adorare, ex Deo gratia accepta. Aëtij Cap. XIIII. Si nō uox ingeniti ſubſtantiam Dei declarat, ſed humanę inuentionis eſt incomparabile nomen: gratiam debet Deus inuentoribus propter ingeniti inuentum, quum præminentiam nominis non ferat in eſſentia. Confutatio. Et ingenitum diximus contra Aëtium inuehentes, & non negamus, etiamſi in diuina Scriptura non habeatur, uerū pie uox hæc excogitata eſt. Ingenitum autem dicentes patrem, etiam ingenitum cōfitemur. Genitum autem filium non negamus, ſed non creatū. Neq; enim ſi filium genitū decreuerimus, ex Deo patre eſſentiam habere negare poſſumus, genito modo enim genuit, et non creauit. Sicut enim is qui oblique omnia de genito & ingenito cogitat, ſeipſum ſubuertere uult, & nō aliud quiddā. Sic etiam ipſe ex humanis ſyllogiſmis, ſyllogiſticaq; oppoſitione, achumanæ uanitatis ſapientia, audit hoc, Incumbit mens hominis ad praua diligenter à iuuentute. Dicemus autem & nos quod multo magis indecorū eſt Deo increato creare creata, & non facto facere: non enim poſſibile eſt increatū creare, & non factū facere ſi tura: ſi non decet ingenito gignere, iuxta Aëtij ſententiā. Quum aūt creaturæ uideantur, & maxima pars eſſentiæ ſubſtantiæ appareat, Deo autē increato non deceat ut ab ipſa creata ſint, quo ne incomparabile in mutationem factorum deductū, pro decoro apud Aëtium magis indecorū putetur: quæretur de cætero alius Deus qui eſt increatus, & alius creatus, & creare iuxta ſuijpſius proportionem potens. Quum autē creatus & creare potens, non ſit per ſe exiſtens, ſed creatus: quæretur etiam alius, qui huius cauſa fuit, & ab hoc alius animo concipietur, & multa erat profunditatis erroris cogitationum uanitas, mente non amplius ſtabilitatem habente, ſed implente id quod dictū eſt: Stulti facti ſunt ſerui Dei, et ſtultus factus eſt omnis homo à ſcientia et cognitione. Non enim quis ſibijpſi uiuit, neq; ſibijpſi moritur. Neq; quis cognoſcet aliquid præter Deum, qui reuelauit nobis uerā fidem ſuam, & dicit, Hic eſt filius meus dilectus, ipſum audite: ſed & qui ex ſeipſo genitus eſt, reuelauit nobis patrē ſuum, & dicit, Ego ex patre exiui & uenio. Et neq; ab hominibus habuit Deus incomparabile nomen: neque propter incomparabile nomen, ipſa dignitas ueri in ſubſtantia exiſtentis Dei uerbi & ex patre ſine principio coeſſentialiter geniti euertet: neq; alterutri nominis inueti gratia hominibus debetur. Nihil enim aſſumit Deus dignitatis aut additamēti. Verum ipſe Deus omnibus exhibet ex ſua plenitudine ſemper in identitate manente, & non deficiente: ſed ſemper in propria eſſentia ferente nominis & potentiæ & eſſentiæ dignitatem. Aëtij Cap. XV. Si extrinſecus de Deo conſideratur uox ingeniti, qui conſiderant, potiores ſunt conſiderato, quum præſtantius natura nomen ipſi exquiſiuerint. Confutatio. Nemo melior eſt Deo, uelut ueritas habet, ad Aëtium locquor, qui ſic ratiocinatus eſt. Quomodo enim quis melior aut potior Deo fuerit, qui omnia ex Deo eſſe acceperint? & quum autor ſit Deus eorum quæ ab ipſo creata ſunt rationalium & irrationaliū, uiſibiliumq; ac inuiſibilium, melior eſt ipſe ſupra omnia, ſi ue ratiocinationes mentis fiant rectæ ad pietatem, ut honorent id quod melius eſt, neque ex parte, neq; ex toto, omnibus ſimul cōgregatis, & innumeris inſuper ad hymnū Dei excogitatis, aſſequi potentibus & in ſeipſis complecti gloriæ ipſius perfectionem, excedente ſemper meliore inferiorum intelligentiā; ſiue pro uiribus & ſupra uires laudem

dem deferant meliori. Est enim non sermonis prædicatione melior, sed potentia, & no mine, & sermonis elogio. At non differre faciet incomparabile ab incomparabili, ipsa melioris ab inferioribus glorificatio. Nouit enim in patre id quod melius est, per inge nitum, & id quod melius est, ex ipso genitum. Quapropter coessentialem cõfitetur re cta intelligentia hominibus ex Deo donata, ut ne dissimilitudine essentiæ filij ad patrẽ excogitata, diuisionem faciat melioris & sinceræ perfectionis eius qui genitus est in ue ritate à genitore, incomparabiliter omnem intelligentiam excedente propter præstan tiam. Aëtij Cap. XVI. Si non cedit ingenita natura generationi, est hoc quod dici tur. Si uero cedit, generationis passiones meliores fuerint substantia Dei. Confu tatio. Passiones omnino in Deo recensere, impijssimum est. Nam intra passiones pe nitus non continetur Deus. Quum autem superior sit his quæ in nobis ad diuisiuam intelligentiam succumbũt, omnibus modis Aëtij sermo subuertetur. Omnia enim in nobis passiue contingentia, in Deo citra passionem consistunt. In nobis enim iuxta ali quam partẽ uelle ipsum, est passio siue affectus: non dico uelle pium esse, sed uelle quid facere quod est super naturam: eo quod non possumus perficere officium uoluntatis. Velut ut de homine dicamus, uolare, in aërem ferri, uenas profundi cognoscere, nos se fundum terræ, & similia. Quantum autem est quod in me passiue continetur, tan tum est quod in Deo citra passionem existit. Quapropter omnia quæ uult, facere po test, natura non reluctante ipsi ad uoluntatem: nostra autem natura in nobis aduersus uoluntates repugnante, quę ad impossibilitatẽ se in nobis extendunt. Et non propter ea quod dicimus Deũ facere quod uult, ideo omnino dixerit quis, quod facit quę non decent, minime gentium. Illa enim uult quæ & facit iuxta proportionem suæ dignita tis, neq; uoluntate resistente aduersus potentiã, neq; potentia opponente se aduersus uoluntatem: non quod nõ possit, sed quod non uelit. Et aliàs post talem à passione ab alienitatem in Deo existentem, in nobis autem & alijs creaturis passiuam existentem, si contingat sic cogitare, passio alia rursus secundum ueritatem est confitenda. post se cundam autem, etiam tertia cogitanda uenit. passione gignimus & gignimur, nostra natura & aliorum quæ gignuntur ac gignunt sectionem sustinente, dilatationemq; ac cõtractionem, molem item ac imminutionem, & alia omnia quæ passione continen tur propter talem causam. In Deo uero nihil horũ inerat in eo quod filium genuit. Si enim fuisset unum quoddam ex his in Deo, iuxta opinionis prætextum ad geniminis subuersionem, ab alia secundũ nos parte, oppositè aduersus ipsos dicendũ est: quod in nobis qui in passione gignimus & gignimur, passio altera est in creando: & patimur in eo quod gignimus & gignimur. Deus autẽ apud uos creator, & non genitor intelli gitur. Quare propter generationem quidem, & subuersionem faciendam falso passio nem profertis, quo filij ingenuitatem negetis: uerum passionem in creando, obliuioni traditis, quæ sanè neq; ipsa passio est in Deo. Absit. Neq; enim nos passionem ipsi attri buimus confitentes ipsum creatorem esse uniuersorum: neque rursus passionem circa ipsum esse cogitamus, genuisse ipsum uerum filium uere sine principio & sine tempo re confitentes. Quapropter naturam ipsius nouimus incomprehensibilem esse, & pas sione non affici. Et ideo cõfitemur ipsum & genitorẽ et creatorem passionis exortem. Genuit enim unigenitum passionis exors & non patiens. Et emisit ex se sanctum suum Spiritum, sectionem non passus. Et creauit creata & quæ creantur, citra afflictionem, neq; affectui obnoxius. Et facit quod uult conuenienter suæ deitati, non prius consul tans, quo cogitando discat, an oporteat quod efficitur: neq; uolens facere, et nõ potens suppeditare uoluntati quod efficitur, propter passionẽ. Simul enim habet uelle, facere, genuisse unigenitum, creasse omnia: quum diuina natura & dignitas superior sit syllo gistica Aëtij ratiocinatione & tota humana natura, Deo potiore existente omni inuen to, & neq; passioni cedente, sed superexcedente omnes passiones et omnes opiniones.

Aëtij

Aëtij Cap: XVII. Si genimen immutabile est secundum naturam, propter genito rem: ingenitum essentia immutabilis est, non propter uoluntatem, sed propter dignitatem quæ est in essentia. Confutatio. Quàm diu prodit nobis hic idem dicens, et nihil eorum quæ antea habentur, transgrediens? Quæ enim dixit ab initio & usq; ad finem, eadem de ijsdem & nihil aliud recensuit. Non enim mysteria nobis ostendit, non Deum quem iactat, docuit, non fidem per quam operantes Apostoli, firmam ueritatis confessionem nominantes, mortuos excitarunt, leprosos mundauerunt, & alia omnia bonæ consonantiæ effecerunt, ex quibus exempla ueræ operationis ostenderunt, protulit: sed uanos & insolentes syllogismos, non transgrediens tautologiæ prolationem, sed illa ipsa & nihil aliud narrans. Quapropter rogamus ut nemo ex lectoribus nobis uitio uertat, si etiam nos in ijsdem uersamur, dum aduersus ipsius tautologiam dicere cogimur. Genimen enim immutabile est, quantum decet deitatem. Et Genitor immutabilis est, uelut decet iuxta proportionem, immutabilem ipsius naturam. Manet autem Genitor semper habens genitum ex seipso (nullam suspicionem cõcedens creatis ab ipso, ut sciant patrem sine filio, & unquam nouerint genitum sine patre) & perfectum ipsius spiritum qui ex patre procedit, & de filio accipit. Et hoc decorum est dignitati essentię Dei, ut citra assumptionem non indigeat aliqua dignitate, sed habeat ipsam sempiternè in propria identitate. Aëtij Cap. XVIII. Si ingenitum essentiæ significatiuum est, meritò ad genituræ essentiam opponitur. Si uero nihil significat ingenitum, multò magis nihil significat genimen. Nihil enim ad nihil quomodo opponi potest? Cap. XIX. Si uero ingenita prolatio ad genitam prolationem opponitur, silentio prolationi succedente: fieri contingit & perire Christianorum spem in prolatione sitam, at non in naturis sic habentibus uelut nominũ uult significatio. Confutatio. Quomodo præoccupare contra seipsos testimonia solent, qui in expertorum mentes stupefacere didicerũt. Qui enim in prolatione spem adeptus est solus Aëtius, & non in ueritate, hanc de nobis prædicare audacter prodijt ipse, & filium Dei, ac Deum patrem, nudis uerbis confiteri non reueritus: quùm nos maxime cõfiteamur naturalem esse Patrem, et naturalem esse Filium, & naturalẽ esse Spiritum sanctũ, Trinitati enim nihil aliud comparabitur. Et propterea uere coessentiale est cõfessionis nostræ fulcrũ, & non per prolationẽ, quę per ipsum sublata est, ut quę fiat ac creat, uelut Aëtij de Patre & Filio ac sancto Spiritu opinio habet. Est enim reuera Pater uerus, & Filius ueritatis uerus, & Spiritus sanctus uerus, etiamsi sexcẽtos uanos syllogismos subsemineret. Nam de his diuina Scriptura, Prudentiam prudẽtium reprobabo. Et, Nouit Dominus cogitationes hominum quod uanę sunt, & cætera. Aëtij Cap. XX. Si nihil plus distribuit ad præminentiam essentiæ, ingenitum ad genitum: prolatione solum prægnans filius, meliores seipso cognoscet eos qui ipsum sic appellarunt, non appellatum Deum ipsius & patrem. Confutatio. Nulla pia ratio concesserit, etiamsi innumera nobis confingat Aëtius, meliores esse eos qui ipsum esse ab eo qui est, acceperunt. Per ipsum enim etiam ipse confitetur eosdem genitos esse. Neq; enim secundum prolationem uerbi sciunt genimen uocare, sed uerum ex uero genitum, Christiani qui ex ipso beneficio affecti digni facti sunt, ut sciant ipsum in ueritate, & docti sunt per patrem, non à carne & sanguine. & propterea meritò beati prædicantur, uelut ille qui cum audito mento uocis uiuentis, filium Dei ipsum cognouit. Siue enim spiritualiter percutetur spiritus existens unigenitus, animalem Aëtium quę spiritus sunt, non suscipientem: siue dicat, Vado ad patrem meum & patrem uestrũ, & Deum meum & Deum uestrum: ambæ hæ appellationes ad alterius generis nomina adæquari non possunt, ueritate semper manẽte, & unoquoq; utili ordine in filio Dei in ueritate claritatem docente. Neq; enim patrem meum & patrem uestrum, secundũ carnem ad ipsos referendum est. Quomodo enim pater carnis Deus, qui carnem non induit? Neque Deum meum

meum & Deum uestrum, secundùm filij deitatem, & secundùm discipulorum adoptionem accipiendum est. Sed Deum meum & Deum uestrum, propter nostrã incarnationem, mysterialiter discipulos muniuit is qui uera in omnibus loquitur. Patrem autem meum & patrem uestrum, propter meam ad ipsum naturam, & meam ad uos societatem, quam ego hominum amore ductus apud uos præsens dedi uobis ut fiere tis, uelut dictum est: Dedit ipsis potestatem ut filij Dei fierent. Quapropter etiam ipse apud ipsos diuersans formam serui accepit, recenter cum recente societatem contrahens, primarijs & antiquis illis manentibus in identitate, & non ad confusionem transeuntibus: ita ut filij quidem hominum, per participationem ad incorruptibilitatem transmutati sint, sed non couniti ad coessentialitatem: Et hic serui formam accepe rit, ut per uocẽ Acceperit, recens factum declaretur: per hoc uerò quod in forma Dei existit, quod ad mutationem non abierit indicetur. His autem sic se habentibus, & quum hæc in perfecta cognitione sic qui à Deo docti sunt clarè confiteantur: neque Deus meus & Deus uester, neque pater meus & pater uester: ex consentanea societate, per æquiuocationem à sincera essentia differre faciet, & à præminentia propriæ proprietatis, patris ad filium, & filij ad patrem, & sancti spiritus similiter.

Patrem meũ & patrem uestrum, & Deum meum ac Deũ uestrũ, quomodo sit accipiendũ.

AETII cap. XXI. Si ingenita essentia melior est generatione, intra se habens ipsam præstantiam, per se essentia est ingenitus. Non enim uolens quoniam uult potior est generatione, sed quoniam natura est. Per se igitur existens essentia ingenitus Deus, nulla ratione permittit contra seipsam excogitare creationem ac generationem, impellens ferri cõtra creata ac genita omnẽ examinationẽ ac omnẽ ratiocinationem.

CONFVTATIO. Iisdem uexationibus circundat nos Aëtius, idem dicens, ue lut dixi, & sæpe suam de ijsdem tautologiam ab initio usq; ad finem subornans. Nun quam enim fides, quæ omnem fidelem seruat, ex syllogistica hominum opinione con sistit. fallaces enim sunt hominum cogitationes, & ad immensitatem essentiæ Dei se extendere non possunt. Nam tota salus nostra uiuax CHRISTI mysteriũ, Iudæis quidem offendiculum est, Græcis autẽ stultitia. Nobis autem uocatis Iudæis ac Græcis CHRISTVS Dei potentia est, & Dei sapientia. Quoniam quod stultum est Dei, sapiẽtius est hominibus. Et quod debile est Dei, fortius hominibus est. Quomodo igitur non quis inter Iudæos constituerit Aëtium, propter offendiculum syllogismorum ipsius: inter Græcos autem, eo quòd ex propria quam sibi persuasit sapientia, stultitiam putat ueritatem Dei: Etenim unus & melior omni creatura ac opificio creator & opifex uniuersorum, non ideo quod melior est his quæ ab ipso facta sunt, non facit & creat ea quæ ab ipso facta sunt. Neque enim inuidet propriæ bonitati, intra se enim habet ipsam per se bonitatem, quæ omnibus melior est. Neque enim intra affectus continetur, aut inuidiæ aut liuoris, & ea quæ sunt ex nihilo effecit. Non enim quæ ab ipso facta sunt, uerum incomparabili ipsius deitati inferiora sunt, & non quæ ab ipso creata sunt, contra seipsum excogitauit: sed in gloriam suam, ut ostendat lucu lentam suam deitatem, ipsa per se bonitas existens, & ipsa per se essentia, communicãs his quæ ex ipso de nihilo creata sunt ipsum esse, uolens etiam ipsa participare suo dono, unamquamq; creaturam iuxta proportionẽ uniuscuiusq; propositi. Et luminaribus quidem lumen cõtribuit, cœlo uerò pulchritudinis ornatus. Terræ item ac alijs iuxta uoluntatem suam partes uirtutis largitus est, angelisq; ac reliquis sanctis potestatibus ac uirtutibus, eo quòd dedit ipsis incorruptibilitatẽ. Homini item donauit imaginis dignitatem, uitæq; ac cognitionis & rationalis beneficij donum. Et nõ à uolun tate solum affuit ipsi hoc, uelut quis dicere possit cunctanter, aut secundùm futurum, aut consultoriam ratiocinationem, sed secundùm ipsam per se bonitatem. Est enim ipsa per se bonitas, cõdecenter ipsi omnia habens, & faciens ac operans. Quemadmodum igitur bonitati ipsi non indecorum asciuit hoc ipsum, sed gloriam & cognitio-

nem laudis luculentæ munificẽtiæ, ut qui per hoc ad notitiam & sentum eorum quæ ab ipso facta sunt, deuenit. Sic etiam gloria est, non assumens aliquid ipsius deitatis. Nunquam enim indiget Deus gloriæ additamento: sed ipsa per se gloria, & ipsa per se uirtus, & ipsum per se miraculum, & ipsa per se laudum celebritas, quod pater genuit, etiamsi ipse non est genitus: quo ex fonte semper existente, sempiternus fons coexisteret, ex ipso existens fons ex fonte, & Deus ex Deo, & lumen de lumine, qui non esse cœpit, non sub tempus cecidit, sed simul patrem habet uerè, ita ut simul pater filium habeat uere, non indecorum patri, non dissipantem incomparabilitatem. Non enim est corporalis quædam distinctio, sed Verbum in substantia Deus ex patre existens, & Deus ex Deo, excludens omnem syllogisticã suspicionem, in uitam existens fidelibus, & omnibus qui à patre, per ipsum & ab ipso facti sunt, credẽtibus ac cognoscentibus, & non stultitiam putantibus potentiam Dei, & Dei sapientiam, quæ excedit omnem examinationem, & omnem ratiocinationẽ corruptibilium, præsertim hominum, quemadmodũ etiã ipse Aëtius inuitus cõfessus est. AETII cap. XXII.

Si priuationis significatiuum est de Deo ingenitum, nihil autem fuerit ingenitum: Quæ ratio abstulerit aliquid ab eo quod nihil est? Si uerò significat id quod est, quis segregauerit ab eo quod est, id quod est ipsum suũpsius? CONFVTATIO.

Quæ secundùm priuationem dicuntur apud externos Dialecticos, ea profert nobis Aëtius uelut de Dei notitia, & utilitate distinguens ac tractans, prius ignarus de quibus apud externos priuatiuum accipitur. Non enim de omnibus possibile esse secundùm priuationem dici, asserũt dialectici: sed de his quæ secundùm naturam quid possident. His enim quum ea quæ secundùm naturã sunt in contraria mutari possint, de ipsis sanè secundùm priuationem dicuntur. In his uerò quæ impossibilia sunt, non item: uerbi causa, uocẽ Cæcus de lapide nemo dixerit. Nam qui à natura dispositus est ad uidendum, deinde uisum amisit, cæcus dicitur. Volucris enim aut homo, aut pecus quod ex natura uidere solet, quando priuatũ est, cæcum priuatiuè dicitur. Sic etiã iniracibilẽ, aut innocentẽ, aut indefessum non dicimus lapidẽ, nõ enim ex natura est. At de homine aut pecore ex natura iracsci solito, quando non iracscitur, dixerit aliquis secundùm priuationem. de impossibilibus autem nõ item. Sic etiam de Deo accipiendum, sermone uelut aduersus Aëtium inuehente, & per interrogationem expẽdente. Dic nobis ô Aëti, nosti incomparabilem ad omnes qui non sunt ex eadem essentia, aut etiam ipsum cum omnibus numerare audebis? Et siquidem cum omnibus hunc numeraueris qui non ex essentia ipsius sunt, sed de nihilo ab ipso, per eum qui est ex ipso secundùm essentiam, facta sunt, excepto solo hoc ipso & spiritu sancto, qui ex incomparabili essentia patris & unigeniti filij ipsius est: absurdissima fuerit tua confessio. Quomodo enim adhuc unus ex omnibus fuerit is ex quo omnia de nihilo facta sunt? Impossibile enim est hoc, & neque ipse hoc dixeris. Quum autem impossibile sit ipsum esse similẽ aut æqualẽ his qui ex ipso de nihilo facta sunt, impossibile est ipsum similia pati his qui ipsi dissimiles sunt, quibus est ex ipso ut sint ipsa de nihilo, & omnia quæ sunt in ipsis, quibus contingit iuxta priuationem, ut sit contrarium. Hæc enim uident non à seipsis. Neq; enim & esse à seipsis habẽt, sed per gratiam datam, eius qui largitus est ea in quibus contingit passio secundùm priuationem eorum quæ in ipsis fuerunt per donationem. At qui largitus est, à passione alienus est, & non ex aliquo ipsum esse habet, neque potest priuari his quæ ex nihilo sunt. Si igitur nõ æqualis est ille filius, aut pater, aut spiritus sanctus his, uerùm alius est filius ab his, non æqualis denclatura uocatus, sed præminẽs & incomparabile nomen habens, ipsum per se bonum ab eo qui ipsum per se bonum est: quænam fuerit ea complicatio, quæ ad priuationem oppositè se habet? Corruit enim Aëtij sermo qui nobis priuationem introduxit, quum ingenitus Deus, & genitus filius, non secundùm priuationem quæ est creaturarum,

Priuatiuè dictorũ ratio.

turarum, habea
ipsius essentiam
quod ipsa per se
se ingenita natu
posita de incom
Neque enim ali
tialitatem: non
non extendant
cto spiritu. A
genitum in De
tio est habitus,
Cap. XXI
tam essentiã, ut
genita ingenita
priuata est: fuer
Si uerò genime
tionem habet,
genimen. C
mento, multur
lis contra fiden
qui à seipsis ua
ipsos reprehen
addito & hoc,
& priuationis
nionis onerosa
proprium suu
Imò etiã nos et
immorari, & ir
ciens præceder
nis ipsius æqu
equum ferrei o
iam sit reuocat
contra ipsum d
ingenitum in D
priuatio habitu
tur? Et siue tali
erit mens tua p
præterquam s
Deum quiden
eius spiritum,
& habitus & u
lis sumus. Dic
naturam audi
turæ compara
tum nullam co
nulla re indige
comparabilen
tia priuatus est
habentes ad a

turarum, habeat dignitatem existentẽ, sed iuxta id quod sponte & propriè per se decet ipsius essentiam ac deitatem. Sicut enim iniracscibilis est, non quod non iracscatur, sed quod ipsa per se, ut ita dicam, iniracscibilitas est: ita etiam ingenitus, eo quòd ipsa per se ingenita natura est: etiamsi filius genitus sit ab ingenito, dictione priuatiua frustra posita de incomparabili ad alios, ex sententia eius qui ipsam suppositit & expressit. Neque enim alia ipsi genito adæquantur. Neque ingenitus creaturis impertit coessentialitatem: non quod impotens potentem accusat, sed quod impotentia ad potentem non extendantur, propter præminentiã unius Dei, & unigeniti ex ipso filij, cum sancto spiritu. AETII cap. XXIII. Si priuationes, habituum sunt ablationes, ingenitum in Deo aut priuatio est habitus, aut habitus priuationis. At siquidem priuatio est habitus, quomodo id quod non adest, uelut quod adest Deo cõnumerabitur? Cap. XXIIII. Si uerò habitus est ingenitum, necesse est præsupponere genitam essentiã, ut sic assumpto habitu Ingenitum nominetur. Cap. XXV. Si uerò genita ingenitæ essentiæ particeps fuit, & habitus abiectionem passa, ingenita natura priuata est: fuerit utiq; essentia quidem genita, ingenitũ uerò habitus. Cap. XXVI. Si uerò genimen transitus significatiuum est, manifestum est quod habitus significationem habet, siue transformatum est ex essentia quadam, siue hoc est quod dicitur genimen. CONFVTATIO. Iam equidem quum Aëtius de priuationis argumento, multum auxilium tulerit his qui à fide alieni sunt, etiam ipse æqualiter cum illis contra fidem se armauit, nihil de fide dicens, neque recordatus dicti aduersus eos qui à seipsis uanos sermones proferunt, & principiũ fidei non tenent, uelut aduersus ipsos reprehensorie Scriptura dicit, Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. addito & hoc, Humiliatus sum ualde. Nunc uerò rursus in ijsdem tempus cõterens, & priuationis ac habitus nomenclaturas, & syllogismorum fallacis humanæ opinionis onerosam molem obijciens, & spiritualiter percunctans seipsum, eò enititur ut proprium suum propositũ relidat, ex humana uersutia, à qua de Deo dicit quæ uult: Imò etiã nos etiamsi multa de priuatiuorũ ratione differuerimus, rursus cogit ijsdem immorari, & in confutationibus aduersus ipsum tempus terere. Et erat quidem sufficiens præcedens confutatio, quæ propter æqualem progressum & syllogistici sermonis ipsius æquiuocationem, cõtra ambo ferri potest. Verùm quandoquidem neque æquum ferrei oris effrenem sinere oportet, siue per præcipitia feratur, siue ab impetu iam sit reuocatus & relisus: neq; uiro contra fidem eadem dicenti permittere, & non contra ipsum dicere: rursus dicimus, Siquidem priuationes, habituũ sunt ablationes, ingenitum in Deo aut priuatio est habitus, aut habitus priuationis. At siquidem est priuatio habitus, quomodo id quod non adest, uelut quod adest Deo connumerabitur? Et siue taliter aut taliter de Deo cogitas ô Aëti, & habitus circa Deum coniectas, erit mens tua priuata. Quæcunq; enim contenderit cor tuum apud Deum deponere, præterquam solum credere & admirari ac ex tota mente glorificare, redargueris: quũ Deum quidem non possis syllogismis cõcludere, neque filium ipsius, neque sanctum eius spiritum, quo te Deus redarguat & mendax fias, uelut scriptũ est, In nobis enim & habitus & uoluntates & cogitationes fallaces sunt, quoniam naturæ & essentiæ talis sumus. Dicitur autem & natura & essentia Dei: & non eo quòd nos naturam & naturam audimus, & essentiam ac essentiam, ideo incomparabilem Deum nostræ naturæ comparare oportet. Sic etiam de omnibus quæ de Deo dixeris ô Aëti, ipsum totum nullam complicationem admittit, incomparabile existens & perfectum in seipso, nulla re indigens. Est enim ipse per se sensus, & ipsa per se uoluntas. Quapropter incomparabilem unigenitum filium incomparabiliter genuit, & neque sua ipsius essentia priuatus est, neq; ipsius, qui genitus est solus ex solo, & sanctus ipsius spiritus, non habentes ad alia æqualitatem, aut dignitatis, aut naturæ, aut alterius cuiusdam argu-

Habituum & uoluntatum ratio.

menti. Non priuauit, inquam, ſeipſum, neque ſecundùm habitum, neque ſecundùm eſſentiam incomparabilis ſuæ deitatis: Neque genimen ex ipſo priuatum eſt, uelut dixi, dignitate patris & æqualitate incomparabile exiſtens, & ſanctus ipſius ſpiritus, ad omne quodcunq; tandem id eſt: hoc eſt, tria ſunt perfecta, perfectus pater, perfectus filius, perfectus ſpiritus ſanctus: non quod coniunctio aliqua ſit, neque ad ſeipſam permixta, neque quid imminutũ in ſeipſa habens: ut ne id quod diſparatur deleat incomparabile, & id quod alteratum eſt, priuationem ipſius eſſe efficiat, ita ut habitu ſolum dicatur, & non ueritate, aut quod uelut nudo ſermone nominetur in tranſitu, & non ſit, quemadmodum tua omnino mens cogitat, à fidei doctrina abalienare tentans. Nam credere oportet accedentem ad Deum quod eſt, & requirentibus ipſum mercedis retributor ſit: id quod in patre ſolo perfici non poteſt. Qui enim nõ habet filium, neque patrem habet: & qui filium dicit, non poteſt extra ſpiritum ſanctum. Eſt enim reuera pater uerus Deus, uelut teſtatur filius, qui uidit patrem: & uera lux filius, qui cognoſcitur à patre, & teſtimonium ab ipſo fert, & ſpiritus ueritatis ipſe ſpiritus, qui non alienus eſt, ſed à patre procedit, & de filio accipit. Hæc porrò tollunt totum ſyllogiſticum uerborum tuorum ô Aëti fabulamentum. & fieri non poteſt ut nos impellas ut diſcipuli ſiamus præceptoris tui Ariſtotelis, & ſinamus doctrinam eorum qui illuminati ſunt ex ſpiritu Dei, & ſunt quidẽ piſcatores & alieni à literis, & in eloquentia idiotæ, uerùm præcones ueritatis in potentia Dei qua digni facti ſunt. Non enim in ſermone ſyllogiſtico eſt regnum cœlorum, & in ſermone iactabundo, ſed in potentia & ueritate. Etenim ſufficienter coniectauimus ab initio ſermonis tui, de priuatione habituum & ſituum, & genitam eſſentiam, & ingenitã eſſentiam, aſſumentem & non aſſumentem, & participationis habitus abiectionem ſuſtinentem, & de eſſentia complicata genita, habitu uerò ingenito: & genimen dictum in tranſitu, ſignificatum autẽ in habitu ſolo, & ſignificatiuum habitus, ſiue transformatum eſt ex eſſentia quadam, ſiue genimen dicitur, uelut dixiſti. Eadem enim de ijſdem cogitatio tua loquitur, nihil abſoluens dum contra eadem fertur ac dicit. AETII cap. XXVII.

Si ingenitũ habitus eſt, & genitũ habitus: eſſentiæ quidem habitibus priores ſunt, habitus autẽ etiamſi eſſentijs poſteriores ſunt, attamen potiores. Cap. XXVIII.

Si uerò ingenitum geniti cauſa eſt, ipſum eſſe ſignificans, & genimen coinfert cum ſua ipſius eſſentia ipſum autorẽ, uox genimen eſſentiæ ſignificatiua eſt, at nõ habitus: quũ ingenita natura nihil ſecum coinducat, quomodo nõ eſſentia fuerit, ſed habitus ingenita natura? CONFVTATIO. Habituum diſtinctiuũ ſermonem in Deo & poſt Deum cõſtruere rurſus nobis Aëtius conatur, uelut uidetis uos ueritatis amici. Et alia priora facit, alia poſteriora. De Deo autem priora aut poſteriora accipere, nefas eſt dicere. Simul enim in Deo omnia adſunt, & additamento non habet opus. Quapropter etiam genimen non à tempore intelligi pia ratio concedit. Semper enim eſt Deus pater, & filius & ſpiritus ſanctus, hoc Trinitas exiſtens. Quapropter qui eſt, uocatur Deus pater, qui eſt etiam filius, qui eſt apud exiſtentem, genitus exiſtens ſine principio, & ſine tempore: uelut in hoc dicto, Apud te eſt fons uitæ. Et hoc, In lumine tuo uidebimus lumen. Et hoc, Qui eſt in ſinu patris. Et hoc, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Et de ſancto ſpiritu ſimiliter, Spiritus meus conſiſtit in medio ueſtrum. Et uides quod nihil recens eſt in Trinitate. Quare neq; eſſentia ante habitum, neq; habitus ante eſſentiã. Habitum autem non iuxta incertos appellatos habitus, qui mutationẽ ſuſtinẽt in unoquoq; qui ipſos habent, accipere oportet, etiamſi coëgeris nos ô Aëti, habitum de Deo dicere: Et neq; quid in Deo potius eſt, neq; poſterius, ſed quæ cunq; decent dignitatem ad glorificationem, uni deitati una glorificatio, unus honor, ut colant filium ſicut colunt patrem, & ut ne blaſphement ſpiritum, propter minarum ſermonem, qui peccatum ipſis non remit

remittit, neque hic, neq; in futuro ſeculo, uelut ſanè decorum eſt. Nihil diuerſum circa Trinitatẽ intelligere eſt, aut colere, aut glorificare. Verùm in patre pater, in filio filius, in ſpiritu ſancto ſpiritus ſanctus. Sic dicere, & ſic in ueritate glorificare, decenter uni Trinitati adorationis cultum tribuere, & dignitatem confiteri, uera fides eſt. Et neq; ingenitum genito indiget, ut coinferatur cum ipſius eſſentia, quo autor eſſentiæ ipſi fiat ſignificatiuum geniminis nomen: neque habitus ingenitæ naturæ, eſſentia geniti eſt, aut dicitur. Nulla enim re indiget Trinitas, neque additamentum alicuius accipit. Neq; enim quia ipſa Trinitas erat ſemper, & nihil erat creaturarum, ideo ſortis capiendæ, aut aſſumendi nominis alicuius, aut additamenti gratia, dignitatem ſibijpſi excogitauit pater: qui per filium quidem creauit cœlum & terrã, & omnia uiſibilia ac inuiſibilia, & ſpiritu ſuo firmauit omnẽ uirtutẽ eorum quæ ab ipſo creata ſunt: quo ex eo quod creatæ ſunt creaturæ, & facturæ factæ, coinductio cõtingat ut creator appelletur, & opifex pater, & idem aſſumptiuè de filio intelligatur, per quem, & à quo creata facta ſunt, aut de ſancto ſpiritu, in quo firmamenta firmata ſunt. Et enim non mutatus ab habitu in habitum Deus, & natura & eſſentia alteratus, uelut ſecundùm cogitationem & mutationem fecit ea quæ facta ſunt. Habuit enim in ſeipſo ſemper opificij uim ac perfectionem, & nullam aſſumptionis gloriæ indigentiam. Et quemadmodum in creaturis non oportet aliquẽ cogitare de Deo, quod dignitas eſſentiæ & gloriæ Dei, aſſumptitij habitus & dignitatis eſt. Sic reuelletur Aëtius, qui uult Deum ſyllogiſmis concludere iuxta ingenitum & genitum, iuxtaq; habitus & eſſentiæ ipſius inductum nobis ſermonem: quum cõfiteantur omnia creata quod ſint uere, & non ſint excogitata aſſumẽdæ gloriæ gratia à minime indigo Deo: quẽadmodũ etiã de unigenito, & de ſancto ipſius ſpiritu, nõ æquale dicere licet creatis. Impoſſibile enim eſt hoc dicere. At ſanè ſyllogiſmos profert nobis Aëtius ſublimia loquẽs, & cõtra ſuperna audacter inuehens. Verùm ab infernis uiciſſim concluditur creaturis, etiam ipſe nihil reperiens in ſyllogiſtico ſuo ſermone. Nam ſapiẽtia hominũ præterit, & ſyllogiſtica hominum dictio ſepelitur. Egredietur enim ſpiritus ipſius, & cõuertet ipſa in puluerem. Omnes enim ratiocinationes hominũ prætereũt, & homines unà cum ſyllogiſtica Aëtij arte, & artificioſa cõtra fidem uerſutia. Manet autẽ fides, ſpes, & charitas, uelut ſcriptũ eſt.

AETII cap. XXIX. Si omnis eſſentia eſt ingenita, qualis Dei omnipotẽtis: quomodo alteram quidem paſſibilem, alteram uerò paſſionis exortem quis dixerit? Si uerò per ſortem & partẽ ingenitæ naturæ, altera permanet quantitate & qualitate, & (ut ſummatim dicam) omni mutatione ſuperior: altera uerò paſſionibus obnoxia eſt, ita ut conceſſum ſit ipſi, inuariabilitatem in eſſentiam habere, eo quòd ſponte ſua amicus permittit ea quæ ſunt prædicta: fuerit utiq; hoc conſequens, ut facientem quidem ingenitũ dicamus, genitam autẽ eam quæ tranſmutatur. CONFVTATIO.

Non omnem eſſentiã ingenitam eſſe dicimus, neq; omnem ex Deo genitam. Nam qui genuit genitum ex ipſo, & emiſit ex ſe ſpiritum ſuum ſanctum, ſpiritum filij participem: nõ omnes genuit, ſed unum. quare etiam eſt unigenitus. Et unum ex ſe emiſit ſpiritum ſanctum. Creauit autẽ per unum, & firmauit in uno omnes, partim quidem generantes, & poſt creationem genitos, partim uerò creatos, neque generantes, neq; genitos. Multum autẽ diſtat increata Trinitatis eſſentia, ab his quæ à Trinitate ſunt creata, & non à Trinitate genita. Quapropter habet Trinitas à paſſione alienitatem & ineuariabilitatem. Omnia uerò poſt Trinitatem paſſioni ſubiacent, niſi quid donauerit ille paſſionis exors de alienitate à paſſione, per incorruptibilitatem, his quibus uult gratificari luculenter per largitionem. Non habent autẽ incorruptibilitatem ex incorporea natura, ſed ex luculentia boni & paſſionis exortis Dei. Nam neque quod paſſus eſt unigenitus in carne, paſſionem deitati ipſius aſciſcit, quamuis ex uera cõfeſſione credimus ex uera fide, quod paſſus eſt paſſionis exors exiſtens Deus Verbum.

Manſit aũt idẽ in alienitate à paſſione, nõ mutatus natura, neq; alteratus. Quapropter ſapiẽtia exiſtẽs, & Deus paſſionis exors exiſtẽs, & gnarus quod per paſſionẽ ſeruaturus eſſet eos qui paſſiones mortis habẽt, nõ legatũ miſit, non angelũ, neq; amplius uelut ante ipſum prophetas: ſed ipſe Dominus uenit, & paſſibilitate in ſeipſo ſuſcepta uerè paſſus eſt, deitate ipſius à paſſione aliena manẽte. Non enim aduẽtus in carne poſtatẽ deitatis ipſius hebetauit. Reperiẽ enim in ſua deitate ea quæ Dei ſunt operans, & nõ à carne impeditus: uentũ quidẽ increpãs & fluctus ac mare, Lazarũ uerò propria autoritate euocãs, & infinita alia ſupra hæc faciens. Et cõcedebat quidẽ prout cõſentaneũ carni, ut & à diabolo tentaretur, & ab hominibus uapularet, & à cõprehendẽtibus caperetur, quo in paſſibili paſſionis exors pateretur, paſſionis exors manẽs in propria deitate, & nõ alienus à paſſionis exorte Deo. Verũ uolũtariè faciẽs omnia ſecundùm admirabile ipſius myſteriũ: Sicut etiam pater Deus cum ipſo unigenito & ſancto ſuo ſpiritu, Trinitas exiſtẽs ſemper perfecta, & à paſſione aliena, una deitas continens omnia, unus Deus, una dominatio, eodẽ Deo cõtinente uniuerſa. Et nõ eo quòd cõtinet omnia paſſioni ſubiacet, quum ea quæ contineãtur paſſioni ſuccumbant. Intra omnia enim eſt, & extra uniuerſa, omnium Deus, immixtus ad omnia. Vnde nõ eo quòd eſt ubiq;, neq; eo quòd extra omnia eſt, neq; ideo q̃d cõtinet omnia, neq; eo quòd in ipſo omnia mouentur, paſſionẽ inducet, paſſionis exorti Deo. Sicut neq; propterea quod genuit unigenitum, neq; quod unigenitus genitus eſt, neq; propterea quod ſpiritus ipſius ſanctus ex ipſo emiſſus eſt, paſsionẽ inducet ſanctæ Trinitati. Neq; enim paſſibilis eſt ſpiritus ſanctus, qui in columbæ ſpecie deſcendit in Iordanẽ: neq; unigenitus, qui à Ioanne baptizabatur ac cõtrectabatur: neq; pater qui ex ſupernis clamabat uoce
» quæ ab hominibus percipiebatur, Hic eſt filius meus, hunc audite. Ineuariabilis itaq; eſt filius. Et pater quidẽ ingenitus, filius uerò genitus, paſſionis exors, & ſpiritus quicitra paſſionẽ proceſſit. Et quũ alia creata ſint, Trinitas perfecta permanet in quantitate & increata nomenclatura, ita ut neq; melior tranſmutetur, neq; quod genitũ eſt paſſione cõtineatur. Neq; enim qui genuit paſſione detentus fuit. Nõ enim corporale eſt genimen, ſed ſpiritus ex ſpiritu, & filius ex patre. Similiter & ſanctus ſpiritus ex ipſo, ſpiritus patris, ſpiritus CHRISTI, nõ creatus, nõ genitus, nõ cõfrater, nõ propago, nõ nepos: incõparabili eſſentia patris & filij & ſpiritus ſancti, excedẽte omnem intelligentiã & omnẽ mentem, nõ ſolum dixerim hominũ, ſed etiã angelorũ. Nõ enim trãſmutationẽ ſuſcepit unigenitus, neq; ipſius pater, neq; ſanctus ipſius ſpiritus, eo quòd unigenitus paſſionis exors exiſtens in carne paſſus eſt, & ſanctus ſpiritus in columbæ ſpecie deſcẽdit, & pater ex ſupernis uocẽ in aures hominum citra paſſionem immiſit: quemadmodũ non mutationẽ & paſſionẽ induxerunt creati angeli, & cœli, & terra, & omnia, ei qui ipſa fecit: ſed totũ eſt admirabile myſteriũ, uelut dictũ eſt, O altitudo diuitiarum & ſapiẽtiæ & ſciẽtiæ Dei. AETII cap. XXX. Si factæ naturæ ingenita natura eſt cauſa: ingenitũ uerò nihil eſt: quomodo id quod nihil eſt, fuerit cauſa eius quod factũ eſt? CONFVTATIO. Eſt quidẽ igitur ſecundũ aliã ſententiã, & non ſecundùm æqualẽ ad omnia, ingenita natura ad unigenitũ genimen, & ad ſanctum ex ipſa ſpiritum: nõ autẽ cauſa, uelut id quod eſt ad id quod nõ eſt. Eſt enim nõ de nihilo qui genitus eſt, neq; nõ exiſtens eſt qui genuit, neq; ſpiritus ex ipſo ſanctus. At aliorũ cauſa eſt id quod eſt. Quare ſemper cum propria gloria eſt ſancta Trinitas, ſemper exiſtẽs proportionabiliter unicuiq; nomini dignitatis ipſius. Per ipſam enim, & nõ extrà, facta facta ſunt, quum nõ eſſent. Quapropter neq; per ſeipſum pater eorũ quæ facta ſunt cauſa eſt: ſed pater & filius & ſpiritus ſanctus fecit omnia. Si uerò eſſet alienus filius, uelut à cauſa nõ exiſtẽs, progreſſus utiq; cum omnibus etiã ipſe æqualis eſſet. Et cauſa eſſet Deus non amplius genito modo producti, ſed inſtar creaturæ: Et non amplius unus dici poſſet genimen, alia uerò creaturæ: ſed aut omnia cum ipſo ge-

Paſſionis Chriſti ratio.

nimina

nimina dici oportebat, aut ipsum cum omnibus similiter creaturã uocari. Et nihil esset præminens, adæquato uno omnibus, iuxta partẽ quæ de nihilo est, non solũ dixerim angelis, sed etiam hominibus & pecoribus, & quæcunq; infinita distãtia absunt ab illius natura & dignitate, ad unigenitũ ipsorũ factorẽ ac creatorẽ. Est igitur qui est cum eo qui est, ex ipso sine tempore reuera genitus, non de nihilo, sed ex ipso. Et est sanctus ipsius spiritus, nõ alienus ab ipsius essentia, neq; uelut ad auxiliũ, iuxta Aëtij sententiã, Deo exquisitus. AETII cap. XXXI. Si ingenitũ est priuatio, priuatio autẽ habitus abiectio siue amissio est: abiectio uerò penitus perit, aut in aliud transit: quomodo possibile est ut habitu transeunte aut pereunte, ipsa uidelicet ingeniti appellatione, cognominetur essentia Dei? CONFVTATIO. Si à te & hucusq; gloria Dei à tuis ô Aëti syllogismis, ad gloriã Deo cõparata ac exquisita est, iuxta superius à te prolatos sermones: etiã ipse aduersus te, cõcedente Deo inuehens, paria tibi & ipse profe ram, quod quũ nullus ueterũ in ueteri Testamẽto, itemq; nouo, siue sanctorũ apostolorum siue prophetarum hoc senserit, meliorẽ teipsum facis etiã ipso Deo, & planè certum. A te enim & hucusq; assumpsit Deus, uelut secundùm tuũ sermonẽ, in fidẽ suam syllogisticã hanc tuã artẽ, ut de ingeniti priuatione dicamus, & omnino de amissione habitus & transmutatione, & de cognomẽto Dei in essentiæ Dei appellatione. Neq; enim propterea quod est Deus omniũ creator, quæ post unigenitũ ipsius & sanctũ ipsius spiritũ extant, per creatorum cõstitutionẽ inuenta est priuatio eorum quæ non adsunt Deo, aut cõsessio eorũ quæ ipsi adsunt assumpta est: quo id quod postea creatum est, offerre Deo id quod melius est & sincerũ, per illam priuationẽ & immutabilitatem excogitarit: Sed quod est semper existẽs ipsum ingenitũ, totũ gloria, & totum incõprehensibile ab omnibus creatis ab ipso, iuxta partẽ eorũ qui ad glorificationẽ se extendunt: ut quod glorificetur quidẽ ab angelis, secundùm angelorũ linguam, quæ apud Apostolum humanæ præferẽda prædicatur: glorificetur item secundùm hominum linguã mensura inferiorẽ, & secundùm eorũ quæ adhuc inferiora sunt facultatẽ. Et non omnino quod in unaquaq; creatura proportionaliter inferior sit aut transmutata sit glorificatio: Sed est quidẽ in seipsa immutabilis, quũ priuetur omnis creatura eo ut se in glorificatione ad infinitũ extendat, suprema essentia semper omnẽ mentem ac intelligentiam excedente, & nõ per ea quæ ab omnibus dicuntur ipsi licere, aut alterationem, aut mutationẽ, aut profectũ siue præminentiã acquirente. Eadẽ enim deitas melior est, & incõparabilis ac glorificata. AETII cap. XXXII. Si ingenitum significat priuationẽ quæ nõ adest Deo, quomodo ingenitũ esse dicimus, genitũ uerò non esse? CONFVTATIO. Ingenitũ est equidẽ, nusquam uerò dictum est, nõ à propheta, nõ ab Apostolo, nõ ab euãgelista: nihil enim miri erat hoc de Deo dicere. aderat enim piæ ratiocinationi ab ipsa naturæ lege. Tu uerò Aëti hoc nobis nouè dicere tradens, uelut miraculũ teipsum proferre putas. Cõmiscuisti autẽ piæ naturæ legi, & fidei statuto in additamentũ, ut meliores fiamus ex Deo donato, ut ex ingenito genitum intelligamus adæquatũ dignitate: quo qui apud te adoratur dissimilis, æqualis inueniatur ei qui secundũ te dissimiliter prædicatur. Siquidẽ igitur adorauisti patrẽ nuda nomenclatura, per ironiam & simulationẽ honorẽ obtulisti. Et si filiũ adorasti, dissimilem patri agnoscẽs, confusionẽ operatus es in adoratione, dissimilem dissimili æqualiter ueneratus. Si uerò propter incredulitatis tuę præsumptionẽ negabis te adorare filiũ, redargueris ab omnibus, nõ agnoscens eum qui debitè ab omnibus adoratũ, & æqualis est. Adorabunt enim ipsum omnes angeli Dei. Et adorauit ipsum Maria ubi gloriose resurrexisset in carne, & omnes ipsius discipuli. Non enim habet facti nomen, neq; creati, ex patre genitũ sciũt et adorãt existentẽ ex eo qui est, & sanctũ ex ipso spiritũ. Sciunt enim alienũ ipsum essentia à creatis. Nõ enim est factus aut creatus, sed genitus ex patre. Quare per omnia fatigatus, & multo tempore insumpto, & peregri-

nis ſermonibus inductis, adorabis ipſum. Oportet enim omnes ſtare corã tribunali ipſius. Et omnis lingua cõfitebitur, quod Dominus eſt IESVS CHRISTVS, qui non alienus à Deo eſt, ſed in gloriam Dei patris, uelut ſcriptum eſt ac creditur.

AETII cap. XXXIII. Si nudũ nomen eſt de Deo uox ingenitũ, nuda aũt prolatio ſubſtantiã Dei attollit cõtra omnia genita: præſtãtior ergo eſt hominũ prolatio omnipotẽtis ſubſtãtia, ut quæ incõparabili præminẽtia Deũ omnipotentẽ exornauit.

CONFVTATIO. Neq; nudũ nomen eſt de Deo uox ingenitũ, neq; cũ creatis ſecundùm eſſentiã cõmunicãs. Quare neq; creaturæ nudi nominis ſunt ſignificatiuæ. Quũ autẽ in medio ingeniti & creati aliud nomen requiratur, quod eſt filius & nõ creatus, cui nam præminẽtia attribuẽda eſt? Et ſiquidẽ creatis cõmunicare debemus, quũ neutrũ ex dictis nuda nomenclatura nominet, ſicut de ingenito & creatore ac creatis factis nõ nudũ nomen aſſumitur, ita de genito & filio nõ nuda nomẽclatura ſuſcipit: id quod fruſtra in calumniã raptũ eſt ac concluſum apud Aëtiũ confuſionẽ indicabit, eo quòd nõ adæquet nomini filij, creata in ueritate eſſentia, & nõ nudũ nomen. Nam neq; ipſe filius filij nomenclaturã nudam ſuſcipit. Quum autẽ nõ ſit non exiſtẽs, neq; ſecundũ nudã nomenclaturã dicatur filius unigenitus, & ſpiritus ſanctus: patris ſanè gloriæ cõnexus eſt, & nõ creaturarũ nomenclatura cõfuſus. Neq; enim elatione opus habet deitas, uelut quæ nõ ſit. neq; altitudinis indiga eſt, etiãſi ab aliquibus ignorantia exiſtẽtibus nõ exaltetur: neq; per aliquorũ prolationẽ eſſentia deitatis cõſtituitur. neq; enim gloriabit hominũ aut aliorũ prolatio, uelut quæ Deo indigo gloriã aſciuit, aut omnipotentẽ Deũ ornauit. Deũ adorandũ Deũ nouit, & creatorẽ ac opificẽ ſuũ. Neq; enim ſeipſum gloria præminere putat, & ornatricẽ eſſe proprij ſui opificis: alioqui ſeipſam adorandã duxiſſet, & eum qui adorat nõ adoraſſet. Et fruſtra per omnia tuus, ô Aëti, ſermo turbã cõcitat. AETII cap. XXXIIII. Si omni genito cõſors & cõiuncta eſt cauſa, cauſæ autem exors eſt ingenita natura: nõ cauſam ſignificat uox ingenitum, ſed ſubſtantiã indicat. CONFVTATIO. Et omni genito cõſors coniũcta eſt cauſa: & nõ confitemur hoc uelut à te docti. prẽuidet enim fides ueritatis hoc, & præconfitetur ac docet, quod Deus eſt cauſæ exors atq; extra omnẽ cauſam, immixtus ac purus ab omni æqualitate. propterea enim etiã ipſi nõ adoramus omne quod infra ipſius Dei eſſentiã eſt, eo quòd ſoli puero decet adorationẽ tribuere, patri ingenito, & filio qui eſt ex ipſo, et ſpiritui ſancto qui eſt ab ipſo, & per unigenitũ. Nam nihil eſt in Trinitate creatũ, & ſub cauſam cadẽs. Non enim de nihilo eſt quicq; in Trinitate, uelut alia ſub cauſam lapſa ſunt, & cauſam adepta. Quapropter Trinitas talis cauſæ exors exiſtens, ſolã ſe ipſam adorari citra errorẽ docuit, quoniã ſola hæc à cauſa aliena eſt. Omnia uerò ſub cauſam ceciderũt. Hæc enim ſunt facta et creata, pater uerò increatus, filiũ habẽs ex ipſo genitũ, at nõ creatũ: & ſpiritũ ſanctũ ex ipſo procedentẽ, & nõ factũ. His aũt ſic ſe habentibus, neq; paſſionẽ cauſæ ſortitus eſt filius qui adoratur & ſpiritus ſanctus, etiãſi patrẽ habeat genitorẽ: neq; reliquæ creaturæ abſq; paſſione fuerint ſortis cauſæ, à patre & filio ac ſpiritu ſancto creatæ. Clarè aũt abſq; paſſione ſortis cauſæ fuerit filius unigenitus, & ſanctus ipſius ſpiritus, uelut etiã pater. Quoniã filius eſt genimen, & nõ creatura: & nõ ex eo quod genitus eſt, cauſam paſſionis ſortietur filius: neq; ſpiritus ſanctus, eo quòd ex patre procedit: neq; enim pater, eo quòd genuit, & ex ſeipſo eduxit. Alia uerò omnia poſt filiũ & ſpiritũ creauit, ſub paſſione cauſæ reperiẽt, & quidem quum alia omnia in creando aut creãdo paſſioni obnoxia ſint. Proinde cauſæ exors eſt pater & filius & ſpiritus ſanctus. Cauſa autẽ eſt Trinitas uniuerſorum, concreans & cooperans, & nihil in ſeipſa creatum aut factum noſcens.

AETII cap. XXV. Si omne quod factum eſt, ab alio factũ eſt: ingenita autem ſubſtantia, neq; à ſeipſa, neq; ab alia facta eſt: neceſſe eſt ingenitum eſſentiã ſignificare.

CONFVTATIO. Et hoc rurſus profert nobis Aëtius, uelut nouum quid ac

recens narrans, quo dialecticæ ex superfluo ratiocinantis inuentor esse uideatur: hoc ipsum declarans de quo neque ambigitur, & quod in catholica Ecclesia in cõfesso exi-stit. Omne enim quod factum est, ab alio factum est. Ingenita autem substantia neque à seipsa, neque ab alia facta est. Et necesse est ingenitum essentiam significare. Et quid est hoc magis necessarium? Quod enim semper apud ipsos Anomœos & Arianos doloſe accipitur ipsum essentiæ nomen, Aëtius clarè coactus à ueritate confessus est. Quum itaq; ingenita natura essentia sit, & ex seipsa, & non de nihilo impollute & citra passionem unigenitum genuerit sine tempore & sine principio, & ex seipsa eduxerit spiritum sanctum, & non de nihilo: palàm in sancta catholica Ecclesia orthodoxè Trinitas coessentialis prædicatur, quum nulla creatura hoc nomine uocari possit, eo quòd neque secundùm naturã est quicquam simile unigenito & sancto spiritui, neq; secundùm adorationem. Hæ enim sunt de nihilo creatæ, & non adorandæ. Trinitas autem semper est, pater, pater perfectus: filius, filius perfectus, ex patre genitus: & spiritus sanctus, spiritus perfectus ex patre procedens, & de filio accipiens. Et omnia nobis lucida sunt in diuina Scriptura & sancta fide, & nihil obliquum aut contrarium aut tortuosum. AETII cap. XXXVI. Si ex geniminis essentia comparet, quod causa est ingenita substantia, contra omnem causam inuariabilitatem habens: per se sanè essentia incomparabilis, non extrinsecus coostendens inaccessibilitatem, uerùm per se existens incomparabilis & inaccessibilis, quoniam etiam ingenita.

CONFVTATIO. Sæpe Aëtius contra eadem fertur, uelut iam sæpe dixi, in laborem solum nos inducẽs, & nihil amplius. Quapropter etiam in præsenti cogimur labori additionem facere, & eadem de ijsdem repetere, quandoquidem & ipsi sic uisum est. Nam etsi ex geniminis essentia comparet ingenita, quæ genuit, nihil tamen distinguet à se genitor ipsum genitum per dignitatem gignendi. Ex seipso enim genuit essentialiter spiritum ex spiritu, & non corpus ex corpore. Quapropter incomparabiliter comparet genitor condecens genitum, & genitus genitorem. Neque enim additamento indiget Deus, ut aliquando pater uocetur, aliquando non: neque filius reperietur ex superna coniunctione, aliquando non existens, iam uerò existens. Quare per se essentia est Deus pater, & filius, & spiritus sanctus, & non diuersa essentia. Neque enim est confrater, neque est postea genitus, sed inenarrabiliter condecenter patris nomini, coessentialis est filius, & condecenter patri & filio ex ipso sanctus ipsius spiritus. Quapropter inaccessibilitas est in patre & filio ac sancto spiritu, ad omnia quæ sunt inferiora, & ex ipsa Trinitate creata. At uerò Trinitas ad seipsam non est inaccessibilis. Est enim increata & ingenita & incomparabilis. Quare non potest quicquam adæquari patri. Nõ coadoratur ipsi quicquam ex his quæ de nihilo facta sunt, & non genita. Nulli enim ex his quæ facta sunt dixit unquam, Sede à dextris meis. « Neque uerò unigenitus de aliquo dixit, Qui uidit me, uidit patrem. Et, Ego in patre, « & pater in me. Et, Nemo nouit patrem nisi filius, & filium nisi pater, & cui sanè reuelabit. Reuelat autem per spiritum sanctum cognoscentẽ, & docentem ac annunciantem in mundo ea quæ filij sunt, perscrutantemq; profunditates Dei. Propterea enim dicit, Qui non honorat filium, uelut honorat patrem, ira Dei manet super ipsum. Et « non dixit, Qui non honorat angelos, uelut honorat patrem. Neque rursus dixit, Qui non honorat etiã filium: sed filium uelut patrem. similiter autẽ & spiritum sanctum. Quoniam non remittetur ei qui in spiritum blasphemus est, neq; hic, neque in futuro « seculo: quo Trinitatis inaccessibilitatẽ significet, & incomparabilitatẽ in patre & filio & spiritu sancto. AETII cap. XXXVII. Si excedit omnem naturam ipse omnipotens, propter ingenitum excedit, quod causa est durabilitatis ipsis creatis. Si uerò non essentiæ significatiuum est ingenitum, undénam habebit creatorum natura ut conseruetur? CONFVTATIO. Decet dicere ac confiteri, & sic tenere, quod omnem

omnem naturam excedit omnipotens. Ex quo nobis unigenitus inenarrabiliter progressus est Deus Verbum, & sanctus ipsius spiritus. Et propterea securè non creaturam Deum facimus, ut ne stulti fiamus. Verùm excedentem omnem naturā Trinitatem glorificamus, filium cum patre, & sanctum ipsius spiritum, eo quòd ingenitus est & increatus. Nam neque alterius naturæ est unigenitus & spiritus sanctus. Sed Deus ex Deo, & lumen de lumine: & cum omnipotente patre etiam ipse filius unigenitus omnipotens appellatur, uelut etiam clarè habet diuina Scriptura. Nō enim alius à dignitate patris est unigenitus, sed condecens dignitatem patris, uelut palàm testimonium præbet mihi sanctus Apostolus, qui in spiritu sancto de filijs Israël dixit, Quorum, inquit, est cultus diuinus & testamenta, & quorum sunt patres, ex quibus est CHRISTVS quantum ad carnem attinet, qui est in omnibus Deus benedictus in secula, Amen. Propterea enim & adorādus est unigenitus, & Deus unigenitus: & diuinus spiritus ipse spiritus sanctus. Et post sanctam Trinitatem nō est alius Deus. Patrem uerò omnipotens & unigenitus ipsius filius IESVS CHRISTVS cōdecens patris dignitatem, & appellatus pater futuri seculi, condecens item sanctum ipsius spiritum increatum: semper Trinitas manifesta & cognita, ex qua Trinitate omnibus sanctis causa est, siquidē sinceræ & incōparabilis essentiæ significatiua est, pater in filio, filius in patre, cum sancto spiritu, ita ut durabilitas semper in seipsa habeat sempiternitatem. Ex qua Trinitate adest creatis ut cōseruentur. AETII cap. XXXVIII.

Vnigenitus etiam omnipotens appellatur.

Si nihil ex inuisibilibus ipsum ante seipsum seminaliter existit, uerùm permanet in natura quam sorte adeptum est: quomodo ingenitus Deus liber & exors existens, nunc quidem suam essentiam posteriorem in genimine uidet, nunc uerò priorem in ingenito, secundùm primi & secundi ordinem? CONFVTATIO. Oportebat Aëtium præsignificare nobis & quæstiones suas claras proponere, maximè hanc dictionem reprehensibilem, & omnino nullam similitudinum cognationem habentem, quum neutrū ex his quæ ab ipso nominata sunt alteri coadæquari possit. Affert enim nobis multorum inuisibiliū nomenclaturam. Sunt enim & inuisibilia animalia spiritualia, Seraphim inquam ac Cherubim. Sed & angeli, & alij quidam spiritus, in quibus uerè impletur, quod neq; in ipsis seminaliter quid existit. Neq; enim corpora dixerit quis ea quæ sunt inuisibilia. Etenim neq; generāt, neq; generātur. Creata autē sunt secundùm uoluntatē deitatis semper existētis clarè. & sortitum est unumquodq; creatum, id quod ipsi is qui est contribuit uirtutis, in excellentia luculentæ suæ benignitatis. Et adeptum est unumquodq; id quod sortitum est, & in hoc manet. Et liber est Deus ab omni causa, in seipso totum habens: non in futurum, neq; per pœnitentiā filium post tempora habens, aut sanctum suum spiritum: sed cōdecenter ei ut habeat semper filium genitum, habens filium & hunc unigenitum, habentē semper patrem in seipso. Habet autē & sanctum spiritum ex patre existentē, & de filio accipientem, semper ipsum habens. Nam neq; propter ingloriam, neq; ob gloriæ additamentum, siue uberiorē copiam (quum deitas semper sit, nullum autē creatum semper extet) Trinitas unquam seipsam in minore opulentia uidit. Et nunc quidem hoc uidit, nuncupatò in additamento essentiæ seipsam uidens, uelut indiga postquàm creata sunt ea quæ causa sunt, in uberiore additamēto gloriæ siue opulentiæ existēs. Et undiq; nihil efficiet impetus eorum qui cōtra ueritatem syllogisticas humanas opiniones obtrudere, & in mediū afferre uolunt: quum dignitas Dei patris & filij ac spiritus sancti omnem intelligentiā angelorum & ultrà excedat, quanto magis humanæ naturæ? Nam ratiocinationes hominū miseræ sunt, & corruptibiles ipsorū cogitationes, in syllogismos & quæstiones seipsas inuoluētes ac transfigentes. Alij enim ex suis ratiocinationibus per sophisticā quandā opinionē percunctātur de malo, unde incepit. Alij unde est diabolus, aut cur factus est. Alij cur Deus peccaturū hominē sic ipsum creauit. Alij quam

Quæstiones hominum uanæ.

talem

talem, inquiunt, ipsum fecit, cur postea ipsi culpam adscribit: quo ubi omnes percelluerint suas cogitationes, discant seipsos corruptibiles, & attribuant Deo patri & filio ac spiritui sancto, hoc est uni trinitati, adorationem & scientiam, petantq; ac assequantur ab ipso ueræ fidei cognitionem, ut ne suam mensuram excedere conẽtur, sed discant ab occæcata intelligentia quiescere, & non sophisticam fraudem exercere per linguam incensam, & ratiocinationes imprudentes, sed potius modesti esse per prudens illud dictum sanctæ & diuinæ Scripturæ, quæ iubet, ut ne ultra sapiamus quàm oportet sapere, sed ut sapiamus in hoc ut modesti simus. AETII cap. XXXIX.

Si permanet in natura ingenita Deus, auferatur ab eo, quod in generatione & in ingenita natura seipsum noscat. Si uerò conceditur in ingenito ac genito suam ipsius essentiam extendere, ipse suij ipsius essentiam ignorat, dum à generatione & ingenita natura circunducitur. Cap. XL. Si uerò etiam genitum particeps est participationis ingeniti, uerùm in geniti natura indesinenter permanet: in imperfecta sanè natura seipsum cognoscit, ignorans uidelicet ingenitam participationem. Non enim possibile est ipsum de seipso, & ingenitæ essentiæ & genitæ cognitionem habere. Cap. XLI.

Si uerò despicabile est ingenitũ propter mutationis aptitudinem, dignitas naturæ est essentia immutabilis, quum ingenitam naturam omni causa superiorẽ cõfiteamur.

CONFVTATIO. In ingenita natura haud dubiè permanet Deus, qui omnia de nihilo creauit, ac fecit pater, genuitq; ex seipso coessentialem sibij ipsi filium, & condecentem ipsius sempiternitatẽ: & spiritum qui ex ipso processit, ac decet ipsius coessentialitatem. Et neque ideo quod Trinitas creauit de nihilo ea quæ sunt, uisibilia ac inuisibilia: ob id tollitur id quod correspondet iuxta proportionem dignitati Dei, ipsa uidelicet sempiternitas eius qui est, per recens creaturarum nomen. Aufertur autem à creatis superna excedens essentia, quæ non est is coessentialis, sed hæc de nihilo adesse uocauit. Quare genitus filius, non ex nihilo, sed ex eo qui est, condecenter simul consideratur. Neque enim distenta est essentia, neque cõtracta: sed spiritus existens pater, spiritum uerè filium genuit, & ex seipso protulit spiritum sanctũ: & non seipsum ignorat, neq; essentiã suam contrahi aut dilatari nouit, aut sectionem sustinere. Hæc enim omnia circa Deum nosse absurdissimũ est: sicut etiam ignorare ipsum Deum, hoc est spiritum sanctum. Et neque ingenitus non particeps est cum genimine coessentialitatis: neque genitus non simul habet cum patre sempiternitatem. Nouit enim pater filium, & filius nouit patrem, trinitate semper indesinenter increata manente, & indesinenter existente: unigenito genito ex eo qui semper est, & reuera existente, & in propria perfecta natura. Quapropter cognoscit seipsum, & non ignorat neque filius ingenitam patris essentiam, neque ingenitus filij ex ipso essentiam. quum fide dignus sit unigenitus Dei Verbum, qui dixit: Nemo nouit patrẽ nisi filius, & filium nisi pater. Quare tollatur generosi huius Aëtij pronunciata sententia, qua dixit, Non enim est possibile ipsum de seipso, & ingenitæ essentiæ, & genitæ cognitionem habere. Anteuertit enim unigenitus, & hanc iudiciariã ipsius uocẽ obliterauit, dum dixit seipsum nosse patrem, & neminem alium, comprehenditq; simul spiritus sui sancti subsistentiam. uelut etiam in alio loco dicit: Spiritus patris docebit uos. Si autem patris est spiritus, nõ ignorat etiam ipse patrem. Dixit autem, Nemo patrem nouit nisi filius: quo seipsum & patrem & spiritum sanctum, alia transgressum esse significet, quæ non sempiternè existunt, sed facta sunt. Si uerò anteuertit hoc dicendo quod semper nouit patrem: frustra nobis obrepit Aëtius palàm uaniloquus, & omnibus manifestus, quod uelut homo ratiocinatur, carnaliter percunctans, & animalis existens, propter eum qui seipsum & patrem & sanctũ ipsius spiritum cognoscit. Exemptus igitur est Deus ab omni causa, non solum pater, sed etiam filius & spiritus sanctus: quum in confesso sit, deitatem patris & filij & spiritus sancti omni causa superiorem esse.

AETII

AETII cap. XLII. Si ingenitum ab omni causa exemptum est, fuerint autem multa ingenita, inuariabilem habebunt naturam. Nō enim per sortitionē, naturæ cu iusdam cōmunis & propriæ particeps facta, altera quidem faciebat, altera uerò fiebat.

CONFVTATIO. Ab omni causa palàm exemptum est ingenitum, eo quòd unum est ingenitum & adorandum, diuiso adorando ab his qui adorant. Adoranda est autem Trinitas, quæ unitas est, & in uno nomine Trinitas numeratur, pater & filius & spiritus sanctus: non alienum à seipsa in se possidens, sed condecenter genuit pater filium, & non creauit. Et hic quidem est ex ipso semper genitore, quare genimen est ex eo qui est: & ille processit ex ipso sanctus spiritus, ita ut sit Trinitas in una unitate increata, omnia uerò ex ipsa Trinitate de nihilo creata. Vnde una Trinitas unus est Deus, pater & filius & spiritus sanctus, non alienum à seipsa in se possidens, increata, ingenita, non facta, sed faciens: non creaturæ nomen habens in seipsa, sed creans, una existens, & non multæ. Omnia uerò ex ipsa, multa quidem sunt, sed non cum ipsa numerantur. Quapropter neq; sortita est alteram naturā communem ab essentia incomparabili. Et ob hoc non creata est in Dei essentia natura, sed creatrix omnium, quæ nō possunt cum incōparabili & una essentia patris & filij & spiritus sancti, in coessentialitate participare. Clarum est enim quod ipsa ei qui ueritatis cognitionem habet, reuelat, quod ipsa sola adoratur, & non omnia: & quod ipsa sola in nomen suiipsius baptizat, & non uniuersa. AETII cap. XLIII. Si omnis essentia est ingenita, nulla differet ab alia iuxta Domini libertatem. Quomodo igitur dixerit quis aliam mutari, aliam mutare, non permittens Deo producere ex non subiecta essentia?

CONFVTATIO. Omnis qui resistit ueritati in admirationem, & ad perterrefaciendum colligens sibijpsi sententias, uidetur quibusdam per subuersionem impetere, & à uitali uia transferre ac deuastare. uelut hic Aëtius, nunc quidem in hoc dicto à natura nihil dicens, perterrefacere uidetur simplices, dum ex superfluo ea quæ ab ipso dicuntur, repetit, uerbis tantùm uelut ex abundanti proferre solet, etiā in præsentiarum usus. Non enim omnis essentia ingenita est iuxta intelligentium cōsessionem, alioqui omnis deificaretur. Quum autem non omnes essentiæ deificentur, sed una præter omnes, quæ est una deitas in Trinitate: quomodo adhuc reliquum fuerit generoso huic, ut perterrefactio ipsius ad filios ueritatis procedat? Differt autem & altera ab altera. Nam hæc quidem Trinitas creat. Omnia uerò ab ipsa creata sunt. Et hæc à dominio libera est. Quæ uerò ab ipsa facta sunt, dominio subiacent. Et hæc quidem transmutātur, illa uerò inuiolabilem habet naturam, transmutans semper ea quæ ab ipsa transmutantur, & de nihilo essentias & substantias producere potens. Hoc enim est decens Deo, ut ex non subiectis, & ex nihilo ab ipso factis ac productis, secundùm gubernationem transmutet prout uult. AETII cap. XLIIII.

Si omnis essentia est ingenita, omnis est inuariabilis. Quum autē essentia inuariabilitatem habeat, facere & pati casui spontaneo deferendum est. Cap. XLV.

Quum autem multa sint ingenita & inuariabilia, innumerabiliter different inter se. Non enim numerabilia esse poterint, quæ distant aut in totum, aut iuxta aliquid: quū omnis distantia sortem ac partitionem quandam ostendat causæ disiunctæ ingenitæ naturæ. CONFVTATIO. Non omnis essentia ingenita est. Stultum est enim etiam hoc cogitare, & græcæ ignorantiæ est hæc ratiocinatio, & ista sententia, siue expresse, siue per interrogationem ab Aëtio dicta est. Manifestum est autem quod per interrogationem dixit. Interroget itaque de hoc Græcos, & illi assentiātur ipsi hanc quæstionem ex syllogismis sic habere, materiam quandam cōtemporaneam de Deo prædicantes. Capiatur autem simul cum illis, si fuerit assensus: quum ueritas ipsa habeat unum esse quod facit, ita ut in una essentia perfecta Trinitas, & non per coniunctionem numeretur. Alia uerò omnia esse facta & creata, & non infecta: deitate uerò

ro increata existente, et Patre quidē generāte, Filio uero genito, Spiritu sancto autem ex ipso Patre emisso, et de filio accipiente, omnibus reliquis creatis existētibus. Quum autem sic inuariabilis in potentia maneat tota deitas cōdecenter in Trinitate, ita ut unitas ad patrem referatur, propter dignitatem & stabilitatem, & ad tollendam Deorum multitudinem: inuariabilitas quidem manet potentia, dignitas autem condecenter reputatur filij ad patrem, itemq; Spiritus sancti. His itaq; sic sehabētibus, ex integro corruet insidiosa quęstionis uersutia. Non enim multa sunt inuariabilia, sed una Trinitas in unitate, & una deitas in Trinitate. Reliqua uero omnia distant, neq; ex casu spontaneo habentia pati aut facere: neq; sancta Trinitate in hoc quod facit aliquid, pati potente, quum tota sit passionis exors & adoranda, Pater inquam, & Filius ac Spiritus sanctus. Fecit enim omnia Deus per filium, sed non filium. non enim est cum omnibus, sed cōministrat ac cooperatur patri, & coadoratur: neq; etiam Spiritus sanctus, non enim numeratur de omnibus, uerum firmat potentiam uniuersorum & coadoratur. Quum autem omnia sub unius prouidentiā posita sint, feruntur & faciunt & patiuntur, & quęcunq; alia. Quapropter una Trinitas ad seipsam inuariabilis est, alia uero ex ipsa uariata ac mutata sunt, neq; enim sunt contemporanea, neq; consempiterna: sed illa sola sempiterna est & increata & ingenita ac non facta: filio quidem genito sine tempore & sine principio, semper autem existente, & nunquam esse desinente: unde caute caput & non principium, patrem filij docuit diuina Scriptura, propter coessentialitatem: & Spiritu sancto sempiternè existēte, & ex patre emisso, qui etiam semper cum patre existit, & non à tempore esse incepit. Aētij Cap. XLVI. Si uox ingenitus et Deus, ex comparatione & æqualitate idem significant, ingenitus ingenitum genuit. Si uero aliud quid significat ingenitum, & aliud Deus: nō absurdum est Deo, Deum genuisse, ita ut uterque originem sumpserit ex ingenita essentia. Cap. XLVII. Si uero quod ante Deum est, nihil est, quemadmodum non est: Deus & ingenitū idem significat, non admittente genimine ingenitū, quapropter neque simul proferri cum Deo & patre sustinet. Confutatio. Vnde uult nos Aētius acquirere in nobisipsis sentētiam quæstionum ac ratiocinationum ipsius ab ipso propositarum? Et si quidem adstruit ex ratiocinationibus ac syllogismis, corruet etiam nostræ opinionis acquisitio simul cum ipso. Deum enim nemo unquam syllogismis concluserit: neque dicit figmentum ad fictorem, Cur me sic fecisti? uelut scriptum est. Cæterum ex pia ratiocinatione ac iusta certitudine, ad sancti Spiritus per sanctas Scripturas doctrinā reflectendum est. Quum autem constans ac certa sententia doceas nos de his qui creaturæ diuinum cultum præstiterūt, quod stulti facti sunt: quomodo non inuenietur Deum pro creatura accipere, & hunc adorare ac honorare, quum fides ex natura reiiciat adorationem à creato, & creatum ab adorando? Etenim si omnino hoc nihil differet ab his qui creaturæ adorationem exhibent: nihil præferendum erit in Christianismo. Erit autem talis fides idololatria potius quàm diuinus cultus. Adorāt enim etiam illi Solem, & Lunam, & potestates, cœlum & terram atque alias creaturas: & non diuersitas creaturarum facit miraculum, neque id quod præminet, distinguet à seipso honoris æqualitatem, propter æquiuocationem, etiamsi alterum alteri ualde præponderet. Vnus enim est qui ambo fecit, & assignauit unicuique non nominis uarietatem, sed essentiæ. In omnibus enim creatis seruum est creaturæ nomen, sed non liberum. Et si in una parte id quod seruum est adoratur, nihil differet adoratio ab alia parte, etiamsi inferior sit. Æqualis enim est, cognationē habens cum suprema creatura, de nihilo ab eo qui est, ipsam adepta. Hinc ingenitum cōdecens est Deo, & Deus ingenito. Quapropter genimen non opus dicimus, neque facturam, sed genimen essentialiter à patre impolutè genitum, coessentiale patri & quod simul adoratur: & Spiritum sanctū ex ipso, non

alienum, ideoq; etiam simul adorandum. At uero cum creatis non simul profertur no
men Deus eo, quod transmutata sunt ab ingenita natura, quoniam de nihilo ipsum
esse sortita sunt. Verum Trinitas habet hoc, quod semper est. Et non aliud quid est
Deus, & aliud ingenitum. Confiteris autem ô Aëti, Filium ex Patre genitum esse per
simulationem, & non ex ueritate. Omne enim genitum non est creatum, & creatum
non genitum. Si uero genitum est creatum, iuxta alium modum creatum est, uelut, ut
uerbi gratia dicamus, homines gignunt homines, sed non creant: hi uero superne ex
Deo sunt creati. Quapropter quæ ab ipsis quidem gignuntur, genita sunt, à Deo ue-
ro omnia creata sunt. Quum autem sit Deus increatus, genuerit autem sibiipsi filium,
& non creauerit: non aliud gignit à sua essentia. Quomodo igitur genimen ex ipso erit
creatum, quum pater increatus sit? Si uero creatum apud ipsum est genimen, non am
plius genimen uocatur. Et multa sunt quæ aduersus eiusmodi absurdam opinionem
dici possunt. Indecorum autem est etiam Deo, esse aliquando sine filio, postea uero uo
cari patrem post filium. Et indecorũ est filio, esse ante ipsum tempus. erit enim tem-
pus maius ipsius maiestate. Condecens est autem patri, ut semper habeat inidentita-
te dignitatum nullum defectum ac sempiternitatẽ. Et quod ante Deum nihil erat, hoc
manifestum est. Deus itaque, uelut dixit Aëtius, & ingenitum idem significat. Et quo-
modo seipsum complicando accusat potius quàm confirmat? Si enim cum Deo est
Deus, uelut etiam est, etiam ingenitum admittit genitum filium, habet enim compre-
hensim uocem Deus. Simul profertur autem cum patre à uoce Deus, & cum patre ho
noratur Deus Verbum, etiamsi Aëtio hoc non in mentem uenit, quum omnes creatu
ræ filium adorent, & omnis lingua cõfiteatur, quod IESVS est CHRISTVS in glo
riam Dei patris. Cui gloria Patri in Filio, cum sancto Spiritu, in sæcula sæculorum,
Amen. Aëtij conclusio ad finem. Sanos & sanas uos, is qui est per se genitus
Deus, qui etiã solus uerus Deus propterea appellatus est à misso IESV CHRISTO,
qui substitit uere ante sæcula, & genitæ substantiæ uere existit: conseruet ab impietate,
per CHRISTVM IESVM Saluatorem nostrum, per quem omnis gloria Deo & pa
tri, & nunc & in sæcula sæculorum, Amen. Confutatio. Et ad finem Aëtius suæ
congregationi scribens, quos decertatores ac decertatrices dixit, nõ destitit ab eiusmo-
di uerborum flagitijs: sed etiam in hoc quod sanos ait, ostendit doctrinæ suæ alienita-
tem. Dicit enim, Sanos & sanas uos, is qui est per se genitus Deus: nulla consideratio-
ne habita, quod in uno uerbo totam quæstionis suæ subseminationẽ destruxit: quum
enim dixerit in superioribus capitibus de ingenito Deo, præuidit etiam quod neq; se-
ipsum fecit, hic uero per se genitum nobis falso introducit. Tota autem mens ipsius
in obliuione sui constituta est, ut deprehendatur. Deinde dicit, Qui etiam solus uerus
Deus propterea appellatus est. At iuxta suum sermonem & sentẽtiam, aut tollit filium
esse Deum, & frustra profert nomen, ut Christianus nomine appelletur: aut Deũ qui
dem habet filium, sed non uerum. Et erit ipsi unus Deus uerus, & unus non uerus. Iu
xta descensum uero unum sub uno inueniens, & amplius Spiritum sanctum in mino-
re ac inferiore ordine locans, aut minorem rursus Deum habebit, aut hunc Trinitati
non connumerans, erit penitus à Christianis alienus miserrimus ille homuncio, & de
cætero Græcus absolutissimus denũciabitur, & numero Sadducæus, alienus quidem De-
à Spiritu sancto, uelut etiam est, Græcis uero in parte comparatus: unum quidem De
um asserens magnum, & unum paruum: unum uerum, & unum non uerum, uelut
Græci confitentur, unum magnum Deum, alios paruos nominantes: quum diuina
Scriptura clare redarguat, & de patre quidem dicat, quod est Deus uerus, & de filio li-
militer, quod est Deus: & de patre, quod lux Deus, de filio uero, erat lux uera: & Spiri
tu sancto, quod est spiritus ueritatis. Vere itaq; annunciatur nobis Trinitas in sapien-
tia &

tia,& altitudine diuitiarum. Deinde rursus dicit,à misso IESV CHRISTO, & non reueritus est dedignari unigenitum nomine Dei, sed solum nuda dictione usus est, uelut in superioribus capitibus cõfessus est, usque ad nudam appellationem tribuens Filio nominis honorem. Dicit autẽ ante sæcula uere substitisse, & uere genitæ substantiæ esse. Cõseruet autem,inquit,ab impietate: solet autem omnis mala mulier suos mores præoccupare ac prædicare. Quum enim non uideat in quãta sit impietate,seipsum pium putat. Quemadmodũ qui ex leui sideratione insania laborant,seipsos quidẽ putant sapiẽtes esse,alios uero mente captos. Hinc uero per CHRISTVM IESVM Saluatorem nostrum,neque Dominum nostrum exprimere ausus fuit,sed per simulationem Saluatorem nostrum dixit. Et ait,per quem omnis gloria patri,& cætera: & hoc ipsum quod dicit omnis gloria,eò tendit ut detrahat filium ab honore & gloria,quod sanè nemo pius unquam sustinere poterit,& qui donum ueræ fidei à Spiritu sancto accepit. Porrò quum hæc omnia ab hoc Aëtio per dialecticam quandam artem ac syllogisticam humanarum præstigiarum uersutiam in capitibus quadraginta septem relata tractauerimus,hortamur uos ô Christiani ac serui CHRISTI, & filij ueritatis, ut hæc diligenter legatis,& statim cognoscetis omnem ipsius terrenam uanitatem,& doctrinam à Spiritu sancto alienam. Nam non fuit ausus uel in una dictione mentionem facere diuinæ Scripturæ, aut alicuius dicti ueteris aut noui Testamenti, non ex lege, non ex Prophetis,non ex Euangelijs,non ex Apostolis:non alicuius Patriarchæ testimonium afferre:non ipsius Saluatoris, non Patris, non sancti Spiritus dictum per Apostolos relatum, aut per Prophetas: quo penitus per se deprehenderetur ab amicis ueritatis, quod omnino alienus est à Deo et ipsius fide. Arbitror autem nos sufficienter pro uiribus ad propositiones ipsius respondisse, inerudito quidem sermone, uerum cõfirmatione à diuinis Scripturis & pia ratiocinatione sumpta. Et quandoquidẽ abunde in cõfutationibus aduersus ipsum de fide palàm disseruimus,hæc sufficere putamus,ut ne ampliore facto additamento, molestiam quãdam ampliorem legentibus exhibeamus. Cæterum rursus pauca ex quibus ipse mente elatus est, post alienã suam fidem,& in CHRISTVM ac sanctum ipsius Spiritum inimicitiam,& quæ ausum est os ipsius ac discipulorum eius audacter in altum eructare, & ingentes blasphemias proferre,compendiò dicam. Hic etenim cum suis sectatoribus inani imaginatione deceptus est supra omnes homines,nõ in eo quod noscant Deum secundum fidem,sed natura secundum scientiam; uelut etiam supra alicubi memini. Dicunt enim ipsi non simpliciter se nosse Deum in cognitione fidei,sed uelut cognoscit quis omne uisibile & quod manibus suis contrectat,uelut si quis in manus accipiat lapidem aut lignum,aut alterius cuiusdam materiæ instrumentũ. Sic enim dixit hic generosus,nempe, ita noui Deum sicut meipsum, & non intantum noui meipsum sicut Deum. Cæterum stulta dicere & audire,multis quidem cõtingit ad fraudem,prudentibus uero in ludibrium. Quis enim uesanus ac furiosus non potest etiam alios furiosos facere, maxime sequentes & obedientes: Si enim quis interrogauit ipsum & discipulos ipsius ac dixit, Ne recense mihi quod Deum noscas incomparabilem & incõprehensibilem,qui secundum speciem quidem non comprehenditur, uerum per fidem à seruis cognoscitur: sed dic ac recense mihi fundamenta terræ,promptuaria abyssi, uenas maris,inferni locum,aëris mensuram,cœlorũ formam & crassitudines,quod est summum supernorũ, quod est extremum infernorum, quid in dextra, quid in sinistris, creationẽ ac formationem tuijpsius mihi dissere, et eorum quæ in terra sunt inenarrabilia, numerũ ac mensuras. Vbi hæc audiuerunt, uelut percepimus ab his qui ab ipsis decepti sunt,ad sophisticos prætextus declinantes per cauillum dicunt, ab illo uidelicet edocti. Omnia hęc corpo ralia,& sunt,et nosse nõ possumus. Deum autem qui ipsa fecit,nouimus dare quis est,

& qualis est, & quomodo est. Quis autem, his auditis, non statim risum effuderit: Stolidum enim est hoc totum, quod opificem incomparabilem ac inenarrabilem dicit se nosse & exacte scire, (atq; utinã dixisset se per fidem nosse & exacte cognouisse, & non secundum scientiam quandam ac noticiam cõtrectationis dicere ausus esset) quæ uero ab ipso incomparabili facta sunt, dicit seipsum & suos non scire, eo quod secundum speciem apud uidentes in admiratione esse possunt: maxime quum ubiq; diuinæ Scripturæ clare de Deo prædicent, inuisibilem ipsum esse & incomprehensibilem, & nulla mentis ui cognoscibilem, solum autem per fidem in ueritate cognosci quod est, & diligentibus ipsum mercedis retributor fit. Quũ porrò quis ex recte sentientibus de Dei gloria, fideq; ac dilectione, & incomprehẽsibilitate dixerit ipsis, Nos nouimus Deum inuisibilem, inenarrabilem, nouimus autem ipsum reuera existentem inuisibilem ac incomprehensibilem: per cauillum ac ludibrium uelut fabulam quandam recensere ausus est hic qui nouam dialecticam nobis producit, Cui igitur, inquit, similes estis, & uestra illa fides? uirgini corruptæ, cæcæ existenti & surdæ ac mutæ: quæ quidem quod corrupta est omnibus qui ipsam nosc unt, ostẽdit, interrogata autem quis sit uiolator, non audit ut intelligat: & neq; uidit corruptorem, eo quod cęca est: neq; eloqui potest, quoniam muta est. Verum hæc ipsius fabula uice uersa in ipsum retorqueri potest, iuxta id quod scriptum est, Conuertat labor ipsius in caput ipsius. Et, Cadet in foueam quam fecit. & quæ sunt his similia. Ipse enim similis est cæco ex natiuitate sic genito, loquenti autem & multa loquenti ac audienti, & scienti quidem albi ac nigri nomen, cærulei quidem ac prasini ac fului, & aliorum diuersorum nominum, lucisq; ac tenebrarum, quorum nomina quidem auribus percepit, nõ tamen cognoscit quid sit species, ac forma, neq; omnino potest ipsam interpretari, eo quod ab initio cęcus genitus est, et uarietatem uniuscuiusq; qualitatis colorum ignorat, itemq; formam. Vnumquodq; enim horum nominum conuenientem discretionem per sensum uisus habet, non autem per sermonem, neque per contrectationem ac tactum probari potest, ab eo qui ab initio formam non nouit. Quum igitur hi qui à natiuitate cæci sunt, de his differentes, & nigrum albo opponi scientes, & uiridi cœruleum ac purpureum & coccinum, atq; alios colores, interrogauerint à nobis qualitatem formæ, & uniuscuiusque qualitatis colorem, neque dicere possunt, neque à uobis doceri, sed solum per rationem mentes suas persuadent, decipiunt autem audientes, uelut perfectæ discretionis gnari, etiamsi uerbis dicant, ignorantiam tamen per incomprehensibilitatem possidentes. Sic etiam hic prodit nobis de Deo dicens, & de nobis quidem per cauillum prędicat mutę & surdæ ac cæcæ uirginis corruptionem, quum ipse per suas blasphemias magis sit corruptus, & ignorantiam uelut à natiuitate cæcitatẽ adeptus: loquens quidem de Deo, uerbis autem assimilans, & discipulos suos ad impudentiam instituens, nihil enim ipsi nõ audent. Blasphemant quidem igitur Prophetarum nomina & Apostolorum, quum ab aliquibus redarguuntur ac castigantur decurrentes & resilientes ac dicentes, hoc Apostolus uelut homo dixit. Aliquando uero, quid mihi profers ea quæ sunt in uetęri Testamento? Non est autem hoc mirum iuxta ea quæ ab ipso Saluatore dicta sunt, nempe, Si patremfamiliâs Beelzebub uocauerunt, quanto magis domesticos ipsius? Si itaq; ipsum Dominum & ueram ipsius gloriam negant, quanto magis Prophetas ipsius & Apostolos. Quin & in ampliorem insaniam delati ipsius sunt discipuli, & horum successor Eunomius quidã falso appellatus, qui adhuc hodie supereſt in uita magnum & temerarium flagitium. Rebaptizat enim iam baptizatos, non solum eos qui ab orthodoxis & sectis alijs ad ipsum ueniunt, sed etiam eos qui ab ipsis Arianis. Rebaptizat autem ipsos in nomen Dei increati, & in nomen filij creati, & in nomen spiritus sanctificatiui, & à creato filio creati. Quo uero tota nequiciei & orchestræ ac scenæ ipsorum

Impudentia Actianorum.

Anabaptistæ.

sorum officina conspiciatur, quod non est fides, quæ ab ipsis prædicatur, sed ferè dixerim mimorũ officina, affirmarũt quidam, quod in caput baptizat eos qui ab ipso baptizantur, pedibus sursum uersis, & capite deorsum. Et sic per iusiurandum cogit ipsos iurare, ut ne resiliant à tali hæresi ab ipso instituta. Aiunt autem eundem Aëtium post obitum Constantij, à Iuliano rege ab exilio reuocatum esse, quum adhuc esset diaconus suæ hæresis, & à suæ hæresis episcopo ad episcopatum euectum esse. Hæc sunt quæ ad nos de Aëtio & discipulis ipsius peruenerũt, quibus aliqui Anomœorum nomen imposuerunt, eo quod amplius & uehemẽtius adhuc Arij hæresim amplexi sunt & sequuti. Quæ sanè cum pro uiribus exactè ex Dei auxilio recensuerimus, & uelut multipedem scolopendrã, & reptile quod Iulus uocatur, per ueritatis pedem conculcauerimus, & uera unigeniti confessione contriuerimus, consueto more Deo gratias agentes, & ipsius potentiam in auxilium nostræ imbecillitatis cupientes, ad reliquas deinceps pro uiribus ac captu nostro ô dilecti, transeamus, ipsum inuocantes, uelut dixi, Dominum, ut adsit nobis ad illas ostendendas, & confutationem ipsarum faciendam, quo per uirtutem potentię ipsius possimus implere promissionem tenuitatis ac paruitatis nostræ.

Scolopendræ multipes.
Iulus reptile.

Finis Primi Tomi Tertij Libri Epiphanij.

SECVNDI TOMI TERTII LIBRI DE EPI-

PHANII, AVT SEPTIMI, ET VLTIMI TOMI, IVXTA numeri ab initio diuisionem, hæreses quatuor sunt, hoc modo.

1 *Dimœritæ, qui non perfectam Christi incarnationem confitentur. Quorum aliqui coessentiale corpus Deitati dicere ausi fuerunt, quidam uero animam ipsum accepisse negabant. Aliqui autem propter dictum hoc, Et uerbum caro factum est: huic dicto innitentes negabãt à creata carne, hoc est Maria, ipsum carnem accepisse, & contentiose solum Verbum carnem factum esse dicebant. Postea uero haud scio quo consilio, mentem ipsum non accepisse dicunt.*

2 *Antidicomarianitæ, qui sanctã Mariam semper uirginem, postquã genuit Saluatorem, ipsi Ioseph copulatam fuisse dicunt.*

3 *Collyridiani, qui in nomen eiusdem Mariæ in die quadam anni stata, collyridem quandam offerunt, quibus indidimus Collyridianorum nomen.*

4 *Massiliani, quos interpretari possis precatores. Cõiunguntur his hæreses à Graecis introductæ, nempe Euphemitæ, & Martyriani ac Sataniani. Hæc est septimi summa, & trium librorũ finis. Simul autem omnes hæreses octoaginta sunt. In ipso porrò fine huius tertij libri, ac septimi tomi, postremum fides catholicæ Ecclesiæ habetur, & Apologia pro ueritate, & prædicatio Euangelij Christi, & catholicæ ac apostolicæ Ecclesiæ character, quæ est ab æterno, uerum per temporum successionem manifestissime in Christi aduentu in carne reuelata est.*

Contra

Contra Dimœritas, hæresim LXXVII.

CONSEQVENTER ab his quas retulimus, rursus grauis molestaq; & à fide aliena nobis prodijt in uitæ præsumptione sententia atq; hæresis, ex qua causa nō habeo, quod dicam, sed ut ne quiesceret qui semper cōturbat humanam naturam, et bello, ut ita dicam, infestat diabolus, amara sua uenena admirandis edulijs immittens, & uelut in melle amaritudinem ammiscens, per quosdam quorū uita in summa admiratione est, & qui ob orthodoxæ fidei laudē semper prædicātur. Nam hoc ipsius opus est, qui ab initio patri nostro Adam inuidit, & ab omnibus hominibus inimicus est. Et quemadmodum à quibusdam sapientibus dictum est, quod inuidia semper magnis successibus aduersatur: sic etiam per magnas personas quosdā prætextus ille immisit, ut nos & sanctam Dei Ecclesiā inuexatos non sineret, sed turbas semper cieret, & bello impeteret. Visum est enim quibusdam, & his ex nobis progressis, & in magna existimatione degētibus, & qui apud nos & omnes orthodoxos semper in laude ac admiratione fuerūt, ut mentem à CHRISTI in carne aduentu abiecerint ac dixerint, Quod carnem accepit CHRISTVS ubi uenit Dominus noster, itemq; animam, mentem uero non accepit, hoc est perfectum hominem. Quid autem ex hoc uitæ contulerunt, non habeo quod dicere possim, aut à quibus prioribus didicerint: aut quod utile ex hoc lucrati sint: aut nobis & audientibus ac sanctæ Dei Ecclesiæ commodarint. Nihil profectò, præterquam turbam & diuisionem in nobis excitarunt, tristiciamq; ac damnum mutuæ dulcedinis ac dilectionis induxerunt. Nam diuinarum Scripturarum consequentiam ac rectitudinem, & innocentiæ confessionem, propheticamq; ac euangelicam & Apostolicam fidem relinquentes, sophisticam & fabulosam sententiā nobis falso inuexerunt, cum qua etiam multorum grauium malorum consequentiam: implentes in seipsis id quod dictum est, Quod discedent quidam à sana doctrina, intenti fabulis ac uanitatibus. Senex reuerendus, & nobis semper dilectus & beato Papæ Athanasio, omnibusq; orthodoxis, Apollinarius à Laodicea, hic erat qui in principio hoc uerbum ex cogitauit ac produxit. Et primum quidem ubi audiuissemus à quibusdam ipsius discipulis, fidem nō habebamus, quod talis uir hanc sententiam in uitam inuexisset, amplius in expectatione spei longanimes, donec rei certitudinem cognosceremus. Dicebamus enim eos qui ad nos ab ipso uenerant, non intelligere profunditatem eorum quæ à tam docto ac prudente doctore dicerentur, & à seipsis hæc dicere quę ab ipso non didicissent. Multa enim erant in his qui ad nos uenerant, quæ ambigua erant. Quidam enim ipsorum ausi fuerunt dicere, CHRISTVM ex supernis corpus detulisse. peregrinus autem sermo in cogitatione hominum permanens uehementem profectum faciebat. Alij uero ex ipsis, etiam animā accepisse CHRISTVM negauerunt. Quidam etiam coessentiale corpus CHRISTI deitati dicere ausi sunt, & orientales partes in multam turbam concitarunt, propter quos necesse fuit Synodum conuocari, & tales anathemate ferire. Sed & commentarij facti sunt, quorum exemplaria ad beatum Papam Athanasium missa sunt. Propter quam exemplariorū causam etiam ipse beatus coactus est scribere epistolam, contra eos qui talia dicunt, minis adiectis, atq; eam epistolam ad reuerēdissimum episcopum Epictetum misit. Dignatus est enim de hoc uel ipsis turbatoribus respōdere. Clare uero de fide idem beatus Papa scripsit, & qui illa dicunt, ac turbas excitant, eos exterminauit. Cuius sanè epistolæ exemplar hic apponere per totum necessarium duxi, & est hoc.

Mentem in Christo negantes.

Apollinarius.

Athanasij epistola. Epictetus episcopus Corinthiorum.

Athanasius episcopus Alexandriæ, ad Epictetum episcopum Corinthiorum.

EGO quidem putabam omnem uaniloquentiam omnium, qui usquam sunt hæretici sedatam esse ex Synodo in Nicæa habito. Nam fides quam in ipsa confessi sunt patres secundum sanctas scripturas, sufficiens ad cõfutandam omnem impietatem, & confirmandam piam in CHRISTO fidem. Propterea sanè etiam nunc diuersis habitis Synodis, in Gallia & Hispania ac magna Roma, omnes qui conuenerunt eos qui dem, qui occultant & Arij dogma spirant, Auxentium inquam in Mediolano, & Vrsacium & Valentem ac Gaium à Pannonia, uniuersali suffragio, uelut ab uno spiritu commoti, detestati sunt. Scripserunt autem quoquo uersus, propterea quod tales sibi ipsis Synodorum nomina excogitabant, ut nulla in catholica Ecclesia Synodus nominetur, nisi sola ea quæ habita est in Nicæa, quæ omnis hæresis trophæum est, & præsertim Arianæ, propter quam maxime etiam tunc Synodus congregata fuit. Quomodo itaq; post tot facta aliqui adhuc ambigere, aut quæstionẽ mouere conantur? Si quidem igitur ex Arianis sunt, nihil miri est, si ea quę contra ipsos scripta sunt, calumnientur: quemadmodum etiam Græci quum audiunt, Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum, stulticiam putant sancti Spiritus doctrinam. Si uero ex his sunt qui recte credere & ea quæ à patribus manifestata sunt, amplecti sibi uidentur, per quæstionem destruere uolentes, nihil aliud faciunt, quàm uelut scriptum, proximo potum prębent turbidam cõfutationem, in nullã uero utilitatem uerbis contendunt, quàm ad subuertendos simplices. Hæc autem sic scribo, quum adeptus sim commentarios à pietate tua factos, qui ne scribi debebant, ut ne memoria quidem aliqua ipsorum ad posteritatem trãsmitteretur. Quis enim unquã talia audiuit? Quis autem docuit aut dicit, Ex Sion non exibit Verbum Domini, & lex Dei ex Hierusalem? hæc uero quando exiuerunt? Qualis infernus eructauit, ut coessentiale dicatur corpus ex Maria Verbi deitati? Aut quod Verbum, in carnem & ossa ac pilos, & totum corpus transmutatum est, & à propria natura immutatum? Quis uero omnino audiuit à Christianis, quod adoptione & non natura corpus gestauit filius? Aut quis adeò impius fuit, ut dixerit simul ac senserit, quod deitas ipsius quæ est coessentialis patri, ipsa circumcisa est, & imperfecta ex perfecta facta, & quod in ligno clauis affixum erat, nõ erat corpus, sed ipsa opifex naturæ essentia? Quis uero audiens, quod non ex Maria, sed ex sua essentia transmutauit sibiipsi Verbum desideratum corpus, dixerit Christianum esse eum qui hęc dicit? Quis autem nefariam hanc excogitauit impietatem, ut uel in mentem uenerit ut diceret, Qui dicicit ex Maria esse Dominicum corpus, non amplius Trinitatem, sed quaternitatem in deitate docet? Quare propter hoc hí qui sic sentiunt, carnem quam induit Saluator ex Maria, essentiæ ipsius Trinitatis dicunt. Vnde uero rursus eructauerunt aliqui æqualem prædictis impietatem, ut dicant non esse recentius corpus deitate ipsius Verbi, sed consempiternum ipsum per omnia genitum esse, quandoquidem ex sapientia constat. Quomodo uero etiam dubitare ausi sunt hi qui appellantur Christiani? Si Dominus qui ex Maria prodijt, filius quidem essentia & natura Dei est, uerum quãtum ad carnem ex semine Dauid est, carnis autem sanctæ Mariæ: qui igitur adeò audaces fuerunt, ut dixerint CHRISTVM carne passum ac crucifixum, non esse Dominũ ac Saluatorem & Deum & filium patris? Aut quomodo Christiani uolunt nominari hi qui dicunt in sanctum hominem, uelut in unum ex Prophetis uenisse Verbum, & nõ ipsum hominem factum esse, accepto ex Maria corpore: sed alium esse CHRISTVM, & alium Dei filium, qui ante Mariam & ante sæcula filius est patris? Aut quomodo Christiani esse possunt, qui dicũt alium Deum esse, & aliud esse Dei Verbum? Hæc erant in commentarijs indifferenter quidem dicta, uerum uero & eandem sententiam habentia respicientem ad impietatem. Propter hæc disceptabant

Nicænæ Synodi autoritas

bant ac litigabant inter se hi qui gloriantur ob cõfessionem patrum in Nicæa factam: Ego uero admiratus sum pietatis tuæ patientiã, quod non compescuit eos qui talia dicunt, & piam fidem ipsis proposuit, quo aut ea audita quiescant, aut cõtradicentes, uelut hæretici nominentur. Nam prædicta, neq; dicta, neq; audita sunt apud Christianos, sed omni modo ab apostolica doctrina aliena sunt. Quapropter sanè & ego illorum dicta nude in epistolã inscribi feci, quo etiam is qui audit solum, uideat turpitudinem in ipsis ac impietatẽ. Etsi autẽ oportebat eorũ qui hęc excogitauerunt turpitudinẽ pluribus accusare ac redarguere, attamen bonũ esse duxi hactenus et nihil amplius per epistolam scribere. Nam quæ ita palàm uitiosa ostenduntur, amplius exercere, & curiosius inuestigare nõ oportet, ut ne contentiosis uelut ambigua putentur. Hoc uero solũ ad talia respondere ac dicere satis est, Quod nõ sunt hæc catholicæ Ecclesiæ, neq; patres hęc docuerunt aut senserunt. Quo uero nõ ex perpetuo silentio nostro, occasionẽ impudentem sibiipsis illi malorũ repertores arripiãt, bonũ fuerit paucorum ex diuinis Scripturis mentionẽ facere. fortassis enim uel sic reueriti cessarint à sordibus his inuentis. Vnde uobis in mentẽ uenit ô boni, & dicatis coessentiale esse corpus ipsius Verbi dei tati: præstat enim ab hoc ordiri, ut ubi hoc putidũ ostensum est, etiam omnia alia talia esse ostendant. Ex Scripturis enim nõ potest hoc inueniri, Deũ enim in humano corpore fuisse dicunt. Sed & patres in Nicæa congregati, nõ corpus, sed ipsum filium dixerũt coessentialẽ patri: & hunc quidẽ ex essentia patris, corpus uero ex Maria esse, rursus confessæ sunt Scripturæ. Aut igitur negate Synodum Nicænam, & uelut hæretici hæc falso inducite: aut si uultis filij patrũ esse, ne sentiatis præter illa quæ ipsi scripserunt, nam ex hoc absurditatẽ speculari uobis licet. Si coessentiale est Verbũ corpori ex terra natura habenti, coessentiale aũt est Verbũ patri iuxta patrum cõfessionẽ, coessentialis erit etiã ipse pater corpori ex terra facto. Et quid succensetis Arianis, qui ipsum filium creaturã dicunt? Dicunt enim & ipsi patrẽ coessentialem creaturis. Et quum ad aliam pietatẽ transeuntes dicatis, in carnẽ, & ossa ac pilos & neruos atq; totũ corpus, Verbum transmutatũ esse, & à propria natura immutatũ, tempestiuum fuerit uos dicere palàm ex terra ipsum factum esse. Ex terra enim, ossiũ et totius corporis natura est: Quæ igitur est tanta demẽtia, ut etiã aduersus uosipsos pugnetis? coessentiale quidem dicentes Verbum corpori, aliud ad aliud significatis, in carnem uero ipsius Verbi mutationem transmutatã esse imagini. Et quis deinceps uos ferre poterit uel loquẽtes tantum hęc? Supra omnes enim hæreses ad impietatẽ declinauistis. Si enim coessentiale est Verbum corpori, superflua est Mariæ mentio & usus, quum possit corpus etiam ante Mariam sempiternè esse, quemadmodum sanè est etiam ipsum Verbum, siquidem secundũ uos essentiale est corpori. Quæ uero est utilitas aduẽtus Verbi, quo aut suam ipsius coessentialitatem indueret: aut à propria natura immutatũ, corpus fieret? Non enim ipsa seipsam apprehendit deitas, quo & coessentialitatem suam induat. Sed neq; peccauit Verbum, quod aliorũ peccata redemit, quo mutatũ in corpus, seipsum pro seipso oblationem offerat, & seipsum liberet. at non est ita, absit. Semen enim Abraæ apprehendit, uelut Apostolus dixit: unde debuit per omnia fratribus assimilari, & assumere simile nobis corpus. Quapropter etiã uere subiacet Maria, ut ex ipsa hoc accipiat, et uelut propriũ pro nobis ipsum offerat. Et hanc Esaias prophetãs ostendebat dicens, Ecce uirgo in utero habebit, et pariet: Gabriel aũt mittit ad ipsam, nõ simpliciter ad uirginẽ, sed ad uirginẽ desponsam uiro, quo ex spõso ostendat Mariã uere hominẽ esse. Et partus meminit Scriptura, & dicit Fasciis inuoluit. et beata prædicabant ubera quæ suxit. Et oblatũ est sacrificiũ, uelut aperuerit genitus uterũ. Hæc uero omnia paricntis uirginis signa ac notę erãt. Sed & Gabriel cautè ipsi nũciũ attulit, dicẽs nõ simpliciter, quod nascitur in te, ut ne forinsecus introductũ ipsi corpus putaret, sed ex te: quo id quod nascitur ex ipsa, palàm ex natura esse crederetur. et hoc ostẽdit etiam natura.

Nam

Nam impossibile est, corpus uirginis lac ferre quæ non peperit. Et impossibile est lactẽ nutriri corpus & fascijs inuolui, quod non prius natura genitum est. Hoc est quod circumcisum est octauo die, hoc Simeon in ulnas suscepit, hoc puer fuit & creuit, & decem annorũ factum ad trigesimum annum peruenit. Nõ enim uelut quidam putauerunt, essentia ipsa Verbi mutata circũcisa est, quũ sit inalterabilis & immutabilis, ipso
» quidem Saluatore dicente, Videte me, quoniam ego sum, & non alteratus sum: Pau-
» lo uero scribente, IESVS CHRISTVS heri & hodie idem & in sæcula: sed in circumciso corpore & gestato, et quod comedit ac fatigatũ est, & in ligno affixum ac passum, erat passionis exors & incorporeum Dei Verbum. Hoc erat in monumẽto positum, quando ipse iuit ad prędicandũ etiam spiritibus in carcere, uelut Petrus dixit: id quod maxime ostendit dementiã eorum, qui dicunt in ossa et carnem mutatũ esse Verbum. Si enim hoc esset, nõ fuisset opus monumento, ipsum enim iuisset per seipsum corpus ad prædicandũ spiritibus in inferno. Nunc uero ipsum quidem Verbum iuit ad prædicandum, corpus autem sindone inuolutũ deposuit Ioseph à Golgotha. Et ostẽsum est omnibus quod nõ corpus erat Verbum, sed corpus erat Verbi. Et hoc ubi ex mortuis resurrexisset, cõtrectauit Thomas, & uidit in ipso typos clauorum, quos sustinuit ipsum Verbum, uidens ipsos configi in proprio corpore, & quũ posset prohibere, nõ prohibuit. Sed & quæ propria sunt corporis, incorporeũ uerbum uelut suaipsius sibi propria faciebat. Nam quũ corpus uerberaretur à ministro, uelut ipsum pateretur dixit, quid me cædis? Et quũ natura intangibilis esset, tamen dicebat: Dorsum meum de-
» di in flagella, & nõ auerti faciem meam ab insputamentis. Quæ enim humanitas Verbi patiebatur, ea in ipsa degens Verbum ad seipsum referebat: quo nos Verbi deitatis participes fieri possemus. Et erat admirabile prẽter omnem opinionem, quod idem erat quod patiebatur, & quod nõ patiebatur. patiebatur quidem, quoniam proprium ipsius corpus patiebat, & in ipso quod patiebatur erat. Non patiebatur aũt, quòniam natura Deus existens, Verbum passionis exors est. Et ipsum quidem in corporeũ, erat in passibili corpore. Corpus uero habebat in seipso passionis exors Verbũ, quod imbecillitates ipsius corporis delebat. faciebat autẽ hoc, & fiebat sic, ut ipsum quæ nostra sunt suscipiens, & oblationem offerens, ipsa obliteraret: de cætero suis ipsius nos amplexum faceret Apostolum dicere: Oportet corruptibile hoc induere incorruptibilitatem, & mortale hoc induere immortalitatem. Non autem adoptione hæc fiebãt, uelut rursus aliqui opinati sunt, absit: sed reuera in ueritate homine facto Saluatore, totius hominis salus facta est. Si enim adoptione erat in corpore Verbum, uelut illi uolunt: quod autem adoptione dicitur, imaginatio est & apparentia, reperitur quod in apparentia etiam salus & resurrectio hominum dicatur, iuxta impientissimi Manichæi sententiam. Atqui non in apparentia salus nostra facta est, neq; corporis solum, sed totius hominis, animæ & corporis uere in ipso salus facta est. Humanũ igitur natura est & uerum corpus Saluatoris quod ex Maria assumpsit, iuxta diuinas Scripturas. uerum autem erat, quoniam idem erat cum nostro. Soror enim nostra est Maria, quia omnes ex Adam sumus. Et de hoc nemo dubitauerit, qui reuocarit in memoriã ea quę Lucas scripsit. Postquã enim resurrexit ex mortuis, putantibus quibusdã quod non uiderent Dominũ in corpore ex Maria accepto, sed pro hoc spiritum conspicerent, dicebat: Vi-
» dete manus meas & pedes meos, & typos clauorũ, quoniam ego ipse sum: contrectate
» et uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet, quemadmodũ uidetis me habere. Ex
» hoc locutus, ostendit ipsas manus & pedes. Ex quibus uerbis etiã rursus redarguipossunt, qui ausi fuerunt dicere, in carnem & ossa mutatũ esse Dominũ. Non enim dixit, quemadmodũ me uidetis carnẽ & ossa esse, sed habere, ut ne ipsum Verbũ in hæc mutatũ putaret, sed idẽ & ante mortẽ, & post resurrectionẽ esse crederetur. Quũ aũt hęc sic habeãt demonstrationẽ, superuacaneum est adhuc alia attingere, & de ipsis aliquid

Naturarum in Christo ratio

tractare: quum corpus in quo erat Verbum nõ sic coessentiale deitati, sed uere ex Maria natũ, & ipsum Verbum non mutatũ sit in ossa & carnem, sed in carne fuerit. Nam quod apud Ioannem dicitur, Verbum caro factũ est: hanc sententiam habet, quemadmodum etiam ex simili hoc inueniri potest. Scriptũ est enim in Paulo, CHRISTVS pro nobis factus est maledictio: & quemadmodum non ipse factus est maledictio, sed quia maledictionẽ pro nobis suscepit, dictum est maledictionem factum esse: sic etiã caro factum est Verbũ, non mutatum in carnem, sed quia carnem pro nobis suscepit, & factus est homo. Etenim dicere, Verbum caro factũ est, æquale est, uelut si dicas, homo factũ est, iuxta id quod dictum est in Ioële, Effundam de spiritu meo super omnem carnem: non brutorũ erat promissio, sed in homines uergit, quorũ gratia etiam homo factus est Dominus. Hoc uero dicto hanc sententiã habente, meritò condemnabunt seipsos omnes qui putauerunt esse ante Mariam, carnem quę est ex ipsa, & ante hanc habuisse Verbum animã humanam, & in ipsa ante aduentum semper fuisse. Quiescent etiam qui dixerunt carnem non esse susceptiuã mortis, sed esse hanc immortalis naturæ. Si enim non mortuus esset, quomodo Paulus tradebat Corinthijs quod etiam accepit, quod CHRISTVS mortuus est pro peccatis nostris, iuxta Scripturas? Quomodo uero etiã omnino resurrexit, si non prius mortuus est? Erubescant aũt uehementer quibus omnino in mentem uenit, posse fieri pro Trinitate quaternitatẽ, si dicatur ex Maria esse corpus. Etenim si coessentiale dixerimus corpus Verbo, manet Trinitas Trinitas, quum nullum peregrinũ Verbum ad ipsam accedat. Si uero hominem dixerimus corpus quod est ex Maria, necessariò peregrino existẽte secundũ essentiam corpore, & existente Verbo in ipso: quaternitas fit pro Trinitate, propter corporis appositionem. Hæc quũ sic dicant, non intelligunt quod sibijpsis cõtradicunt. Nam etiam si non ex Maria dicãt corpus, sed ipsum coessentiale Verbo, nihilo minus quod simularunt ne sanè sic sentire putarentur, hoc ipsum iuxta ipsorum dementiã, quaternitatem dicere demonstrari potest. Sicut enim filius existens secundũ ipsos coessentialis patri, nõ est ipse pater, sed filius ad patrẽ dicitur coessentialis. Sic coessentiale corpus Verbo, nõ est ipsum Verbum, sed aliud coessentiale ad Verbũ. Quum aũt aliud sit, erit secundum ipsos ipsorũ Trinitas, quaternitas. Non enim uera & reuera, perfecta ac indiuisibilis Trinitas suscipit additionẽ, sed ea quę ab his est excogitata. Et quomodo amplius Christiani sunt, qui aliũ, præter eum qui est Deus excogitãt? Rursus enim etiam in alio ipsorũ sophismate desipientiam eorũ uidere licet. Si uero propterea quod est et dicitur in Scripturis, ex Maria esse et humanũ Saluatoris corpus: putant pro Trinitate quaternitatem dici, ut corpus uelut additamentũ dicatur: longe aberrãt, creaturã creatori adæquantes, & putantes posse deitatẽ additamentũ accipere: & ignorant quod non propter additamentũ deitatis Verbum caro factum est, sed ut caro resurgeret: neq; ut melius fieret Verbum progressum est ex Maria, sed ut humanum genus liberaret. Quomodo igitur possibile est corpus per Verbum liberatum & uiuificatum, facere additamentum ad deitatem ipsi uiuifico Verbo? Nam humano potius corpori magna accessio et additamentum contigit, ex Verbi ad ipsum societate ac unione. Ex mortali enim factum est immortale: & quum animale esset, spirituale factum est, & ex terra factũ, cœlestes portas pertransijt. Atqui Trinitas etiam ubi accepit Verbum ex Maria corpus, Trinitas est, non suscipiens additionem neque detractionem: sed semper perfecta est, & in Trinitate una deitas cognoscitur, atque sic in Ecclesia prædicatur, unus Deus qui est Verbi pater. Ex hoc porrò conticescent de cætero & hi qui aliquando dixerũt eum qui ex Maria prodijt, non esse ipsum CHRISTVM & Dominum & Deum. Si enim non Deus erat in corpore, quomodo statim progressus ex Maria, uocatus est Emanuel, quod est, si interpreteris, nobiscũ Deus? Quomodo uero etiam Paulus, si nõ Verbum erat in carne, Romanis scripsit, Ex quibus CHRISTVS, quantũ ad carnem

Quaternitatẽ inducentes.

attinet

attinet, qui est in omnibus Deus benedictus in sæcula, Amen. Igitur confiteantur qui prius negabant crucifixum esse Deum, se errasse, credentes omnibus diuinis Scripturis, maxime uero Thomæ, qui postquã uidit in ipso clauorum typos exclamauit, Dominus meus & Deus. Deus enim & Dominus gloriæ existens filius, erat in ignominioso crucifixo & honore exuto corpore. Corpus uero patiebatur quidem dum pungebatur in ligno, & defluxit ab huius latere sanguis & aqua, quum uero templũ Verbi esset, plenum erat deitate. Quapropter Sol uidens opificem suum, in cõtumelijs affecto corpore patientem, radios contraxit, & tenebras terræ induxit. Ipsum uero corpus naturam habens mortalem, supra suam naturam resurrexit, propter Verbum in ipso, & à corruptione quidem secundum naturam cessauit, indumentũ autem factum est Verbi. Vbi uero induit Verbum hominẽ excedens, factum est incorruptibile. Cæterum de eo quod imaginantur quidam & dicunt, quod quemadmodũ super unumquemq; Prophetam factum est Verbum, sic etiam super unum aliquem hominem ex Maria uenit Verbum: superfluum est tractare, quum demẽtia ipsorum palàm cognoscatur. Si enim sic uenit, cur hic ex uirgine, & non etiã ipse ex uiro & muliere? sic enim et singuli sancti geniti sunt. aut cur, quum sic uenerit Verbum, non uniuscuiusq; mors pro nobis facta dicitur, sed sola huius? Cur uero, quum in singulis Prophetis aduenerit Verbum, de solo eo qui est ex Maria, dicitur, quod semel aduenerit in consummatione sæculorũ? Aut cur quum sic uenerit ipse, uelut uenit in prioribus sanctis, alij quidem omnes mortui nondum resurrexerunt. hic uero ex Maria solus tertia die resurrexit? Aut cur quum similiter uelut alij uenerit Verbum, solus hic qui ex Maria prodijt, dicitur Emanuel, uelut corpori pleno deitate & genito ex ipsa? nam Emanuel significat nobiscũ Deus. Aut cur siquidem sic uenit, comedente unoquoq; sancto, & bibente ac fatigationem sentiente, et moriente: non dicitur quisq; uelut ipse comedere ac bibere, fatigationemq; percipere ac mori, sed de solo eo qui est ex Maria? Quę enim pertulit hoc corpus, ea uelut ipso patiente dicta sunt. Et quum alij omnes solum nati aut geniti esse dicãtur, de eo qui ex Maria est, solo dictum est, & Verbum caro factum est. Ex quibus ostenditur, quod ad alios quidem omnes factum est Verbum, prophetandi gratia. Verum ex Maria ipsum Verbum carnem sibijpsi accepit, et prodijt homo, natura quidem & essentia, Verbum existens Dei, secundum carnem uero ex semine Dauid, et carne Marię factus homo, uelut Paulus dixit. Hoc Verbum etiam pater ostendit in Iordane, & in monte dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est. Hunc Ariani quidem negauerunt, nos autem cognoscimus adorantes nõ dividentes filium & Verbum, sed ipsum Verbum scientes esse filium, per quem omnia facta sunt, & nos liberati sumus. Quapropter etiam admirati sumus, quomodo omnino inter uos de his ita facta est contentio. Sed gratia Deo, quantum tristicia affecti fuimus ex commentariorum lectione, tantum gauisi sumus ob horum finem. Cum concordia enim discesserunt, ac pacem amplexi sunt in cõfessione piæ ac orthodoxæ fidei. Hoc itaq; quum ego longe prius considerassem, induxit me ut ista pauca scripserim, quum expẽderim apud me, ne forte ex silentio tristicia oriatur pro gaudio, his qui concordiam exhibuerunt nobis gaudij occasionem. Rogo itaq; imprimis tuam pietatem, & deinde etiam audientes, ut cum bona conscientia hæc suscipiatis: & si quidem deest quid à pietate, hoc ipsum corrigatis, ac mihi indicetis: si uero uelut à dicendi artis imperito, neq; pro dignitate, neq; perfecte à me scriptum est, ut omnes nostræ circa eloquentiam tenuitati ac debilitati ignoscatis. Valete. Hactenus Epistola Athanasij.

Quandoquidem igitur & Epistola apposita est, & non solum ex his quæ de ipsis audiuimus, aut ab alijs, cõtra illos scribere aggressi sumus: sed omnibus etiam manifestum est, quod nulli calumniam struimus: consequenter tractationem contra ipsos arripiemus, quo undiq; suspicionem effugiamus, uelut qui fratres nostros calumniemur. Et

sanè

sanè opto etiam nunc ipsis, ut corrigant ea quæ uidentur nobis molesta esse, ut ne aut ipsi nostri damnum perpetiantur, aut nos ipsorum. Sæpe enim hoc per legationem missam egimus, & adhortati sumus, & adhuc adhortari non cessamus, ut tollant contentionem, & sequantur Apostolorum & Euangelistarum ac patrum diuinam constitutionem, & confessionem fidei minime curiosæ & firmæ ac incommobilis & iustissimæ in omnibus. Cæterùm alij in aures nostras retulerunt, quod non hanc nostram, neque similem nostræ accepit Dominus, ubi uenit, sed aliam à nostra. Atque utinam per glorificationem ac in laudem dixissent. Nam & ipsi dicimus sanctum esse corpus & impollutum. peccatum enim nō fecit, neque inuentus est dolus in ore eius. Et manifestum est omnibus pie de CHRISTO dicentibus ac sentientibus. Nos autem etiamsi ipsum corpus idem cum nostro suscepisse dicimus, tamen ipsius impollutum est corpus. In nobis uerò qui peccauimus inferius & imminutum est corpus, & non propterea alienū ac diuersum ab illo, sed propter peccata nostra ac delicta. Non enim aliud corpus Dominus accepit, & aliud nos habemus, sed idem corpus in ipso custoditum & impollutum cōseruatum. Alij uerò ex ipsis usque in hunc diem in contentione quadam feruntur, opinionibus alienis perducti, non secundùm doctrinam patrum, neque fidei caput cōtinentes, ex quo totum corpus per iuncturas ac ligamenta compactum ac confirmatum augescit augmēto Dei, uelut Apostolus dicit, sed forte assis uelut ab alienis quibusdam aures turbatas habentes, similiter ut Valentinus & Marcion ac Manichæus, etiam ipsi honorem Dei imaginantur magis quàm uerè dicunt. Vbi enim audierint à nobis, quod habuit CHRISTVS corpus nostrū, statim ad fabulas conuertuntur contentionis proprias, dicentes ungues ipsum habuisse, & carnem ac pilos, & si quid aliud est: non autem tales quales nos habemus, sed alios ungues habuisse, & alias carnes, & alia omnia nō qualia nos habemus, sed aliena à nostris: Nimirum rursus uolentes sophisticè CHRISTO attribuere, secundùm Valentinum & relatas hæreses, uanos sermones. Dicūt enim, quū CHRISTI omnia perfectè cōfessi fuerimus, & dixerimus quod curiosè scriptum est de talibus ab huiusmodi perscrutantibus, & nihil efficientibus. consternātes enim mentem simpliciorū, statim dicunt: Igitur opus habuit his quæ sunt secundùm consuetudinem carnis, & his quæ exterminari solent, & ad secessum spectant. Et alia quæ ipsis uidentur sapientia, uerùm horrenda sunt & nugis plena, uelut dicit Propheta: Quis enim requisiuit hæc ex manibus uestris? De quo enim sancto, & quidem quum homines sint prophetæ, & non dij: & de quo Euangelista ac reliquis qui ex anima & carne constant, & secundùm nos sunt citra ambiguitatem, scriptum est de talibus rebus? Vbi uerò nō potius honesta attribuit sanctis Scriptura, nedum Domino CHRISTO? Dicant autem nobis illi perterrefactores ouium, & consternatores columbarum, & fugatores agnorum ac pecorū CHRISTI, ubi uentrem exonerauit Moses per quadraginta dies? Vbi ea quæ ad necessitatem spectant fecit Helias in Chorra torrente, quando panem quidem mane comedebat, carnes uerò uespere, à coruis allatas per præceptū Dei? Stolidum enim esset Scripturam de his dicere, sicut nunc stultum est hos exquirere. Quæ est enim horum utilitas? aut quæ commoditas? nisi solum ad incredulitatem præiudicatæ rei, prætextus uaniloquentiæ & inanis cōfutationis habere. Dicant autem rursus nobis, qua ratione quādo uoluit fecit Deus, ut filijs Israël in quadraginta annis, neque pili nutrirentur, neque calceamenta ueterascerent, neque uestimenta atterērentur aut sordescerent? Num & hi à cœlo uenerunt? num Dei tales erant? & quidem quum non inter laudatos censeantur, sed qui in multis Deum offendissent. Nunquid non erant similibus affectionibus uelut nos obnoxij? Sed ut ostenderet Deus, quod omnia in seipso potest, & permittit ex sua uoluntate fieri & non fieri. Vt ne enim aliqui rursus illis deferrēt ea quæ sunt super naturam, propter ea quæ in admi

rationem facta sunt à Deo, hoc est, quod pili non augescebant, & uestimenta non uetustatem sentiebant, & alia. & quod panem angelorum comedit homo, in nostrā gra
» tiam cauit diuina Scriptura, & dicit: Accipiat unusquisq; clauum siue palum ferreum
» in cingulo suo, quo ubi in locum desidet, fodiat ac peruium reddat proprium sterqui
» linium, quoniā populus sanctificatus estis, & Dominus præsens est in medio castrorum. Ad hoc porrò etiam historiam afferunt Hebræi, quod durauerit ipsis figura ad tempus quoddam, usquequò uoluit Deus ostendere in ipsis hoc miraculum, & quidem quum ipsi uescerentur carnibus ac coturnicibus, contigit tamen ipsis ut hoc non esset eis opus. Et si apud Hebræos propter gloriam patrum, siue per gratiæ donum, siue secundùm ueritatem, hoc decantatur, & quidem scientibus ipsis, quod & homines fuerunt quos celebrāt, & corruptibiles ac non Dei, & ex carne ac sanguine & anima: quis tolerabit ex his audire adeò horrenda de CHRISTO, qui ex supernis uenit Deus Verbum, & de glorioso in omnibus ac uero ipsius in carne aduētu? in quo impleuit id quod dictum est, Tentatus per omnia uelut homo, excepto peccato. Facultas enim erat ipsi in ueritate carnem nostrā habenti, ut ne faceret quæ nobis uilia uidentur, & faceret quæ honesta erant, & proportionaliter deitatem decebant, per quem etiam filij Israël pilos non nutriebant, & uestes ipsorum non sordescebant. Et hæc secundùm traditionem ipsis contigerunt. Quod uerò etiam uestimenta habuit ab homine parata, minime ambiguum est. Diuiserunt enim uestimēta ipsius, & super uestitum ipsius miserūt sortem. Si uerò uestimentum erat ab hominibus paratum, nimirum ex lana erat & lino. Quæ uerò ex lino ac lana facta erant, inanima erant, & sensus expertia. Sed quando uoluit ostendere potentiam suam diuinam, transformatus ostendit faciem suam uelut solem, & uestimenta sua alba uelut niuem. Omnia enim possibilia sunt potenti, ut ostendat & ea quæ sunt præter expectationem, & sensus expertia ac inanima ad gloriam ac claritatem transmutet, uelut uirgam Mosis, uelut calceamenta filiorum Israël. Omnibus enim confessum est, quod apostoli sancti uiri fuerunt, corruptibiles corporibus quo ad nos, incorruptibiles autē propter habitantem in ipsis Dei gloriā. Et umbra quidem Petri omnes qui afferebātur habentes infirmitates sanabat. Et sudaria ac semicincta uestimentorum Pauli uirtutes operabantur. Et quomodo hi Deum curiosè obseruant, turpes quasdam opiniones fabricātes, de quibus nullus unquam necesse esse putauit differere, non propheta, nō euangelista, non Apostolus, non scriptor? Quæcunq; enim talia hi dicunt, etiamsi innumera ultra hæc male opinati fuerint, non subuertent paternam nostram fidem, quæ CHRISTVM in ueritate annūciat. Genitus est enim CHRISTVS in carne secundùm ueritatem à Maria semper uirgine per spiritum sanctum. Et statim à partu Emanuel uocatur, quod est Deus nobiscum: non amplius secundariò gignitur. Et aufugit in Ægyptum puer cum Ioseph & Maria. Nam quærebant animam pueri, uelut posset ipse in carne occidi. Et adoratus est à Magis uelut Deus uerus, in carne genitus, & nō in apparentia. Et reuersus ab Ægypto, secundùm timorem Ioseph non ingressus est in Hierusalem propter Archelaum, uelut posset puer compræhendi, & ante tempus in carne pati quod passurus erat. Et prohibitus est à Ioāne, agnitus à seruo Dominus, quia Deus erat homo factus in ueritate. Non admisit autem proprij serui in tali proposito honorem, quo omnem iustitiam in carne impleret, in ueritate & perfecta incarnatione delineationem salutis nobis relinquens. Sed & fatigatus est ex itinere in ueritate, & non simpliciter fatigatus est, sed etiam consedit, eo quòd uerè homo factus erat, & clamba-
» bat, dicens: Venite omnes qui fatigati estis & onerati, & ego reficiam uos: quo ostenderet deitatem suam sufficientem esse, ut omnem mundi multitudinem ad ipsum accedentem reficiat. Quin & tentatus est à diabolo, & mansit quadraginta dies sine cibo ac potu, ut ostenderet deitatem suam minimè indigentem. Nō enim famem sustinuit, uelut

uelut philosophicè nostro more abstinẽs,& seipsum strangulans ac uiolans, sed citra omnem penuriã, propter ueram suam deitatem. Et postea, inquit Scriptura, esurijt: quo ostenderet ueram incarnationem, concedente deitate aduentui in carne,ut hone stis necessitatibus ac ueris particeps fieret, ut ne uera consequentia ueram incarnatio- nem obliteraret. Nam & coram fico esurijt,& lutum uerum fecit. Sed sermonem di- xit ad ficum Deus, & factus est: & in naui increpauit uentũ,& quieuit:& per sputum ac lutum, sermone deitatis suæ, & sputo humanitatis suæ, & sputo rursus uelut ipsi Adam, ita etiam huic defectuosam partem formans largitus est, omnibus perfectè in ipso existentibus,in carne passis, in deitate uerò passionis exortibus, donec resurrexit ex mortuis,omnino non patiens de cætero, omnino non amplius moriens. Si uerò aliqui propterea quod non à semine uiri corpus ipse assumpsit, alienum intelligent: non omnino ea propter non est secundùm nostrum corpus. Ex quo enim ex Maria confessum est, nostrum erat. Nam & Maria non alia erat à nostris corporibus, & Adam non à semine uiri erat,sed ex terra formatus:& non omnino quia de terra erat, & non à semine uiri, ideo alienus erat à nostris corporibus. Nos enim ex ipso geniti sumus, & nõ sumus alieni ab illius corpore,quanquam ex semine uiri,& ab utero mu lieris geniti. Cæterùm quidam hæc sæpe cõminiscentes, & in mente habentes,à pro- posito exciderunt. Quidam uerò rursus ex ipsis qui ad nos uenerunt, innumera alia & ultra superfluè de uiro dicentes, multa laude celebrem illum criminati sunt. Et re- uera amplius quàm oportet, aut secundùm inscitiam, aut iuxta consequentiam, aut à seipsis, recensentes ac proferentes turbam commouerunt. Verùm nunc de superua- caneis hactenus sufficiat dixisse, quum intelligant legentes, quod neque inuidia,ne- que odio aduersus uirum flagramus. Optamus enim ipsum non separari ab Ecclesia CHRISTI, & dulcedine totius fraternitatis, sed deponere contentionis huius ser- monis instantiam, ut se conuertat, iuxta id quod dictum est: Reuertere reuertere Su- « manitis, reuertere ut intueamur in te. Attamen de proposito rursus consequentiã ap- prehendam. Non uult perfectum dicere CHRISTI in carne aduentum. Sed & sa lutem à quibusdam repellit, timorem inducens ac dicens, quod non oportet dicere perfectum hominem ipsum assumpsisse: nimirum à dicto quod ait, Suscipiens man- « suetos Dominus. Nihil uerò miri est, neque differentiam aliquam in hoc quisquam ostendere potest, in eo quod dicit Dominum carnem assumpsisse,aut perfectam hu- manam naturam suscepisse: quemadmodum sæpe inter nos multæ æquiuocæ sunt dictiones. Suscipiens enim,inquit,mansuetos Dominus:&,Suscepit me ex ouilibus « ouium:& assumptus est,& dixerunt duo uiri, Quid statis uiri Galilæi, hic qui à uo- bis assumptus est:& non omnino uox assumere unam habet differentiam,in eo quod dicit assumpsit,aut accepit, aut efformauit in seipsum propriam incarnationem. Non ex dictione hac consternãt nos qui uolunt contra simplices excitari,& oportet ac con uenit sic dicere. Et ne quis putet calumniari nos,aut per ludibrium dicere de hoc argu mento uerba. Sæpe enim consideraui de hoc scribere, ut ne quis putet nos per inimi- citiam contra ipsum insurgere. Nihil enim ullus nos læsit, quod ad hominem attinet loquor: neq; nostra in mundo diripuit:uerùm cõsiderans quomodo non scriberem, coactus sum ab ipsa ueritate,ut ne reliquã eos qui præter fidem quid senserũt: quem- admodum etiam pij lectores cognoscent, quod non mundanæ æmulationis gratia nobis instituta est hæc tractatio. Magis enim prodesset nobis, maximè hic in munda- nis disciplinis & in charitate, si cõcorditer cum sancta Dei Ecclesia per omnia omni- bus assensus esset,& nõ nouum aliquod uerbum falsò introduxisset. Siue igitur apud ipsum, siue apud discipulos ipsius sermo aliter intelligitur, & per hanc figurã ac præ- textum in transitu celebratur,non habeo quod dicam. Sæpe uerò cogitauimus ac stu pore perculsi sumus, quod huius sermonis gratia, contentionis ac certaminis aduer-

sitas exorta est,& usque ad mortem durat. Et ex hoc cognouimus, quod fortassis ex ampliore quadam opinione apud ipsos sermo celebratur. Vbi enim interrogaueris aliquos ex ipsis, diuersimode omnes respondent. Quidã enim dicunt non perfectam accepisse Dominum incarnationem, neque perfectum ipsum factum esse hominem. Quando uerò hoc multi fugerunt, postea simulatione ac ironia usi sunt, uelut postea ex ore ipsorum exactè didicimus. Nam in Antiochia constituti cum ramis ac germi-
Vitalius. nibus ipsorum cõgressi sumus, inter quos etiam Vitalius episcopus fuit, pientissimus uir, uita, & statu, ac conuersatione. Dicebamus autem consulentes ac rogantes, ut concordes essent fide cum sancta Ecclesia, & sinerent contentiosum dictum. At Vitalius dicebat, Quid uerò est quod in medio positũ nos separat? Habebat enim hic dissensionem aduersus uenerandum quendam uirum ac insignem, Paulinum episcopum. Et Paulinus rursus aduersus Vitalium à nobis accersitum. Quum itaque cuperemus ambos ad pacem concordes facere, uidebatur enim uterq; orthodoxam fidem prædicare, & uterq; dissidium habebat propter quendam causæ prætextum. Vitalius enim Paulino obijciebat dictum à Sabellio acceptum. Quapropter nobis isthic præsentibus abstinuit in totum à societate ad Paulinum, donec cum editione conscripta nos persuasit, cuius iam antea assensionem fecerat, se purgandi gratia apud beatum Athanasium. Obtulit enim & tradidit nobis illius exemplar cum subscriptione, clarè habẽs de Trinitate, simulq; de intelligentia incarnationis CHRISTI, manu ipsius beati patris nostri Athanasij scriptum. Eam editionem subiunxi, & est hæc.

Paulinus. *Exemplar manus Paulini episcopi.* Ego Paulinus episcopus sic sentio, quemadmodum traditũ accepi à patribus, esse & subsistere patrem perfectum, & subsistere filium perfectum, & subsistere spiritum sanctum perfectum. Quapropter etiam recipio præscriptam interpretationem de tribus subsãtijs, & una essentia, itemq; eos qui sic sentiunt. Pium est enim sentire ac confiteri Trinitatem in una deitate. Et de incarnatione Verbi patris propter nos facta sic sentio uelut prescriptũ est, quod secundùm Ioannem Verbum caro factum est. Non enim secundùm impientissimos, qui dicunt transmutationem ipsum passum esse: sed quod propter nos homo factum est, & ex sancta uirgine, ac sancto spiritu genitus. Neque enim inanimatũ, neque sensus expers, neque mentis exors corpus habuit Saluator. Et in manu episcopi Athanasij habetur: Non enim possibile erat, Domino pro nobis homine facto, mentis exors esse ipsius corpus. Vnde detestor eos qui reprobant fidem quam confessi sunt patres in Nicæa, & qui non confitentur ex essentia aut coessentialem esse filium patri. Detestor item eos qui dicunt spiritum sanctum creaturam per filium factam. Insuper autem detestor Sabellij, & Photini, atque omnẽ hæresim, procedẽs secundùm fidem in Nicæa editam, & secundùm omnia præscripta. Dicebamus autem & fratri Vitalio, & his qui cum ipso erãt. Quid uerò uos dicitis? si quid est in medio positum nos separãs, id corrigite. At ipse ait, Dicant. Dixerunt itaque, quod non dicunt CHRISTVM perfectum fuisse hominẽ. At ipse statim respõdit, Etiam, cõfitemur CHRISTVM perfectum hominem assumpsisse. Erat autem hoc admirabile audiẽtibus, ac plenum gaudio. Quum autem nos sciremus sententiam prætextuum eorum qui mente ac intelligentia proprios fratres priuant, institimus exactè interrogare: Nimirum, natura carnem confiteris CHRISTVM assumpsisse? At ipse assensus est, & dixit, Etiam: à Maria sancta uirgine sine uirili semine, & per spiritum sanctum? At ipse & hoc confitebatur. Natura ex uirgine progressus carnẽ accepit Deus Verbum filius Dei? At ipse grauiter assensus est. Iam uerò in gaudio consistebamus. Nam ab aliquibus qui ad nos in Cyprum uenerant, audiuimus quod prædicti omnino non confiterentur carnem ex Maria. Quando uerò ipse pientissimus uir, ex Maria carnem accepisse Dominum nostrum IESVM CHRISTVM confessus est, rursus à nobis interro-

gabatur,

gabatur, an etiam animam accepisset? Ipse uerò & in hoc similiter cum grauitate assen
sus est. Nam non cõuenit aliter dicere, sed per omnia uerùm proferre. Oportet enim *Scriptoris ue*
scribentem hominibus de ueritate, omnem sententiam exprimere, & timorem Dei *ri officium.*
præ oculis habere, atque nihil adulterini in scripti sui promissionẽ componere. Con-
fitebatur igitur Vitalius etiam animam humanam assumpsisse. Hic enim erat qui di
xit, etiam, perfectus homo erat CHRISTVS. Deinde postquam interrogassemus
de anima & carne, tunc interrogauimus, Mentem accepit ubi uenit CHRISTVS?
At ipse statim negauit, dicens, Non. Deinde nos ad ipsum, Quomodo igitur dicis *Mentem in*
perfectum fuisse hominem? Ipse uerò ratiocinationem suæ mentis reuelabat, Nempe, *Christo ne*
perfectum hominem dicimus esse, si deitatem pro mente faciemus, & carnem ac ani- *gantes.*
mam addemus, ut sit perfectus homo ex carne & anima, ac deitate pro mente. Co-
gnitio igitur contentionis studio, & multa nobis de hoc differentibus, & ex Scriptu-
ra confirmantibus, quod oportet cõfiteri omnia perfectè suscepisse Deum Verbum,
perfectéq; administrasse in aduentu in carnem, & hanc in perfectione etiam post re-
surrectionem ex mortuis couiuisse: & gloriose spiritualem ipsam totam, & non
aliam, cum propria deitate in seipso unitam habere, totamq; perfectionem unam deita
tem effecisse, & sedere in cœlo in dextra patris, in throno gloriæ, suæ sempiternæ do-
minationis ac regni. De cætero surreximus, neutra parte persuasa, propter proposi
tam contentionem. Intellectum est autem à nobis, quod non mentis gratia hic ser-
mo ab ipsis proferretur: sed quod aliud esset à mente quod sentirent. Aliquando
enim non confitebantur, etiam animã ipsum assumpsisse. Quum autem nos uicissim
inferremus ac diceremus, Quid est mens? substantiam putatis hanc esse in homine?
igitur multiplex est homo. Deinde putabatur à quibusdã esse spiritus, qui semper in
diuina Scriptura in homine decantatur. Quando uerò ostendimus quod nõ Mens *Mens nõ est*
est spiritus, Apostolo clarè dicente, Psallã mente, psallam spiritu: hinc multi quidem *spiritus.*
fuerunt sermones, non potuimus autẽ ipsos contentiosos persuadere. Deinde quum
quidam nostrum dicerent, Quid substantiam dicitis esse mentem? quidam uerò ex
ipsis dicerent, non esse substantiam: ex eo quod nos persuaseramus ipsis, quod non
oportet putare ipsam spiritum hominis esse, eo quòd Apostolus dixit, Psallam men- "
te, psallam & spiritu: quum ipsi non haberent quod ad hoc dicerent, dicebamus, Igi-
tur si non est Mens substantia, sed motus totius nostræ substantiæ: Mentem autem
dicitis CHRISTVM secundùm hanc partẽ: Ergo imaginamini CHRISTVM
non in substantia esse, & uerbotenus ac in apparentia solum accessionem aduentus
in carne ipsum fecisse. Et similiter non poterant respondere. Et multum tristis factus
est nobis tunc uitæ status, quod inter prædictos fratres ac laudabiles, exortæ essent
simpliciter contentiones, quo dissidia inter nos prædictus hominum hostis diabo-
lus semper efficeret. Et ingens est talis culpæ, ô fratres, in intelligentia detrimentum.
Siquidem enim ab initio de hoc non fuisset commotus sermo, simplicissimum hoc
esset. Quid enim hæc nouitas mundo profuit, aut Ecclesiæ utilis fuit? aut nonne ma-
gis nocuit, odium & seditionem operata? Quandoquidem uerò sermo prolatus est,
horrendus factus est, & ad nullam salutis nostræ utilitatem. Abnegatio enim est, non
solum in hac parte quæ non confitetur, sed etiam in breuissima quadam. Non opor-
tet enim ne in minimo quidem digredi à uia ueritatis. Dicamus itaque etiam contra
hoc argumentum, non uolentes extra nostram ipsorum uitam prodire, neque regu-
lam sanctæ Dei Ecclesiæ ac confessionis relinquere. A' nullo enim unquam ex uete-
ribus hoc dictum est, neque Propheta, neque Apostolo, neque Euangelista, neque
ab aliquo expositore, usque ad hæc nostra tempora, ex quo tempore prædictus eru-
ditissimus uir tale sophisticum uerbum protulit. Eruditione enim non uulgari hic uir
præditus est, ab eloquentiæ ac artis dicendi institutione atque græca doctrina exor-

sus, omnemq; dialecticam ac sophisticam doctus. Sed & in reliqua uita integerrimus est, & inter orthodoxos semper in primo ordine locatus fuit usque ad hoc dictum. Quin & exilium passus est, eo quòd non cum Arianis conuersabatur. Et quid opus est me dicere? Multa est nostra tristicia, & uita luctus, quoniã affligere solet nos semper diabolus, uelut iam sæpe dixi. Incipiam itaq; de hoc dicto dicere, ut nihil de ueritate, uelut dixi, relinquam. Quid prodest uobis quod reijcitis mentem à CHRISTO in carne aduentu? Si enim omnino ut auxilium (ut ita dicam) feratis Domino nostro IESV CHRISTO, & Deo Verbo ac filio Dei, uestra ratiocinatio prolata est, ut ne dicamus ipsum accepisse mentem, ut ne intelligamus imminutionem circa ipsius deitatem: longè præferendi sunt uobis Manichæi & Marcionistæ, & aliæ hæreses, non carnem ipsi annectere uolentes, ut ne imminutionem deitati ipsius ascirent. At nõ secundùm hominum uoluntatem ueritas ipsa uim habet, sed secundùm ipsius gubernatricem sapientiam, ac dispensatoriam incomprehensibilitatẽ. Proinde nos sic confitemur, & non secundùm Manichæum habemus. Non enim illegratiam dabit: dum uidetur sibi in laudem CHRISTI dicere, carnem ipsum non assumpsisse, sed potius à ueritate excidet, in apparẽtia cõfitens aduentum CHRISTI in carne. Sic etiam in præsenti uestris fratribus uaniloquium illud inanis gratiæ erit. Confitentur enim ipsi & uos: Nisi uoluerint aliter sentire, quemadmodum aliqui fere ex ipsis deprehensi sunt, quod propter hoc etiam negant carnem ueram CHRISTVM assumpsisse, uelut suprà à me dictũ est. Nam aliqui ausi fuerũt dicere, coessentialem esse carnem ipsius deitati. Verùm reijciantur illi, uelut qui sententiam mutauerunt, & ob talem absurditatẽ refutati sunt, ab his qui inter ipsos de carne rectè sentiũt. Omnino enim idem pientissimus Apollinarius non negabit. Si itaq; carnem suscepit ubi uenit Deus Verbum, & hanc à Maria in ueritate, non à semine uiri, sed per spiritum sanctũ, & conceptus est in ueritate, & efformauit sibijpsi corpus, uelut qui Deus & plastes est protoplasti hominis & uniuersorum: igitur non imminutus Deus Verbum ubi uenit, sed mansit in propria immutabili natura. Non enim assumpta carne mutationem sustinuit, uelut coessentialis Deo patri, & non alienus à patre, & sancto ipsius spiritu. Si itaq; in confesso est clarè carnem ipsum assumpsisse ac creuisse, ergo non sine anima est. Omne enim quod crescit, exceptis immobilibus, ex anima & corpore constat, iuxta id quod dictum est, IESVS autem proficiebat in sapientia & ætate ac statura: ut staturam ostendat propter carnem. Statura autem ab anima & corpore, uelut dixi, perficitur. postquam autem dixit, Proficiebat statura, consequenter inquit, sapientia. At qui est sapientia patris, quomodo proficiebat in sapientia? Si alienum erat uas à mente humana, & si sine mente erat, quomodo sapientia in anima & corpore proficiebat? Et uides quàm coacta sit uiolenter sententia eorum qui mentem reijciunt? At, inquit, nõ dico quod mentem accepit humanã, alioqui faciemus ipsum concupiscere ac irritari, quandoquidem in nobis concupiscentia prædita mens est. & in summa, multa est hominũ uanitas, uelut dixi. Fecit Deus simplicem prudentem hominẽ, ipsi uerò fecerũt sibijpsis ratiocinationes multas. Si enim omninò dum confitemur ipsum humanam mentem accepisse, cogitabimus in ipso nostræ imminutionis partes, multò sanè magis dum confitemur ipsum carnem assumpsisse, cõcedemus iuxta hanc partem secundùm eandem rationem, quod in carne imminutus est, quod absit. Neque igitur in carne imminutus est, & quidem ueram carnem habens Deus Verbum, neq; in mente cogitauit ea quæ non decent ipsius deitatem: sed ea quæ erant honesta carni & animæ ac humanæ menti, ea faciebat Dominus ubi uenit, ut ne uera in carne aduentus ordinis consequentiã turbaret. Honestum enim erat fames & sitis, & fatigatio ac somnus, profectio & tristicia, ploratus & fremitus. Hæc aũt consequenter in ipso effecta, ostendit honesta esse, ac consentanea uerò aduentui in carne. Non enim

Mentem humanam Christum assumpsisse.

Actiones Christi honestæ.

enim ſcriptum eſt quod cõcupiuit concupiſcentiã malam. Verùm bonã concupiſcentiam cõcupiuit, dum dixit, Deſiderio deſideraui hoc paſcha mãducare uobiſcũ. Concupiſcẽtia uerò ex deitate non cõtingit, neq; ex ſola carne, neq; ex anima mẽtis exorte, ſed ex perfecta humanitate corporis & mẽtis, & quicquid in homine exiſtit. Habebat enim hæc Verbum, corpus & animã ac mentem, & omnia quicquid eſt homo, excepto peccato, excepta imminutione. iuxta id quod dictum eſt, Tentatus per omnia uelut homo, excepto peccato. Si uerò per omnia tentatus eſt, omnia habebat ubi uenit Deus Verbum. Omnia uerò habens, abſque imminutione in ipſo erant, impollutaq; ipſa conſeruauit, perfectus exiſtens Deus ex carne genitus, & qui perfectè omnia impleuit, uelut impletor totius uaſis, non diuiſa carne indecenter ad aliquod exercitium, non diſtractus aliena mentis quæ in nobis eſt meditatione. Nõ enim mens noſtra ad peccandum nobis data eſt, ſed ad conſiderandam perfectionem rerum, quas in nobis in utranq; partem ſpeculamur, & ad conſiderandam operationem iuſtitiæ & contrariæ partis. Mens enim uerba diſcernit, gula uerò cibos guſtat: & oculus conſiderat, & mens uidet: mens itaq; in nobis eſt uiſus, guſtus, & diſcretio, ex Deo nobis donata. Nondum autem aſſentitur his quæ ſemper fiunt, ſi nõ uoluerit homo. At caro ſemper in tota Scriptura reprobatur, propter ſentem in ipſa concupiſcentiam. Non omnino autem carnem ipſam reprobat, ſed quæ ex ipſa fiunt reprobauit Deus Verbum: uelut Apoſtolus dixit, Noui enim quod nõ habitat in me, hoc eſt in carne mea bonum: propter ea quæ ex carne enaſcuntur. Quo uerò repellat hæreticorum cogitationes, ut ne putent carnem à mortuorum reſurrectione deſperatã eſſe, dicit, Oportet corruptibile hoc induere incorruptibilitatem, & mortale hoc induere immortalitatem: ut ne reijciens opera carnis, quæ carnẽ appellare ſolet Scriptura, putetur ſpem reſurrectionis carnis reijcere. Nam opera quæ in ipſa fiunt mala, palàm reprobauit, ipſam uerò carnem ſanctum templum oſtendit, in eo qui carnem ipſius ſanctificauit: iuxta id quod ſcriptum eſt, Religio pura apud Deum & patrem hæc eſt, uiſitare orphanos & uiduas in tribulatione ipſorum, immaculatum ſeruare ſeipſum à mundo. Et alibi, Beati qui puram carnem conſeruarunt. Sæpe uerò contra ipſam dicens Scriptura, docuit nos concupiſcentias & uoluptates ex ipſa germinare. Verùm contra mentem nihil narrat Scriptura, ſed Pſallam mente, pſallam ſpiritu. Et rurſus, Si pſallam ſpiritu, at mens mea fructu uacat. Et uides quod in ipſo fructus eſt in mente. Et ſi non fuerit fructus, non omnino mentem recenſuit in peccatis, ſed per ipſam magis fructum pronũciauit. Quid uerò hoc in Domini noſtri potentiam deitatis irruet? Quid autem ipſius potentiam obſcurauit? ſanctæ mulieris uenter? uterus uirginis? partus meatus? ulnæ Symeonis? Annæ ſuſceptio? Mariæ geſtatio? meretricis contactus? capilli mulieris qui pedes ipſius contigerunt? Imò lachrymæ? imò ſitus in monumento? Sindon enim qui inuoluit corpus ipſius, non ſuperabat illius integritatem, & maximam ipſius potentiã. Nam quum adhuc in utero eſſet, Ioannes exultabat gaudens ob Domini ſui ad ipſum ingreſſum, per ſanctæ uirginis imprægnationem. Natus autem, in præſepi poſitus, non latuit chorum angelorum, uerùm caſtra demittebãtur ad ſatellitium in regis ſeculi ingreſſu, hymni uictoriales fiebant, pax inter paſtores prædicabatur. At quid potentiam ipſius obſcurauit? Quum enim ipſe adhuc infans eſſet & geſtaretur, ſtellæ ſigna fiunt ab Oriente, Magorum aduentus, adoratio & ſatellitum comitatus, ſcribarum interrogatio à rege, & de ipſo reſponſio ac confeſſio. Reliqua uerò omnia quæ habet conſequentia, quid impegerunt in ipſius deitatem? Quale uelamentum habuit, uelut in nobis carnis detentio ac impedimentum? Obiurgat undas & uentos ac mare, & non impeditur à carne potentia ipſius deitatis, perficiens quòd ſecundùm naturam eſt deitatis. Sed & quum moles & grauitas ſit carnis, non

Mentis uſus.

Carnis appellatio de operibus carnis.

impeditur grauitate. Deambulat enim ſuper aquas, uelut immutabilis Deus, in carne quidem exiſtens, non autem à carne alterationē ſentiens. Et clamat uoce, Lazare ueni foras: non oppoſitam habens carnem, neque deitate in carne ac perfecta humanitate in ſeruitutem adacta. Et multa poſſim dicere. Sed & ex mortuis reſurgit, & referat infernum, & extractam eduxit captiuitatem. Et reſurgens tertia die in ipſa ſancta carne, & anima ſancta, & mente, & toto uaſe, & deitati unitus perfectus factus eſt homo, counita humanitate cum deitate, ita ut mors ipſi non amplius dominetur. Et quod craſſum erat, counitum deitati tenue efficiebat, ingrediens foribus clauſis, & poſt ingreſſum oſtendens carnem & oſſa, ut ſalutarem potentiam indicaret, ut noſtram ſpem demonſtraret, quod omnia perfecit ubi uenit Verbum. Et iam ipſo corpore aſſumptus glorioſe, ſedet in dextra patris, non à mole preſſus, non extra corpus exiſtens, ſub corpus ſpirituale ſuſcitans. Si noſtrum ſeminatur in corruptione, ſuſcitatur in incorruptibilitate, ſeminatur corpus animale, reſurgit corpus ſpirituale, quanto magis unigeniti filij Dei? Quare impletum eſt, Non dabis ſanctum tuum uidere corruptionem, neque relinques animam meam in inferno. Cæterùm hæc omnia à me relata ſunt de perfecta ipſius humanitate, ut ne aliqui putēt, propterea quod ipſe carnem aſſumpſit perfectam, ideo etiam inhoneſta carnis opera fecerit. Nemo enim piè credentium in ipſum, hoc ſentit aut dicit. Si uerò nemo ſentit de ipſo, quod carnis abſurda opera fecerit, neque mentis inhoneſtas functiones ipſum feciſſe ſenſerit. Et quod quidem perfectè homo factus eſt, ubi uenit Deus Verbum, id ipſum manifeſtum eſt. Et ſi dixerimus perfecte, non duos Chriſtos habemus, non duos reges filios Dei, ſed eundem Deum, eundem hominem, non uelut qui in homine habitarit, ſed qui ipſe totus homo factus ſit: non quod homo exiſtens uenerit ad profectum deitatis, ſed quod Deus à cœlis uenerit, & in ſeipſum efformarit propriam humanitatem, iuxta potentem ſuam deitatem: quemadmodum dicit, Verbum caro factum eſt. Dicit autem, Verbum caro factum eſt, ut ne aliqui putent, quod primum homo fuerit, & uenerit CHRISTVS in hominem. Quapropter Verbum prius poſuit diuinum Euangelium, deinde carnem cōfeſſum eſt: nempe, Verbum caro factum eſt. Non enim dixit, Caro Verbum facta eſt: ut oſtendat primum, Verbum à cœlis uenifſe, in ſeipſum uerò ſuſcepiſſe carnem ab utero ſanctæ uirginis, & omnem humanam naturam perfectè in ſeipſum efformaſſe. Tametſi enim dicat, Verbum caro factū eſt: non quod mutatum eſt Verbum in carnem, & factum eſt Verbum caro, aut transmutata eſt deitas in carnem dicit: ſed cum deitate aſſumpſit propriam ſuam humanitatem Deus Verbum poſtquam uenit. Et proficiebat, inquit, IESVS in ſtatura & ſapientia. Qui uerò mentem nō habebat humanam, quomodo proficiebat? uelut iam à me dictum eſt. Et teſtimonium præbet huic rationi ſanctus Dei propheta Eſaias, qui dixit, Ecce intelliget filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Et uides quod Intelliget uox, ad perfectam humanam naturam refertur? Non poteſt enim quis intelligere qui mentem non habet. Neque de deitate hoc impletur. Non enim indiga eſt intelligentiæ, quæ ipſa per ſe intelligentia exiſtit: neq; opus habet ſapientia, quæ per ſe eſt ſapinetia: ſed uox Intelliget, de mente humana accipitur. Vnde uerò eſuriebat, dicit mihi? Siquidē enim caro ſolum erat, quomodo poterat famis meminiſſe? Et ſi ex anima & corpore ſolum erat, anima nō habente mentis rationalem partem & ratiocinationem humanæ naturæ, nō malam dico, ſed etiā quæ ad honeſtā utilitatem acuſum ordinata eſt cōdecēter deitati, quomodo poterat eſurire? aut de fame cogitare? Vnde uerò triſtitia affectus eſt, dic mihi, anima non habente mentē ac ratiocinationē? Nam anima rationis exorte, aut carne animæ exorte exiſtente, neq; in mœrorem incidiſſet, neq; in triſtitiam. Et multa ſunt quæ conuenit nos cogitare ac noſſe, quod ſophiſticæ ratio-

Mentis functiones in homine.

ratiocinationes superfluæ sunt, & uerberant magis eos qui uolunt ultra quàm decorum est cogitare, & non metiri seipsos mensura nobis per admonitionem præscripta à sanctissimo Apostolo, qui dixit: Vt ne quid ultra sapiamus præter id quod sapere oportet. Proferunt porrò nobis etiam dictiones quasdam, quod ait, Nos autem mentem CHRISTI habemus. Et dicunt, Vides quod CHRISTI Mens alia est à nostra? Et ô ingentem hominum simplicitatem, quod quisque ad quod uult inclinat, & in quo putat se egregium quid commentum esse, in eo magis idiota reperitur. Quum enim nos simus idiotæ eloquentia, sed non scientia, uelut dictum est, simusq; ualde tenues, & admiremur talium hominum & ex eloquentia contendentium mentem: hæsitatio anxia ualde animum nobis subit, quod dictum hoc ad confirmationem talis ipsorum simpliciter uanæ contentionis accipiunt, re ipsa non habente indicationem, quod aliquid cõmune habeat cum tali habitu. Nos enim, inquit, CHRISTI mentem habemus. Quid igitur sit CHRISTVS, apud ipsos interrogandum est, aut quid nam sit mens CHRISTI. Hic uerò ostendunt quod sentiant, alium CHRISTVM esse, & aliam ipsius deitatem. Si enim pro mente CHRISTVM accipiunt, CHRISTVM autem aduentum solum CHRISTI in carne nominant: ergo rursus in aliam quæstionem nos perducere conantur. Et quod quidem ab aduentu in carne Deus Verbum & filius Dei declaratur, manifestum est. Tametsi autẽ præcesserint de ipso testimonia, quod CHRISTVS uocetur etiam ante aduentum in carne, tamen ea in aduentu completa sunt, quum neque deitas extra CHRISTI nomen existat, neque aduentus in carne & humana ipsius natura, sine tali nomenclatura nominetur: iuxta id quod dictum est, Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in cœlum, hoc est CHRISTVM deducere: aut quis descendet in abyssum, hoc est CHRISTVM reducere ex mortuis. Et rursus idem dicit, Vt cognoscãt te solum uerum Deum, & quem misisti IESVM CHRISTVM. At uox misisti, ex supernis habens speculationem, sed non aliena existens ab his quæ à Petro dicta sunt, nempe IESVM Nazorætum uirum approbatum erga uos prodigijs & signis: &, Quem unxit Deus spiritu sancto. Et quæ his similia sunt. Deinde uerò rursus dulcissimi nostri fratres, uolentes per omnia contentiosas nobis inducere sententias, etiam deitatem ipsius passam intrepide prædicant ex dicto hoc: Si enim cognouissent, non utique Dominum gloriæ crucifixissent. Quidam uerò ex discipulis eius non intelligentes hoc, uelut puto, cum alijs proponẽtes fucum facere uolunt. Admiror enim si ipse sic dicit. Nihil enim miri est si dicat Scriptura diuina, Dominũ gloriæ crucifixum esse. Nam & Dominum gloriæ confitemur etiam ipsum in carne aduentum. Non enim diuisus est à deitate aduentus in carne, si unumquodq; propositum rectè intelligatur, & simul omne negocium ad unam œconomiam ac dispensationem, & ad unam perfectionem à nobis couniatur. Passibilis enim nobis prædicatur CHRISTVS & creditur, non quod per seipsum passus sit, neque quod alius est qui passus est, & alius Dominus: neque quod deitas passa est. Sed passus quidem est Dominus noster IESVS CHRISTVS, deitate immutabili manente & passionis exorte, passa uerò in carne & à passione aliena manente. Si enim mortuus est CHRISTVS pro nobis, & reuera mortuus est: non deitas mortua est, sed mortuus est in carne, iuxta id quod dictum est, Mortificatus carne, uiuificatus autem spiritu. Et rursus, CHRISTO passo pro nobis in carne: mirabiliter itaque nos confitemur passum in ueritate, & passionis exortem in ueritate, deitate nõ passa, propter immutabilitatẽ & alienitatem à passione, & coessentialitatem cum patre: carne uerò passa, & nõ diuisa deitate à præsentia in carne, in ipsa passione. Simul erãt enim & deitas & humanitas, quãdo in cruce CHRISTVS patiebatur in carne, & passionis exors manebat in deitate: ut iustificationẽ non amplius in carne solum habeamus, sed &

Christi appellatio.

Passionis Christi ratio.

& in deitate: & ut in deitate & in carne utrinque nobis ſalus contingeret. Non enim nudus nobis homo eſt CHRISTVS, ſed Verbum in ſubſtãtia in carne, & Deus homo factus in ueritate: quum nos non habeamus ſpem in hominem, ſed in deitate: & non habeamus Deum patientem, ſed paſſionis exortem, uerùm qui extra paſſionem ſalutem noſtram non perfecit, ſed in eo quod pro nobis mortuus eſt, & ſeipſum obtulit patri, ſacrificiũ pro noſtris animis, in ſanguine ſuo mundatione noſtra facta, & chirographo contra nos fiſſo, & in crucem affixo: uelut ubique Scriptura nos docet. Et poſſem de his ſi opus eſſet multa dicere ad confirmationem. Nam in alio loco tractauimus hanc ſpeculationem declarantes de firma noſtra ſalute, quod ſicut ſi ex ſanguinis reſperſione tinctura eſt in ueſtimento, corpus quidem geſtãtis non tingit: uerùm tinctura ueſtimenti non ad ueſtem refertur, ſed ad hominem geſtantem. Sic etiam paſſio, in deitatem quidem non incidit, ſed in humana natura facta eſt. Non relata eſt autem ad humanam naturam ſolam (ut ne impleretur in ſalutis diſpenſatione illud dictum, Maledictus omnis qui ſpem habet in hominem) ſed reputata eſt etiam ad deitatem, quum deitas non ſit paſſa: quo in deitate reputetur ſanctæ Dei Eccleſiæ paſſionis ſalus. At uerò rurſus ne quis uerborum uenator uelit ſeipſum magis ratiocinando concludere, quàm circa ſimilitudinis ænigmatis obſcuritatem. Non enim omnis ſimilitudo in Scriptura tota accipitur. Velut, Catulus leonis luda: propter robur animalis & regalitatem, ſed non propter irrationalitatem ac rapacitatem. Sic & deueſte, non quæ induitur & exuitur, ſed ſemel iuxta id quod dictum eſt, Decorem indutus eſt: deinde, Indutus eſt potentiã & præcinxit ſe: ita ut impleatur in hoc ſanctiſſimi Apoſtoli uox, Nõ amplius moritur, mors ipſi non ultra dominatur. His itaq; ſic ſe habentibus, uolunt fratres noſtri ad confirmationem nobis proferre hoc, Nos autem mentem CHRISTI habemus: ſecundùm ſermonem uerò ipſorum quem in hac ſpeculatione proferunt, in ſuſpicionem nos inducunt, num fortaſſis intelligant, quod alia ſit mens CHRISTI. Si uerò non reputant deitatem extra humanam naturam eſſe, ſed unam eſſe diſpenſationem, quid igitur erit eximium Mens quæ CHRISTI appellatur? Nunquid per ſeipſum Deus Verbum eſt, non habens mentem humanam, uelut aiunt, in aduentu in carne? Mentem uerò aliam habet CHRISTVS præter ſuam ſubſtantiam deitatis? Aut abuſiuè ſolet omne uerbum ingens nobis dici, ad cõfirmationem eorum quæ in nobis fiunt? Etenim reuera omnis pius non ſecundùm mentem humanam uitam agit, ſed ſecundùm mentem CHRISTI, quæ à CHRISTO impletur intelligẽtia, quæ ſecundùm CHRISTVM reputat in iuſtitia, quæ in CHRISTO conuerſatur per confeſſionem, quæ per CHRISTVM ſeruatur in iuſtis operibus. Hæc enim eſt mens CHRISTI, quæ in nobis eſſe poteſt, & in loco detentiuo CHRISTVM non cõtinere. Vbique enim eſt pater & filius & ſpiritus ſanctus. Et in nobis eſt ſpiritualiter, ſi ipſo digni fiamus: non loco aliquo concludente ipſum & patrem ipſius, & ſanctum eius ſpiritum, uerùm potentia ſuæ deitatis in omnibus eſt, & nullis ammixtus eſt, propter ipſius inſociabilem & incomparabilem eſſentiam, & ſinceram ac incompræhenſibilem deitatem. Quum autem dicat Apoſtolus, Nos autem mentem CHRISTI habemus: quid nam cogitabimus? habebat propriam humanam, aut CHRISTI mente impletus, propriam quidem reiecerat, mentem uerò CHRISTI pro propria habebat? Non penitus. Confitebitur enim unuſquiſque audiens, quod propriam quidem habebat, CHRISTI uerò mente replebatur, quæ ornauit ipſum ſecundùm pietatem ac cognitionem, & Dei conuerſationem cœleſtem. Si itaque propriam habens mentem CHRISTI mente implebatur: igitur & CHRISTVS ipſe Verbum mens erat, ſiquidem ſic dicere oportet. Nam quibuſdam uiſum eſt, mentem uocare Deum. Ego uerò mentem noſtram non ſubſtantiam puto, neque quiſquam Eccleſiæ filius, ſed

Simile paſſionis Chriſti.

Similitudinũ in Scriptura ratio.

Mens Chriſti, quid ſit.

Mens deus.

Mens nõ eſt ſubſtantia.

actionem

actionem quandam ex Deo nobis datam, & in nobis existentem. CHRISTVM uerò substantiam dico, uelut etiam omnes credentes cõfitentur: & Deum confiteor, & esse Dominũ ex patre genitum, perfectũ ex perfecto, & lumen de lumine, & Deum ex Deo. Attamen iuxta eandem rationẽ erat in ipso Mens. Quemadmodum sanctus Apostolus docet de ipso, Nos autem mentem CHRISTI habemus: habebat ipse « & hi de quibus testimonium præbet, propriam suam mentem, & rursus implebãtur CHRISTI mente, sic potente gratia ipsius in illis perfici. Igitur nihil differet à præsenti similitudine, etiam de CHRISTO hanc accipere, quod CHRISTVS existens in seipso Deus, etiamsi particeps erat mentis humanæ, uelut etiam carne participabat ac sanguine, & animam habebat humanam: non ideo à mente captiuus duceba tur. Si enim Apostolus secundùm naturam propriam mentem adeptus humanam, iuxta eam quæ ex participatione doni beneficijq; ac gratiæ contigerat, & nõ amplius secundùm propriam mentem, uitam degebat: sed excellenti quodam naturæ ductu, CHRISTI mente ornabatur: quanto magis Deus Verbum habens in seipso omnem perfectionem, per se perfectus existens, per se Deus, per se potentia, per se Mens, per se lux: & mentis & totius corporis impletor fuit, imò potius absolutor: & in omni bus per aduentum suum in carne nobis salutem operatus est. Tollendus itaq; est hic sermo, non habens significationem talis propositi argumenti. Et tollendum est, non confiteri omnia perfecta in CHRISTO, excepto peccato. Omnia enim uerè fecit Verbum ubi uenit, quæ de ipso sunt præscripta, perficiens iuxta id quod scriptũ est, Ecce uirgo in utero habebit, &c. in ueritate conceptus, & non in apparentia, gestatus « in utero in ueritate, præsens in carne in ueritate, carnem habẽs & animã in ueritate, & mentẽ in ueritate, & omnia quicquid est homo in ueritate, præter peccatũ: & genitus ex uirgineo utero ac sancta uirgine in ueritate, nõ ex semine uiri. In ueritate autẽ carnẽ habens & animã ac mentẽ, uelut dixi, & per genitales meatus in ueritate repertus, & in præsepi in ueritate fascijs inuolutus, à Maria portatus, & in Ægyptũ profectus, & ab Ægypto reuersus, & in Nazaret diuersatus, & ad Iordanem progressus, & à Ioanne baptizatus, & à diabolo tentatus: & discipulos elegisse in ueritate, & regnum cœlorum prædicasse, uelut omnia in ueritate comperitur: & à Iuda traditus, & à Iudæis captus, & ad Pontium Pilatum deductus, & ab ipso morti adiudicatus, & cruci traditus, Sitio dicens, Date mihi bibere, in ueritate accipiẽs acetum cum felle, gustans, & non amplius potum accipiens: cruci affixus in ueritate clamãs, Eli eli lemas abachthani: in ueritate inclinans caput & expirans, in ueritate corpore detracto, & accepto in ueritate ac inuoluto à Ioseph, & in monumento posito in ueritate, & lapide munito: Descendens in deitate cum anima ad infernum, & soluens ligatos in fortitudine ac potentia: Rediens Deus Verbũ cum anima sancta, cum qua liberauit captiuitatem: Tertia die in ueritate cum corpore & anima & toto organo resurgens: Inuentus cum discipulis per quadraginta dies, benedicens ipsis in monte oliuarum in ueritate: ascendens in cœlum in ueritate, discipulis ipsum uidẽtibus assumi usque ad nebulas in ueritate: sedens in dextra patris in ueritate, in ipso corpore & deitate, in ipsa perfecta humanitate, cum qua couniuit omnia in unum, & unam spiritualem perfectionem, Deus existens in gloria, sedens ad iudicandum uiuos ac mortuos: uenturus in ueritate. Et nihil est euariatum, sed omnia perfecta perfecte in ipso in perfectione effecta. Quũ pormò rectè à me fieri putauerim, si de his traderem, hactenus de ipsis dicere iustum duximus. Cæterùm quæ rursus audiuimus de uanis sermonibus eorum qui talia dicunt, necessarium est & ea ipsa ostendere. Non autem ualde credimus quod sic apud ipsos celebrantur, attamen quæ audiuimus nõ silebimus. Quidã enim ausi fuerunt dicere, quod rursus aliqui ex ipsis dicũt de Maria, quod postquam genuit CHRISTVM copulata fuerit uiro Ioseph. Admiror autem si & ipsi hoc dicunt. Sunt autem qui hoc dicunt

Antidicomarianitæ.

dicunt, quos ipsos etiam inter sectas numerauimus, ut qui rogati etiam epistolam scri
pserimus ad quosdam in Arabia, contra eos qui hoc dicunt. Multa uerò illic de hoc
diximus in tractatione contra ipsos. Consequenter autem per gratiã Dei etiam ipsam
Millenarij, hæresis. hæresim priuatim subiungã. Porrò alij dixerunt, senem dixisse quod in prima resur
rectione millenarium quendam annorum absoluemus, in ijsdem uersantes in quibus
etiam nunc, nimirum & legem & alia seruantes, & omnia quæ in usu sunt in mundo,
nuptijsq; ac circuncisione & alijs participãtes: id quod nõ ualde de ipso credidimus.
Verùm sicut quidam affirmarũt, hoc dixisse ipsum asseruerunt. Et quod quidem scri
ptum est de Millenaria hac secta, in Apocalypsi Ioannis: & quod apud pleroscq; liber
receptus est etiã apud pios, manifestum est. Plurimi uerò & pij, de spiritualibus edo
cti, & quæ spiritualiter in ipsa se habent cognoscentes, uera quidem esse, in profundi
tate autem declarata esse credunt. Non solum enim hoc illic profunde dictum est, sed
etiam alia multa. Verùm in præsens compendij gratia mentionem solum facio, quo
sciant pij, quod quisquis uoluerit transgredi terminos sanctæ Dei Ecclesiæ, & spem
traditionis propheticæ & apostolicæ fidei ac doctrinæ, ab uno argumento exigui ac
breuis sermonis, uel exiguo temporis momento in sapientiæ transgressione constitu
tus, ei de cætero ad multa uaniloquia & periculosas opiniones, & ad inconuenientes
ac peregrinas quæstiones, & nunquam finiẽdas genealogias, iuxta Apostoli dicta, ra
tiocinatio cõuertetur. Nam esse hoc ualde stolidum, & quod neq; opus habeat inter
pretatione, omnibus clarum est qui intelligentiã habent. Neq; enim quæstione indi
get talis sapientia & sermonis argumentũ. Si enim resurgimus rursus ut circunci da-
mur, qua ratione nõ præuenimus ut circunciderem ur? Igitur iuxta hoc, magis neces
sarij quàm nos sunt, qui hic quod perfectum est agnouerunt, & præuenerunt ut perfi
cerentur in futura tunc perfectione. Vbi igitur est id quod ab Apostolo dictum est,
» Si circuncidimini, CHRISTVS uobis nihil proderit: & qui in lege iustificamini,
» à gratia excidistis. Et quomodo erit id quod à Domino dictum est, In resurrectione
» neque ducunt uxores, neq; nubunt, sed sunt æquales angelis. At uerò hoc, Sedebitis
» in mensa patris mei edentes ac bibentes. Et, Donec ipsum bibam nouum uobiscum
in regno cœlorum: cum additamento uocis nouum, & in mensa regni, aliam senten-
tiam habet. Nam & ipsi dicimus edocti ex diuinis Scripturis, participationem quan-
» dam potus ac cibi diuini: de quibus dictum est, Quæ oculus non uidit, nec auris au-
» diuit, & in cor hominis non ascenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus ipsum.
At dicit, quod primum quidem per mille annos naturaliũ uoluptatum participes esi
mus, citra laborem ac tristiciam. Post mille uerò annos participabimus his de quibus
dictum est, Quæ oculus non uidit, nec auris audiuit. Contrarius autem est sermo to-
tius Scripturæ speculationi. Si enim lex neminem perfecit, legem autem post resurre-
ctionem seruare iubemur: & sciamus nos, quod sancta lex per Mosen à Domino da-
ta, pædagogus ad CHRISTVM nobis fuit, ipsiq; concreditum est, ut uelut infe-
rior ad maiorem & perfectissimum nos adduceret: & quod CHRISTVS uenerit
perfectus & Dominus, & acceperit ex manu pædagogi eum qui instituebat, hoc est
sanctam uirginẽ ipsam fideliũ Ecclesiã: & cognouimus nos per legem pædagogum,
maiorem & perfectiorem IESVM: quomodo non magis pauperis intelligentiæ
aut potius stultitiæ iudicabitur sermo eorum qui talia dicũt, quod post CHRISTI
perfectionem, rursus pædagogo est opus? quo uidelicet reuertamur ad principium
elementorum ac doctrinæ & manuum impositionis, uelut scriptum est. quum clarè
» nobis Apostolus dicat, Omne ueterascens ac senescens prope interitum est: de uetere
nimirum Testamẽto ac legislatione. Transposito enim, inquit, sacerdotio, necessariò
» etiam legis transpositio fit. Si uerò transpositum est uetus, & renouatum est nouum,
quis nobis rursus temerè introduxerit uetus in usum, nouo ad inueterationẽ transpo-
sito?

sito ita,ut nos à gratia quidem excidere faciat,& ab utilitate CHRISTI nos emouere conetur:Cæterũ quum hæc compendio sermonis tractauerimus,& sufficere hæc propter amplitudinem tractationis putemus,ad sequẽtia ô chariſſimi pergamus, Deum consueto more auxiliarium inuocantes, ad reliqua proponenda ac ostendenda, & ad ipsorum confutationem faciendam.

Contra Antidicomarianitas,hæresim LXXVIII.

Dimœritarum appellatio.

AB hac Dimœritarum à quibusdam appellata hęresi,hoc est, quę duas tertias partes humanæ naturæ in CHRISTO confitetur, corpus uidelicet & animam, & tertiam partem,ipsam mentem in aduentu CHRISTI in carne negat:exorta sunt alia quædam negocia,maxime in Arabia, perlata sunt autem ad nostram tenuitatem à quibusdam pijs. Et primum quidem epistolam de hoc argumento conscripsimus. attamen propter numeri consequentiã,etiam hic ipsam epistolam ex toto,unà cum his quę rationabiliter ipsi addita sunt,aut ab ipsa ablata, contra hæresim referemus. Nam quidam Antidicomarianitæ, hoc est aduersarij Mariæ, uelut inimicitiã aduersus uirginẽ habentes,& gloriam illius extenuare uolentes, inuidia quadam aut errore elati, & hominum mentes polluere uolentes, ausi fuerunt dicere, sanctã Mariam postquã CHRISTVM genuit uiro copulatã esse, ipsi inquam Ioseph. Dicunt autem uelut suprà à me relatum est,quod ab ipso sene Apollinario prodijt hic sermo, aut à quibusdã ipsius discipulis:& sanè ambigo. Verum de his qui hęc dicunt,necesse est mihi dicere. Quo uero non in alterum laborem me immittam, consequenter epistolam quam in Arabum regionem me scripsisse suprà dixi, subiungam, & est hæc. Dominis meis ueneran-

Antidicomarianitarum appellatio.

Epistola Epiphanij ad Arabas.

dissimis & chariſſimis filijs ac fratribus genuinis, & eiusdem fidei orthodoxis,à sacerdote usq; ad laicum, & his qui in sacris instructi sunt in Arabia, Epiphanius minimus episcoporum gaudium. Est quod admiremur in præsenti tempore,& quod nõ admiremur. Quod admiremur quidem, quod in nostra ætate omnia implentur: & quod non admiremur,oportet impleri. Quotidie enim per accessionem ampliorem contingit nobis sophistica opinio, ex ratiocinationibus ac cogitationib. humanis,& in peius proficiens,& apostolicam doctrinam relinquens, quemadmodum sanctissimus Apostolus prędixit:quod discedent aliqui à sana doctrina,attendentes fabulis & doctrinis « dæmoniorum,&c. Si quid enim est perscrutari & excogitare uias prauas, hæc magis « studio habent homines quàm ut impleant mandatum, quod iubet bona & susceptu « digna quærere,& sermo uester sale sit cõditus,quo det gratiam audientibus. Et si hæc cogitauerimus,unde cõtingit ut singulis diebus renouentur nobis mala,erimus etiam ipsi uelut ineruditi,& non atendentes diuinis ac prędictis sermonibus. oportet enim hæc impleri. Nam in omnibus partibus fidei oportet perfici quod dictũ est,Nunquid « ubi uenerit filius hominis, inueniet fidem in terra? Quò enim deuenit mẽs hominum « incumbens ad malum à iuuentute, quales fidei partes nõ amisit:in quibus uero sermonibus malum consilium non turbauit utilitatem eorum qui decentissimi sunt & in statu rationalis naturę:cuius decorũ erat pia potius cogitare,& eniti ut his addicti essent, etiamsi oportebat præter naturam, & nõ magis uera in impia peruertere, enitentes ad deterius. De cætero enim, postquam omnia impleta sunt in nostro sæculo, blasphemiæq; & quę extra spiritum sanctum sunt,rursus alia noua conuertuntur. Alij etenim patrem blasphemãt uniuersorum Deum ac opificem,qui uidelicet Gnostici appellantur,& rursus qui Marciones & Archontici uocantur, & qui hos sequunt Manichæi, qui appellationem iustissime ex iusta quadam Dei dispensatione acceperunt, insaniæ nomen habentes. Hi omnes cum pluribus hæresibus, nouis inquam, Sethianorum, Melchisedecianorum,Colorbasiorum,Cerdonianorum,& aliorum,blasphemant in uniuersorum patrem,in eo quod negant esse Deum,qui in lege & in Prophetis loquutus est,et qui iuste ab omnibus creaturis adoratur,uelut opifex & creator. Hi cum ado-

ratione conantur tollere etiam Dominum,eum quidem, qui reuera eſt,negãtes,alium uero,qui non eſt,fabuloſa ſua opinione imaginãtes,ut ab eo qui eſt,excidant,et quem opinantur,nõ inueniant. Sic enim nugacitas,& diaboli ſeminũ talem turbam ac commotionem inducere ſolet, per ratiocinationes blaſphemas excitans creatorum hominum mentem, ut contra Dominum ſuum concitentur per malas opiniones & abnegationem Dei. Sed & rurſus ex hoc emoti quidam,ad alia pergere auſi ſunt,Dominum qui ſolus ipſos redemit,negantes,unigenitum filium IESVM CHRISTVM filiũ Dei uiuentis,qui reuera eſt ex patre genitus,ſine principio & ſine tempore,qui ſemper eſt ex patre,& cum patre eſt, genitus autem incomprehenſibiliter ac impollute,co eſſentialis patri,& non alienus à patre. Et ſanè hi rurſus furioſi, inſtar rabioſorum canum proprium ſuum dominum allatrant, quemadmodum ab initio Iudæi, hoc non agnito, meritò à Propheta appellati ſunt canes muti, huius nominis cognomen adepti,ex impudente impetu ſuo in Dominum et ipſius aduentum,uelut uere uidere eſt. Aiunt enim rabioſos canes mutos appellari, eo quod edentuli fiunt ex relinquente ipſos notione. Ea eſt enim canum natura, ubi in rabiem conuerſi fuerint, qui aliquando dominum nouerunt,& filios ipſius, domeſticoſq; & alios omnes dominifamiliâs geuinos,quum apprehenderit ipſos inſania, alterantur perſonæ coram ipſorũ aſpectu, et in ipſos domeſticos exurgunt,quos aliquando honorãtes cauda ipſis blanditi ſunt, moribusq; ſubditi fuerũt. Statim enim qui expectabãt CHRISTI aduentum,qui parati erant ſuſcipere ſponſum,qui prophetas uidere rogabãt,qui obedire diuinis ſermonibus promiſerant, qui cum Moſe pactum fecerant, nempe, Factu ea quæ ad Dominum ſpectant,& omnia quęcunq; dixerit tibi Dominus,audiemus & faciemus: quando uidebant ipſorum Dominum adueniſſe, ignorantes formam & figuras ueritatis, quas Prophetę antequam in carnem ueniret, expreſſerant,delinearant,annunciarant, ſignificarant: primum quidem ad ipſum dicebant, Quis eſt hic qui loquitur blaſphemiam? Aliquando uero ipſum dæmonium habere, nihil ueriti, dicere auſi ſunt. Inſuper & Samaritã ipſum appellare non erubeſcebant. Tandem igitur, uelut à me antea indicatum eſt,uelut rabioſi canes inſurrexerũt,& manus iniecerunt,uelut ſemper cum rabie canis immiſſis antea manibus inuadit, et perſonas propriorum ſuorum dominorum conſauciare non ueretur: ſic tradiderunt illi ſuum dominum ad crucifigendum, Prophetasq; domeſticos eiuſdem Domini partim diſſecuerunt,partim lapidibus obruerunt, aliquos uero cæde gladij occiderunt. Poſt hos uero ſimiliter qui nunc ſunt, noui Iudæi alternatim eodem ductu uſi ſunt. Et naturales quidem Iudæi, ſecundum carnem quidem negauerunt, noui uero negantes filij Dei perfectam ad patrem ingenuitatem,creaturam & facturam, et omnino à patre alienũ ipſum furioſi ac rabioſi indefinẽter affirmant. Ex his autem rurſus alij, omiſſis prędictis blaſphemis doctrinis, ipſam,ut ita dicam,ſecundum naturam cœleſtem ſpeculationem ſpeculati,& ſuperna rimati ac curioſe perſcrutati,uelut ex ſupernis uenientes, contumaciter annunciant,& fortiter affirmant,reijcientes ex deitate Spiritum ſanctum. Et patrem quidem non negauerunt, neq; filij ad ipſum ingenuitatem, uerum ad aliam rurſus uiam deflectunt,ut undiquaq; impleatur hoc, Defecit fides ex ore ipſorũ. Quid enim aliud uolunt quàm in Spiritum ſanctum, qui non eſt alienus à Patre & Filio, qui ex ipſa deitate eſt, & non poſſibile eſt ut ſit alienus à deitate: uelut ipſi poteſtatem habeant, Deo iubere magis quàm iuſſa capeſſere? Nõ enim uerentes quid,alienum dicunt ſpiritum,& ſeruum,& creaturam,& recentem,& factum, & ſi quid aliud turpe eſt,ad opinionem de ipſo ſibi ipſis magis aſciſcere cogitant. Quandoquidem igitur mundus nunc ſic magis immedicabili incredulitatis plaga percuſſus eſt,& ignorantia: uana & mali cõfilij intelligentia,uelut fugitiuos à blaſphemia in ſanctam Trinitatem,rurſus ad alia traxit,ut ne quis peccans lateat. Nouum enim quid audio de ſancta Maria ſemper uirgine quendam

Canes muti Iudæi.

Canum rabiei ratio.

»

ſtatuere,

ſtatuere,& audere blaſphemam quandam opinionem in ipſam immittere, quo ſit un
diquaque noſtrum tempus inſtar mali ſerpentis, ac beſtiæ uenenum eiaculãtis, quæ in
tenebris latibulũ habet, & morſibus omnes tentat, alium circa faciem, alium circa cal-
caneum,alium circa manũ, ut in neminem lateat morſus incredulitatis, ſed qui ſibi ui-
detur in hac parte effugiſſe, in alia uenenum ſe habere comperiat, & qui in alia ſanam
fidem habet, alio modo læſionem ſibijpſi propinet. Vnde eſt hæc malignitas? unde
tanta audacia:ipſum nomen non teſtimonium præbet? non perſuadet te ô contentio
ſe?Quis unquam aut quo ſæculo auſus eſt proferre nomen ſanctæ Mariæ,& interro-
gatus,non ſtatim intulit uirginis uocem?Ex ipſis enim nominibus epithetis,etiam uir *Epithetorũ no*
tutis ſigna elucent.Dignitates etenim appellationum acceperunt iuſti unicuiq; decen- *minum ratio.*
ter, & prout cõgruum fuit. Et Abraamo quidem impoſitũ eſt epitheton,amicus Dei,
& non diſſoluetur, Iacob uero ut Iſraël uocetur:& non alterabitur,& Apoſtolis Boa-
nerges, hoc eſt filij tonitrui: & non relinquetur, & ſanctæ Mariæ uox uirgo: & non
mutabitur. impolluta enim permanſit ſancta. Ipſa natura non docet uos? O nouam
inſaniam, ô noua negocia. Multa uero ſunt alia,quæ ueteribus temporibus non auſi
ſunt patres. Nunc uero alius blaſphemat in aduentu CHRISTI in carne, alia lo-
quens in ipſam deitatem. Alius autem defectuoſum facit in ſeipſo totius aduentus in
carne myſterium. Alius de reſurrectione mortuorum ambigit. Et in ſumma,ô turbu-
lentum noſtrum ſæculum,cuius uita in periculo uerſatur,ut quæ undiquaque prauis
ſuperſeminationibus cogitationum ac ratiocinationum malæ fidei, à diabolo obrui-
tur. Quomodo audent impetere impollutam uirginem, & quæ digna facta eſt habita
culum fieri filij Dei, & ad hoc electa eſt ex multis milibus Iſraël, quo uas & habitaculũ
dignum eſſet, in ſignum ſolum partus? Audiui enim à quodam, quod aliqui audent
de hac dicere,quod poſtquam genuit Saluatorem, copulata eſt uiro. et non admiror.
Nam ignorantia eorum qui certitudinem diuinarum Scripturarum nõ nouerunt,ne-
que in hiſtorijs uerſati ſunt,ſemper ab alijs ad alia transfert ac diſtrahit eum,qui ex pro
pria mente uult aliquid de ueritate inueſtigare. Primum enim quando uirgo tradeba-
tur ipſi Ioſeph,ſortibus cogentibus ipſam ad hoc uenire,non tradita eſt ipſi ad coniun
ctionem, ſi uerum dicere oportet, quoniam uiduus erat. ſed propter legem quidem
uir ipſius uocatus eſt. Iuxta conſequentiam uero ex Iudæorum traditione oſtenditur, *Ioſeph cur uir*
quod nõ coniunctionis gratia ipſi tradebatur uirgo, ſed quo conſeruaretur in teſtimo *ginem ſibi tra*
nium futurorum, quod non ſpuria diſpenſatio aduentus in carne acceſſit, ſed quæ te- *ditam habuit.*
ſtimonia haberet in ueritate, extra ſemen uiri, in Spiritu ſancto diſpenſata in ueritate.
Quomodo enim poterat tantus ſenex uirginem habere uxorem, quum eſſet uiduus à
prima uxore per tot annos?Hic equidem Ioſeph frater fuit Clopæ. erat autem filius Ia
cob, qui Panther cognominabatur. hi ambo à Panthere appellato gignũtur. Habuit
autem hic Ioſeph primam ſuam uxorem ex tribu Iuda, & peperit hæc ipſi liberos nu-
mero ſex,quatuor maſculos, duas fœmellas, quemadmodum Euãgelium ſecundum
Marcum, & ſecundum Ioannem declarauerunt. Habebat igitur primogenitum Iaco- *Ioſeph hiſto-*
bum cognominatum Oblian,quod ſignificat murum,& cognominatũ item Iuſtum, *ria tota.*
Erat autem Nazoræus,quod ſignificat ſanctum. Et primus hic accepit cathedram epi
ſcopatus, cui concredidit Dominus thronum ſuum in terra primo, qui etiam frater
Domini uocabatur, quemadmodum etiam Apoſtolus his cõſentit,ſic dicens:Alium «
uero Apoſtolum nõ uidi,niſi Iacobum fratrem Domini,& cætera. Frater autem Do «
mini hic appellatur,propter coeducationem, nõ ſecundum naturam, ſed per gratiam.
Maria enim tradita ipſi Ioſeph,uidebatur uxor eſſe uiri, non habens ad ipſum corpo-
rum coniunctionẽ. Ex hoc uero argumento uicinitas propinquitatis filiorum Ioſeph
ad Saluatorem,in fratrũ loco appellata eſt, imò potius reputata eſt. Quemadmodum
etiam ipſe Ioſeph non habens ſocietatem ad natiuitatem Saluatoris ſecundũ carnem,

in patris loco reputatur, ſecundum myſterij diſpenſationem, uelut dicit Lucas Euange-
» liſta de ipſo Saluatore, Exiſtens filius, uelut putabatur Ioſeph, & uelut etiã ipſa Ma-
» ria dixit ad ipſum in Euangelio ſecundum Lucam: Ecce ego & pater tuus quærebamus te dolentes. Quis igitur dixerit Ioſeph patrem Domini? qui nullam ad ipſum habuit cauſam, maximè quum aduentus in carne extra ſemen uiri ſit. Verum per diſpenſationem res ipſę hanc ſortem acceperunt. Et genuit quidem hunc Iacobum circa quadrageſimum plus minus ætatis ſuæ annum. Poſt ipſum uero naſcitur ipſi filius Ioſe uocatus. Deinde poſt ipſum Symeon, poſtea Iudas. Et duæ filiæ, Maria, & quæ uocatur Salome. Et mortua eſt ipſius uxor. Et poſt multos annos accipit Mariam uiduus, agens annum uiduitatis ſuæ fortaſſis octoageſimum & ultra. Et accipit Mariã,
» uelut etiam Euangelium habet. Deſponſa enim, inquit, Maria, et nõ nupta. Et rurſus
» alibi, Non cognouit ipſam. Admirari uero ſubit de omnibus qui prauos prętextus uenantur, & ea quorum cauſas perſcrutari non eſt opus: quod & quęrunt non quærenda, & à neceſſarijs ad ſtultas quæſtiunculas conuertuntur, quo omnino undiquaque pernicies incredulitatis ac blaſphemiæ nobis immineat, propter ignominiam erga ſanctos. Et primum quidem redarguit undique ipſa cõſequentia: quod primum quidem ſenex octoageſimum annum ſupergreſſus, non accepit uirginem in uſum, ſed magis diſpoſitus eſt ipſi ad cuſtodiam. Deinde omnino ſanè etiam ipſi erant iuſti, & non audebat is qui audierat, quod ex Spiritu ſancto eſſet quod erat in ipſa, amplius aggredi poſt talem myſterij diſpenſationem, ut uteretur uaſe digno facto complecti, quem cœlum & terra non capiebat, propter excellentiã gloriæ ipſius. Si enim etiam nunc in nomen ipſius uirgines degere contendunt, & caſtitatem ſeruare ac continere: quomodo non erat potius fidelior Ioſeph, & ipſa Maria, quæ omnia conſeruabat in corde ſuo, uelut ſcriptum eſt? At uero poſt tantam & talem ac tam ingentem diſpenſationem, copulatum fuiſſe ſenem uirgini caſtæ & honoratæ, & uaſi, quod cepit incomprehenſibilem, & ſuſcepit tale myſterium ſigni cœleſtis & uitæ hominum, quæ fuerit impietas hoc aſſeuerare? Vnde enim non oſtendemus quod caſta permanſit uirgo? Oſtendant autem nobis ſtatim, quos nam genuit Maria poſt Saluatoris noſtri partum? dicãt nomina illi fictores & concinnatores fraudis ac malignitatis, & non poterunt oſtendere. Non enim coniuncta eſt amplius uirgo, abſit. Si enim peperiſſet unquam quę ſemper erat cum ipſo Saluatore, dixiſſent ſanè etiam ſimul filios ipſius conuerſatos eſſe. Sed-
» cit autem ipſos id quod dictum eſt, Ecce mater tua & fratres tui foris ſtant, quærentes
» te: & non ſciunt quod ante hoc erat ſcriptum, quod fratres ipſius credebant in ipſum.
Progredientes enim & nos tempore, & admirantes ea quæ in diuinis Scripturis uelut ſimpliciter ſcripta ſunt, iam per omnia ſenſum adepti, gratias agimus Deo, qui pręmuniuit per exigua, uelut uidetur uerba in diuina Scriptura, ut totius Scripturæ ueritas declaretur. Semper enim audientes de Iacobo, quod hic frater Domini uocabatur, admirantes dicebamus, quæ eſt utilitas? Nunc autẽ cognouimus ob quam cauſam prædixit diuina Scriptura. Omnino enim ut quum audiamus, Ecce mater tua, & ecce fratres tui foris ſtant, quærentes te: diſcamus quod de Iacobo dicit, & alijs filijs Ioſeph, & non de filijs Mariæ, qui non ſunt. Manifeſtum enim erat quod maior erat Iacobus ætate iuxta aduentum Domini in carne. fratres autem ipſos dicit declarans Scriptura, & nominatim proferens Iacobum & Ioſe, & Symeonem ac Iudam, & Salomonem ac Mariam. Quo itaque diſcant cuius filius ſit, & ex qua matre Iacobus, intelligantq; quis maior ſit ætate, audiant. Ieſus enim crucifigitur anno triceſimotertio ſui in carne aduentus: Herodis autem erat illo tempore filij Archelai annus uigeſimus. nam in triceſimo tertio anno primi Herodis filij Antipatri, naſcitur Saluator in Bethleem Iudææ, qui erat quadrageſimus ſecundus Auguſti regis, & perfectis duobus annis abducitur à Ioſeph in

Filij Ioſeph quatuor, filiæ duæ.

Fratres Domini qui ſint.

Ieſu natiuitas & crucifixio.

seph in Ægyptum, propter ea, quæ Herodi à Magis dicta erãt, Herode quærente puerum. Descendit autem in Ægyptum, & perficit isthic alios duos annos, & moritur Herodes rex anno tricesimoseptimo. Succedit autem huic Archelaus filius ipsius per annos nouem. Et sic negocium absoluitur, & traditur cruci, decimooctauo anno Tiberij Cæsaris, Agrippę uero appellati Magni, siue Herodis iunioris, filij uero Archelai annus erat uigesimus. Nusquam autem audiuimus, Ioseph filios fecisse. Sed neq; post reditũ ab Ægypto idem Ioseph multis annis uixit. Quartus enim annus erat Saluatori, Ioseph autem quartus supra octoagesimum, quando ex Ægypti regione reuertebatur. Et permansit alijs octo annis Ioseph superstes. Et in duodecimo anno ascendentibus illis ad Hierosolyma, quæsitus est quando non reperiebatur in itinere, uelut habet Euangelium secundũ Lucam. Post hos annos moritur Ioseph, & educatus est non amplius à Ioseph, sed in domo Ioseph. Vnde non amplius dicit Euangeliũ, quod uenit pater ipsius & fratres, sed ecce mater tua & fratres tui foris stant. Sed neq; quando dicebant ad ipsum in Idumæa, Nemo hæc faciens, in occulto esse uult, si hæc facis, manifesta teipsum: non dixit quod dixerint ad ipsum pater eius & fratres eius, sed fratres eius solum: uelut Ioseph non amplius existente secundum corpus. Deinde in ipsa consummatione, quando Saluator in cruce pendebat, uelut habet Euangelium secundum Ioannem: Conuersus, inquit, uidit discipulum quem diligebat Dominus, & dixit ipsi de maria, Ecce mater tua, & eidẽ dicit, Ecce filius tuus. Si uero fuissent filij Mariæ, & si fuisset ipsi uir, qua ratione tradidisset ipsam Ioanni, & Ioannem Mariæ? Qua uero ratione non potius Petro tradit, qua ratione nõ Andreæ, Matthæo ę ac Bartholomęo? At manifestum est quod Ioanni, propter uirginitatem, Ecce enim mater: quam non esset mater ipsius Ioãnis secundum carnem: sed ut ostẽderet ipsam matrem esse principem uirginitatis: quoniam ex ipsa uita erat. Et Ioanni quãquam secundum carnem alieno existẽti dicebat: ut doceret honorare propriam suam mentem, quoniam reuera secundum carnem ex ipsa Dominus ipse genitus est, ut ne quis putet rem ipsam esse apparentiam, & non ueritatem. Si enim non fuisset uere ipsius mater, quæ secundum carnem peperit ipsum, non sanè de ipsa curam habuisset, ut semper uirginẽ commendaret, quæ mater quidem facta est propter dispensationem, impolluta autem erat propter honorem erga ipsam, & uas admirabile. Dicit autem Euangelium, Et ab illa die accepit ipsam ad seipsum. Si uero habuisset uirum, si habuisset domum, si habuisset filios, in sua secessisset, & non ad alienum. At ne hoc conuertatur in detrimentum quibusdam, & uideantur in hoc accipere occasionem ac prætextum coinductas & amicas sibi exquirendi, propter malignam opinionem. Illic enim res fiebant secundum dispensationem, diuisis rebus ab omni alia secundum Deum seruari debente certitudine. Nam quando hoc factum erat, & assumpsit ipsam ad seipsum, non amplius permansit apud ipsum. Sed & si uidentur quidam errasse, quærant uestigia Scripturarũ, & inuenerint utique, neque mortem Mariæ, neque an mortua sit, aut non mortua, neque an sepulta sit, aut non sepulta. Et quidem quum Ioannes in Asiam instituerit profectionem: & nusquam dicit Scriptura, quod abduxerit secum sanctam uirginem, sed simpliciter siluit, propter miraculi excellentiam, ut ne ad stuporem perducere hominum mentem. Ego enim non audeo dicere, sed cogitans silentium mihi impero. fortassis enim alicubi etiam uestigia inuenerimus sanctæ illius ac beatæ, sicut neque inuenire datur mortem ipsius. Alicubi enim Symeon dicit de ipsa, Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, quo reuelentur ex multorum cordibus cogitationes. alicubi uero Apocalypsis Ioannis dicit, quod Draco festinauit ad mulierem quæ genuit masculum, & datæ sunt ipsi alæ aquilæ, & assumpta est in desertum, ut ne ipsam arriperet draco: fortassis autem potest de ipsa accipi ac impleri. Non

Maria cur Ioanni à Christo commendata est.

Amicarum habendarum occasio unde sit.

Mariæ mortis incertitudo.

autem omnino definio hoc, & non dico, quod immortalis manſit, ſed neque affi-
mo an mortua ſit. Exceſſit enim Scriptura mentem humanam, & in ſuſpenſo reli-
quit, propter uas precioſum ac excellentiſſimum, ut ne quis ad ſuſpicionem ueniat
carnalium de ipſa rerum. Siue igitur mortua eſt, non nouimus, ſiue ſepulta eſt, non
copulata fuit carni, abſit. Quis uero collecta ſibi ipſi amentia, blaſphemam quandam
opinionem impingere uoluerit, & os tollere, linguamq; laxare, labia diſtrahere ex
cogitatione praua? imò pro hymnis & gloria, contumelias quaſdam excogitare,
& in ſanctam uirginem debacchari, & uas honoratum non colere? Si uero etiam
ab alia quadam ſpeculatione ipſas res accipere conuenit, attingamus quoque ratio-
Leænæ partus. num naturæ cognationes. Aiunt leænam non parere præterquam ſemel & unum,
habere autem hanc cauſam. Animal eſt uoraciſſimum, ſpecie fuluum, robore ſolidiſ-
ſimum, & ut ita dicam, regaliſſimum genus ſuper alia animalia. Habet autem con-
ceptionem ex uno coniuge. Perficit autem immiſſum ſemen uigintiſex menſibus in
utero, ita ut catulus intus ad perfectionem geſtetur propter tempus, ut etiam omnes
dentes habeat iam prius quàm ex utero prodeat, & ungues in ſtatura firma, cla-
uiculares item appellatos, & dentes caninos, atque molares, & alia quæ adſunt huic
animanti. Itaque dum eſt ipſe in utero in ſaltationibus motibus que ac alijs mori-
bus, per ungues diuellere aiunt, incidereq; matrices ac uteros prægnantes. Quum
igitur mater ad pariendum uenerit, in illa die, ab omni moleſta geſtationis natura
uentrem alienum fieri. Nam unà cum partu etiam uteros ac matrices ſimul excer-
ni dicunt rerum naturæ periti, ut neque amplius coitum appetat fœmina, niſi quis
uim inferat: neque uero ſi contingat eam ad coitum cogi, amplius concipere poſ-
ſit, quum non habeat locos ſiue matrices. Nunquid igitur dedit nobis etiam hæc
conſequentia, ut exquiramus ad propoſitam rem, motionem quandam cognatio-
nis, ad utilitatem potius quàm ad detrimentum? Si enim catulum leonis Iudam
Chriſtus Leo dicitur. obſcure dicit Iacob, CHRISTVM dicens: & in Apocalypſi habetur, Ecce uicit
leo, inquit, de tribu Iuda, & ex ſemine Dauid: ſi itaque Dominus leoni aſſimilatur,
non ſecundum naturam, ſed propter ænigma, & eo quod regium animal, inter
omnia animantia uiolentiſſimum ac fortiſſimum, & aliàs per omnia gratioſiſſimum
Maria Leæna. profectò etiam genitricem ipſius Leænam dixerim. Vnde enim gignitur omnino
Leo, ſi non Leæna mater uocabitur? Leænæ autem non contingit ſecundus par-
tus. Ergo non amplius partum nouit Maria, non amplius coniunctionem corpo-
rum ſancta uirgo. Sed & alias uideamus ſpeculationes. Erat Maria affectatrix IE-
SV cum ipſo ſemper exiſtens. Vocatus eſt IESVS ad nuptias, & mater ipſius erat
illic & fratres, & nuſquam Ioſeph. Et dixit ad eam, Quid mihi & tibi curæ eſt mu-
lier, nondum uenit hora mea: & non dixit, Quid mihi & uobis homines. Aſtabat
Maria Magdalena, & Maria Clopæ, & Maria mater Rufi, & Maria alia, & Salo-
Iacobi fratris Domini ſanctitas. me, atque aliæ. Et non dixit, Erat Ioſeph illic, aut Iacobus frater Domini, qui ubi
annos uixit nonagintaſex, uirgo exiſtens mortuus eſt, in cuius caput ferrum non
aſcendit, qui balneo non utebatur, qui animatis non participabat, qui imam tuni-
cam non iterum induit, qui ueſte attrita linea ſola utebatur, quemadmodum & in
Euangelio habetur, Fugiebat adoleſcens, & dimiſit linteum quo erat amictus. Ioan
nes enim & Iacobus atque Iacobus, hi tres hanc uitæ conuerſationem habuerunt,
duo quidem filij Zebedæi, & filius Ioſeph Iacobus, frater autem Domini, propter
conuictum, propter coeducationem, propterea quod fratris loco ipſum habuit, pro
pter eam quam habebat ſolum Ioſeph erga Mariam ingenuitatem, ex eo quod ipſa
legitime illi attributa erat. Huic Iacobo ſoli licebat ſemel in anno ingredi ad Sancta
ſanctorum, eo quod Nazoræus ipſe eſſet, & ſacerdotio ammixtus. Huic enim iuxta

duos

duos modos Maria cognata erat ipsi Elizabet, & Iacobus præcellebat sacerdotio. Nam hæ duæ tribus solæ coniungebantur inter se, regia sacerdotali, & sacerdotalis regiæ. Sic etiam suprà in Exodo Naasson è Iuda tribunus accipit Elizabet, seniorem filiam Aaron sibiipsi in uxorem. Vnde multæ hæreses genealogiam Saluatoris secundum carnem ignorant, & ex eo quod ipsi dubitant, fidem non habent, & uidentur sibi contradicere ueritati, dicentes: Quomodo ea quæ est ex tribu Iuda & Da uidis, cognata esse potest Elizabet quæ est à Leui? Hic Iacobus etiam bracteã in capite gestabat, & aliquando siccitate instante eleuauit manus ad cœlum, & precatus est, et statim cœlum dedit pluuiam. Laneum autem uestimentum nunquam induit. Genua uero ipsius obduruerant instar camelorũ, ex eo quod semper flecteret ipsa coram Domino, propter excellentiam pietatis. Hunc igitur nomine non amplius appellabãt, sed Iustus erat ipsi nomen. Hic nunquam in balneo se lauit, hic animatis nõ participabat, uelut suprà à me indicatum est. Hic calceamentum non induit. Et multa de uiro dicerepossem, et de uirtuosa ipsius conuersatione. Vides igitur quod domus omnino erat integerrima: Si enim filij Ioseph nouerunt uirginitatis rationem & Nazoræorũ opus, quanto magis senex & uenerandus uir nouit custodire uirginem castam, & honorare uas, in quod aduenit hominum salus? Neq; ipsa natura nos docet, quod uir erat senex ætate multum prouecta, magnus inter uiros, fidelis moribus, pius specie? Dicit enim Euangelium, quod fuerit uir timens Deum, & uoluerit clanculum ipsam relinquere. Moritur autem hic Iacobus, frater Domini & filius Ioseph in Hierosolymis, ubi uixit post Saluatoris assumptionem annis plus minus uigintiquatuor, anno suæ ætatis nonagesimosexto, à fullone ligno percussus in caput, deiectus à pinaculo templi, & delatus ac nihil læsus. Inclinauit autem genua, & orauit pro ipsis, qui eum deiecerant, ac dixit: Ignosce ipsis Domine, nõ enim sciunt quid faciũt. Quemadmodũ etiã Symeon procul stans, nepos ipsius ex sorore, filius uero Clopę dicebat, Cessate, quid lapidibus obruitis iustum? Et ecce pro uobis optima precatur. Et sic factum est ipsius martyriũ. Si itaq; huius filius tot annorũ fuit, quomodo ergo huius pater uidens horrẽdas res, angelos natiuitatem filij stipãtes, hymnosq; à cœlo canentes & dicentes, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, in hominibus bona uoluntas: et pastores cernens uenientes in speluncam ubi natus fuit, & audiens ipsos hæc annunciãtes, Quomodo inquam, se nex Ioseph, & prouectæ ætatis tanta signa ac miracula audiens, audebat debacchari, & contumelia afficere corpus sanctum? in quo habitauerat Deus, ex quo corpore collecta est nobis aduentus in carne dispensatio, unde sancta et impolluta caro nobis ædificata est in deitate Saluatoris, uelut angelus Gabriel illic dicit: Spiritus sanctus superue « niet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Quapropter & quod nascetur ex te san- « ctum, uocabitur filius Dei. Quomodo igitur audebat copulari tantæ ac tali sanctæ uirgini Mariæ? Quid uero prodest nobis de hoc quærere, an etiam copulatus ipsi fuerit? quod absit. Vtrum uero magis eligendum est, num ut commendemus res Deo, aut ut enitamur ad deteriora? Quod quidem non scriptum est nobis: si non crediderimus, quod non copulata fuit ipsi Maria, non habemus uitam æternam, sed in iudicium uenimus: manifestum est, Scriptum est autem, Quid? bona. Imò quid? iusta. quid? reuerenda & honesta. quo demus etiam beneficium audientibus. Verum homines reliquerunt necessaria, de fidei ueritate, de Dei glorificatione: & exquirunt unde tandem comperiant sibiipsis detrimentum, heu quod periculosum est etiam cogitare, maxime quum Scriptura non dicat. Siquidem enim dixisset Scriptura, tradidissemus utiq; ueritatẽ, & nihil deliberassemus. Num enim inhoneste sunt nuptiæ? num impurũ cubile? num nõ est lectus impollutus? num obliterant nuptiæ? At à Prophetis & pontificibus cohibentur propter maius ministerium. Nam post-

Tribuũ sacerdotalis ac regiæ cognatio.

quam prophetauit Moſes, non amplius uxori coniunctus eſt, non amplius liberos genuit, non amplius generat talis. habebat enim uitam Domino uacantem. Quomodo enim potuiſſet in monte Sina quadraginta noctes ac quadraginta dies degere, ſi nuptijs addictus fuiſſet? Aut quomodo potuiſſet quadraginta annos in deſerto ad diſpenſationem Dei paratus eſſe, & ſacerdotio uacare, & quomodo myſteria explicare, & colloquia cum Deo perficere, ſi nuptijs coniunctus fuiſſet? Si enim de nobis dicit ſanctus Apoſtolus expreſſe, & dicit ut ad tempus uacent orationi, quanto magis de Prophetis hic ſermo uerus erit? Prophetiſſa itaque eſt etiam Maria. Ingreſſus enim eſt, inquit, ad prophetiſſam, & in utero concepit, & peperit filium, & dixit Dominus ad me, Voca nomen eius, cito ſpolia, confeſtim deprædare, & cætera. ſignificat autem hic ingreſſum Gabrielis ad Mariam, quando exiuit ut bonum nuncium ei afferret, quod genitura ſit filium Dei Saluatorem mundo, non ex ſemine uiri, ſed per Spiritum ſanctum. Sed & Philippo Euangeliſtæ quatuor fuerunt filiæ prophetantes. prophetabant autem propter uirginitatem quam habere dignæ factæ erant. Et Thecla incidit in Paulum ſanctum, & à nuptijs exoluitur, quum curatorem ſiue ſponſum haberet formoſiſſimum, primarium urbis, ualde diuitem, generoſiſſimumq; ac illuſtriſſimum in uita. Et contemnit terrena ſancta illa, ut cœleſtium potens fiat. Si itaque hi talia, quanto magis Maria, in quam mirabilis tota diſpenſatio myſterij facta eſt? Vnde igitur contraham mentis intelligentiam ad bonum, & euertam caliginem eorum qui horrenda conceperunt? uelut ſcriptum eſt, Concepit laborem & peperit iniquitatem: Hi enim uere concipiunt laborem cogitationum, pariunt autem iniquitatem blaſphemiarũ. Cæterum ne quis illa cogitet, et ipſa aliter ſubſeminare ſibijpſi tentans dicat, Quomodo igitur dixit Euangelium, quod inuenta eſt in utero habens Maria à Spiritu ſancto priuſquam ipſi conueniſſent? Igitur expectabatur congreſſus, & ea gratia dixit, Antequam conueniſſent, ſiue congreſſi eſſent? Sed & rurſus in alio loco, idem Euangelium rurſus dicit: Et non cognouit ipſam, donec cognouit filium ſuum primogenitum: & non ſciunt hi qui ſpeculationes Scripturarum ſe diuidere profitentur, & ſublimia ac profundiſſima curioſe inueſtigare conantur, quod ſpeculatio tali modo habet. Si uero primogenitus eſt omnis creaturæ ipſe unigenitus, ne tumultum facias. Non enim dixit, quod genuit primogenitum ſuum: ſed quod non cognouit ipſam, donec genuit filium ſuum: & non dixit, primogenitum ſuum, ſed primogenitum. In eo enim quod dixit, filium ſuum, ſignificauit ex ipſa ſecundum carnem genitum eſſe. In cognomine uero primogeniti, nõ amplius uocem ſuum adpoſuit: ſed primogenitum ſolum. Hic enim eſt, qui apud Apoſtolũ dictus eſt primogenitus omnis creaturæ, non coniunctus creaturæ, ſed ante creaturam genitus. Non enim dixit primocreatus, ſed primogenitus: diſtincta lectione ad id quod melius ac tutius eſt, ut primum dicat primogenitus, poſtea inferiorem creaturam nominet. Primogenitus enim de filio accipitur, creatura uero per filium. Genuit itaq; filium ſuum primogenitum: non autem ſuum primogenitum, uelut ipſa alium paritura eſſet. Et non cognouit ipſam. Vnde enim cognouiſſet, quod tantam gratiam acceptura eſſet mulier? aut unde cognouiſſet quod tali gloria glorificanda eſſet uirgo? Mulierem quidem nouerat ipſam formatione, & fœminam natura, & ex matre Anna, & ex patre Ioachim, & cognatam Elizabet, ex domo & familia Dauid: non nouerat autem, quod tali gloria honorandus eſſet aliquis in terra, maxime mulier. Non igitur cognouit ipſam, donec uidit miraculum. Non cognouit ipſius miraculum, donec uidit genitum ex ipſa. Quando uero peperit, cognouit Dei honorem, quod ipſa eſſet, quæ audiuiſſet, Aue gratioſa, Dominus tecum. Hæc eſt, quæ per Euam ſignificatur, quæ per ænigma accepit, ut mater uiuentium uocetur. Illa etenim mater uiuentium

Maria prophetiſſa.

Prophetia donum uirginitatis.

Primogeniti appellatio.

Cognouit Ioſeph Mariam quomodo.

uocata

uocata est etiam postquam audiuit, Terra es, & in terram reuerteris, post transgressio nem. Et mirum est quod post hanc transgressionem, magnum cognomen habuit. Et secundum sensum quidem, ab illa Eua omnis hominum generatio genita est in terra. Hic uerò uere à Maria hæc uita mundo genita est, ut uiuentem gigneret. Et facta est Maria mater uiuentium. Per ænigma igitur Maria mater uiuentium appellata est. Nam de duabus mulieribus dictum est, Quis dedit mulieri sapientiam, & scientiam uariegādi? Nam prima sapiens est Eua, texens uestes sensibiles, propter Adam quem denudauit. ipsi enim datus est hic labor, quoniam per ipsam nuditas inuenta est. Ipsi datum est amicire corpus sensibile, propter nuditatem sensibilem. Marię uero datum est à Deo, ut pepererit nobis agnum & ouem, & ex gloria ipsius agni ac ouis, factum est nobis uelut à uellere, in sapientia per uirtututem ipsius, indumentum incorruptibilitatis. Sed & aliud de his cogitare admirabile est, de Eua, inquam, & Maria. Eua enim mortis causa facta est hominibus, per ipsam enim ingressa est mors in mundum. Maria uero causa uitæ, per quam genita est nobis uita, & per hanc filius Dei accessit in mundum. Et ubi redundauit peccatum, ibi superabundauit gratia. Et unde facta est mors, illinc processit uita, ut uita pro morte fieret: & qui per mulierem nobis uita factus est, mortem ex muliere inductam excluderet. Et quandoquidem illic quidem Eua dum adhuc uirgo esset, in transgressione inobedientiæ fuit, rursus per uirginem obedientia gratiæ facta est, annunciato aduentu in carne de cœlo, & uita æterna. Illic enim dicit ad serpentem: Et inimicitiam ponam inter te & ipsam, & inter semen tuum & semen ipsius. Nusquam autem reperitur semen mulieris, uerum secundum ænigma de Eua, accipitur inimicitia aduersus ea quę ab ipsa gignuntur, ipsius serpentis, & diaboli qui in serpente fuit, & inuidiæ. proinde perfectissimè non potest totum in ipsa impleri. Implebitur autem reuera in semine sancto, eximio, solo, quod à Maria solum inuentum est, & non ex cōniugio uiri. Hic enim uenit, ut tolleret potestatem draconis, & obliqui serpentis fugientis, & totum terrarum orbem se cepisse dicentis. Propterea adueniebat ex muliere unigenitus ipse, ad tollendum serpentem, hoc est prauam doctrinam & corruptionem ac fraudem, erroremq; ac iniquitatem. Hic est qui uere aperuit uterum matris. Omnes enim quotquot geniti sunt primogeniti, quo etiam castius dicam, non potuerunt hoc implere. uerum solus unigenitus qui uirgineum uterum aperuit, in hoc enim solo perfectum est, & in alio nullo. Sed & ex ipsa argumenti tractatione uidere est. De Maria enim accipitur dictio ipsa, & de Ecclesia hoc mihi dicendum erit: Propterea relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carnem unam. Sanctus autem Apostolus dicit: Mysteriū hoc magnum est, ego autem dico in CHRISTVM & Ecclesiam. Et uide mihi Scripturarum exactam sinceritatem: quod de Adam quidem Formauit, d xit, de Eua uero non amplius Formatam esse dixit, sed ædificatam. Accepit enim, inquit, unam de costis eius, & ædificauit ipsi in uxorem: quo ostendat Dominum quidem de Maria efformasse sibiipsi corpus, ab ipsa uero costa ædificatam esse Ecclesiam, in eo quod punctum & apertum est ipsius latus, & mysteria sanguinis & aquæ, pretia redemptionis facta sunt. Attamen cognouit Mariam Ioseph, non secundum cognitionem quandam usus, non secundum cognitionem societatis: sed cognouit ipsam reuerendam & ex Deo honoratam. Non enim nouit ipsam eiuscemodi gloriæ esse, donec uidit Dominum ex muliere genitum. Et hoc, Priusquam congressi essent ipsi, inuenta est in utero habens: ut ne unquam inualesceret sermo eorum, qui putant ex societate uiri esse mysterium Dei dispensatum. Dicit enim, Priusquam hoc factum esset, quod expectabatur, non est autem facta hæc res. Etsi enim expectabatur Virgo Ioseph ad co-

Mater uiuentium.

Mulieres sapientes duæ.

Semen Euæ quomodo accipiendum sit.

Eua ex costa Adæ ædificata.

ad copulationem, quod neque fieri poterat propter ſenectutem: tamen præoccupat Scriptura, & nobis ſuggerit, & cogitationem munit, quum ipſum argumentum diuini partus perſuadere poſſit, ut non amplius accedat uir ad copulationem cum uirgine. Sic etiam Angelus Ioſeph perſuaſit, non eſſe eam opinionem quam ipſe habebat. Simile eſt enim prędicto, Prius quàm congreſſi eſſent ipſi: uelut expectata re, non autem facta. Quum enim iuſtus eſſet, quærebat non infamare ipſam, ſed clanculum dimittere ipſam, ut qui prauus quidem fieret ſi infamaret ipſam, non autem factus eſt, uelut angelus docet, dicens: Ne metuas aſſumere Mariam uxorem tuam, quæ nondum facta eſt uxor, & ſi in ſuſpicione peccati apud te eſt. At neq; ſic eſt uelut putas, & cætera. Statim enim conſequenter dicit, Quod enim genitum eſt in ipſa: uelut iam genitum eſſet. Rurſus autem, Pariet filiũ: uelut de futuro. Sic enim erat, uerum ad fidem faciendam contigit prędexclamatio. Sic etiam Priuſquã congreſſi eſſent: contenti ſumus quod omnino nõ factum eſt. Et, Donecc peperit filium ſuum primogenitum: eodem modo interpretari debes, propter miraculũ cognitionis uirginis apud Deum honoratæ. Nec uero putet quis ex eo quod dicit, Priuſquam cõgreſſi eſſent ipſi: quod poſtea congreſſi ſunt, neque enim poteſt quis demonſtrare aut iudicare. ſed ut oſtendat impollutam conceptionem Saluatoris, Scriptura hoc confirmauit. Hoc igitur, Non cognouit ipſam: propter gloriam. Primogenitum uero, quoniam primogenitus eſt priuſquam eſſent creaturæ, & primogenitus inter multos fratres, iuxta Apoſtolũ, non iuxta eum qui eſt à Maria, uelut alij filij ſint ex ipſa, ſed inter eos qui digni facti ſunt accipere per ipſum adoptionem in filios, quando filius ipſius fuit uere ſecundum carnem, ut ne apparentia eſſe putetur. Sed & primogenitus & filius ipſius uirginis, non quod ipſa alios filios, uelut dixi, habeat. ſimile enim eſt hoc in primo ante aduentum. Qui enim uere primogenitus eſt Patris ſuperni ante omnem creaturam, nõ ex eo quod alij poſt ipſum ex patre geniti ſunt, primogenitus dicitur. Non enim eſt ipſi frater ſecũdus, propterea quod eſt unigenitus. Sic etiam in aduentu in carne, filius & primogenitus eſt Mariæ. At unigenitus Mariæ eſt, non habens ſecundũ fratrem ab ipſa. Et ceſſent qui contra ſeipſos machinantur nociua magis quàm utilia. Ne me admoneas, Qui honorat Dominum, honorat etiam ſanctum. Qui uero ignominia afficit ſanctum, ignominia afficit etiam ipſius Dominum. Sit Maria apud ſe ſancta uirgo, ſanctum uas. Nam hæc quæ ad detrimentum ſpectant, nobis non proſunt. Oportet autem nos reuerentius cogitare, ut ne elatam ceruicem acquiramus, aut diſſenſionem, aut uaniloquium. De omni enim ocioſo uerbo rationem dabimus, uelut ſcriptum eſt. De nobis ipſis cauriioſi ſimus, noſtras ipſorum res conſideremus, ne ea quæ noſtra ſunt, in ſanctos reijciamus, ne cõſideremus à nobis ipſis ea quæ ſanctorum ſunt. Omnino enim quidam graſſatores & ad libidinem conuerſi, et corruptã opinionem in ſeipſis habentes, etiam ſanctos polluere uolunt, ad honeſtam excuſationem prauæ ac infirmę ſuæ opinionis. Ad quos dixit Apoſtolus, Vellem quidem omnes eſſe ſicut meipſum. Meipſum uero quomodo dicit præterquam propter caſtitatem? Verum propter ſcortationes unuſquiſque ſuam uxorem habeat: ſubtractum eſt autem pronomen ipſum, habebat enim uim redarguendi ac retorquendi. poterat enim dicere, propter ſcortationes ueſtras. Detraxit itaque pronomen ueſtras, ut ne uideretur in cõtumeliam quorundam hoc dixiſſe. Dictum eſt autem in condemnationem quorundam, qui non uolunt uacare Deo, poſt uitam ſecundum legem, & poſtquam honeſte cognouerunt uas ſuum ad liberorum generationem. Sic etiam ueteres patres noſtri hac forma uſi ſunt, uelut etiam inuenimus alicubi dicere Scripturam, Rebecca autem ex uno concubitum habens: quum autẽ ex uno dixit, caſtius quidem expoſuit, oſtendit autem conceptionem iuſtam eſſe. Poſtquã enim habuit liberos, oſtẽdit nõ amplius mulieri ipſum copulatũ eſſe. Cæterũ quando quidẽ facile & procliue eſt, ad praua potius cõuerti mentẽ ęq; ad

Primogeniti appellatio.

Vellem omnes eſſe ſicut meipſum, quomodo accipiendũ

neceſſaria

neceſſaria, quum lubrica ſit noſtra humana ratiocinatio, & non cito dirigat impetum ſuum ad rectam uiam Domini, ſed declinet nunc ad dextra, nunc ad ſiniſtra: & grauatè impleat id quod apud Solomonem dictum eſt: Ne declines ad dextera, neq; ad ſiniſtra: & rurſus aliter uertatur noſtra malicia circa eaſdem cogitationes, & impellat noſtram modeſtiam rurſus ad alias uias pergere. cauti igitur ſimus, ne forte hoc ipſum quod abundantius uirginem laudamus, fiat alicui in aliud offendiculum imaginationis. Qui enim in filium blaſphemi ſunt, quemadmodum ſuprà à me oſtenſum eſt, natura ipſum abalienare à patris deitate conati ſunt. Alij uero rurſus aliter ſentientes, nimirum uelut amplius honorare progreſſi, eundem eſſe Patrem dixerũt, et eundem Filium, & eundem Spiritum ſanctum. Eſt autem utriſq; partibus incurabilis plaga. Sic etiam de ſancta hac & beata ſemper uirgine, aliqui quidem cõtumelia afficere ipſam aſſunt, uelut copulatam carni, poſt maximam illam & ſinceram Domini diſpenſationem aduentus ipſius in carne: & eſt hoc impientiſſimum ac flagitioſiſſimum. Quemadmodum autem dicimus nos hoc audiuiſſe, quoſdam ita auſos fuiſſe, ut facilime ſeipſos proiecerint in peccatum, ſic admirati ſumus, quum aliud rurſus audiuiſſemus, alios nimirum rurſus ita deſipere, ut in tractatione de ipſa ſancta ſemper uirgine, pro Deo hanc introducere ſtuduerint, & adhuc ſtudeãt, & furore quodam ac amentia ducantur. Narrant enim quod quædã mulieres illic in Arabia à partibus Thraces, hanc uanitatem inuexerunt, ut in nomen ſemper uirginis collyridem quandam ſacrificent, & ſimul congregentur: & in nomen ſanctæ uirginis ultra modum quid tentent aggredi, nephario ac blaſphemo negocio: & in nomen ipſius ſacra celebrent per mulieres, quod totum impium eſt ac nepharium, alienum à prædicatione ſancti Spiritus: ut ſit totum diabolicũ opus, & ſpiritus immundi doctrina. Impletur enim & in his hoc, Deficient quidam à ſana doctrina, attendentes fabulis et doctrinis dæmoniorũ: Erunt enim, inquit, mortuis cultum diuinum præſtantes, quemadmodum etiam in Iſraël coluerunt. Et ſanctorum iuxta tempus in Deum gloria, facta eſt alijs non uidentibus ueritatem, in errorem. Nam in Sicimis, hoc eſt in Neapoli nunc appellata, indigenæ ſacrificium faciunt in nomen puellæ, nimirum ex occaſione filiæ lephthæ, quæ aliquando oblata eſt Deo in ſacrificium, & deceptis factum eſt hoc in detrimentum idololatriæ & uani cultus. Sed & filiam Pharaonis quæ honorauit ſeruũ Dei Moſem, ſuſtulitq; ac educauit, propter celebritatem tunc pueri, ultra decorum honorauerunt Aegyptij pro Deo, atque hoc in malam traditionem ſtolidis demandarunt ad ſuperſtitioſam religionem. Et adorant Thermutim filiam Amenoph filij Pharaonis, quoniam educauit, uelut dixi, Moſem. Et multa talia ac ſimilia facta ſunt in mundo ad ſeductionem deceptorum: non quod ſancti ſint cauſa offendiculi quibuſdam, uerum quod cogitatio hominum non quieſcit, ſed ad praua euertitur. Siue enim mortua eſt ſancta uirgo & ſepulta, in honore ipſius dormitio, & in caſtitate mors, & in uirginitate corona: ſiue ſublata eſt, uelut ſcriptum eſt, animam ipſius pertranſibit gladius: inter martyres eſt ipſius gloria, & in laudibus ſanctum ipſius corpus, per quam lux exorta eſt mũdo: ſiue manſit, nam non eſt impoſſibile Deo omnia facere quæ uult, finis enim ipſius nemini notus eſt: non cõuenit colere ſanctos ultra decorum, ſed honorare ipſorum Dominum. Ceſſet itaq; error ſeductorum. Neq; enim Deus eſt Maria, neque de cœlo corpus habet, ſed ex conceptione uiri & mulieris, ſecundum promiſſionem uero uelut Iſaac diſpoſita. Et nemo in nomen huius offerat, ſuam enim animam perdit: neque ruſus debacchetur, contumelia afficiens ſanctã uirginem. abſit enim, nõ fuit copulata carni poſt partũ, neq; ante partũ Saluatoris. Et hęc quidẽ exigua nobiſcũ cõſiderauimus, ac ſcripſimus uolẽtibus diſcere Scripturæ ueritatẽ, & nõ fruſtra inſultare ſermonibus, & blaſphemã quandam ſibijpſis exarmare linguã. Si uero nõ uolunt quidã tolerare, neq;

Maria pro Deo habita.

Homines pro Dijs culti.

Thermutis Dea.

„ neq; utilia ſuſcipere, ſed potius contraria: etiam à nobis uilibus dicendum erit: Qui au-
dit, audiat, & qui inobediens eſt, inobediens ſit: neq; Apoſtolis laborem exhibeat, neq;
nobis amplius. Quæ enim nouimus magis pia & utilia Eccleſię, ea de ſancta uirgine di-
„ ximus, patrocinantes per omnia gratioſę, uelut Gabriel dixit, Aue gratioſa, Dominus
tecum. Si uero Dominus cum ipſa, quomodo erit in alio cõiugio? quomodo carni mi
ſcebitur, quæ à Domino cuſtoditur? Sancti ſunt in honore, quies ipſorũ in gloria: pro
fectio ipſorum hinc, in perfectione: ſors ipſorum in beatitudine, in manſionibus ſan-
ctis, tripudium cum angelis, diæta in cœlo, conuerſatio in diuinis Scripturis, gloria in
honore incõparabili ac perpetuo, brauia in CHRISTO IESV Domino noſtro, per
quem & cum quo gloria Patri cum ſancto Spiritu, in ſæcula ſæculorum, Amen. Salu-
tant uos omnes fratres. Salutate autem & ipſi omnes apud uos fratres fideles orthodo
xos, qui odio habent ſuperbiam, qui auerſantur ſocietatem Arianorum, & nugas Sa-
bellianorum: colunt autem coeſſentialem Trinitatem, Patrem & Filium ac ſanctũ Spi
ritum, tres ſubſtantias, unam eſſentiam & unam deitatem, & in ſumma unam gloriſi-
cationem. & qui non errant circa Saluatoris noſtri ſalutarem diſpenſationem et aduen
tum in carne, ſed credunt perfecte CHRISTI incarnationem, perfectum Deum, eun
dem perfectum hominem, citra peccatum: non duos eſſe, ſed unum Dominũ, unum
Deum, unum regem, unum pontificem, Deum & hominem, hominẽ & Deum: non
duos, ſed unum counitum, non in confuſionem, neq; in interitum ac obliterationem,
ſed ad magnam gratiæ diſpenſationem. Valete. At uero epiſtolæ exemplari conten
ti, quod probe ſe aduerſus hos opponit, hactenus ſufficere hęc putamus. Et quũ hanc
hæreſim in Deo tranſgreſſi ſimus, uelut reptile ex cauerna proſpectans, per ſapientem
Dei doctrinam ac potentiam, quæ uelut ſtyracis fragrantiam de ſe ſpirat in mundo: &
per eum qui ex Maria lux exortus eſt mundo redarguerimus, & malum uenenum ſer
pentinæ ipſorum prauitatis oſtẽderimus: ad alias rurſus pergamus, quo totum opus
in Deo abſoluamus.

Contra Collyridianos Mariæ offerentes, hæreſim

LXXIX.

Conſequenter poſt hanc ad famam peruenit hæreſis, de qua iam mentionẽ fecimus
in præcedente per epiſtolam in Arabiam ſcriptam, de Maria tractantẽ. Sed & hęc
hæreſis rurſus in Arabia à Thrace & ſuperioribus Scythiæ partibus emicuit, & ad au-
res peruenit, quæ ſanè & ipſa ridicula eſt, ac ludibrij plena apud prudentes reperitur.
Incipiemus autem de ipſa tractare, & opiniones ipſius recenſere, ſtoliditatis enim po-
tius cõdemnationem incurret, quàm ut aliquid ſapientiæ in ipſa eſſe iudicetur: quem-
admodum etiam aliæ ſimiles huic fuerunt. Sicut enim ſupra per contumeliam in Ma-
riam, hi qui hæc opinari uidentur, nociuas opiniones in cogitationes hominum ſemi-
nant, ſic etiam hi ad alteram partem inclinantes, in ſummo detrimento deprehendun-
tur: quo illud quod apud externos quoſdã philoſophos celebre eſt, dum dicunt, Ex-
tremitates æqualitates, etiam in ipſis impleatur. Aequale eſt enim in utriſq; his ſectis de-
trimentum, quum illi quidem uilipendant ſanctam uirginem, hi uero rurſus ultra de-
corum glorificent. Hi enim qui hoc docent, qui ſunt præterquam mulieres: Mulebre
enim genus lubricum eſt, erroneumq;, ac intellectu humili præditum. etenim & ipſi
diabolo uiſum eſt hoc à mulieribus euomere. Quemadmodũ enim ſuprà apud Quin
tillam & Maximillam ac Priſcillam ridicula ſunt dogmata, ſic etiam hic. Quædam e-
nim mulieres currum quendam, ſiue ſellam quadratam ornãtes, ex paſſo ſuper ipſum
lineo, in die quadam illuſtri anni per aliquot dies panem proponũt, & offerunt in no
men Mariæ. Omnes autem pane participãt, uelut in epiſtola in Arabiam à me ſcripta
ex parte diſſeruimus. Nunc autem clare de ipſa dicemus, & confutationes cõtra ipſam
pro uiribus Deum inuocantes, appoſituri ſumus: quo huius ſimulacrificæ hæreſis ra-
dicibus

Extremitates æqualitates, Prouerbium.

dicibus excisis, à quibusdam talem rabiem exoluere in Deo possimus. Age igitur, uirilem animum induamus, et harum mulierũ insaniam dissipemus. Totum enim hoc, mulieris opinio est, & Euæ rursus deceptæ morbus, imò potius serpentis, bestię illius iritatiuæ, & quæ loquuta est in ipsa. est hæc erroris promissio, nihil in medium afferens, neq; promissa perficiens: sed solum mortem efficiens, ea quæ non sunt uelut quæ sint nominans, & per uisionem ligni inobedientiam faciens, & auersionem ab ipsa ueritate, & ut ad multa se conuerteret. Æstimare autem licet qualia impostor ille seminarit, dum ait, Eritis sicut dij. Sic & harum opinio per prædictæ bestię elationem impulsa est. nam in hac natura rursus mortem operatur, uelut sæpe dixi. Primum equidem statim consideremus ab æterno usq; in hunc diem, cui non manifestum est, quod dæmoniorum est doctrina & forma & abalienata aggressio? Deo enim ab æterno nulla- *Mulieres non sacrificant.*
tenus mulier sacrificauit: non ipsa Eua, & quidem in transgressione constituta. At non ausa fuit amplius talem impiam aggressionem perficere: non una ex ipsius filiabus, & quidem quum Abel statim sacrificauerit Deo: & Cain obtulerit sacrificiũ coram Domino, sed non acceptum: & Enoch complacuerit Deo, ac translatus sit: & Noë obtulerit ex reliquijs quę supererant ex arca, gratas oblationes Domino. Abraam autem iustus sacrificat Deo, & Melchisedec sacerdos Dei altissimi, & Isaac Deo complacens reperitur. Et Iacob pro uiribus obtulit in lapide de lẽticula, affuso oleo. Filij uero huius, Leuis quidem ex ordine sacerdotiũ suscepisse reperitur. Ex ipsius autem genere sunt, qui sacerdotalem ordinem susceperunt, Moses inquam Propheta & Hierophantor, Aaron item & filij ipsius, Eleazarq; & Phinees & Ithamar huius nepos. Et quid opus est me recensere multitudinem eorum, qui Deo sacrificarũt in ueteri Testamento? Sic Achitob sacrificare reperitur, & Coritæ & Gersonitæ, & Merarítæ, quibus Leuiticus ordo demandatus fuit. Et domus Eli, & qui post ipsum de cognatione eius in domo Abimelech & Abiathar, Chelciasq; ac Buzi, usq; ad IESVM sacerdotem magnum, Esdramq; sacerdotem & alios, & nusquam mulier sacrificauit, aut sacerdotio functa est. Deueniam autem & ad nouum Testamentum. Si mulieribus præceptum esset sacrificare Deo, aut regulare quicquã operari in Ecclesia, oportebat magis ipsam Mariam sacrificium perficere in nouo Testamento, quæ digna facta est suscipere in proprijs sinibus uniuersorum regem Deum, cœlestem filium Dei: cuius uterus templum factum est ac domicilium ad Domini in carne dispensationem, per Dei benignitatem, et admirandum mysterium præparatus est. At non complacuit. Sed neq; baptisma dare con- *Mulieres ne fungantur ministerijs in Ecclesia publicis*
creditum est, alioqui potuisset CHRISTVS ab ipsa baptizari potius quàm à Ioanne. *Discipuli Domini.*
At Ioannes quidem filius Zachariæ in deserto perfecit baptisma remissionis peccatorum sibi concreditum habens. Pater uero huius Deo sacrificabat, & in tempore suffitus uisionem uidit. Petrus item & Andreas, Iacobus & Ioannes, Philippus & Bartholomæus, Thomas, Matthæus, & Iacobus Alphæi, & Iudas Iacobi, & Simon Canæus, & Mathias qui in complementum duodecim electus est: hi omnes electi sunt Apostoli, sacrificantes per terram Euangelium unà cum Paulo et Barnaba ac reliquis, & mysteriorum duces cum Iacobo fratre Domini et primo episcopo Hierosolymorũ. A quo episcopo & prædictis apostolis constitutæ sunt successiones episcoporum & presbyterorum in domo Dei: & nusquam mulier inter hos constituta est. Fuerunt autem, inquit, quatuor filiæ Philippo Euangelistæ prophetantes, non tamen sacrificantes. Et erat Anna prophetissa filia Phanuelis, sed non sacrificium concreditum habuit. Oportebat enim impleri hoc, Prophetabunt filij uestri & filiæ uestræ, & iuuenes uestri uisiones uidebunt, et seniores uestri somnia somniabunt. Et ministrarum quidem diaconissarum appellatarum ordo est in Ecclesia, sed non ad sacrificandum, neque ut quicquam aggredi permittantur, uerum reuerentiæ gratia muliebris generis, aut pro

pter horam balnei, aut uisitationis affectionis, aut laboris. Et quando nudatum fuerit

Mulierũ in Ecclesia ministeria quæ sint.

corpus mulieris, ut ne à uiris sacrificantibus conspiciatur, sed à ministrãte muliere, cui
præcipitur à sacerdote ut curam gerat ad tempus indigentis mulieris, in tempore denu
dationis corporis ipsius, ita ut ordo bonæ disciplinæ & ecclesiasticæ bonæ constitu
tionis, ualde scientifice munitus sit, in mensura regulæ. Quapropter neq; permittit di
uina Scriptura mulieri, ut in Ecclesia loquatur, neq; ut uiro dominetur. Et multa pos

Diaconissæ.

sunt de hoc dici. Obseruandum est autem quod diaconissis solum indiguit Ecclesiasti
cus ordo, uiduasq; eas nominauit, & ex his adhuc seniores, aniculas: nusquam autem
presbyteridas aut sacrificulas constituit. Nam neq; diaconis in Ecclesia concreditum
est, ut aliquod mysterium perficiant, sed solum ut administrent & exequãtur commis
sa. Vnde uero nobis rursus hæc noua fabula excitata est? Vnde mulierum fastus, & in
sania muliebris? Vnde nutrita malicia, rursus per fœminam nobis fœmineam opinio
nem mentibus infundens, suam uoluptatem operans, à proposito decedere miseram
hominum naturam cogere conatur? Cæterum suscipiamus animum ipsius Iob, firmi
tatem Athletæ illius, armemur iusta responsione in labia assumpta. Dicamus & ipsi,
uelut una ex stolidis mulieribus loquuta es: unde enim non stolidum hoc apparebit,

Imagines damnatæ.

omni prudentiam habenti, eamq; per Deum adepto? Vnde non est simulacrificũ hoc
studium, & diabolicus conatus? Prætextu enim iusticiæ semper subiens hominũ men
tem diabolus, mortalem naturam in hominum oculis deificans, statuas humanas ima
gines præ se ferentes per artium uarietatem expressit. Et mortui quidem sunt qui ado
rantur, ipsorum uero imagines, quæ nunquam uixerunt: neq; enim mortuæ esse pos
sunt, quæ nunquam uixerunt: adorandas introducunt, adulterante mente ab uno &
solo Deo: uelut commune scortum ad multam multiplicis coitus absurditatem irita
tum, & quod temperantiam legitimi coniugij unius uiri detriuit. Reuera sanctum erat
corpus Mariæ, non tamen Deus. Reuera uirgo erat ipsa uirgo & honorata, sed nõ ad
orationem nobis data, sed ipsa adorãs eum qui ex ipsa, carne genitus est, de cœlis ue
ro ex finibus paternis accessit. Et propterea Euangeliũ munit nos, dicẽs quod ipse Do
minus dixerit, Quid mihi & tibi curæ est mulier? nondum uenit hora mea: quo nõ pu
tarent aliqui magis eximiam esse sanctam uirginẽ, mulierem eam appellauit: uelut pro
phetans quæ futura essent in terra, sectarum ac hæreseon gratia: ut ne aliqui nimiũ ad
mirati sanctam, in hanc hæresim eiusq; deliramenta dilabantur. Est enim ludibrium to
ta res, & anicularũ fabula, ut ita dicam, tota hæresis tractatio. Quæ uero Scriptura de
hoc narrauit? Quis Prophetarum præcepit hominem adorari, nedum mulierem? Exi
mium equidem est uas, sed mulier, & nihil à natura immutata: uerum & intellectu &
sensu in honore honorata, uelut corpora sanctorũ, & si quid amplius ad glorificatio
nem dixerim, sicut Helias ex matre uirgo, & sic manens in perpetuum, & translatus, et
mortem non conspicatus, sicut Ioannes qui super pectus Domini recubuit, quem dili
gebat IESVS, sicut Thecla sancta. Et Maria adhuc honoratior hac est, propter dispen

Sancti non adorandi.

sationem mysterij qua digna facta est. Sed neq; Helias adorandus est, etiamsi in uiuis
sit, neq; Ioannes adorandus, quanquam per preces suas proprias dormitionem suam
admirandam effecerit, imò potius ex Deo gratiam acceperit. Sed neq; Thecla, neque
quisquam sanctus adoratur. Non enim dominabitur nobis antiquus error, ut relin
quamus uiuentem, & adoremus ea quæ ab ipso facta sunt. Coluerunt enim & adora
runt creaturam præter creatorem, & stulti facti sunt. Si enim angelos adorari non uult,
quãto magis eam quæ genita est ab Anna, quæ ex Ioachim donata est Annæ, quæ per
preces & omnem diligentiam, secundum promissionem patri ac matri data est, non ta

Historia Mariæ.

men aliter genita est præter hominum naturam, sed sicut omnes ex semine uiri & ute
ro mulieris. Tametsi enim historia Mariæ & traditiones habent, quod dictum est pa

tri ipsius

tri ipſius Ioachim in deſerto, Vxor tua concepit, tamen non quod ſine cõiugio hoc factum, neque ſine ſemine uiri, ſed futurum angelus miſſus pręuaticinatus eſt, ut ne qua hæſitatio fieret propter id quod in ueritate factum eſt, & iam ex Deo ordinatum, & iuſto promiſſum. Et undiquaq; uidemus Scripturas ſic narrantes. Eſaias enim prædicit de futuris in filium Dei implendis: Ecce uirgo in utero habebit & pariet filium, & uocabunt nomen ipſius Emanuel. Et quoniã uirgo erat quæ genuit, & Deus nobiſcum iuxta interpretationem in muliere conceptus: quo ne in ſuſpicionis dubitatione eſſet ueritas apud Prophetam, uidet in uiſione, & narrat ex Spiritu ſancto coactus Prophe ta, & dicit, Et ingreſſus eſt ad Prophetiſſam: narrans de Gabrielis euãgelico boni nuncij ingreſſu, qui miſſus eſt à Deo ut exponeret unigeniti filij Dei ingreſſum in mundum, et natiuitatem ex Maria. Et in utero concepit, inquit, & peperit filiũ. Et dixit Dominus ad me, Voca nomen eius, cito ſpolia, confeſtim deprædare, & cætera. Priuſquam nouit puer uocare patrem & matrem, capiet uim Damaſci, & ſpolia Samariæ, & cætera. Et hæc omnia nondum erant perfecta, futura uero erant in filio Dei, & implenda poſt mille & ſexcentos plus minus annos. Et futura poſt tot generationes, uelut iam facta uidebat Propheta. Ergo nugæ erãt? Abſit. Sed cautè quod à Deo diſpenſatum fuit, uelut iam perfectum prędicabatur, ut ne fides ueritati non haberetur, ut ne in dubitationem ueniret in ſuſpicione Prophetæ, tam admirandũ ac ſtupendum myſterium quod futurum erat. Aut non uides ipſam prædicationem quæ ſubſequitur, quo dicit ipſe ſanctus Eſaias: Sicut ouis ad cædem ductus eſt, & uelut agnus coram tondente ipſum mutus, hic non aperiebat os ſuum, Generationem uero ipſius quis enarrabit? quia tollitur de terra uita ipſius. Et dabo malos pro ſepultura ipſius, & cætera. Et uide quomodo prima uelut poſteriora narrat, & poſteriora uelut facta interpretatur, dum dixit, Sicut ouis ad cædem ductus eſt: præteritum eſſe dicit. Non enim dixit ducitur, & nondum erat ductus quia ab Eſaia prædicabatur. Dicebatur autem à Propheta uelut iam facta res. Nã myſticus Dei ductus tranſiliri non poterat. Ex ipſo uero procedens, non amplius uelut facta dixit, ut ne rurſus errorẽ efficeret: ſed inquit, Tollitur de terra uita ipſius. Ex duabus autem ſententijs oſtendit ueritatem, nam ductus, iam perfectum erat: & tollitur, poſtea implebatur: quo ex eo quod factum eſſet, intelligeres ueritatem, et promiſſionis Dei firmitatem: ex futuro uero, tempus conijectares reuelandorum myſteriorum. Sic etiam de Maria angelus prædicebat id quod futurum erat. Ingreſſus eſt pater huius in domũ ſuam, ut à Deo acciperet id quod per preces patris ac matris petitum erat, nempe, Vxor tua concepit in utero: quo firmiter perficeret cogitationem fidelis in promiſſione. hoc uero factum eſt quibuſdam in errorem. Impoſſibile eſt enim aliquem in terra generari præter hominum naturã. Solum enim ipſum decuit, ſoli ipſi natura ceſſit, hic uelut plaſtes & rei poteſtatem habens, ſe ipſum de uirgine uelut de terra efformauit, qui de cœlis deſcendit, & carnem induit Deus Verbum ex ſancta uirgine: non tamen ut adoretur uirgo, neque ut Deum hanc efficeret, non ut in nomen ipſius offeramus, non ut poſt tot ſęcula mulieres ſacerdotes ac ſacrificulas oſtenderet. Non cõplacuit hoc Deo in Salome fieri, non in Maria. Non permiſit ipſi dare baptiſma, non benedicere diſcipulos, non imperare in terra iuſſit, ſed ſolum ipſam ſanctificationem eſſe, & dignam factam eſſe regno ipſius. Non appellatæ matri Rufi, non his quæ ſequutæ ſunt ipſum à Galilæa, non Marthæ ſorori Lazari & Mariæ, non alicui ex ſanctis mulieribus quæ dignæ factæ ſunt à præſentia ipſius ſaluari, & ſubminiſtrarunt ipſi ex propriis ſuis bonis, non mulieri Chananitidi, non ę ſanguinis profluuio laboranti ac ſanatæ, non ulli alicui mulieri in terra hanc dignitatem demandauit. Vnde igitur rurſus nobis rotundus & in orbem ſe gyrans draco? Vnde renouantur obliqua illa conſilia? Sit in honore Maria. Pater & Filius & Spiritus ſan-

Futura uelut præterita Prophetæ narrãt.

Maria quomodo honoranda

tus ſanctus adoretur. Mariam nemo adoret, non dico mulierem, imò neque uirum, Deo debetur hoc myſterium. Neque angeli capiunt talem glorificationem. Delean-
tur quæ male ſcripta ſunt in corde deceptorum. Tollat ex oculis cupiditas ligni. Con
uertatur rurſus figmentum ad Dominum. Reuereatur Eua cum Adam ut Deum co
lat ſolum, ne ducatur ſerpentis uoce, ſed permaneat in Dei præcepto, Ne comedas de
ligno. Et erat lignum non error, ſed per ipſum lignum facta eſt inobedientia erroris.
Ne comedat quis de errore qui eſt propter ſanctam Mariam. Nam & ſi pulchrum eſt
lignum, ſed tamen non ad cibum. Et ſi pulcherrima eſt Maria & ſancta & honorata,

Fortunæ mixtura.

at non ad adorationem. Hæ uero rurſus renouant fortunæ mixturam, & præparant
diabolo & nõ Deo menſam, uelut ſcriptum eſt: Et paſcuntur cibo impietatis, uelut di-
„ cit diuina Scriptura, Et fœminæ terunt pollinem, & filij colligunt ligna, ut faciant pla-
„ centas oleo ſubactas exercitui cœli. Compeſcãtur à Hieremia tales mulieres, & ne tur-
bent orbem terrarum. Ne dicãt, honoramus reginam cœli. nouit enim Taphnas has
punire. Nouerunt loci horum ædificiorum corpora ſuſcipere ad putrefactionem. Ne

Mulierum malicia.

credas Iſraël mulieri. Reſulta à malæ mulieris conſilio. Mulier enim precioſas uirorum
animas corripit. Huius enim pedes ducunt utentes poſt mortem in infernũ. Ne atten-
das prauæ mulieri. Mel enim deſtillat à labijs mulieris meretricis, quod ad tempus le-
nit guttur tuum, poſtea tamen amarius felle reperies, & magis acutum quàm anceps
gladius. Ne credas huic mulieri prauę. Omnis enim hęreſis eſt praua mulier, amplius
uero mulierum hæreſis hæc, & ea quæ eſt eius qui primam mulierem decepit. Honore
tur mater noſtra Eua uelut à Deo formata, ne audiatur autem, ut ne perſuadeat filios,
ut edant de ligno, & tranſgrediantur mandatum, pœnitentiam uero agat etiam ipſa à
uaniloquio. conuertetur pudefacta & folijs ficus amicta. Conſideret autem ſeipſum
etiam Adam, & non amplius ipſi credat. Nam erroris perſuaſio, & mulieris ad contra
rium conſilium, mortem proprio coniugi effici, & non ſolum, ſed etiam filijs. Subuer
tit figmentum Eua per tranſgreſſionem, iritata per uocem ac promiſſionem ſerpentis,
ſeducta ex prædicatione, & ad aliam ſententiam progreſſa. Quapropter omnium Do-
minus & Saluator uolens curare morbum, & ædificare ſubuerſum, & corrigere immi
nutum, quandoquidem à muliere mors in mundum uenit, ex muliere uirgine ipſe ge
nitus eſt: quo mortem concluderet, & defectum expleret, & imminutũ perficeret. Re
uertitur autem nobis rurſus malicia, ut defectum in mundum producat. Sed neque iu
uenes neque ſenes credunt mulieri, propter temperantiam ab initio. Non ludificat Æ-
gyptia caſtum Ioſeph, neque euertit, & quidem per multas artes aſtuto conſilio erga
adoleſcentem uſa. At nõ ludificatur homo, qui ex Spiritu ſancto prudentiam accepit,
non diſſipat caſtitatem, ut ne nobilitatem uilipendat. relinquit amiculum, & corpus
non perdit. fugit è loco, ut ne cadat in laqueum. ad tempus punitur, ſed in æternum re
gnat. In carcerem conijcitur, ſed præſtat in carcere manere, & in angulo ſub dio, quàm
cum uxore pugnace & loquace. Et quàm multa dicere poſſem? Siue enim uelut ipſam
adorantes Mariam, ipſi offerunt collyridem ſiue placentam uanæ iſtæ mulieres: ſiue
pro ipſa offerre conantur prædictam hanc putidam oblationem, tota res ſtolida eſt &
aliena, & ex dæmonum motu fraus & impoſtura. Quo uero non longius extendam
ſermonem, ſufficient nobis relata. Maria in honore ſit. Dominus adoretur. Iuſti enim
nemini exhibent errorem. Deus malis non tentatur. Et tentat etiam ipſe neminem, ne-
que ſerui ipſius ad deceptionem. Vnuſquiſque uero tentatur ex propria concupiſcen-
tia attractus & ineſcatus. Deinde cupiditas parit peccatum. peccatũ autem perfectum
parit mortem. Cæterum quum de omnibus his hæc ſufficere ô chariſſimi putemus,
& hanc, ut ita dicam, cantharidem, forma quidem auricolorem, alatam uero ac uolan-
tem, uenenumq; eiaculantem, & uirus in ſeipſam habentem, per doctrinam ueritatis

contri-

contriuerimus, ad unam illam, quæ adhuc reſtat, pergamus, Deum inuocantes, ut opituletur nobis, quo ueritatis partes inueſtigemus, & contra aduerſarios cõfutationem perfectam efficiamus.

Contra Maſſalianos, quibus cõiunguntur Martyriani, ex Græcis exiſtentes, & Euphemitæ, ac Sataniani, hæreſim LXXX.

SAtiari non poteſt impudentia, neque repleri inſipientia, uerum ad omnia expandit ſuam cogitationem, & hians os habet, ut Adam et Noë ſomnia corrumpat, diuerſimode deterens temperantiam, & ſcortationis ſtudium multiformiter iniuria affectis ſubſeminans. Nam poſt has hæreſes, rurſus fatua quædam & omni inſipientia plena exorta eſt, ridicula quidem tota, inſtabilem habens opinionem, & uiris & mulierculis deceptis, Maſſaliani autem hi appellantur, quos precatores interpreteris. fuerunt autem ante aliquod tempus, à temporibus Conſtantij & hucuſque. Alij uero ſunt rurſus Euphemitæ ſiue Maſſaliani appellati. & fortaſſis etiam hæc hæreſis imitatoriam illius æmulationem habuit. Verum illi quidem ex Græcis originem trahebant, neque Iudaiſmo addicti, neque Chriſtiani exiſtentes, neque ex Samaritis, ſed ſolum Græci uidelicet, & Deos quidem dicentes, nullum uero adorantes, ſed uni ſoli adorationem tribuentes, & ipſum omnipotentem appellantes. Conſtruxerunt autem hi ſibiipſis domos quaſdam aut locos amplos inſtar fororum, & adoratoria ipſa uocauerunt. Et fuerunt quidem antiquitus orationum loci, tum inter Iudæos extra ciuitatẽ, tum inter Samaritas, uelut etiam in Actibus Apoſtolorum inuenimus, ubi purpurarum uenditrix Lydia Paulo occurrit, & ſic quoque diuina Scriptura narrat: quod uidebatur locus orationis eſſe, & acceſſerunt ac docuerunt Apoſtoli mulieres quæ illo tempore conuenerant. Sed & orationis locus eſt in Sicimis, quæ nunc appellatur Neapolis, extra urbem, in campeſtri regione duorum fermè ſignorum diſtantia, ſpeciem theatri præ ſe ferens, in aëre & ſub dio, conſtructus à Samaritis, qui omnia Iudæorum imitantur. Iſti uero priores Maſſaliani à Græcis orti, qui ante eos, qui nunc ſunt ex nomine CHRISTI exorti, fuerunt: etiam ipſi in quibuſdam regionibus talia quædam loca conſtruxerunt, adoratoria & precatoria appellantes. In alijs uero locis etiam natura Eccleſias ad ſimilitudinem ſibiipſis fecerunt. & ad ueſperam & mane, multis lucernis ac luminibus incenſis congregantur, & diu ac per longum tempus lectiones quaſdam per doctos ſuos, & laudes quaſdam in Deum facientes, uelut per lectiones ac laudes Deum placantes, ſeipſos decipiunt. Cæterum ignorantia cæca exiſtens, omnia hęc per opinionis exiſtimationem ſeductis illis efficit. Fulmine autem icta eſt ante tempus aliquod una quædam eiuſmodi ſtructura, haud ſcio in quo loco, fortaſſis autem in Phœnice hoc audiuimus. Sed & principes quidam æmulatores pietatis, multos ex his occiderunt, eo quod adulterent ueritatem, & imitentur Eccleſiæ mores, quum non ſint Chriſtiani, neque ex Iudæis orti. Arbitror autem Luppicianum prætorem unum fuiſſe qui eoſdem Euphemitas Græcorum ſupplicio affecit. Ex qua occaſione exortus eſt ipſis rurſus alius error. Quidam enim accepta corpora tunc occiſorum propter talem Græcanicam iniquitatem, ſepeliuerunt in quibuſdam locis, & illic rurſus eiſdem laudes perficiunt, & Martyrianos ſeipſos cognominauerunt, nimirum propter eos qui pro idolis martyrium ſubierunt. Alij porrò rurſus ex his adhuc profundius quiddam cogitantes, uelut pro ſtultitia ſua, conſiliario intelligentia ſua uſi dixerunt, Satanas magnus eſt & fortior, & multa hominibus mala facit. Cur non potius ad hunc confugimus, & ipſum adoramus, ipſumq; honoramus, & ipſi laudes dicimus, quo propter blandum cultum non faciat nobis mala, ſed nobis ut

Maſſaliani.

Euphemitæ.

Adoratoria ubi fuerint.

Sicima, Neapolis.

Luppicianus prætor.

Martyriani.

Sataniani. bis, ut qui ſerui ipſius ſumus facti, parcat, atque ſic etiam hi Satanianos ſeipſos cognominauerunt. Horum uero hæreſim hic ſimul compoſuimus cum prædictis de quibus nunc dicturi ſumus. nam æqualiter ſub dio progreſſi, & à ueritate digreſſi, precibus ac hymnis uacauerunt. Verum omnia quidem hæc ridicula & innoxia erant, & mentem à ueritate abducere non poterant. Non enim in CHRISTI nomen eſſe diſcebãtur, ſed in totum Græci. Nunc uero ab illis primis ſunt hi qui nunc uocant Maſſaliani, quorum neque principium, neque finis, neque caput, neque radix: ſed per omnia ſunt ſine fulcro, & ſine principe, ac ſeducti, non habentes omnino fulcrum nominis, aut ſtatuti, aut ritus, aut legislationis. Videntur itaque hi ſimul uiri & mulieres, mirum in CHRISTVM ſe credere dicẽtes, uelut qui renunciauerint mundo, & de proprijs bonis ſeceſſerint. Simul autem permixtim uiri cum mulieribus, & mulieres cum uiris in eodem loco dormiunt, in uicis & plateis æſtatis tempore, eo quod non habent poſſeſſionem, ut, inquiunt, in terra. Non ſunt autem impediti, & extendunt manus ac petunt, uelut uictu carentes & nihil poſſidentes. uerba uero ipſorum ſimilia ſunt ſermonibus inſipientium. Quæcunque autem ex ipſis interrogaueris, is illum ſeipſum eſſe dicit, quemcunque tandem uolueris. Siue enim Prophetam dixeris, dicet ſum Propheta: ſiue CHRISTVM nominaueris, dicit ſum CHRISTVS: ſiue patriarcham, eodem nomine ſeipſum impudẽter nominat: ſiue angelum, etiam ſeipſum ſic uocat. Et in ſumma, ô hominum uanitatem, ieiunium omnino ignorant: ſed uelorationibus uacantes, & ab hora ſecunda, aut tertia, aut etiam nocte ſi famem percepe-rint, omnia intrepide operantur edentes ac bibentes. Cæterum de turpitudine autbidine non ualde poſſum ſcire. uerumtamen neque ab hac abſunt, præſertim quum ſimul in communi dormiant uiri ac mulieres. Hi uero etiam in Antiochia ſunt à Meſopotamia digreſſi. Habuerunt autem noxiam hanc opinionem ex immodeſtia ſimplicitatis quorundam fratrum. Quidam enim ex noſtris fratribus & orthodoxis, non cognoſcentes menſuram conuerſationis uitæ in CHRISTO, quæ præcipit renunciare mundo, poſſeſſionibuſq; proprijs, & à pecunijs alienum eſſe, uendereq; ſua & dare pauperibus: accipere uero crucem, & ſequi in ueritate, non ocioſum, neque ſine operatione, neque intempeſtiue cibum capientem, neque hunc alieno labore partum, uelut ueſpa cum apibus ſolet: uerum operari proprijs manibus, quemadmodũ etiam ſanctus Apoſtolus Paulus mundo renunciauit, præco exiſtens ueritatis. Cuius manus non ſolum ſibijpſi ſufficiebant, ſed etiam his qui cum ipſo erant: non quod illi ſuerint ocioſi, ſed ſimul affuerunt ipſi in operatione. uelut alicubi gloriatur, ac manifeſtiſſime docet dicens: Qui non laborat, neque edat: quidam, inquam, ex prædictis fratribus, uelut à Mane edocti fortaſſis, ut ita dicam, eo qui à Perſide aſcendit, docuerunt quædam quæ non oportebat ſic eſſe, uerum potius cõſiderare decebat tales, quæ præcepit diuinus ſermo his qui nihil operantur. Seduxit enim quorundam opinionem ſermo à Saluatore dictus: Operemini non cibum qui perit, ſed qui manet in uitam æternam. Arbitrantur autem eum qui perit eſſe honeſtam operationem, cuius laborem habemus ad iuſticiam, quæ ſanè implebatur in Abraam per uitulum: & in labore uiduæ per Heliã: & in operatione ipſius Iob, per filios ac ſeruos & iumenta ac poſſeſſiones: & in omnibus Dei ſeruis, qui ad iuſticiam laborant proprijs manibus, ad impertiendum etiam indigentibus. Quemadmodum etiam in ſingulis monaſterijs, tum in Ægyptiorum regione, tum in alijs omnibus ſic laborant ad iuſticiam, uelut apis, in manibus quidem habens ceram opificij, in ore uero guttas mellis, cum propria hymnifera uoce, uniuerſorum Dominum iuxta proprium ſenſum laudat, uelut Solomon teſtatur: quod Sapientiam honorãs producta eſt. Sic etiam ſerui Dei qui uere in firmaueritatis petra fundati ſunt, & domum ſuam ſecure ædificant, proprijs manibus te-

Vitæ Chriſtianæ renunciationis ratio.

Cibus qui perit, quis ſit.

Monaſteria laborãtium ſuis manibus.

nues

hues ſuas operationes operantur iuxta uniuſcuiuſque artem: in ore uero omnem fermè diuinam Scripturam annunciãt, citraq; fatigationem & impigre frequentes agunt uigilias, partim in orationibus, partim in pſalmodijs. perpetuò autem conuentus ex more ſtatuto ordinatos faciũt, uerſanturq; interdiu ſemper aſſiduis iuxta interuallum horis, preces ad Deum irreprehenſibiliter cum multa humilitate, & doloroſo eiulatu ſurſum emittentes. Et proprijs manibus, uelut dixi, operantur, unà cum ſpirituali operatione, ut ne egentes fiant, & in ſimulationes humanas incidant, ita ut non amplius impio ueritatem dicere poſſint, neq; extra ſordes eſſe hominum iniuſtorum diuitum & circumuenientium pauperes: neque extra cibos horum eſſe, quum non poſſint ex iuſtis laboribus quotidianum habere alimentum, ſed cogãtur propter ocij egeſtatem menſæ diuitum participes fieri. Quapropter præcipit diuina Scriptura, Ne cupias cibos diuitum, hi enim hærent ex uita mendaci: & rurſus in alio loco dicit, Quod oportet tales ſibijpſis parare, ſi uero inſatiabilior es, ne concupiſcas ipſorum cibos. Hac enim parte gloriam repererunt pueri in Babylone, qui abnegauerunt menſam regis, & maluerunt feminibus contenti eſſe, quàm menſa frui: & cibis ac pecunijs & gloriæ renunciauerunt. Sic Moſes maluit coaffligi cum populo Dei, quàm frui theſauris in Ægypto. operans autem proprijs manibus, adeptus eſt prophetiam. Ouium enim hic paſtor conſtitutus fuit, generoſus ille & filius filiæ regis: ut ne ocioſum ederet panem. Sic etiam docet pater noſter Iacob, dicens ad Laban, Da mihi quod agam, ut labore acquiram proprium panem: & ipſi rurſus paſtura pecoris demandata eſt à prorio ſocero, ut ne ocioſum panem edant iuſti. At uero Apoſtolis dictum eſt, ut contenti ſint prædicatione uerbi, ut ne occupati ſint iter facientes à ciuitate ad ciuitatem, & à loco ad locum, ad prædicandum. Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Et ſuffi- *Laboris in Euangelio ratio.*
cit operanti alimentum ſuum. Sed & paſtoribus ſimiliter propter aſſiduam occupationem circa populos, & eccleſiaſticam adminiſtrationem, & frequens miniſterium, dicit diuina Scriptura: Quis paſcit gregem ouium, & de lacte ipſius nõ edit? Aut quis plantat uineam, & de fructu ipſius non participat? Et dicit: Laborantem agricolam, oportet primum fructuum participem fieri: quo presbyterum aut epiſcopum non quotidiano alimento deſtitutum conſtitueret, inhortans populos, ut ex iuſtis laboribus tribuant ſacerdotibus, quæ ad alimentum pertinent, per primitias & oblationes, atque alia. Quorum poteſtatem habentes hi qui ex Deo conſtituti ſunt ducendum populos, neq; his utuntur ad ſatietatem qui Deo perfecte complacere uolunt. Nam & ex ipſis Dei ſacerdotibus quidam, unà cum prædicatione uerbi imitantes ſanctũ ipſorum poſt Deum in CHRISTO patrem, Paulum inquam ſanctũ Apoſtolum, etiã ipſi pro uiribus, etiamſi nõ omnes, attamen plures proprijs manibus operantur, qualem tandem iuxta proportionem dignitati & Eccleſiaſticæ curæ aſſiduitati conuenientem repererint artem: quo cum uerbo & prędicatione, conſcientia ipſa gaudeat, dum etiam per manus proprias fructum affert, & ſibijpſi ſuppeditat, fratribusq; ac indigentibus impertit miniſterij fructum, ex primitijs inquam, & oblationibus, & ex manuũ labore partis, propter excellẽtem affectionẽ erga Deum, proximis ultrò impertiens. Quanquã ipſi ad hoc nõ coganť, neq; deputati ſint, ſed iuſticiæ labores & operationẽ Eccleſiaſticã habeant, & ſecundũ iuſticiam alantur, uerũ propter excellẽtem uoluntatis promptitudinẽ ipſi hoc faciant. Deſiderat enim diuina ipſorũ anima, & in timore Dei firmata, & ex Spiritu ſancto cognitionẽ adepta, cœleſtes diuitias, quę ſunt ſecundũ iuſticiã cũ laude & gloria & recte factorũ merito, quæ ſunt per diuina dogmata & diuinũ ſtudium ſanctæ Scripturæ, & eloquiorũ Dei: & per pſalmodias ac cõmuniones, ſanctaq; ieiunia ac caſtitatem & uitæ conuerſationem: & per operationem per manus iuſticiæ gratia cum promptitudine laborandi. Sed & in alia forma præoccu-

pati sunt ijdem uenerandi nostri fratres qui in monasterijs per Mesopotamiam de-
Comã mulie-brem munientes, gunt, quas & mandras, hoc est ouilia siue cohortes appellant : nam comas mulie-
bres producunt, & sacco conspicuo incedunt. Oportebat autem filios sanctæ uir-
ginis matris nostræ Ecclesiæ esse reuerendos in tonsura, & colere Deum occulte ui-
dentem occulta, & retribuentem in conspicuo, uelut scriptum est: atque hoc hone-
sto habitu, propter externos: & non uelle accipere à uidentibus mercedem ac gra-
Saccum ge-stantes. tiam. Alienum enim est à catholica Ecclesia, saccus conspicuus, & coma extenta à
prædicatione Apostolorum. Vir enim, inquit, non debet nutrire comam, quum sit
» imago & gloria Dei. Quid uero fit peius & contrarium? Hi barbam quidem for
mam uiri resecant, capillos autem capitis sæpe nutriunt. Et de barba quidem in con
Barbã secãtes Latinos uide-tur notare. stitutionibus Apostolorum dicit diuina Scriptura ac doctrina. Ne corrumpas, hoc
est, ne seces pilos barbæ, neque meretricio more ob comã efferaris, neque superbiam
in progressu iusticiæ exemplũ habeas. Decebat enim Nazoræos hoc solũ propter fi
gurã. Figura enim ducebantur ueteres eius quod futurũ esset, habentes comam in ca-
pite propter orationem, donec uenit oratio mundi, & perfecta est. Caput enim appa
ruit CHRISTVS unigenitus filius Dei, & cognitus est mundo qui semper est, & nõ
cognoscitur ab omni humana natura, sed solum à quibusdam qui in ipsum credide-
runt: quo quum cognouerimus caput, non dedecore afficiamus caput. Non enim
proprij capitis gratia dicit, sed à proprio in CHRISTVM irruit ludibrij opus. Qua-
» re dicit Apostolus, Ipsa natura non docet uos, quod uir quidem si comã nutrit, igno-
» minia ipsi est? Hæc autem ignominia non laudabilis est uelut illa quæ dicit, Turpitu-
» dines & ignominias contempsi. Non enim propter Deum est uirtus, etiamsi propter
Deum assumpta fuerit, sed propter contentionem sunt hi mores: quum præterierit fi
» gura legis, & uenerit ueritas. Dicunt autem, Si quis uidetur contentiosus esse, nos ta-
» lem consuetudinem non habemus, neque Ecclesiæ Dei. Reiecit igitur eos qui talia o-
perantur ac faciunt, & in cõtentione sunt, à statutis Apostolorum & ab Ecclesia Dei.
Cæterum hæc coacti sumus dicere propter prætextum prædictorum Massalianorum. Nam & ipsi accepto hinc opinionis morbo, & cogitatione euersi, à ueritate ex-
ciderunt. et constituta est hæresis in uehementi atque alijs malis. Hæc sunt, quæ de
his audiuimus, qui in ludibrium mundi prodierunt, & impuram opinionem ac ser-
mones euomunt, instabiles autem sunt & desperati, & extra ædificationem Dei pro
gressi. Vnde de his pauca exequuti, rursus confutationes ipsorum faciemus. Et pri-
mum quidem quod mulieres cum uiris simul esse, neque à ueteri consuetudine eo-
rum, qui natura coniugia habuerunt, iusta ratio decernit. sed uirum & uxorem si-
mul, unum ad unam, uelut Adam ad Euam, & Sarra ad Abraam se habuit, & Re-
Vxores patri-bus multæ, nõ in una domo. becca Isaac coniuncta fuit. Tametsi enim quidam patres duas & tres uxores habue-
runt, non tamen in una domo uxores fuerunt. Porcorum enim esset hæc forma, &
pecorum talis coniunctio. Hi uero magis in admirationem nos ducunt, dum con-
fitentur ipsi se coniunctionem cum mulieribus non habere, quum uice uersa magis
ludibrium efficiant, & perfectam suam ipsorum turpitudinem ostendant. Etiam
si enim uxores haberent tales, sparsim, & non permixtim has habere debebant.
Si uero etiam sunt in coniugio, non oportebat ipsos coniunctionem uiri ad uxo-
rem, ex Deo cum honestate & reuerentia ac scientia ostensam, ex propria liber-
tate in medium proferre ac exponere. Si uero etiam abstinent à mulieribus qui-
dam in castitate degentes ac continentia, contumelia afficiunt iusticiam, per stoli-
Viri à mulieri-bus seorsim de-gant. ditatem: & uirtuosam uitæ conuersationem, per immodicam operationem in insipien
tia: quũ hoc non fecerint Apostoli, non ante Apostolos Prophetæ hoc constituerint.
Moses itaque in deserto quum assumpsisset laudum celebrationem, canit Deo canti-
cum

tum,reuersus ex mari dicẽs: Canamus Domino,glorioſe enim glorificatus eſt. Equũ & inſcenſorem proiecit in mare: ſimul autem acclamabant ipſi uiri, & nuſquam mulieres: quo bene ordinatam diſciplinam oſtenderet, quo reuerentiam bonæ diſciplinæ legis Dei prædicaret. Deinde poſtea dicit, Et quum accepiſſet Maria tympanum, incepit inter mulieres & dixit, Canamus Domino, glorioſe enim glorificatus eſt: & mulieres ſimul acclamabant contribuli & eiuſdem generis exiſtenti, & in quadam parte præminenti. Ex quo coarguitur imprudens & impura intelligentia eorum qui permixtim operantur aliam doctrinam. At de reſurrectione dicit Propheta, Et plangent ſecundum tribus, tribus ex aduerſo tribus, tribus Nathan per ſeipſam, & mulieres ipſorum per ſeipſas: Tribus Iuda per ſeipſam, & mulieres ipſorum per ſeipſas, & cætera. Sic etiam Apoſtoli præcipiunt Eccleſiæ. Sic & Dominus præcepit in Euangelio, ab una nobis exemplum prædicans, dum dixit Mariæ, Ne me attingas, nõdum enim aſcendi ad patrem. Sic Giezi accedit ad Sunamitidem, repellens hanc ut ne ordinem uiolaret, ut ne ſtatutum prophetarum contumelia afficeret. At Propheta Spiritu ſancto ductus dolentem uidebat Sunamitidem. conſolationis autem gratia tranſgreſſus eſt ordinem, & ſuſcepit ad tempus conſolationem propter mulierem, æquale ratus attingere mulierem pedes ipſius, afflictioni illius & mœrori mentis. Et quid opus eſt mihi multa dicere de his qui canes imitantur & ſues æmulantur? Cæterum de eo quod quiſque ſeipſum dicit CHRISTVM, cui prudenti non uideatur inſaniæ eſſe hoc dogma? aut etiam quod dicit Propheta ſum ego. Quæ enim Prophetę ſpecies apud ipſos apparet? Aut quale factum CHRISTI admirandum ſit? Si uero ipſe eſt CHRISTVS, in qualem Dominum ſperat aut credit? Quid ſunt erronea uaniloquia? quid ſtolidorum dogmata? Verum ſufficient & de hac, quæ contra ipſam dicta ſunt. & hactenus ſatis ſit, ut uniuerſam noſtram de his tractationem abſoluamus ac obſignemus, quum Deus nobis illuxerit, & auxilium tulerit, uelut cõfiteri par eſt, & ex tota anima ac mente ipſi Domino gratias agere, quod promiſſum quod polliciti ſumus per ipſum Dominũ abſoluere digni facti ſumus, dum contra hęreſes, inquam, narrationem ac confutationem fecimus, ſimulq; reuelauimus quid ab unaquaque agitur, iuxta noſtram humanæ tenuitatis facultatem. Hucuſque enim octoaginta hæreſeon, de quibus audiuimus & cognouimus in mundo, numerum & appellationes, & quarundam etiam dicta prætextusq; ac habitus, propoſita item ac cauſas, citra ullum defectum oſtendimus, & admiratione ducti ſtupemus de eo quod in diuina Scriptura dictum eſt: Sexaginta ſunt reginæ, & octoaginta pallacæ, & iuuenculę quarum non eſt numerus. Vna eſt columba mea, perfecta mea. Quum igitur de Pallacis his octoaginta dixerimus ab initio, Barbariſmo & Grecíſmo & Scythiſmo & Iudaiſmo & Samaritiſmo, quæ ſunt appellationes uxorum non legitimarum, neque à rege dotatarum, neque enim filij ipſarum in teſtamentis hæredes eſſe poſſunt. Natura etenim ſunt ſeptuagintaquinque, & harum matres quinque. Quemadmodum autem Græciſmus eſt à quo Græci, & Iudaiſmus à quo Iudæi, Samaritiſmus à quo Samaritæ, ſic Chriſtianiſmus à quo defracti ſunt uelut rami hæreſes ſegregatæ, in nomen quidem CHRISTI appellatæ, non autem exiſtentes ipſius: ſed partim longe ac multum ab ipſo diſtantes, partim in minima diſtantia diſſitæ, exhæredes & alienas ab ipſo ſe ipſas fecerunt. Et filij ipſarum non ſunt legitimi, ſed extra progreſſi, & nomine ſolum CHRISTI appellati. reſtat ac ſupereſt nobis demonſtratio de ueritate ipſaq; columba, quæ ſola à ſponſo laudatur. Et quum in ocio nos ſimus, & Deum ualde rogauerimus, breuem quidem diſſertatione, certam autem & munitam traditione apologiam ac defenſionem pro ueritate deinceps faciemus, non quod hæc poſtrema ſit, ſed prima, & iam à nobis ſuperius ante hæreſes in aduentu CHRISTI prolata.

Epilogus.

Nunc

Nunc autem prima est & CHRISTO coniuncta sancta sponsa ab aduentu ipsius in carne, quæ sanè est cum ipso Adam formata, & inter patriarchas ante Abraam prædicata, & post Abraam credita, & per Mosem reuelata, & in Esaia prædicta, in CHRISTO uero ostensa, & cum CHRISTO existens, postea uero à nobis in postremis laudata. Oportet enim certantem primum certamini instare, laboriq; ac alijs certaminis luctis, quo postea corona ablata, cum corona in exultatione degat, non quod corona postrema sit, sed luctæ quidem præposita est, posterius autem datur in gaudium & exultationem fatigato. hæc porrò de his loquuti ad prędictos sermones redeamus, ut ostendamus quod octoaginta quidē sunt pallacæ, sexaginta uero reginæ. Vna autem uirgo & casta & sponsa simulq; columba & agna, ciuitas item Dei sancta, & fides & fundamentum ueritatis, & petra firma, contra quam portæ inferni non præualebunt. Quando uero in omnibus inuocato Deo consequuti sumus ut promissum expleuerimus, tractationem uidelicet contra omnes hæreses, in qua usque ad Massiliano rum hæresim peruenimus, & ipsam denique hanc conculcauerimus Euangelij calcea-
Chamæleon. mento, uelut chamæleontem multipedem, deformem, informem, graueolentiam spirantem: in omnibus Deo gratias agamus, & glorificemus Patrem in Filio, Filiū in Patre, cum sancto Spiritu, in sæcula sæculorum, Amen.

Compendiaria uera doctrina de fide catholicæ & apostolicæ Ecclesiæ.

QVum multiformia & multifaria ac multifida obliquorum aduersariorum cōsilia tractauerimus, & proterua dogmata secundum speciem ac genus distincta, uana & putida per uirtutem Dei redarguerimus, & incensos blasphemiarum turpiloquiorumq; ac insuauissimorum ipsarum mysteriorum de unaquaq; hęresi proficiscentium fluctus transnatauerimus: uix tandem à quæstionibus undiquaque extricati, & ipsarum improbitatem transgressi, tranquillis ueritatis regionibus appropinquauimus. Omnem quidem maris difficultatē progressi, & omnem tempestatē spumasq; ac undarum eleuationes perpessi, commotionem uero, ut ita dicam, uertigines, breuiaq; nō uulgaria & locos feros ac immanes conspicati, in periculoq; horum per sermones constituti, nunc pacis portum uidentes, rursus obsecramus Dominum ut ad ipsum applicare nobis cōtingat. Iam enim ab omni timore & turbatione ac nausea leuati, optimoque habitu à firma tranquillitate ac securitate inspirante, & sereno portu recepti, spiritu gauisi sumus: multa quidem si uerum dicere oporteat, in his mala & cōtumelias non uulgares perpessi, per terram ac mare pedibus ac manibus itinere confecto, terræ asperitates, & deserti difficultates, & prædictorum pelagorum pericula experti. Proinde ciuitatem uidentes ad ipsam festinemus sanctam Hierusalem, & uirginem CHRISTI ac sponsam, securumq; fundamentum ac petram, & reuerendā matrem nostram, tem-
» pestiuissime et ipsi dicentes: Venite ascendamus in montem Domini, & in domū Dei Iacob, & annunciabit nobis uiam suam, & cætera. Age igitur, uos CHRISTI filij, sanctæ Dei Ecclesiæ, qui hoc opus octoaginta hæreseon placide percurristis, & mecum immensam illam prędictarum prauarum doctrinarum amplitudinem transnatastis, & tantum desertum penetrastis horrendum illud ac siticulosum, inuocemus uniuersorum Dominū: & quum iam olim hoc concupiuerimus, & in singulis locis harū hæreseon, uelut in Merrha loco, & siticuloso horrendoq; ac imperuio deserto, semper
» obliquis ipsorū doctrinis occurrerimus, inclamemus etiam ipsi, Quomodo desiderat
» ceruus ad fontes aquarū, ita desiderat anima mea ad te Deus. Et rursus, Quādo uenia & uidebo faciē Dei? Quapropter citius & ipsi inuocemus, nō uelut ille uocabat sponsam qui sponsus ipsius est & Dominus acherus, & rex & Deus & propugnator: sed
» uelut serui Dei nos inuocemus, & eadem quæ ipse protulit, dicamus, Veni de libano
» sponsa, quoniam tota pulchra es, & macula non est in te, paradisus magni opificis,

ciuitas

ciuitas ſancti regis, ſponſa immaculati CHRISTI, uirgo caſta, ſoliuni uiro in fide de ſponſa, illuſtris & promicans uelut matutinus aër acaurora, pulchra ut luna, electa ut Sol, pauor qualis eſt ab ordinato exercitu, quæ beata prædicaris à reginis, & laudibus celebraris à pellicibus, quæ à filiabus laudaris, ut inalbata, & in dilectum tuum innite ris, quæ ungenta ſpiras, quæ à deſerto aſcendis, uelut uirgula fumi qui prodit à ſuffitu myrrhæ & thuris, & de omnibus pulueribus ungentarij, qui dedit ſibijpſi boni odo- ris fragrantiam, quem conſpicata dixit, ungentum euacuatum eſt nomen tuum. Pro- pterea iuuenculæ dilexerunt te, quæ ſtas à dextris regis, induta fimbrijs, deauratis ua- riegata, quæ nihil tenebroſum habes, aliquando quidem denigrata, nunc autem pul- chra & inalbata: quo in te conſtituti à negocijs hæreſeon, quæ nos præceſſerunt, odio ſiſſimis quieſcamus, & à tempeſtuoſis earundem motibus quieſcamus, & in te ſancta mater noſtra Eccleſia, & in ſancta tua doctrina, & ſancta ac ſola Dei fide in ueritate re- frigeremur. Cæterum incipio de hac ſancta ciuitate Dei miracula narrare. Nam quæ glorificata dicta ſunt de ipſa, uelut ait Propheta, Glorificata dicta ſunt de te ciuitas Dei: nemo hominum aſſequi poteſt, ab incredulis autem ſunt aliena credentibus autem ho minibus ex uere pijs, ex parte, & in perfectionis promiſſione ab ipſorum Domino ex- hibebuntur in regno cœlorum, ubi ipſa ſancta uirgo & heres cum proprio ſponſo, in cœlo ſortem ac hæreditatem habet. Et primum quidem Deus, qui Deus nobis eſt in omnibus, exiſtit his qui ex ſancta hac Eccleſia geniti ſunt. Hæc enim prima demonſtra tio eſt de ueritate, & fundamẽtum fidei ſolius huius uirginis & ſanctæ columbæ ac in- nocentis. De qua Dominus in Spiritu Solomoni reuelauit in Cantico canticorum, & dixit: Sexaginta ſunt reginæ, & octoaginta pallacæ, & iuuenculæ quarum non eſt numerus. Vna eſt columba mea, perfecta mea, cum additione uocis Mea, & Mea. Ipſius enim eſt columba, & ipſius perfecta, uelut aliæ dicantur, & non ſint, ipſa autem duplex nominetur. Nam de alijs non dixit, octoaginta ſunt pallacæ meæ: ſed reginis quidem propter glorioſam appellationem, honoris coniunctionem attribuit. Verum de pallacis perfectam alienitatem pronunciauit: quarum numeros quum iu- xta figuratam ſpeculationem nominatim expreſſos accepimus, elaborare in hoc loco cogimur, ut ne quid tranſgrediamur uelut frigide rem tractantes, ſed in ueritate ſermo nes per ueras Scripturas ueris ſpeculationibus expendentes. Numerus enim ſcriptus uniuſcuiuſque argumenti minime fallax eſt, & quod in numero poſitum eſt, uanum quid eſſe non poteſt, neque uelut ocioſum in Scriptura æſtimari. Reginę autem ſunt, quæ iam antea in genealogiam nomina dederunt animæ. Quemadmodum enim re- gem comitantur multitudines magnæ, rex autem eſt caput: ſicut quũ in corpore mul- ta ſint membra, à capite unus homo numerabitur, ſic ab uno rege tota multitudo, quę ſub rege eſt ad unum reputabitur. Regina itaque appellata eſt generatio in CHRI- STO, non quod omnis generatio ſiue progenies regnarit, ſed quod una quæ agno- uit Dominum, per appellationem uiri cauſa, regiam dignitatem ac ordinem habeat. Verbi gratia. Adam & tota ipſius generatio regina numerabitur, principatus item ipſius & patriarchatus, qui regnauerunt cum his, qui cum ipſo fuerunt, propter cognitionem Dei, & primam formationem qua formari dignus factus eſt: & quod primus pœnitentiam oſtendit, uelut rerum conſequentia habet. Deinde poſt hunc Seth, & uniuerſa cum ipſo humana natura, & Enos, & Caianan, & Maleleel, & la- red, & Enoch, & Mathuſala, & Lamech, & Noë: his ſanctis ex ordine in numero per generationes enumeratis, quorum numerus apud Matthæum indicatur. Sexa- ginta enim & duæ generationes ac patriarchatus apud ipſum habentur, per nomi- na præſtantiorum uirorum, qui cognitionem Dei habuerunt, aut propter aliud recte factum regiæ gloriæ ac fortitudinis participes fuerunt. Catalogus numeri habetur

Vngentum euacuatum.

Ocioſum nihil eſt in ſcriptura

Reginarum appellatio, & numerus ſexagenarius.

uſque

uſque ad CHRISTI aduentum. Ab Adam enim uſque ad Noë præterierunt gene-
Generationũ ab Adam ad Chriſtum catalogus, anni 6200. rationes decem. Et à Noë uſque ad Abraam aliæ decem. Ab Abraam uero uſque ad Dauidem generationes quatuordecim. A captiuitate uſque ad CHRISTVM, generationes quatuordecim: ut ſint ab Adam uſq; ad CHRISTVM ſexagintaduæ generationes. Quæ ſanè ſexaginta per compendium numeratæ ſunt. Nam quum & in deſerto ſeptuagintaduæ ſtirpes palmarum eſſent, ſeptuaginta nominantur: & ſeptuaginta in montem uocatis, reperiuntur ſeptuagintaduo, cum Elad et Modad: & ſeptuagintaduo fuerunt qui interpretati ſunt tempore Ptolemæi, uerum compendij gratia ſolemus dicere interpretationem Septuaginta. Sic etiam nunc ſexaginta reginæ, ut puto dictæ ſunt, exemplo ſuperno & inferno numero, propter medium ſexaginta numerum, ad figuras & allegorias perfectæ ſpeculationis. Nam per ſex decadas contingit, ut expleatur circuitus ſex dierum, quo coniungantur ab unaquaq; generatione ſanctæ animæ quæ in Deo regnauerunt ſecundum fidem. Hinc enim etiam ſex hydriæ repe-
Numerus integer redundante relicto compendij gratia. riuntur in Cana Galilææ lapideæ, quæ ubi defeciſſent exhauſtæ, rurſus implebantur, capientes in ſe ſingulæ metretas ſiue amphoras duas aut tres, menſuræ ueteris ac noui Teſtamenti, & plenitudinis ipſius Trinitatis: quæ ſanè ab aqua in uinum meracum tranſmutatæ ſunt, ad exhilarãdas nuptias & filios hominum impletæ. Hinc enim ſexangulare uocatur apud externam philoſophiã, quod per ternarium ac ſeptenarium
Sexanguli ratio. ad numerum uiginti unius menſuratur. Cuius ſexanguli ſignificatio, eſt impletio uniuerſi ſpacij ac amplitudinis quæ uidetur, eò quod quadrifariam habet quadrangulũ, & fulcrum ac ſuperni faſtigij tectum, ſenarium numerum efficit. Cęterum ut ne latius extendam ſermonem, rurſus hæc dicta ſufficere arbitror de ſexaginta reginis uſque ad CHRISTI aduentum, hoc eſt ſexaginta generationibus numeratis. Poſt CHRISTVM uero uſque huc generationes deinceps ſunt, uelut ipſi Domino ſoli cognitum eſt. Non enim amplius ſecundum generationes prolati ſunt ab aliquibus numeri, aut digeſti ac diſtincti, eo quod obſignatus eſt huiuſmodi argumenti numerus, & concluſus per harum reginarum numerum, uſq; ad ipſius in carne aduentum numeratum. Deinceps enim poſteriores ſcriptores, aut librorum conditores, aut chronographi, aut hiſtoriographi, non amplius generationes numerant, ſed regum ſucceſſiones ac
Annorũ poſt Chriſtũ ratio tempora, iuxta numerum annorum uniuſcuiuſque regis. Quare omnino ualde bene qui prudens eſt, cognoſcere poteſt, quod & ab hac quæſtione ac argumento, uniuerſum tempus ſectum eſt in ſexagintaduas generationes, uſque ad CHRISTI numerum: eo quod non amplius poſt CHRISTVM, iuxta hoc propoſitum, mundi tempora per genealogias numerantur: qui mundus in una counitione perficitur, quæ iuxta immutabile bonæ uoluntatis Dei firmamentũ cognoſcitur. Quare ab eadem & ſæculi conſummatio abbreuiatur, & tranſitus ad futurum ſæculum impletur. Quapropter
„ dicit, Vna eſt columba mea, perfecta mea: tanquam uſque ad ipſam omnia perficiant, & tempora & temporũ partes, anniq; ac generationum interualla, ſiue ſecundum reges, aut conſules, aut olympiadas, aut principatus mundus ſeipſum numerauerit. Octoaginta porrò ſunt pallacæ in medio reginarum, & ante regnum in carne, hoc eſt fi-
Pallacarum ratio. dem, & ipſam hanc nympham ſponſamq; ac uirginem immaculatam, & columbam: quæ ſola eſt matri ac genitrici. Eccleſia enim eſt ab una fide genita, generata autem per Spiritum ſanctum, una ſoli & uni genitrici. Et quotquot poſt hanc uenerunt & ante ipſam, pellices nominantur. Quæ ſanè in totum non alienæ factæ ſunt à teſtamento et hæreditate, non tamen dotatæ à Verbo, neque ſuſceptionem ſancti Spiritus adeptæ: ſed ſolum coniunctionem ſub conſcientiam ad uerbum nactæ. Bene enim interpretatus eſt Hebræus pellicem, dum dixit: Pheleg eſtha: Pheleg enim ſignificat uxorem, eſtha dimidiam, quaſi dicat dimidiũ uxoris. Quantum equidem ad Dominũ attinet,

omnes

omnes uocauit ad libertatẽ Lux ipſa, dum ait, Donec habetis lucem uobiſcum, in lu- «
ce ambulate, Et ſanctus Apoſtolus dicens, Vos autem diei eſtis filij, & filij lucis. Et «
rurſus in diuina Scriptura, Qui facit mala, odit lucem, & nõ uenit ad lucem. Sic etiam «
pellices non in conſpicuo, neq; in perfectione, neq; cum dote ducuntur à uiris, etiamſi
enim coniunctionem habuerint eædem ad corpora uirorum, non tamen liberæ uxo-
ris honorem & appellationem ac firmitatem, & dotem & ſponſaliorum dotationem
ac ingenuitatem habere poſſunt. Pellices itaq; ſunt hæreſes cõſequenter numeratæ, ue
lut ſuprà dixi, octoaginta. Nec uero miretur quis, ſi etiam alijs nominibus unaquæq;
harum appellatur in ſingulis regionibus. Sed & illud obſeruandũ eſt, quod unaquæ-
que hæreſis ſæpe rurſus ſeipſam in multas partes fidit, & in uaria nomina ſciſſa eſt. Nõ
enim eſt hoc mirum, ſic enim res ſe habet. Octoaginta uero unius numerũ reperimus.
Vnius quidem, propter unam ab omnibus diſtinctã, quæ ſoli ſpõſo obtigit, & quam
ipſe confitetur tali appellatione, nempe, Vna eſt columba mea, & perfecta mea: tan- «
quam omnes pellices degeneres ſint, & non in innocentia menſurentur, neq; in caſtita
te ac manſuetudine. Sunt quidẽ igitur ab initio coniunctę Barbariſmo & Scythiſmo,
uſque ad prædictos Maſſilianos ſeptuagintaquinque numero: & Græciſmus, ex quo
Græcæ hæreſes: & Iudaiſmus, ex quo Iudaicæ: & Samaritiſmus, ex quo Samaritice:
ita uthis tribus ad numerũ ſeptuagintaſeptem appoſitis, octoagenarius numerus im-
pleatur, & una ſuperſit, hoc eſt ſancta catholica Eccleſia, & Chriſtianiſmus reuera ab
initio appellatus, & cũ Adam, & ante Adam, & ante omnia ſæcula cum CHRISTO,
uoluntate Patris & Filij & Spiritus ſancti: & cum omnibus qui ſecundum generatio-
nes Deo placuerunt, creditus, & in ipſius aduentu in mundo clare reuelatus: & nunc
poſt hæreſes hos omnes, pellices uidelicet, rurſus à nobis iuxta orationis conſequen-
tiam celebratus. Ipſum enim Verbum in canticis ſic ex ordine numerauit, Sexaginta
reginæ dicens, & octoaginta pellices, & iuuenculæ quarum non eſt numerus. Vna au
tem eſt, inquit, columba mea, perfecta mea: una eſt matri ipſius, electa genitrici ipſius.
Et poſtea oſtendit quomodo apud omnes reperietur, uelut honoratior & præſtantior
omnibus exiſtens, & omnibus imperans, & ipſi ſola electa. Cuius liberi hæredes regis
& liberi ueri, utpote filij promiſſionis, & non filij ancillæ, neq; pellicis, neq; aliarum ſi-
ne numero poſitarum. Tametſi enim à Chettura pellice habuit Abraam filios, tamen
nõ ſunt cohæredes cum Iſaac filij Chetturæ: dona uero acceperunt legati nomine, quo *Abraami filio*
figura maneret in allegoriã Verbi, ut ne quis deſperet à uocatione CHRISTI. Nam *rum allegoria.*
dona quæ dedit Iſmaëli & filijs Chetturæ, figura erant futurorum bonorum, ad con-
uerſionem animarum ad fidem & ueritatem. Ipſi equidem Agar ancillæ et ab Abraam
eiectæ: ut quæ ſeruiebat infrà in Hieruſalem cum filijs ſuis, de qua dictum eſt, Abieci «
matrem ueſtram: et rurſus, Dedi libellum repudij in manus ipſius: huic ancillæ Agar «
inquam, magis ſignificanter ob ſpem reditus, utrem aquæ dat: quo lauacri regeneratio
nis uim oſtendat datam eſſe incredulis ad donum uitæ, & ad conuerſionem omnium
gentium ad ueritatis agnitionem. At filijs Chetturæ dona erant, pecuniæ præſentes,
aurum & argentum acueſtitus: & in myſterio concluſit Abraam in peris, thus & myr
rham & aurum regum Sodomorũ & Gomorrhæ: quando Chodollogomor & Bar
ſa, ac reliqui, captiuitatem à Sodomis & Gomorrhis ac reliquis acceperunt, & equos
deprædati ſunt, & hominum multitudinem captiuam abduxerunt, & ab unoquoq;
opulentiam pecuniarum, & aliarum rerum multitudinem diripuerunt: quam reduxit
Abraam tunc à cæde regum, & neque auertere ea quæ iam Deo deſtinata erant, auſus
fuit, ſed dedit ipſam cum alijs dono filijs ſuis ex Chettura, uelut in traditionibus He-
bræorum reperimus. At uero in CHRISTI aduentu, quum ijdem filij Abraam ex *Magorum do-*
Chettura, eiecti eſſent ab Abraam, & diſceſſiſſent, & habitaſſent in partibus Arabicis *na unde fue-*
Magodiæ regionis: Magi qui ex ſucceſſione ſeminum illorum deſcenderunt, eadem *rint.*

dona in participationem eiusdem spei, CHRISTO in Bethlehem obtulerunt, quando stellam conspicati uenerunt. Quorum donorum manifestã certitudinem Prophe-
» ta declarat dicens, Priusquam nouerit puer uocare patrem aut matrem, & capiet uim Damasci, & spolia Samariæ contra Regem Assyriorum. Hæc enim à Damasco in temporibus Abraam, uelut antea dixi, à regibus qui uenerant, accepta sunt, & à Samaria. Quando igitur accepit ipsa, priusquam nosset uocare patrem aut matrem? quando uenerunt Magi, & aperuerũt peras suas, siue thesauros, uelut aliqua exemplaria habent, & obtulerunt myrrham & thus & aurum? Et uides quomodo ueritatis ratio ac consequentia se se habet? Quod hæ hereses pellices sunt, & filij ipsarum dona acceperunt: ut quæ nomen solum acceperint, & nomine solum CHRISTI appellatæ sint, & paucos ex diuina Scriptura sermones susceperint, ut per ipsos intelligant ueritatẽ si uelint. Si uero noluerint, & reflexerint ad Herodem: admonentur enim ut ne reflectãt ad Herodem, sed per aliam uiam redeant in patriam suam: & non fecerint imperata, frustra fuerunt ipsis dona, uelut illis aduentus fuisset, si reflexissent ad Herodẽ: eo quod similiter adulterent eædem hæreses diuinarum Scripturarum doctrinas. Hæ igitur sunt octoaginta pellices, quarum hic numerus habetur expressus. Et illæ reginæ sunt ani-
Iuuenculârum innumerarum appellatio. mæ secundũ generationes numeratæ, hoc est uirí & patriarchæ. Iuuenculæ uero, quarum non est numerus, sunt in reliquis per totum mundũ philosophijs, & uniuscuiusque animæ conuersationibus, ita ut alia laudata sit, alia non. Quis enim numerauerit mundi huius differentiã? Quot enim aliæ apud Græcos, post prædictas quatuor manifestissimas, non sunt exortæ? Et adhuc post illas hæreses, & sequentes postea, in uniuscuiusq; mente in opinione iuuenili ac temeraria, sunt animæ ac hæreticæ opiniones & sententiæ. Sic Pyrrhonij uocantur quidam, & alij plures, quorum nomina & opiniones ex ordine subiungam, quum multi sint qui ad noticiam nostrã peruenerũt, & multesima pars eorum qui in mũdo sunt, existant. Et sunt quidem ex Græcis hæreses hæ, inter quas primam posuerim ab initio Thaletis Milesij sententiam ac opinionem.
Thaletis Milesij hæresis. Ipse enim Thales Milesius unus de septem Sapientibus, principium omnium rerum pronunciauit aquam. Ex aqua enim omnia esse dicit, & rursus in aquam resolui. Anaximãder Praxiadæ, & ipse Milesius, infinitum dixit esse uniuersorum principium, ex hoc enim omnia fieri, & in ipsum omnia resolui. Anaximenes Eurystatæ, & ipse Milesius, aërem uniuersi principium esse dicit, & ex hoc omnia fieri, & in ipsum rursus resolui. Anaxagoras Hegesibuli Clazomenius, principia rerum Similaritates esse dixit. Archelaus Apollodori, aut secundum aliquos Miltonis, Atheniẽsis autem Physicus, Ex terra omnia facta esse dicit. hæc enim principium uniuersorum est, uelut dicit. Socrates Elmagli, aut Sophronisci, & Phænaretes obstetricis, moralis philosophus: dicit, oportet hominem solum ea quæ circa ipsum sunt, inuestigare, plura uero non. Pherecydes & ipse terram dicit ante omnia factam esse. Pythagoras Samius Mnesarchi filius,
Philosophorũ hæreses. Deum dixit esse unitatem, & sine hac nihil factum esse. Dixit item, nõ oportere sacrificare dijs animalia, neq; comedere quid de animatis, neq; fabas: & sapientes non bibere uinum. Dixit item, quę infra Lunã sunt, omnia esse passibilia, quę uero supra Lunam, passionis exortia. Dixit insuper, trãsire animam in multa corpora. Præcepit discipulis suis silentium ad quinquennium, & postremum Deum seipsum appellauit. Xenophanes Orthomenis Colophonius, ex terra & aqua dixit omnia fieri. Esse uero omnia ue lut dixit, nihil ueri. Sic rectum nobis obscurum est, opinio uero in omnibus uersatur, maxime obscuris. Parmenides Pyretis filius, Eleates genere, et ipse infinitum dixit esse principium omnium. Zeno Eleates contentiosus æqualiter cum altero Zenone, terram immobilem dicit, & nullum locum uacuum esse. Et dicit hoc modo, Quod mouetur, aut in loco mouetur in quo est, aut in quo non est. Et neque in quo est loco mouetur, neq; in quo non est. Non ergo quicquam mouetur. Melissus Ithagenis, Samius

genere,

genere, Vnum infinitum, esse uniuersum dixit, nihil autem firmũ esse natura, sed omnia esse corruptibilia in potentia. Leucippus Milesius, iuxta quosdam uero Eleates, & hic cõtentiosus, in infinito etiam ipse uniuersum esse dixit. Iuxta imaginationem autem & apparentiam omnia fieri, & nihil secundum ueritatem, sed sic apparere uelut rerum in aqua. Democritus Damasippi Abderita, mundum infinitum dixit, & superuacuum positum esse. Dixit item unum finem esse omnium. Et lætitiam optimum esse, tristitias uero terminos maliciei. Et quod iustum esse uidetur, non esse iustum. Iniustum autem contrarium naturæ. Inuentum enim malum leges dicebat. Et non oportet, inquit, Sapientem legibus obedire, sed libere uiuere. Metrodorus Chius dixit, neminem quicquam scire, sed hæc quæ exacte cognoscere nos putamus, non scimus. Neque sensibus attendere oportet, inquit, omnia enim in apparentia sunt. Protagoras Menandri Abderita dixit Deos non esse, neque omnino Deum existere. Diogenes Smyrnæus, aut ut alij, Cyrenęus eadem quæ Protagoras asseruit. Pyrrhon ab Elide, aliorum sapientum dogmata collegit omnia, & oppositiones contra ipsa scripsit, confutans ipsorum opiniones, & nullum dogma probabat. Empedocles Metonis Agrigentinus, ignem & terrã & aquam & aërem, quatuor primogenita introduxit elementa, & dixit, Inimicitiam esse primum elementum. Separata enim erant prius, inquit: nunc autem counita sunt, uelut ait, contracta mutua amicitia. Duo igitur sunt secundum ipsum principia & uirtutes, inimicitia & amicitia, quarum altera unit, altera diducit. Heraclitus Blesonis Ephesius, ex igne omnia esse dixit, & ignem rursus resolui. Prodicus quidam quatuor elementa Deos uocat, deinde Solem et Lunã. ex his enim omnibus uitalitatem esse dicebat. Plato Athenienſis tria principia posuit, Deum et materiam, & formam, mundum autem factum & corruptibilem esse. Animam uero ingenitam & immortalem ac diuinam dicit. esse autem ipsius partes tres, rationalem, irascentem, & concupiscentem. Dixit autem, Nuptias & uxores oportet omnibus communes esse, et nullum priuatim unã uxorem habere, sed uolentes cum uolentibus commisceri. Aristippus Cyrenæus, hic gulæ & uoluptatibus deditus, uoluptatẽ finem animæ dixit. Et quisquis delectatur, hic felix est, qui uero non delectatur, miser & infelix, uelut ipse ait. Theodorus Atheos, hoc est impius cognominatus dixit, nugas esse sermones de Deo. Putabat enim non esse Deum, & ea propter hortabatur omnes ad furta, periuria, rapinas, & ut ne quis pro patria moreretur. Dicebat enim unam patriã esse mundum. Et bonum dicebat solum felicem. fugiendũ autem infelicem, etiamsi sapiens esset. Et præferendum esse stultum, diuitem existentem & inobedientem. Hegesias Cyrenæus dixit, neq; amicitiam, neq; gratias esse. non enim existere ipsas dicebat. Sed si quis indiget, gratiam habet. Et cui est felix rerum successus, is beneficus est. Dicebat item malo uiro utile esse uiuere, sapienti uero mori. Quare quidam suasorem mortis ipsum uocarunt. Antisthenes ex matre serua Thracensi, ipse uero Atheniensis, primum Socraticus, deinde Cynicus dixit, Non conuenire æmulari mala aliorum aut alienas turpitudines. Muros ciuitatum dixit non esse securos, propter internum proditorem. Animæ uero muros esse inconcussos & infractos. Diogenes Cynicus à Sinope urbe Ponti, per omnia cum Antisthene uersabatur, & dixit bonum omni sapienti tolerabile esse, alia uero omnia nihil quàm nugas esse. Crates à Thebis Bœotis, & ipse Cynicus, dixit libertatem esse inopiam. Arcesilaus dixit, Deum solum assequi posse ueritatem, hominẽ uero non. Carneades in eadem cum Archelão opinione fuit. Aristoteles Nicomachi, iuxta aliquos Macedo à Stagiris, iuxta alios Thrax genere, dicebat duo principia esse Deum & materiam, & quæ supra lunam sunt, diuinæ prouidentiæ esse. quæ uero infra Lunam, extra prouidentiam esse, & latione quadam temeraria ferri prout contigit. Esse autem duos mundos, supernum & infernum: & supernum quidem incorruptibilem, infernum uero corruptilem. Et animam perse

ctionem corporis dicit. Theophraſtus Epheſius, Ariſtotelis opiniones ſequutus eſt: Strato ex Lampſaco, Calidam eſſentiam uniuerſorū cauſam eſſe dixit. Infinitas autem dicebat eſſe mundi partes, & omne animal negauit uim opinandi habere. Praxiphanes Rhodius eadem quæ Theophraſtus ſenſit. Critolaus Phaſilita, eadem quæ Ariſtoteles ſenſit. Zenon Citienſis ſtoicus dixit, non oportere ædificare templa Deis, ſed Deum in ſola mente habere, imò potius mētem Deum putare. eſt enim immortalis. Morientes autē beſtijs obijci oportere, aut in ignem mitti. Et maſcula uenere citra impedimentum uti. Dicebat autem Deum omnia gubernare. Cauſas autem rerum partim in nobis eſſe, partim uero non in nobis. Aſſerebat item animæ ſeparationem à corpore, & uocabat animam ſpiritum longæuum, nō tamen incorruptibilem per totum ipſam eſſe dicebat. Conſumitur enim à multo tempore in interitum, uelut ait. Cleanthes bonum & honeſtum dicebat eſſe uoluptates. Et hominem uocabat ſolum animam. Et Deos myſticas figuras eſſe dicebat, & ſacras appellationes. Et Solem facifetarum eſſe dixit, & mundum myſtas, & numine afflatos eſſe Deorum myſteria ac feſtiuitates. Perſæus eadem quæ Zeno opinatus eſt. Chryſippus Solenſis leges nepharias ſcripſit. Dicebat enim oportere filios matribus miſceri, & patribus filias. in reliquis cōſenſit Zenoni Citienſi. Ad hæc uero dicebat & homines edendos eſſe. finem uero omnium uoluptatē eſſe ſtatuebat. Diogenes Babylonius dicebat uniuerſa conſtare ex uoluptate. Panętius Rhodius mundum dicebat immortalem & immutabilem. Vaticinationem contemnebat, & quæ de Dijs dicuntur, tollebat. dicebat enim nugas eſſe ſermonem de Deo. Poſidonius Apameus dicebat maximum inter homines bonum eſſe, diuitias & ſanitatem. Athenodorus Tarſenſis eadem quæ Chryſippus ſenſit, & eadem cum Zenone approbauit. Epicurus Neoclis, Athenis educatus, uoluptuariam uitam degebat, & non erubeſcebat publice cum petulātibus mulieribus coire. prętera dicebat non eſſe Deos, ſed ſolum fortunam gubernare omnia. Et nullum eſſe in uita liberum arbitrium, neq; circa diſciplinam, neque ignorantiam, neque aliud quicquam, ſed omnia inuoluntarie omnibus fieri. Et non oportet uituperare quendā, uelut dicit, neque laudare, non enim uolentes hæc faciunt. Dicebat item non oportere timere mortem. Aſſerebat autem ex atomis & corporibus impartilibus uniuerſa conſtare, & mundum infinitum eſſe. Et hi quidem ſunt qui ex Græcis ad noſtram noticiam peruenerunt. quot uero ſunt apud Barbaros & Græcos Romanosq; ac alias orbis terrarum regiones? Septuagintaduæ iniucundæ philoſophiæ ſpecies in Indorum ſodalitio habentur, et gymnoſophiſtarum, & Brachmānorum, ſolis his laudatis: & pſeudobrachmanorū, & necyophagorum qui mortua edunt, & eorum qui turpia operantur, & eorum qui uelut ſtupidi non ſentiunt: de quibus ſpęciatim dicere, et de his quæ ab ipſis abominabilia fiunt, ſuperuacaneū arbitror ac indignum, propter multam in hominibus maliciei ac operationis corruptionem. In Media equidem ſex diuerſæ hæreſes rurſus eſſe dicuntur. quot uero ſunt in Aethiopide, & apud Parſas, & in Parthia, & Elamitide, & Caſpia, & Germanorum regione, & Sarmatia? Et quot in Daunis, aut apud Zichos, & Amazonas, Lazosq; & Iberas et Booſporenos, & Gelos, & Seras, & alias gentes, legum differentiæ philoſophiæq; ac hæreſeon, & differentiarum innumera multitudo? Sic apud Seras quidem uiri crines implicant, & domi deſident ungentis delibuti, & effœminati ac uxoribus parati, Mulieres uero uice uerſa, capillum capitis tondent, uirili cingulo ſe cingunt, & in agro omnia opera perficiunt. Apud Gelos econtrà, qui mala faciunt à legibus ipſorū laudantur. Quot autem ſunt apud Græcos myſteria & feſtiuitates? uelut Megaralia & Cerealia celebrantes mulieres inter ſe differunt. Quot alia ſunt in Eleuſine myſteria Cereris & Proſerpinæ, & adytorum iſthic turpia facta? mulierum denudationes ut caſtius loquar, tympanaq; ac placentæ, rhombus item ac calathus & lana confecta, & cymbalū, & cyceon

Gentium omnium uariæ religiones ac hæreſes.

potus

potus in phiala præparatus? Quot uero alia apud Pythios Archemori mysteria, et in Isthmis alia Athamantis & Melicertę de Ino nati? Et quot sunt, qui Phallum siue Priapum circumferunt? & quæ Priapeia turpitudinis sacra perficiunt? & uiri qui Rheam colunt, pueros q̃ masculos exsecant, & ipsi sine uirilibus membris uitam degunt, neq̃ uiri amplius esse potentes, neq̃ mulieres facti. Item Dionysij alij, qui Curetes et carniũ distributionem in sacris habent, serpentibus coronati clamantes ac Euantes Væ uæ, illum adhuc Euam à serpente deceptam inuocantes, aut per aspiratam uocem ex Hebraica lingua, serpentem ad suum errorem uocantes. Eua enim citra aspirationem Hebræis mulierem, cum aspiratione serpentem significat. Et quid dico? Deficiet me tempus narrantem de his quæ nullo numero constant differentijs hominum, tum in uirtutibus, tum in uitijs. Quot sunt in Ægyptiorũ regione Saturno sacro facientes? qui uinculis ferreis seipsos incluserunt, comamq̃ prolixissimam nutrierunt, & uestitũ sordidum ac attritum gestauerunt, & quotidie suos nasos anulo incluserunt ac perforarunt, in Saturni honorẽ, in urbe Asto appellata, (est hæc ciuitatula Metropolis in Prosopitæ appellata præfectura siue regione) in sceleratis festiuitatibus publici conuentus illorum erroneorum, & perticas gestantium, & orgia celebrãtium, furiosas nimirum sacrorum demonstrationes prę se ferentium. Exoleti autem sunt hi. Quot autem sunt apud alios? uelut hi qui apud Buticum siue ipsam Buto ciuitatem Harpocratem nutriunt instar nutricum: qui senes iam sunt ætate, quiq̃ in mensis solennitate imaginarias Ori numinis afflationes perficere ex dæmone coguntur. Vnusquisque autem ciuis & ualde iam senex, unà cum adolescentibus contribulibus, & alijs ætatibus puberibus, sacerdotes eiusdem Ori uidelicet & Harpocratis existentes, capite rasi, unusquisque inquam, fert impudenter seruile ac detestabile puerile signum: & furiosi ac desipientes, et ob hos ludos derisi, ab his qui seipsos à dæmonis præstigijs prudentes exemerũt, sursum ac deorsum nullo detinente feruntur: & pulticulis farinæ ac similaginis, atque alijs eiusmodi confectionibus primum facie obliti, ita ut in ebullientem lebetem faciem immittant, & à facie, miraculi uidelicet gratia, multitudinem fraudulenter exstimulẽt: impertiunt per manum de facie detergentes unicuiq̃ petenti, ut particeps fiat, atq̃ hoc sanitatis ac medelæ morborum gratia. At uero Memphitidas, Heliopolitidas orgia celebrantes, tympanoq̃ ac tibia se oblectantes si recensuerim, Corritidasq̃ ac Trieritidas, & quæ in profunda regione & Menuthitide pudorem & statum fœmineum egressæ sunt: ad quantam linguæ molem, aut quàm latam cõmentationem digressus, in prædictum inenarrabilem numerum meipsum immisero? Tametsi enim immensum laborem in meipsum suscepero, tamen imperfectam horum comprehensionem reliquero. Dictum est enim, Iuuenculæ quarum non est numerus. Quot uero in Sai, & in Pelusio, in Bubasto, in Abyde? Quot Antinoi templa & illic mysteria, quot in Pharbeto, quot in honorem Hirci Mendesij, quod in Busiride, quot in Sebennyto, quot in Dio spoli? Sic alicubi asino in nomen Seth, gigantis uidelicet Typhonis sacra faciunt. Alij Tithranbo, (Hecaten interpretantes) alij Senephthy, alij Thermutidi sacra faciunt, alij Isidi. Et quot eiusmodi dicere possem, quæ si singula speciatim recensenda essent, quantum temporis requirant? Quapropter undiquaq̃ uerus sermo deprehenditur, quod sunt iuuenculæ quarum non est numerus. Sunt porrò rursus etiam alia multa mysteria, & hæresiarchæ ac sectarij, quorum participes sunt apud Persas Magusæi, apud Ægyptios Prophetæ appellati, adytorum ac sacrorum & Magorum duces. Apud Babylonios qui uocantur Gazareni, sapientesq̃ ac incãtatores. Apud Indos qui uocantur Euilei & Barema. Apud Græcos Hierophantę, & sacerdotum Cynicorum multitudo, et aliorum innumerorum philosophorum principes. Magusæi itaq̃ apud Persas, uelut dixi, appellati, simulachra quidem abominantur, & tamen simulachra adorant, ignem & Lunã et Solem. Alij uero sunt rursus in Grecia Mysi, appellati Abij

Eua mulier. Heua serpens.

Aegyptiorum hæreses.

Antinoi templa.

à uita neglecta, lacte equino utentes, & in totum agreſtem regionem inhabitantes. Et quot poterit mens humana colligere tales ac tantas, & magnas appellatas, & inter laudatas habitas? Quot ſunt differentiæ iuuencularũ, quarum non eſt numerus, quę partim laudantur, partim non? Quædam ex propria mente exercitamenta & ſtatuta ſibi ipſis collegerunt ad uitam degendã, & promiſſa coma in conſpicuo progrediunt̃, aliquæ uero in ſacco cõſpicuo. Aliqui uero ſancti fratres in ſacco & cinere domi deſidẽt. Et adhuc aliqui in uitę conuerſationibus ac excedentibus ieiunijs & labore erga Deũ, in iuuenili fortitudine & perfecta erga ſpõſum cõſcientia perficiunt̃. Aliqui uero, uelut dixi, non recte, ſed iuxta quandã mentis præſumptionẽ, tyrannicè prętер ueritatem iuueniliter agunt. Quemadmodũ Zacchæus, qui nuper mortuus eſt in montana circa Hieroſolyma regione, qui penitus cũ nullo homine preces faciebat. ſed & ob eandem cauſam, audenter ſancta myſteria cõtrectabat, & ſacrificia quũ laicus eſſet impudenter tractabat. Alius uero quidã, quiſquis tandem ille erat uir, qui uitã ſumme piam uiuere putabat̃, & in monaſterio circa deſerta Ægypti habitabat, itemq; alius ad Sinæum habitans: qui ex ſomnijs iuueniliter ac fortiter, ſed temere egerunt, ut impoſitionẽ manuum ad epiſcopatũ ſuſceperint, ſederintq;, ac ea quę epiſcoporũ ſunt, facere aggreſſi ſint ad ſe nõ pertinentia. Alij aũt non pauci ſeipſos caſtrare auſi ſunt, præter mandata, nimirum iuuenilis acrobuſtæ actionis gratia. Alij uero fortiter ſibi agere uidentur, qui non conſultis alijs, & præter aliorũ morem, uelut ab orthodoxis progreſſi, collegium ſibijpſis contrahere audent. Sed & citra uniuerſalis Synodi approbationẽ, rebaptizare eos qui ad ipſos accedunt, nimirum ab Arianis: quum nõdum ſit res ex cenſura Synodi, uelut dixi, deciſa, eo quod populi ſint, hodieq; inter ſe permixti, & multi quidem ſint orthodoxi, uerum per ſimulationẽ ſacerdotibus addicti, donec ſeparatio facta fuerit talis blaſphemæ hæreſis. & tunc contra ipſam decretũ fiet. Ex his aũt qui ſic rebaptizant ex proprio iuſſu, peruenit ad aures noſtras, quod unus ſit in Lyciorum regione presbyter. Sunt & alij quorum unuſquiſq; per ſeipſum precatur, & nõ cum aliquo in totum, aliqui uero in uinculis, præter Eccleſiæ ſtatutũ. Quapropter in fine totius operis, iuuenculas dixi numerũ non habere: quę ex propria ſententia ſibijpſis iuuenili præſtituunt ad bonũ quidem, ut ſapientiæ ſpecies perficiant, prudentiæq; ac fortitudinis, & modeſtiæ ac iuſticiæ, uerum iuueniliter agentes ad tyrãnidem excedunt, & à ueritate ſeipſas euertunt, ut nõ ſit harum numerus. At uero hæc unica columba ac ſancta uirgo, Deum confitetur Patrem & Filium & Spiritũ ſanctũ: Patrem perfectũ, Filium perfectum, Spiritũ ſanctum perfectum, coeſſentialem Trinitatem: non cõiunctionem ipſam Trinitatẽ, imò Filium uere ex Patre genitũ, & Spiritum ſanctũ à Patre & Filio non alienum: ita ut ſit ſemper Trinitas, & nunquam additionẽ ſuſcipiat, & nõ habeat quid in ſeipſa inferius, ſed ad unam unitatẽ & unũ principiũ Dei & Patris reducatur. Et ex hac Trinitate Patris & Filij ac Spiritus ſancti, omnia creata eſſe, non ut unquam fuerint, neq; ſimul fuerint cum Deo, neq; præextiterint: ſed facta ſint ex nihilo ad hoc ut ſint, à Patre & Filio & Spiritu ſancto. Et hunc Patrem & Filium et Spiritũ ſanctum dignatũ eſſe apparere ſanctis ſuis in uiſionibus, prout quiſq; potuit capere, iuxta potentis deitatis ipſius donũ quod largitus eſt unicuiq; digno facto, ut nũc quidem patrem uiderit, quemadmodũ audire potuit uocẽ ipſius prout capiebat. ſicut in ore Eſaiæ dixit, Ecce intelliget filius meus dilectus: hęc eſt uox Patris. Et ſicut Daniel uidit antiquum dierum: Hæc eſt uiſio Patris. Verum ſicut in Propheta rurſus, Ego uiſiones multiplicaui, & in manibus Prophetarũ aſſimilatus ſum: hęc eſt uox filij. At ſicut Ezechiel ait, Et accepit me Spiritus Dei, & eiecit me in campum: hoc dictum eſt de Spiritu ſancto. Et multa talia dicere licet, quorũ ex parte mentione facta in tranſcurſu, ad Eccleſiæ character oſtendendũ duo uerba appoſuimus, quũ ſexcenta & amplius ſint ſimilia his quæ in diuinis Scripturis ueteris ac noui Teſtamenti habent̃. Et quod ipſe Dominus

Zacchæus hæreticus.

Columba unica.

formauit corpus Adam, & inſpirauit ipſi ſpirationē uitæ, creans ipſi animā uiuentem. Et quod ipſe Deus dedit legē Moſi, Pater & Filius & Spiritus ſanctus, una deitas. Et quod Prophetæ ab eadem deitate miſſi ſunt. Et quod idem nobis Deus, Iudæorū & Chriſtianorū Deus exiſtens, qui Iudæos uocauit ad iuſtificationē, eos qui non negant Domini noſtri IESV CHRISTI aduentū: & qui ſaluat omnes qui ſecundū ueram ipſius fidē uiuunt, & non negāt ueritatē prædicationis ueræ & Euangelicæ ipſius doctrinæ. Venit enim unigenitus. Et ſic habet mater noſtra Eccleſia, portus ille pacis ſere nus ac trāquillus, lætitia ſpirans cyprū uineæ, & botrū ferens nobis benedictionis, & poculū dolorem nobis exoluens, quotidie largiens ſanguinē CHRISTI, meracū ueritatis. Et quod uere natus eſt CHRISTVS ex Maria ſemper uirgine, per Spiritū ſanctum, nō ex ſemine uiri, ſed ab ipſa ſancta uirgine accipiens corpus in ueritate, & nō in apparentia, carnē uere, corpus uere, cū oſſibus ac neruis & omnibus noſtris, nihil à nobis euariās, præterquā in ſola gloria ſuæ ſanctitatis ac deitatis, & quod eſt uas ſanctificationis ac iuſticiæ, citra peccatū omnia perfecte habens. Et quod habuit animā humanam in ueritate, mentem humanā in ueritate: nō quod nos affirmemus mentē eſſe ſubſtantiā, uelut alij dicunt, ſed per omnia non pollutā in peccato: os non mentitū, labia nō locuta dolū, cor quod nō declinauit ad iritationē, mentem non emotā ad quæ nō oportet, carnē quæ non operata eſt ea quæ ſpectant ad carnis uoluptatē. Perfectus ex ſupernis Deus, qui nō uenit ut inhabitaret in homine, ſed ipſe totus homo factus eſt, nō mutatus natura, ſed unà cū deitate propriā ſuam humanitatē complexus, in utero uirginis fuit in ueritate, geſtatus eſt debito tempore, natus eſt per genitales meatus citra pudefactionē, impollute, abſq; inquinamētis educatus eſt, & in ulnas acceptus à Simeone & Anna, geſtatus eſt à Maria, pedibus iter fecit, peregrinatus eſt, puer fuit, uir factus eſt per ætatem, omnia habens in ſeipſo in perfectione, in numero annorū reputatus eſt, in numero menſiū in utero geſtatus eſt, factus ex muliere, factus ſub legem. Progreſſus eſt in Iordanem, baptizatus eſt à Ioanne, nō opus habens lauacro, uerum propter cōſequentiam incarnationis in lege, non turbans iuſticiam, quo impleretur, uelut ipſe dixit, omnis iuſticia: ut oſtenderet quod uerā carnem induiſſet, & ueram humanitatem. Deſcendit in aquas, dans magis quàm accipiēs, exhibens magis quàm indigens, illuminās ipſas, potentes efficiens ipſas, in figuram eorū quæ in ipſis perficienda erant: quo hi qui in ipſum credūt in ueritate, & fidē ueritatis habent, diſcerent quod uere homo factus eſſet, uere baptizatus eſſet: atq; ſic per ipſius aſſenſum etiam ipſi uenientes acciperent condeſcenſus ipſius uirtutem, & illuminarentur ab ipſius illumination, ut hic impleatur Prophetæ dictum, in tranſmutationem uirtutis, in exhibitionem ſalutis uirtutis panis à Hieruſalem accepti, & fortitudinis aquæ ita, ut hic fortis facta ſit in CHRISTO uirtus panis, & fortitudo aquæ: ut ne panis nobis fiat uirtus, ſed uirtus ipſius panis. Et cibus quidem eſt panis, uirtus autem in ipſo ad uiuificationem eſt. & non ut aqua nos mundaret ſolum, ſed ut in fortitudine aquæ, per fidem & efficaciam ac ſpem, & myſteriorum perfectionem, & ſanctificationis nomenclaturam fieret nobis ad perfectionem ſalutis. Et quod reuerſus eſt à Iordane, & audierit uocem Patris præſentibus diſcipulis, ad oſtendendum quis eſſet, de quo teſtimonium præberet. Et quod Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ deſcenderit, uelut in multis ſectis diximus, ut ne coniunctio putaretur ipſa Trinitas, quum Spiritus in propria ſubſtantia figuraret. Inſedit autem Spiritus ac uenit ſuper ipſum, ut uideretur de quo teſtimonium præbebatur, quo caro ſancta, chara exiſtens & accepta Patri, ex Spiritu teſtimoniū ferret: quo Pater approbator eſſet ac præco aduentus filij in carne, quo filius uerus cōſpiceretur, & impleret quod dictū eſt, Poſthęc uiſus eſt in terra, & cum hominibus conuerſatus eſt. Et quod reuerſus à Iordane, manifeſte ac uere à diabolo tētatus eſt in deſerto, & eſurijt poſtea propter conſequentiā et ueritatē aduentus in carne. Et

Panis cibus eſt, uirtus panis uiuificat.

ne. Et quod elegit discipulos, & prædicauit ueritatẽ, & curauerit morbos, dormierit, esurierit, iter fecerit, Dei signa operatus sit, mortuos excitarit, cæcis uisum restituerit, claudos & paralyticos fortes fecerit. Et quod prædicarit ueritatem, ipsum Euangeliũ, regnum cœlorum, suam erga homines benignitatem, itemq; Patris ac Spiritus sancti. Et quod pro nobis passionem subierit in ueritate, in carne, & in perfecta humanitate, passus in ueritate in cruce, præsente ipsius deitate, sed non ad patiendum conuersa, sed à passione aliena & immutabili: ita ut duæ hæ consequentiæ clarè considerent, CHRISTO patiente pro nobis in carne, uerum passionis exorte manente in deitate: non homine per se existente, & per se item deitate, sed simul præsente deitate: non patiente autem, propter essentiæ sinceritatem ac incomparabilitatem: patiente autem ipso in carne, & mortem sentiente in carne, uiuente uero semper in deitate, & suscitãte mortuos, corpore sepulto in ueritate. Et quod exanimis permanserit ad triduum, sine spiratione ac sine motu: inuolutusq; sit in sindone, & depositus in monumento concluso per lapidem, & sigillis additis: non concluſa deitate, non sepulta deitate, sed simul cum sancta anima descendente ad inferna, & auferente illinc animarum captiuitatem, frangente stimulum mortis, perrumpente claustra & uectes adamantinos, exoluente dolores mortis in propria potestate, ita ut redierit cum anima, nõ relicta anima in inferno, quãdo neque caro ipsa uiderit corruptionem, quum ipsam deitas semper ipsi præsens excitarit: ita ut resurrexerit ipse Dominus & Deus, & Verbum ac filius Dei, cum anima & corpore ac uniuerso organo, counito ipsius organo in spiritum, ipsum uidelicet corpus spirituale existens, quod aliquãdo tactui subiectum fuerat, & flagris traditum, uoluntaria deitatis uoluntate, & tentari à diabolo permissum, ac famem sentire, & somnum ac erumnam, tristiciamq; ac mœrorẽ. Ipsum hoc corpus sanctum counitum est de cętero deitati, deitate indesinenter counita corpori sancto talia passo. Surrexit enim & couniuit ipsum in seipsum, in unum spiritum, in unam unitatem, in unam glorificationem, in unam suũ ipsius deitatem. Apparuit enim in ueritate, & contrectatus est à Thoma, & cum Apostolis cibum accepit, & cohabitauit cum ipsis quadraginta diebus ac quadraginta noctibus. Imò ingressus est foribus conclusis, & ingressus ostendit neruos & ossa, typum clauorum & typum lanceæ: quod ipsum esset uere corpus, & quod coniunctum esset in unam unitatem: nõ expectans amplius ut patiatur, non
» amplius moriens, uelut sanctus Apostolus ait, Surrexit CHRISTVS, non amplius moritur, mors ipsi nõ amplius dominatur: passibile impassibile & passionis exors semper permanens, diuinum cum corpore & anima & tota humanitate. Et quod ipse Deus existens ascendit in cœlos, & sedet in dextra patris in gloria, non depositio sancto corpore, sed counito in spirituale, in unius deitatis perfectione. Quemadmodũ etiam circa nostra corpora futurum est, quæ nunc seminantur animalia, resurgent spiritualia: quæ nunc seminantur in corruptione, resurgent in incorruptibilitate: quę nunc seminantur in morte, resurgent in immortalitate. Si itaq; nostra corpora sic, quãto magis illud sanctum & inenarrabile, & incomparabile ac sincerum & Deo counitum? quod unum de cætero uniforme, uelut etiam in hoc testimonium præbet Apostolus
» dicens, Etiamsi cognouimus secundum carnem CHRISTVM, at nunc nõ amplius cognoscimus: non quod diremit carnem à deitate, sed quod ipsa maneat, & Deo counita sit, non autem amplius secundum carnem, sed secundum spiritum, uelut inquit, sanctificationis, ex resurrectione à mortuis Domini nostri IESV CHRISTI, hunc simul Deum habens passionis exortem ac passum, & sepultum, & qui resurrexit & ascendit in gloria, uenturus ad iudicandum uiuos & mortuos, uelut dicit in ueritate, Cuius regni non erit finis. Etenim credit mater nostra hæc sancta Ecclesia, quemadmodum ipsi uere prædicatum est, & uere præfinitum est: Quòd obdormiemus omnes ac resurgemus cum corpore hoc, cũ anima hac, cum toto nostro

uase

uaſe atq; organo, ut unuſquiſq; recipiat prout fecit. Quod eſt reſurrectio mortuorũ, & iudicium æternum, & regnum cœlorum, & requies iuſtis, & hæreditas fidelium, & tripudium cum angelis eorum qui fidem ſeruarunt, & caſtitatem ac ſpem & Domini mandata. Vere inſuper & prædicatum eſt, & certò confirmatũ eſt ac creditur, quod alij reſurgent in uitam æternam, et alij in iudicium æternum, uelut ſcriptum eſt in Euangelijs. Quæcunq; enim dicit Apoſtolus, & omnes ſanctæ Scripturæ, uera ſunt: etiã ſi apud incredulos & male intelligentes aliter accipiantur. At noſtra eſt hæc fides, & hoc præmium, & hæc mater noſtra Eccleſia, per fidem ſeruans, & per ſpem confirmata, & dilectione CHRISTI perfecta, in confeſſione, in myſterijs, in purgatoria lauacri uirtute, nempe, Euntes bapztiate in nomen Patris & Filij & Spiritus ſancti: in nomen diuinæ Trinitatis, in nomenclaturas nullam differentiam habentes, ſed quod Deus unus nobis in lege & in Prophetis, & in Euangelijs atque in Apoſtolis, in uetere ac nouo Teſtamento prædicatus eſt, & annunciatus ac creditus, Pater & Filius & Spiritus ſanctus, non ut cõiunctio ſit Deitas, ſed Trinitas uere perfecta. Perfectus Pater, perfectus Filius, perfectus Spiritus ſanctus. Vna Deitas, unus Deus, cui gloria, et honor & imperium, & nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen. Hęc eſt fides noſtræ uitæ opus, hoc fulcrũ ueritatis, hæc uirgo CHRISTI & columba innocens. hæc eſt uita & ſpes & confirmatio incorruptibilitatis. Cęterum rogo uos omnes qui hæc lecturi eſtis, ut ueniam detis meæ humilitati ac debilitati, & mentis meę tenuitati, quæ à multo hæreſeon ueneno obſtupuit & hiat, inſtar nauſeantis et reuomentis, propter auſtera uerba, per quæ contra quoſdam commota inuecta eſt, dum aliquos ſceleſtos, aut impoſtores, aut erroneos, aut deceptores appellauit. Nam propter multam ueneni moleſtiam ac uexationem: quamuis hic non noſter mos ſit, ut aliquos libenter fugillemus: coacti fuimus talibus ipſos impetere uerbis, quo mentem quorundam auertemus, ne forte putent nos, ex eo ſi diſplicentiam noſtram nõ publicaſſemus, in reuelando ea quæ ab ipſis dicuntur aut fiunt, partem habere mentis aſſentientis prauæ uniuſcuiuſque hæreſis opinioni. Feci autem & præfationem breuem in principio operis, de his ipſis præmuniens, ac ueniam petens, ut ne quis iniuſticiam quandam nobis impingat, uelut uictos nos eſſe putans, & hinc ad ſugillandum ac ſubſannandũ progreſſos. Oſtendimus autem in præfatione etiam, de qualibus hæreſibus dicturi eſſemus, & in quot libros uniuerſum opus diſtinximus, & de quibus ac quot in ſingulis libris diximus. Sicut etiam hic rurſus mentione facta ſimiliter oſtendam, in utilitatem legentium undecunque hi nobis contigerint. Et ſunt quidem libri tres, Tomi ſeptem. Et in primo quidem libro hæreſes XLVI ſunt, iuxta numerum nominum expreſſæ, & iuxta ſeriem primi & ſecundi uſque ad ultimũ locatæ librum. Nam primus liber habet hæreſes XLVI, in tribus Tomis. Secundus liber hæreſes XXIII, in duobus Tomis, Tertius liber hæreſes XI. in duobus Tomis. Omnes itaque uos qui laborem noſtro collaboratis, & hoc opus ſtudioſe ac patienter perlegitis, rogati ſitis, digne mini utilitatem lucrifacere, & moleſtias hæreſeon iniucundas ab animo excludere. Non enim in detrimentum reuelauimus, ſed ad utilitatem & cautionem, ut ne in prædictarum inductionem illecti incidatis. Vbi uero totum laborem percurreritis, aut etiam partes, pro nobis orate, & rogate ut Deus det nobis partẽ in ſancta & ſola catholica & apoſtolica Eccleſia, uera item ac uitali & ſalutari: & liberet nos ab omni hæreſi. Et ſi quid uelut homines ulterius non potentes, ab incomprehenſibili & inenarrabili deitate extenti, & uelut in anguſtias redacti, per humanam audaciam coacti, in defenſionem pro Deo narrauimus ac protulimus, ignoſcente Deo, etiã uos ipſi ignoſcite, & rurſus pro nobis orate: quo Dominus portionẽ quam petiuimus, det nobis in ſancta ſua fide, quæ ſola aliena eſt ab omni contrarietate: & peccatorum noſtrorũ quæ multa ſunt, ueniam concedat, in CHRISTO IESV Domino noſtro, per quem & cum

cum quo gloria Patri cum ſancto Spiritu in ſæcula, Amen. Et quæ quidem de fide habet, hæc ſola catholica Eccleſia & innocens columba, quę una eſt uiro ſuo, uelut dicit: Vna eſt columba mea: & ſimiliter de innumerabilibus iuuenculis, quarum non eſt numerus, breuiter diximus. Itemq; de Patris & Filij ac Spiritus ſancti coeſſentialitate, & de perfecto CHRISTI in carne aduentu, & de alijs fidei partibus. At uero de ſtatutis ipſius ac traditionibus eiuſdem, rurſus neceſſarium eſt me breuibus apponere earundem traditionum formam ex parte. Quæcunq; ex natura ſeruantur, in ipſa & ſeruata ſunt, partim ex præcepto, partim per ſuſceptionem uolũtariæ promptitudinis ſeruantur, Deo gaudente ob uirtutem ſuæ doctrinæ. Et primum quidem uelut crepido, & ut ita dicam, fundamentum in ipſa eſt uirginitas, quæ exercetur & ſeruatur à multis, & glorificatur. Sequitur autem ad eandem uirginitatem ſolitudo, apud pleroſq; utriuſque ſexus ſolitariam uitam degentes. Poſt hanc continentia ſuper eundem curſum fundata. Poſtea Viduitas cum omni attentione & impolluta conuerſatione. Poſt hos uero ordines conſequuntur Nuptiæ uenerandæ in magno honore, præſertim in unis nuptijs permanentes & in obſeruatione mandatorum. Si uero quis mortua ipſius uxore, aut mortuo uiro alicuius uxoris, cupit ſecundæ aut ſecundo copulari, poſt mortem prioris: uertex autem horum omnium, aut mater, ut ita dicam, genitrix eſt ſanctum Sacerdotium, ex uirginibus quidem utplurimum procedens. ſi uero non ex uirginibus, at ex ſolitariam uitam degentibus. Si uero non ſuffecerint ad miniſterium ad ſolitariam uitam degentibus, de his qui continent à proprijs uxoribus, aut ab unis nuptijs uiduitatem ſeruantibus. Nam eum, qui ſecundas nuptias contraxit, non licet in ipſa ad ſacerdotium ſuſcipere: etiamſi is qui ab initio continens uiduus fuerit, poſſit habere locum Epiſcopi et Presbyteri et Diaconi & Subdiaconi. Poſt hoc ſacerdotium deinceps eſt Lectorum ordo, ex omnibus ordinibus conſtans, hoc eſt uirginibus, & ſolitariam uitam degentibus, & continentibus, & uiduis, & his qui ad huc ſunt in uenerando cõiugio. ſi uero fuerit opus, etiã ex his qui poſt obitum primæ uxoris ſecundam duxerunt. Non enim eſt ſacerdos ipſe lector, ſed uelut ſcriba ſermonis. Sed & Diaconiſſæ conſtituuntur in miniſterium mulierum ſolum, propter reuerentiam, ſi opus fuerit balnei gratia, aut uiſitationis & inſpectionis corporum. Et ipſę ſint etiam, quæ in unis nuptijs continenter ſe habuerunt, aut ab unis nuptijs uiduitatem ſeruarint, aut ſemper uirgines ſint. Deinde conſequenter ab his ſunt Eporciſtæ ue Eiuratores & interpretes linguæ in linguam, ſiue in lectionibus, ſiue in colloquijs. Deinde Laboratores, qui corpora eorum qui obdormierunt, obuoluunt ac cooperiunt, & Ianitores, & tota boni ordinis diſciplina. Communiones autem ſiue ſynaxes fieri ordinatæ ſunt ab Apoſtolis, quarta & proſabbato & dominica. Quarta uero & proſabbato ieiunium ſtatutum eſt uſque ad horam nonam. Nam illuceſcente quarta, aſſumptus eſt Dominus, & proſabbato crucifixus eſt. Et tradiderunt Apoſtoli ut in his diebus ieiunia fierent: ita ut impleatur dictũ hoc, Quum ablatus fuerit ab ipſis ſponſus, tunc ieiunabunt in illis diebus. Et non ut gratiam aut beneficium exhibeamus ei qui pro nobis paſſus eſt, ieiunium nobis cõſtitutum eſt: ſed ut cõfiteamur ad noſtram ſalutem Domini paſſionem, quam pro nobis ipſe ſuſcepit: & ut pro peccatis noſtris, ieiunia nobis apud Deum ſupputentur. Et per totum quidem annum ieiunium hoc ſeruatur in eadem ſancta catholica Eccleſia, quarta, inquã & proſabbato, uſque ad horam nonam, excepta ſola pentecoſte, per totos quinquaginta dies, in quibus neque genua flectuntur, neque ieiunium imperatum eſt. Cæterum pro communionibus quæ quarta & proſabbato, ad horam nonam fiunt, in die Dominica, matutinis horis communiones fiunt. Inſuper uero, in quinquaginta diebus Pentecoſtes, de quibus dixi, non eſt ieiunium, neque in die Epiphaniorum, hoc eſt apparitionis & aduentus, quando natus eſt in carne Dominus, ieiunare licet, etiamſi contingat ut

Traditionum ratio.

Virginitas.

Solitudo, ſeu monachatus.

Continentia.

Viduitas.

Nuptiæ.

Sacerdotium.

Lectorum ordo.

Diaconiſſæ.

Eporciſtæ.

Laboratores.

Ianitores.

Cõmuniones.

Ieiunia ſtatuta.

Pentecoſte.

Natalis Domini.

ſit

sit quarta aut prosabbatum. Verum ex bono proposito, pietatis exercitatores in ipsa Ecclesia semper ieiunant, excepta dominica & pentecoste: semper item uigilias agunt. At uero dominicas omnes delicatas ducit sancta hęc catholica Ecclesia, & communiones mane perficit, & non ieiunat. Inconsentaneum enim est in dominica ieiunare. Porrò quadragesimam ante septem dies sancti paschatis, similiter seruare solet eadem Ecclesia, in ieiunijs perseuerans, dominicis uero omnino non, neque in ipsa quadragesima. Cęterum per sex dies ipsius paschatis, omnes populi in siccorum esu perseuerant, pane inquam & sale & aqua tunc utentes ad uesperam. Sed & pietatis studiosi duplas & triplas ac quadruplas transmittunt, & aliqui totam hebdomada, usque ad gallicinium dominicæ illucescentis. Vigilias autem agunt per sex. Rursus uero communiones perficiunt per easdem sex dies, & totam quadragesimam à nona usque ad uesperã. In quibusdam uero locis quintam solum illucescẽtem uigilant in prosabbatum ac dominicam. In alijs autem locis, cultus diuinus dispensationis mysterij in quinta fit, hora nona, & sic cessat, permanentibus ipsis in eodem siccorum esu. In alijs rursus locis non fit cultus diuinus dispensationis mysterij, nisi solum illucescente dominica, quando ipsos dimittit circa gallicinij in resurrectionis die ac festiuitate, magna illa paschatis dies, uelut statutum est. At uero alia mysteria, de lauacro & internis mysterijs, uelut habet traditio & Euangelij, & Apostolorum, ita perficiuntur. In his autem qui uita defuncti sunt, ex nomine memorias faciunt, orationes ad Deum perficientes ac cultus diuinos, & mysteriorum dispensationes. Matutini etiam hymni in ipsa sancta Ecclesia per petuò fiunt, & orationes matutinæ, lucernalesq; simul psalmi ac orationes. Quidam uero ex solitariam uitam degentibus in ipsa Ecclesia, habitant in ciuitatibus. Aliqui uero in monasterijs desident, & procul secedunt. Placuit autem quibusdam etiam capillos nutrire, honestę uidelicet uitæ gratia, ex propriæ mentis inuento, non ex Euangelij præcepto, neque ex Apostolorũ traditione. Nam sanctus Apostolus Paulus hunc habitum amputauit. Sunt præterea aliæ præminentes uitæ conuersationes, quę in ea dem sancta catholica Ecclesia seruantur, eorum inquam, qui ab omnibus carnibus abstinent, quadrupedibusq; & uolatilibus ac piscibus, ouo item ac caseo: & alia diuersa uitæ instituta. Nam unusquisque secundum proprium laborem accipiet mercedem. Et quidam sanè abstinent ab omnibus his, aliqui uero à quadrupedibus solum, uolatilibus uero & reliquis uescuntur. Alij uero à uolucribus abstinent, utuntur autem ouis & piscibus. Alij neque ouis uescuntur, alij piscibus solis. Alij etiam à piscibus abstinent, caseo uero uescuntur. Alij autem neque caseum sumunt. Iam uero adhuc alij etiam à pane abstinent, alij etiam ab arborum fructibus duris ac nucibus, & à coctis. Multi uero etiam humi dormiunt. Alij neque calciamenta induunt. Alij saccum gestant occultũ, qui uidelicet recte gestant propter uirtutem & pœnitentiam. Indecorũ enim est in cõspicuo sacco prodire, quemadmodũ aliqui faciunt. Indecorum est item, uelut dixi, in uinculis prodire, uelut quibusdam uisum est. Plerique autem à balneo abstinent. Et quidam uitæ renunciarunt, artesq; tenues & nullius negocij sibijpsis excogitauerunt, ut ne ociosam uitam degant, neque panem grauatum comedant. Plerique uero in psalmodijs, et assiduis orationibus, lectionibusq; sacrarum scripturarum, & secessibus exercentur. Cæterum de hospitalitate & benignitate erga homines, eleemosynaq; in omnes, huius sanctæ catholicæ & apostolicæ Ecclesiæ fructus omnibus prædicatus est. At uero lauacrum habet pro inueterata circumcisione in CHRISTO. Quiescit in magno sabbato. Abstinet à societate omnium hęreseon. Reprobat omnes scortationes & adulteria, & petulantiã atq; idololatriã, & cædem & omnẽ iniquitatẽ, & Magiam, et ueneficiũ, astronomiã, uaticinationes, tremorũ obseruationes, incãtationes, amuleta quę appẽdunt aut alligant, & phylacteria quoq; appellãt, phibet theatra & lu-

Quadragesima.
Siccorũ esus.
Baptismus.
Mysteria interna.
Defunctorũ ratio.
Hymni.
Orationes.
Religiosorum uarietas.
Hospitalitas.
Eleemosyna.
Prohibita in Ecclesia.

& ludos equeſtres, & uenationem, muſicos item, & omnem maledicentiam ac detra-
ctionem: & omnem pugnam & blaſphemiam, iniuſticiamq; ac auariciam & uſuram.
Negociatores non recipit, ſed inferiores omnibus dicit. Oblationes accipit à non iniu
ſtis, neq; iniquè agentibus, ſed à iuſte uiuentibus. Preces autem aſſidue imperat cum
omni ſedulitate ac prolixitate et geniculatione in ordinatis diebus, noctu atq; interdiu
ad Deum effundere. In quibuſdam autem locis etiam in ſabbatis cõmuniones faciũt,
non ubiq; autem, ſed apud Acremonas. Seruatur ac cauetur, ut ne quis omnino iuret,
neq; conuicietur, neq; deteſtetur ex præcepto ipſius Saluatoris. & ut neq; quis mentia
tur quantum eius fieri poteſt. Pleriq; uero uendunt bona ſua ac poſſeſſiones, & dant
pauperibus. Hic eſt character & forma huius ſanctæ catholicæ Eccleſię, cum ea quam
antea declarauimus, fide. Et hæc ſtatuta ritusq; ac traditiones in ipſa habent. Hic enim
eſt character Eccleſiæ, à lege & Prophetis, Apoſtolisq; ac Euangeliſtis collectus, uelut
ex multis odoriferis uirgultis ac medicamentis antidotus bona, ad ſalutem utentium
prępарata, ex uoluntate Patris & Filij et Spiritus ſancti. Hi ſunt characteres reuerendę
ac caſtæ huius ſponſæ CHRISTI. Hæc eſt dos & teſtamentum hęreditatis, & uo
luntas ſpõſi ipſius, & cœleſtis IESV CHRISTI Domini noſtri: per quem & cum
quo, gloria Patri, honor & imperium, cum ſancto Spiritu in ſæcula ſæculorũ, Amen.
Anatolius. Omnes fratres apud nos ſalutãt ueſtram præſtantiam, maxime Anatolius, qui per no-
tas ac chartas, hoc contra octoaginta hæreſes opus, multo labore & magna diligentia
ac promptitudine exarare ac emendare dignatus eſt: & ſimul Hypatius uenerandiſſi-
mus ſyndiaconus ac comminiſter, qui tranſſcriptionẽ de chartis in quatuor exempla-
ria fecit. Pro quibus orare dignemini uos uenerabiles ac chariſſimi reuera fratres. Pax
Domini noſtri IESV CHRISTI & gratia & ueritas, ſecundum ipſius mandatum,
cum omnibus uobis optimarum rerum ſtudioſiſſimi ac dilectiſſimi fratres. Amen.

*Finis ſeptimi & ultimi Tomi, uniuerſi operis D. Epiphanij, Pa-
narij appellati, & contra octoaginta hæreſes conſcri-
pti, Iano Cornario Medico phyſi-
co Interprete.*

DIVI EPIPHANII

EPISCOPI CONSTANTIAE CYPRI, EPISTOLA

siue Liber, aut sermo Ancoratus appellatus, docens de uera fide Christiana.

IANO CORNARIO MEDICO

Physico interprete.

LIBRI ANCORATI APPELLATI argumentum.

Diuinus hic & magnus pater noster Epiphanius, ex Eleutheropoli in Palæstina originem traxit, ubi etiam pater fuit monastarum solitariam uitam degentium. Primam autem exercitationẽ in studijs pietatis fecit profectus in Aegyptum, & commoratus est ibi usque ad reditum in uigesimo ætatis suæ anno, quo rursus in uicinos Eleutheropolitarũ urbis locos redijt, & in ipsis monasteriũ ædificauit. Ancoratus autem appellatus est ipsius liber, eo quòd instar ancoræ ducit mentẽ de uita & salute perscrutantem, propterea quod compositio ipsius multas fidei partes complectitur. Nimirũ eam quæ est de patris & filij & spiritus sancti coessentialitate, & eam quæ est de perfecto CHRISTI in carne aduentu. Item de resurrectione mortuorum, & uita æterna, simulq; de iudicio carnis & animæ. Item contra simulachra & hæreses ex parte, tum Iudæorum, tum aliorum. Continet autem & octoaginta hæreseon nomina, & aliarum in diuina Scriptura quæstionum declarationem. Scriptus est ad eos qui in Suedris Pamphyliæ degebãt, & per epistolas hoc ab ipso petiuerãt: quæ epistolæ ea de causa hic ante libri tractationem præpositæ sunt. Facta autem sunt hæc nonagesimo anno à Diocletiano, Valentis anno decimo, Gratiani sexto.

EPISTOLA SCRIPTA E' PAMPHYLIA EX VRBE SVEDRORVM, A' TARSINO ET MATIDIO atque alijs presbyteris, ad sanctum Epiphanium. in qua petunt de fide in patrem & filium & sanctum spiritum edoceri, & de alijs eiusdem fidei partibus.

DOMINO in Deo uenerando episcopo Epiphanio, Matidius & Tarsinus nouelli presbyteri catholicæ in Suedris Ecclesiæ, in Domino gaudium. Variè solet turbas ciere inimicus hominum diabolus, & propria semina cõtra simpliciores superseminare, præsertim eos qui nondum in fide sanctæ Trinitatis sunt confirmati. At solidum fundamentum, uelut scriptum est, stat habens hoc sigillum: Nouit enim Dominus eos qui ipsius sunt. Cæterùm ad omnia læues hæretici, omissa contra IESVM blasphemia, alio modo in Deum impietatem declarant, contra sanctum spiritum propriam linguam magnificantes, & iniustitiam in altum loquentes. Attamen quamuis innumeris commotis, ipsi per gratiam Domini in sana fide stamus, in nulla omnino re à recta & sana doctrina emoti. Et multi ex his qui seducti

esse putati sunt, rursus conualuerunt, ac firmitatem adepti sunt, tum per literas me-
Athanasius. morabilis ac beati episcopi Athanasij, tum per pientissimum comministrum tuum
Proclianus. Proclianum. Quandoquidem uerò reliquiæ malæ doctrinæ apud quosdam adhuc restant, oportet & has per uos peritos agricolas in bonam oleam inseri, aut penitus exscindi. Huius gratia ad pietatem tuam scribimus ac rogamus, ut pietas tua literas ad nostram Ecclesiam exarare dignetur, & rectam ac sanam fidem per latiorem narrationem exponere: quo possint etiam simpliciores & adhuc circa fidem ambigentes, per sacras tuas literas confirmari, & inimicus Ecclesiæ diabolus per sanctas preces tuas pudore affici atque confundi.

Vale uenerandissime.

EPISTOLA SCRIPTA Á PALLADIO EIVSDEM VRBIS SVEDRORVM MAGISTRATV, ET MISSA AD EVNdem sanctum Epiphanium, in qua etiam ipse de ijsdem petit edoceri.

DOMINO animæ meæ in Deo uenerando episcopo Epiphanio, Palladius in Domino gaudium. Qui magnũ ac amplum transeunt mare, quandiu quidem tranquillus uentus nauem dirigit, parum de portibus ad ripas sitis curiosi sunt, putantes citra laborem transiturã esse nauem. Vbi uerò contrarius & uehemẽs inspirarit uentus, qui fluctus in altum undique attollit, & nauem undis obtundit, tunc sanè tranquillum desideran tes portum, & omnes circunsitam terram circumspectantes, nusquam uerò applicare potentes, de cætero ad propinquam, si ita contigerit, insulam diuertunt, omni modo salutem sibijpsis exquirentes. Et ubi ad hanc accesserunt, & sub protectionem obiectorum promontoriorum delati sunt, uix tandem à circum circa alluentibus malis liberari ac discedere possunt. Et nos ipsi nunc, ô Domine, salutari uerbo Dei instructi, & à mundana tempestate nosipsos liberare uolentes, & ad tranquillũ CHRISTI portum nauem nostram appellere cupientes: quando quidem uanas quasdam & temerarias, uelut mihi uidetur, de sancto spiritu quæstiones ab aliquibus cõmotas cognouimus, qui asserunt nõ oportere hunc cum deitate ac dominatione glorificari, sed in ministri ac apostoli gradu locatum esse, & prauiores ac humiliores de ipso opiniones tractãt: ob id uelut in instabili tempestate & graui fluctuatione detenti, neminem apud nos potentem reperire ualentes, qui quæstiones illas dissolueret, & sanã fidem nobis exponere posset: ad tuam pietatem rem deferre coacti sumus, hanc uocem meritò etiam ipsi emittentes, Præceptor serua. Rogamus igitur tuam minime simulatam ac rectam fidem, quam præuia bona fama, & testes fide digni testantur ac prædicant, dignare ad hoc à Saluatore ordinatus, ut preces nostras clementer suscipias, & per sacrum libellũ latiore ac clariore narratione sanctæ Trinitatis fidem exponas, & hunc ad nos mittas: quo & nos in hac confirmati, ea quorũ studio tenemur, assequamur, & hi qui iam in ipsa pij sunt, exhilarentur, & qui errarunt si id fieri potest, sanentur, & Dominus in omnibus glorificetur.

EPI-

EPISTOLA RESPONSIVA, MISSA A SANCTO EPIPHANIO, AD SVPERIORES, QVAE TOTAM DE DIVINA FIDE DOCTRINAM,

quam illi petiuerunt, in seipsa continet ac tractat.

DOMINIS & uenerandissimis fratribus ac presbyteris, Matidio, Tarsino, & Numerio, & reliquis omnibus qui sunt uobiscum: Et charissimis filijs nostris Palladio & Seuerino, qui bonum zelum æmulati sunt, & beatã ac desiderabilem uitam sibijpsis elegerunt, & rectæ de fide doctrinæ, & perfecti assensus, qui quod à Saluatore dictum est, implent, Si uis perfectus esse, uende bona tua, & da pauperibus: & hoc, Vendebant possessiones suas, & ponebant ad pedes apostolorum: & qui quæcunque commoda & optima sunt, animis suis apponunt: Epiphanius minimus episcoporum, & qui mecũ sunt fratres, in Domino Deo gaudiũ. Iam equidem beatum prædicauerim meipsum ô charissimi, quod quum non simus nos sufficientes, ad uirtuosam sanctorum & bonorum atque eorum qui zelum Dei susceperunt uitam ac rempublicam: digni simus ab ijsdem stimulari, ut mentem excitemus, & ad utilitatem incumbamus. Noster enim semper humilis animus, quiete perseuerare studens, & non ultra eos qui nimium speculantur extendi, illud considerans quod ab Apostolo dictum est, Vt ne extendar supra mensuram regulæ, quam dedit nobis Deus: nunc ad hoc deuenire cogitur. Nam suffragia undiquaq; firma diuini in uobis zeli, itemq; in alijs idem sentientibus, rectam inquam fidem æmulantibus: & Hypatius filius noster, qui ex Ægyptiorũ regione propter hoc ad me uenit: omnem segniciem & omnem cunctationem me deponere effecerunt, & non amplius continere, neque differre, aut ulli rei postponere, ut de fide uobis scribam, quum requiratis uos & fratres nostri, ea quæ spectant ad uestram salutem, ex diuina ac sancta Scriptura, firmum fundamentũ fidei de patre & filio & spiritu sancto, & de reliqua uniuersa in CHRISTO salute, de resurrectione inquam mortuorum, & de unigeniti in carne aduentu, & de sancto Testamento ueteri ac nouo, & in summa de alijs cõstitutionibus perfectæ salutis. Ego itaq; huiusmodi propositione accepta, quum non paucæ essent petitiones fratris Conopis in presbyterio cõsortis, & comitum ipsius, tum aliorum, tum præstãtiæ uestræ, filij charissimi: imò quum & filius noster Hypatius ab Ægypto ad me propter hoc uenisset, cõsona suffragia simul multa uidens, punctus animo ac cogitatione, cõsiderationẽ mecum feci, & uisum est mihi promptè animũ inducere, iuxta literarum uestrarum petitionem, ad hoc ut indubitanter ego tenuis hanc meam epistolam desiderio uestro scriberem. Et ualde quidem admiror admirabilem Domini & Dei nostri dispensationẽ, cui complacuit ob excellentẽ ipsius bonitatem, omnibus dare sanctum suum spiritum, qui ipsum in ueritate quærũt. Neq; enim impias uestras & uestrorũ petitiones per literas ô charissimi duxi, sed motum examinaui, qui ex Dei gratia in uobis incœpit. Qui enim in ueritate consona & concinna cum beato Petro dicere nouerunt, nempe, Tues CHRISTVS filius Dei uiuentis, hi clarè ab ipso Domino beati prædicabũtur: quemadmodum & sanctus ille beatus prædicatus est, dum audiuit, Beatus es tu Simon bar Iona, hoc est filius Ionæ: pater enim ipsius Ionas uocabatur, Bar autẽ ex Hebræa lingua filium interpretari possis. Atque hoc erat uita quam dedit unigenitus filius discipulis suis, dicens, Vt habeant uitam in seipsis, & cognoscãt solum uerum Deum, & quem misit IESVM CHRISTVM. In eo igitur quod dixit, solum uerum Deum, ad monarchiam & unius principatũ nos duxit, ut ne amplius sub elementis mundi simus seruitute pressi, ut ne amplius deorum multitudo in nobis sit, & ad talem scortationem mentes hominum dispergantur, sed ad

Hypatius. *Conops.* *Bar Iona.*

Scortatio prima, cultus simulachrorũ.

unitatem ſolius ueri Dei. Prima enim ſcortatio eſt excogitatio ſimulachrorum, inquit Scriptura. Et quem miſit IESVM CHRISTVM: Quem IESVM CHRISTVM? Verum Deum. Sicut dicit de ipſo Ioannes, Vnigenitus filius, qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit. Vnus itaq; Deus pater, & ſolus uerus Deus, & non ſecundùm effictos deos, quos putauerũt Græci quidam deos, quum nõ ſint dij, ſed ſolus uerus Deus. Nam ſolus ex ſolo unigenitus, & ſolus ſpiritus ſanctus. Trinitas enim in unita te, & unus Deus, pater & filius & ſpiritus ſanctus. Frangit autem & cõſternat hic ſermo eos qui non digni facti ſunt ſpiritu ſancto. Nemo enim poteſt dicere Dominus IESVS, niſi in ſpiritu ſancto. Etenim nomen IESVS etiã Iudæi dicunt, ſed Dominum non putant. Et Ariani dicunt nomen, & Deum adoptatum dicunt, & non uerum. quoniam non fuerunt participes ſpiritus ſancti. Niſi enim quis ſuſceperit ſpiritum ſanctum, non dicit IESVM Dominum uerè, & deum uerè, & filium Dei uerè, & regem æternum uerè. Diſcant enim qui malam opinionem habent, quod unigenitus filius Dei non uult omnia de ſeipſo teſtari. Sic enim dixit in Euangelio, Si teſtimonium præbeo de meipſo, teſtimonium meum nihil eſt. Alius eſt qui teſtatur de me. Et quis eſt alius? qui clamauit ex cœlo: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum eſt. Hic uerò qui dicit, Si ego teſtimonium præbeo de meipſo, teſtimonium meũ nihil eſt: rurſus dicit, Et ſi ego teſtimoniũ præbeo de meipſo, teſtimonium meum uerum eſt. Et rurſus, Ipſa opera teſtantur, quæ dedit mihi pater. Et rurſus, Moſes ſcripſit de me, & Moſes teſtatur de me. Primum quidem, Si ego teſtimoniũ præbeo de meipſo, teſtimonium meum nihil eſt: quoniam multi glorificant ſeipſos, & teſtantur de ſeipſis, quo excinderet gloriationem iactabundorum, & ſeipſos commendantium. Quum uerò dicit, Et ſi ego teſtimonium præbeo de meipſo, teſtimonium meum uerum eſt: oſtendit, quod nõ humanum eſt ipſius teſtimoniũ, ſed quod Deus eſt uera adſtruens ſuo teſtimonio. Verus itaque Deus pater, uerus Deus filius, uerus ſpiritus ſanctus, ſpiritus Dei exiſtens, & ſpiritus ueritatis, Trinitas in uno ſpiritu numerata. Nam de patre ipſe filius dicit, Quo cognoſcant te ſolum uerũ Deum. Fidelis autem teſtis eſt, qui ſuper pectus ipſius recubuit, unigenitum Deum ipſum appellans. Non appoſuit autem unigenito Deo, Deus uerus: ſed de patre ſcriptum eſt, uerus Deus. de filio uerò, unigenitus Deus. Et rurſus de patre, Lux Deus: de filio autem, Erat lux uera. Et uide mihi exactã ſcripturarum ſinceritatem. Eſt equidem pater lux, & non appoſitum eſt de patre, lux uera: de filio uerò dixit, Lux uera. & nemo audet aliter dicere. Quis enim inſanus aut demens, audebit blaſphemiæ ſuſpicionem ſibijpſi comparare: quum nõ inueniat appoſitam uocem, uera? Si enim qui ex ipſo genitus eſt genuinus filius, lux uera eſt, filij genitor citra ambiguitatem lux uera eſt, ipſe qui genuit ipſum ſine principio & ſine tempore lucem ueram. Et quemadmodũ non audendum eſt de patre dicere, quod non eſt lux uera: ſed propter pietatem cuiq; apud ſe cogitandum, Nouimus etiamſi non ſit ſcriptum, quod eſt lux uera, & non dubitamus, ut ne pereamus. Sic etiam de filio ſcriptum eſt, quod Deus eſt filius. & quamuis non additum ſit, Deus uerus, inſaniam nobis ipſis aggregabimus, ſi auſi fuerimus blaſphemare, & non dicere filium Deum uerum. Sufficit enim de uno omnem Trinitatis conligationem ferre, & à patre intelligere filium Deum uerum, & ſpiritum uerum: quum uiciſſim appoſita ſint utriſque nominibus æquiualentia ueritatis: patri quidem, Deus uerus: filio uerò, Deus. Et uice uerſa filio lux uera, patri uerò lux. quo duas glorificationes de deitate coniungentes, de patre quidem, Deus uerus, de filio autem lux uera: & de patre lux, & de filio Deus: à luce & uoce Deus, unam deitatem: à Deus uerus, & lux uera, unam potentiæ unitatem cõfiteamur. Similiter etiam de ſancto ſpiritu, Si ego abiero, ille ueniet, inquit, ſpiritus ueritatis. Et amplius de ſe ipſo, Ego ſum ueritas. Et de patre, Spiritus patris mei qui loquitur in uobis. Et de ſpiritu,

Lux, & lux uera.

Deus, & Deus uerus.

ritu, Spiritus meus ſtetit in medio ueſtrum. At ſpiritus ineffabiliter cooperans filio, «
eiſcit ipſum in deſertum, ut tentaretur à diabolo. Et ipſe Dominus, Spiritus Domini «
ſuper me, propterea quod unxit me. Spiritus autẽ ſanctus in prophetis loquẽs, Hæc
dicit Dominus omnipotẽs, Qui loquitur in prophetis Dominus, qui firmat tonitru, *Creans ſpiritum, quomodo intelligendum.*
& creat ſpiritum: tonitru quidem quod reſonat in auribus hominum: creans autem
ſpiritum ad operationem pluuiarum, quæ demittuntur à Deo ad terram. Et de crea-
turis quidem ſic dicit, Firmans tonitru, & creans ſpiritum. Hæc enim creata ſunt. An
nuncians autẽ CHRISTVM ſuum hominibus, non amplius creans, nõ amplius
firmans: ſed annuncians ipſum hominibus uerè genitum ex ipſo, increatũ, immutabi
lem, inalterabilem, qui ſemper eſt ex ſemper exiſtente, qui per Ioannẽ prædicatus eſt
ſemper exiſtẽs. Qui eſt, inquit, miſit me, dicit Moſes. Et Ioãnes, Qui eſt in ſinu patris, «
ille enarrauit. Exiſtens eſt filius, exiſtens eſt pater. Qui eſt, apud eum qui eſt, ex ipſo ge
nitus. Non coniunctio exiſtens cum patre, non qui incœperit eſſe, ſed ſemper genui-
nus cum patre. Semper pater qui genuit filium. Nõ enim unquam erat tempus quan-
do pater non erat pater. Non erat unquam tempus quando filius non erat patri ſoli.
Si enim erat tempus quando non erat pater: ergo ipſe erat filius alterius patris, anteq̃
eſſet pater unigeniti. Et qui ſibi uidẽtur piĳ eſſe in patrem, perfectè impiĳ ſunt. In Deo
enim non tempus, non momentum temporis, non punctum, non indiuidua tempo-
ris particula, non ictus oculi, nõ mentis ſubleuatio recipitur. Sed quantum aſcẽderit
mens tua ut filium cõpræhendas ac credas, ſimul cogitat & patrem. Nomen enim eſt
ſignificatiuum. Quum enim filium uocaueris, filium dicens, cogitas patrem: à filio
enim pater intelligitur. Et quũ patrẽ appellaueris, ſignificas filiũ: pater enim omnino
filiĳ appellatur. Quando igitur poteris audere ac dicere, quod pater non erat pater:
quo etiam filium audeas dicere non eſſe? Si uerò non audes dignitatem apponere pa-
tri: nam uox filius in identitate exiſtit, & non opus habet additione, non gloria, non
progreſſu: diſce ut ne ſis maledicus quicunq; fidẽ infeſtas, imò potius teipſum à fide
perſequeris. ſed ſemper crede patrem ſempiternum, qui uerè genuit filium ſemper ue-
rè exiſtentem apud uerè exiſtentẽ patrem. Filius enim ſemper, non cõiunctio exiſtens
patri, non confrater, ſed filius genuinus ex patre genitus, naturalis filius, non adopta-
tus. filius coeſſentialis patri, nõ ſynuſios, hoc eſt ſimul eſſentiã habẽs: ſed homouſios, *Synuſios & Homouſios.*
id eſt coeſſentialis: hoc eſt non extra patrem genitus, uelut quidam per cauillum di-
cunt, adoptione uolentes eſſe filium, & non ueritate. Colligantia autem eſt fidei, coeſ-
ſentialem dicere. Si enim dixeris coeſſentialem, ſoluiſti Sabelliĳ poteſtatem. Non enim
unius ſubſtantiæ ſignificationem habet uox coeſſentialis, ſed ſignificat & in ſubſtan-
tia eſſe patrem, & in ſubſtantia filium, & in ſubſtantia ſpiritum ſanctum. Quum uerò
coeſſentiale dicis, non alienum ab eadem deitate ſignificat. ſed Deum ex Deo filium,
& Deum ſpiritum ſanctum eiuſdem deitatis: nõ tres deos. Neque enim ſi dixerimus
filium & patrem Deum, duos deos dicimus. Vnus enim eſt noſter Deus, uelut bea-
tus Moſes dicit, Dominus Deus tuus, Dominus unus eſt. Nõ deos dicimus, Deum
patrem, Deum filium, Deum ſpiritum ſanctum: & non deos. Neque enim eſt multitu
do deorum in Deo. Verùm per tria nomina una deitas, patris & filiĳ & ſpiritus ſan-
cti. Et non duo filiĳ, unigenitus enim unus ipſe filius, ſpiritus ſanctus ipſe ſpiritus ſan
ctus, ſpiritus Dei, ſemper exiſtens cum patre & filio, non alienus à Deo, ſed à Deo exi
ſtens, à patre procedens, & à filio accipiens. At filius quidem unigenitus, incompræ-
henſibilis, & ſpiritus incompræhenſibilis, uerùm ex Deo, nõ alienus à patre & filio:
Neque coniunctio eſt patris & filiĳ. Sed Trinitas ſemper exiſtens eiuſdem eſſentiæ.
non alia eſſentia præter deitatem, neq; alia deitas præter eſſentiam: ſed eadem deitas,
& ex eadem deitate filius & ſpiritus ſanctus. Et ſpiritus quidẽ, ſpiritus ſanctus. filius
uerò, filius. Spiritus autem à patre procedens, & ex filio accipiens, perſcrutãs profun

ditates Dei, annuncians ea quæ ſunt filij, in mundo ſanctificans ſanctos per Trinita-
» tem, tertius nomenclatura, pater & filius & ſpiritus ſanctus. Euntes, inquit, baptiſate
» in nomen patris & filij & ſpiritus ſancti. quoniam eſt ſigillum gratiæ, colligatio Tri-
nitatis, non alienus à numero, non ſeparatus à nomenclatura, non alienus à dono, ſed
unus Deus, una fides, unus Dominus, unum donum, una Eccleſia, unum baptiſma.
Semper enim Trinitas, Trinitas, nunquam additionẽ accipit: & ſic numeratur, pater,
filius, & ſanctus ſpiritus. Non eſt coniunctio ipſa Trinitas, nõ diſtans quid in ipſa eſt
à propria ipſius unitate: uerùm in ſubſtantia perfectionis, perfectus pater, perfectus fi
lius, perfectus ſpiritus ſanctus: pater, & filius, & ſpiritus ſanctus. Et uice uerſa, Spiri-
» tus donis perfectus eſt, Diuiſiones enim donorum ſunt, idem autem ſpiritus. & diui-
» ſiones miniſteriorũ ſunt, idem uerò Dominus. & diuiſiones operationũ ſunt, idem
» autem Deus qui operatur omnia in omnibus. Ne excidamus à propoſito, ne diſceda
mus à ueritate. Nos non patrocinamur pro Deo, ſed pie conſideramus, ut ne perea-
mus. Et loquimur nõ uelut compræhendẽtes. nam ut homines loquimur quæ com
præhendimus. Honor enim erga Deum infinitus, & innumeris modis in mente no-
ſtra glorificatus eſt, nihil amplius gloriæ aſſumens, neque detrahi ſinens. Nihil enim
in Trinitate creatum, aut poſtea factum. Sed pater quidem filium generat, non erat au
tem unquam tempus quando nõ erat filius. Neque enim pater in aliquo tempore pa-
ter non uocabatur. Sed erat ſemper pater, & erat ſemper filius, nõ confrater, ſed filius
genitus ineffabiliter, & nominatus incõpræhenſibiliter. Cum patre uerò exiſtens ſem
per, & nunquam eſſe deſinens. Pater igitur ingenitus, & increatus, & incompræhen-
ſibilis. Filius genitus, ſed & increatus & incompræhẽſibilis. Spiritus ſanctus ſemper,
non genitus, non creatus, non confrater, non patruus, non propater, non filius: ſed
ex eadem eſſentia patris & filij ſpiritus ſanctus. Spiritus enim Deus. Vnumquodq;
autem nomen unicum nomen eſt, non habẽs ſecundam ſignificationem. Nam pater
pater, & non habet comparandum, neque alteri patri quid cõiunctum, ut ne duo ſint
dei. Et filius unigenitus Deus uerus ex Deo uero, non patris habens nomen, neq; alie
nus à patre, ſed unius patris exiſtens: unigenitus autem, quo unici nominis ſit filius, &
Deus ex Deo, quo unus Deus pater & filius uocetur. Et ſpiritus ſanctus unici nomi-
nis eſt, non filij habens nomen, nõ patris nomenclaturam, ſed Spiritus ſanctus ſic ap-
» pellatus. non alienus à patre. Ipſe enim unigenitus dicit, ſpiritus patris. &, Qui ex pa-
» tre procedit. &, De meo accipiet. ut ne alienũ putetur à patre, & filio: ſed eiuſdẽ eſſen
tiæ, eiuſdẽ deitatis, ſpiritus diuinus, ſpiritus ueritatis, ſpiritus Dei, ſpiritus paracletus,
unico nomine appellatus, non habens comparationem, non alteri alicui ſpiritui ada-
quatus, non appellatus nomine filij, aut nominatus nomine patris, ut ne unica nomi-
na æquiuoca ſint: Veruntamen Deus. ſed in patre, Deus: in filio, Deus: in ſancto ſpi-
ritu, Dei & Deus. Spiritus enim Dei, & ſpiritus patris, & ſpiritus filij: non iuxta ali-
quam compoſitionem, quemadmodum in nobis anima & corpus, ſed in medio pa-
» tris & filij, ex patre & filio, tertius nomenclatura. Euntes enim, inquit, baptiſate in no-
» men patris & filij & ſpiritus ſancti. Si uerò baptiſat pater in nomen ſuum, in nomen
Dei, & perfectum ſigillum in nomine Dei obſignatũ eſt in nobis: Et baptiſat CHRI
STVS in nomen ſuum, in nomen Dei, & perfectũ ſigillum in nomine Dei obſigna-
tum eſt in nobis: Quis audebit ſuam animam impugnare, ſpiritum alienum à deitate
dicens? Si enim in nomen Dei, & in nomen filij, & in nomen ſancti ſpiritus, unum ſi-
gillum eſt Trinitatis: una ergo poteſtas deitatis in Trinitate. Si uerò unum eſt Deus,
alia uerò creata, & nõ Deus: qua ratione colligata ſunt, ſunt duo ad unũ ſigillo perfe-
ctionis? Igitur in regium nomen ſignati ſumus unum illud patris, & alia non ſunt re-
gia, ſed adhuc elementis & creaturis ſeruitute ſubiecti ſumus. Et non potuit ſolum no
men patris ſaluare, ſed ſibijpſi creauit alia duo elementa, iuxta maledicorum opinio-
nem,

nem,ut assumeret deitas etiam alias uirtutes, & signatum ab ipso saluare posset,& homo ab ipso creatus redemptionem remissionis peccatorum acciperet. Hei quales nugæ. O ingentem blasphemiam. Vnde irrepsit in mundum alia rursus noua incredulitas,imò potius dixerim fidei peruersitas? Deterior est enim fidei peruersitas incredulitate. Incredulitas enim fidem accipiẽs corrigi poterit. fidei uerò peruersitas incorrigibilis est,& ægrè saluatur, nisi sanè donum & gratia aliqua ex supernis accesserit. Dicit igitur beatus Petrus ad Ananiam, Quid tentauit te diabolus,ut mentireris spiritui « sancto? Et ait, Non mentitus es hominibus, sed Deo. Ergo Deus est ex patre & filio « spiritus,cui mentitus est ille qui de precio aliquid detraxit. Quemadmodũ etiam Paulus huic sententiæ cõcinit, dicens, Vos autẽ templum Dei estis,& spiritus Dei habitat « in uobis. Igitur Deus est spiritus, sicut antea dixi. Quapropter templũ Dei uocabũtur etiam sancti homines, qui sanctum Dei spiritum in seipsis habitare fecerunt. Quemadmodum testatur princeps apostolorũ, qui dignus factus est beatus prædicari à Domino, quod pater ipsi reuelasset. Si itaq; pater reuelat ipsi filium uerũ, & beatus prædicatur: idem etiam rursus reuelat sanctum suum spiritum. Ipse autem Dominus constituit eum primum apostolorum, petram firmam super quam Ecclesia Dei ædificata *Petri principatus & præstantia.* est,& portæ inferorũ non ualebunt aduersus illam. Portæ autẽ inferorum sunt hæreses & hæresiarchæ. Iuxta omnẽ enim modum in ipso firmata est fides, qui accepit claues cœlorum, & soluit in terra, & ligat in cœlo. In hoc enim omnes quæstiones ac subtilitates fidei inueniuntur. Hic est qui tertiùm negauit, & tertiùm se detestatus est antequam gallus caneret. Hic excellentiam suæ erga Dominum suum dilectionis significans,affirmans dixit,Etiam si omnes negabunt te,ego non negabo: quantum in « homine est, dico. Hic est qui plorauit ob uocem galli,ut uerè cõfiteretur filij Dei conceptionem, non in apparentia esse,sed ueram: ut diceret ipsum uerum hominẽ,in plorando ob eum qui propter cõceptionem suam traditus esset. Hic est socius eius qui super pectus Domini recubuit. Ille enim à Domino discẽs,& à filio accipiens cognitionis facultatem,reuelauit. Hic uerò à patre accepit certitudinẽ fidei fundans. Hic in naui in mari Tiberiadis nudus rursus ubi uocatus fuit, piscatus est. At discipulus quem diligebat IESVS, ob uerbum quod dixit Saluator, Pueri,num quid obsonij habetis? Et ait, Mittite in dextrã nauigij partem,& inuenietis. ob hoc,inquam,uerbum consternati illi sunt. & dicit Ioannes quem diligebat IESVS, Dominus est: homo quidem secundùm carnem à Maria genitus in ueritate,nõ apparentia: Deus autẽ spiritus existens, qui à cœlestibus ex patre uenit. Hic est qui audiuit ex ipso, Petre pasce agnos meos. cui cõcreditum est ouile: qui bene deduxit per uirtutem Domini sui: qui confitetur de carne: qui uerè quæ patris sunt denunciat de filio: qui spiritum indicat & dignitatem ipsius in deitate: qui dexteram porrexit Paulo & Barnabæ societatis, cum Iacobo & Ioanne, ut per tres testes stet omne uerbum. Nihil enim sine duobus *Trium testimonium.* aut tribus testibus esse potest. Ad hoc enim cõfirmabatur per ænigma, quum in lege solum patrem cognouissent,nisi uirtutẽ filij accepissent, & per testes patris & filij confirmati fuissent, per tertium uerò testimoniũ spiritum sanctum accepissent, & repleti essent manifestè uocibus Cherubim & Seraphim tertiùm clamantiũ,Sãctus,sanctus, sanctus. Non enim per duas uoces glorificatio in cœlo perficitur: neq; quartùm acclamant eadẽ sancta & inuisibilia spiritualia animalia; neq; quartã uocem eadem edunt, *Tertiùm sanctum clamant ipsæ Seraphim.* neque unam solam,sed tres uoces singulares, Sanctus,sanctus,sanctus: & nõ dicunt, Sancti,sancti,sancti: quo singulare celebre pronunciẽt, neq; trium numerũ occultẽt. sed ter quidem dant sanctificationẽ: uniformiter autẽ & singulariter proferunt sermonem, ut ne multitudinem deorũ nominent. Vnus enim est Deus, pater in filio, filius in patre, cum sancto spiritu: sanctus sanctis quiescens, pater uerus in substãtia,& filius uerus in substantia, & spiritus sanctus uerus in substantia. Tria existentia, una deitas,

una essentia, una glorificatio, unus Deus. Nominasti Deũ: cõpræhendisti mente Trinitatem, habuisti spiritũ sanctũ: dignatus es ipsum potẽtia paterna, & filij Dei. glorificasti patrem: significasti filium & sanctum spiritum, sed non iuxta cõiunctionem. Est enim pater, pater: est filius, filius: est spiritus sanctus, spiritus sanctus. Sed non abalienata Trinitas ab unitate & identitate. honoratur autem pater, secundùm quod pater est. honoratur filius, prout filius est. honoratur spiritus sanctus, prout spiritus uerus
» est, & spiritus Dei. Sic dicit unigenitus, Qui honorat patrẽ, honorat filium. Hoc ipso enim quod dicis patrem, filium indicas, & filium honoras. Et qui filium honorat, honorat patrem. Hoc ipso enim quod tu nominas filium, honoras patrẽ, non minorem CHRISTVM patre asserẽs. Si enim inter nos homines talis opinio est, & non minores filios uolumus, neq; à patrum honore imminutos: ignominia enim in filios ad patres refertur: quãto magis Deus & pater nõ uoluerit unquam imminui filiũ suum: Qui itaque eum qui uerè est patris filius, egere & abesse putat à gloria patris, is magis ignominia afficit pro honore, per ignorantiã inductus. Quemadmodum igitur reuelat patrem dicens, Nemo nouit patrem nisi filius, & nemo nouit filium nisi pater: ita audeo dicere, neq; spiritum quis nouit spiritum, nisi pater & filius, à quo procedit, & à quo accipit. Quomodo uerò alienum à Deo spiritũ dicere audẽt, qui insania potius correpti sunt, & non ueritate: & non discunt uerã uocem fide digni & sancti apostoli Pauli (cui dextrã porrexit princeps apostolorum Petrus, qui dignus factus est habere clauem regni cœlorum) qui audiuit ex cœlis, Saule Saule quid me persequeris: qui dignus factus est audire uerba arcana quæ non licet homini loqui: qui dicit, Nemo nouit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui habitat in ipso: ab exemplo supernа declarare uolens, ut ne hominis exemplum ad Deum conferret, sed per exemplum partem supernorum reuelaret. Vniuersa enim creatura cõgregata Angelorum & Archangelorũ, Cherubim & Seraphim, cum exercitu cœlesti, cœlicq; ac terræ, terrestriũ & cœlestium ac infernorum, luminarium & stellarum, siccorum & humidorum, & omnium in summa quæ in cœlo sunt & terra: non potest ostendere, neque per exemplum assimilari suo Domino. Secundùm gratiã enim homini imaginẽ largitur. uelut dicit Scriptura, Fecit Deus hominem, secundùm imaginem Dei fecit ipsum. Per gratiam enim habet imaginẽ omnis homo. Nemo uerò suo Domino assimilabitur. Alterum enim inuisibile, alterum uisibile: alterum immortale, alterum morti obnoxium: & alterum omnis sapientiæ fons, & omnia habens in seipso perfecta. At homo gratiã habens ex parte, destitutus est perfectissimis, nisi Deus uelit exhibere iuxta dignitatem acceptæ imaginis, perfectionem per gratiã. Attamen exemplo usus idem sanctus Apostolus, Nemo, inquit, nouit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui habitat in ipso. Sic & quæ Dei sunt nemo nouit: & nõ dixit, Nisi spiritus Dei qui habitat in ipso: sed Spiritus Dei, solum. Vt ne quis compositum Deum intelligeret, Nisi, inquit, spiritus Dei. Spiritus enim Dei omnia perscrutatur, etiã profunditates Dei. Nõ alienus itaq; est spiritus Dei, qui perscrutatur profunditates. Si uerò repræhendit nos diuina Scriptura, dicens, Quæ tibi præcepta sunt, ea considera. &, Non opus est tibi occultis. &, Altiora te ne quæras, & profundiora te ne expendas: Ergo dixerimus etiam de sancto spiritu, quod magis per curiositatem, & nõ legitimè perscrutatur profunditates Dei: At ubi perscrutatur profunditates Dei, ob quam causam, dic ô stolide: uelut curiosus: uelut aliena inspectans: uelut non propria concupiscens: Absit. Sed quoniam digni fiunt sancti, ut spiritus sanctus in ipsis habitet: ubi in sanctis fuerit spiritus sanctus, largitur ipsis ut perscrutentur profunditates Dei, ad hoc ut profundè glorificent. quemadmodum etiam Dauid hoc confitetur, De profundis
» enim, inquit, clamaui ad te Domine: & iuxta infinitam magnitudinem, & non modice parceq; ac imperfectè, quemadmodum hi qui sunt Arianæ sectæ, & omnes exter-

Spiritus Dei, quomodo profũda perscrutetur.

næ.

næ. Nam ex quo lex per Moſen data eſt, hæreſes quæ poſt ipſam diſſectæ ſunt, ante CHRISTI in carnem aduentum, undecim fuerunt: & poſt aduentum in carnem, aliæ ſexaginta: exceptis his quæ ante legem fuerunt, & ante has omnes quinque: & alijs quatuor græcis ſectis, quæ ſunt ante legem ex toto, nouem: ſimul autem omnes cum ſuis matribus, numero octoginta. Quarũ matres quidem ſunt quinque, ſic, Barbariſmus, Scythiſmus, Græciſmus, Iudaiſmus, Samaritiſmus. Ex his, ex Græciſmo quidem hæreſes quatuor, Pythagoræorum, Platonicorum, Stoicorum, Epicureorum. A lege uerò ante CHRISTI in carnem aduentum, undecim. Ex Iudaiſmo quidem ſeptem, Scribarum, Phariſæorum, Saducæorũ, Oſſæorum, Naſaræorum, Hemerobaptiſtarum, Herodianorum. Ex Samaritiſmo uerò quatuor, Gortheno-rum, Sebnæorum, Eſſenorum, Doſitheorum: ſimul undecim à lege ex Iudæis & Samaritis exortæ. Omnes igitur ante aduentum CHRISTI in carnem, & uſque ad ipſum, ab Adam initio ſumpto, uiginti ſunt. Poſt aduentum uerò CHRISTI in carne, uſque ad regem Valentinianum, & Valentem, & Gratianum, omnes hæreſes quæ CHRISTI nomen falſò de ſe prædicarunt, ſexaginta ſunt, & ſic numerantur: Simoniani, Monandriani, Saturniliani, Baſilidiani, Nicolaitæ, Gnoſtici, qui & Stratiotici & Phibionitæ, & apud quoſdam Secundianitæ, apud alios Socratitæ, apud alios Zacchæi, apud quoſdã Coddiani appellati, ac Borboritæ: Carpocratitæ, Cerinthiani, qui & Merinthiani: Nazoræi, Ebionæi, Valentini, Secundiani, quibus coniungitur Epiphanes & Iſidorus: Ptolemæitæ, Marcoſij, Colorbaſij, Heracleonitæ, Ophitæ, Caiani, Sethiani, Archontici, Cerdoniani, Marcioniſtæ, Lucianiſtæ, Apelleiani, Seueriani, Tatiani, Eucratitæ, Phrygaſtæ, qui & Montaniſtæ, & Taſcodrugitæ: Pepuziani, qui & Priſcilliani & Quintilliani. Quibus connectuntur Artotyritæ, Teſſareſcædecatitæ, qui paſcha unam diem anni faciunt: Alogi, qui Euangelium & Apocalypſim Ioannis non admittũt: Adamiani, Sampſæi, qui & Helceſtæi: Theodotiani, Melchiſedeciani, Bardeſianiſtæ, Noëtiani, Valeſij, Cathari, qui & Nauatæi: aut etiam Monteſij, uelut Romæ uocantur: Angelici, Apoſtolici, qui & Apotactici: Sabelliani, Origeniaſtæ, qui turpia faciũt: Oregeniaſtæ, ab Origine Adamãtio: Paulli Samoſatenſis ſectatores, Manichæi, qui & Acuanitæ: Hieracitæ, Meletiani, qui in Ægypto ſectam habent: Ariani, qui & Ariomanitæ: Audiani ſecta, & non hæreſis: Photiniani, Marcelliani, Semiarij, Pneumatomachi, qui ſanctum Dei ſpiritum blaſphemant: Aëriani, Aëtiani, qui & Anomœi: quibus coniungitur Eunomius, imò potius Anomœus: Dimœritæ, qui non perfectam CHRISTI incarnationem confitentur, qui & Apolinaritæ: qui ſanctam Mariam ſemper uirginem, poſtquam Saluatorem genuit, ipſi Ioſeph coniunctam fuiſſe dicunt, quos appellauimus Antidicomarianitas. Qui in nomen ipſius Mariæ collyridem offerunt, & uocantur Collyridiani: Maſſaliani, quibus coniunguntur Martyriani à Græcis, & Euphemitæ, & Sataniani. Et in ſumma, moleſtia uos afficio, atque ipſe etiam afficior, in tot hæreſeon nominibus recenſendis, & in nefarijs ipſarum actionibus enarrandis, ampliuſq; duarum ſectarum, tum eorum qui in Ægypto ſunt, & Meletiani appellantur, qui propter quendam in perſequutione factum caſum, ab his qui ſunt à noſtris ſuſcepti in ipſorum ſortes poſt pœnitentiam, ſeipſos abſciderunt, nõ tamen in hæreſi ſunt: tum eorum qui in Meſopotamia Audiani uocantur, & ſchiſmatici exiſtunt, ſed non alienam fidem habent, ſolum priuatim de eo quod ſecundum imaginem eſt contendentes, non propter fidem rebellantes & ſeipſos ſeparantes, neque propter aliud quid quàm per ultroneam iuſtitiæ arrogantiã, eo quòd nõ ſocietatem habent cum epiſcopis & presbyteris aurum & argentum poſſidentibus: & eo quòd paſcha faciunt, quo tempore Iudæi faciunt, & horum gratia ſeipſos abſcindentes, & ab unitate orthodoxæ ac rectam de fide ſententiam habentis Eccleſiæ abalienantes. Nam qui non

Hæreſes omnes LXXX.

accepe

acceperunt ſpiritum ſanctum, non didicerunt profunditates Dei, & ad has hæreſes diffracti ſunt, & ad ſectarum per occaſionem nugas. Relicta enim ueritate ad multas calles tranſiuerunt, aliàs aliter & alia ſentientes ac ſtatuentes. Dicit autem idem ſanctus Apoſtolus, declarans nobis ob quam cauſam hoc dixerit: Nos autem ſpiritū Dei accepimus, ut ſciamus quæ à CHRISTO donata ſint nobis, quæ etiã loquimur, non ſermonibus quos docet humana ſapientia, ſed quos docet ſpiritus ſanctus, ſpiritualibus ſpiritualia comparantes. Spiritus itaq; Dei non alienus eſt à Deo. Si enim à Deo alienus eſt, quomodo profunditates Dei perſcrutatur? At dic mihi tu uanæ gloriæ appetens, qui teipſum impugnas, ut ne dicam ſpiritum ſanctum Dei, dic mihi uanilſime homo, cur bello impetis eum qui bello expugnari non poteſt? quid pugnas contra inexuperabilem? durũ eſt tibi aduerſus ſtimulum calcitrare. teipſum ſcandalo afficis, & non Verbum: teipſum capis, & non ſpiritũ: teipſum à Dei gratia abalienas, & non filium à patre, neq; ſpiritum ſanctum à patre & filio. Omnino enim dicis iuxta uerſutam calliditatem. Audiui enim iam aliquos uanè ſapientes, qui Dei & Saluatoris noſtri ueritatem in blaſphemiam transferũt, ac dicunt, Scrutatur quidem profunditates Dei, ſed non comprehendit: eo quòd non additum eſt ad dictum illud, hoc uerbum. ſed ſolum dixit Apoſtolus, Perſcrutatur profunditates Dei: & nõ additum eſt, compræhendit. O ingentem ſtoliditatem. Opus enim erat ô phanatice, poſtquam dixit perſcrutatur, dicere cõpræhendit? Nam iuxta tuam amentiã clauda reperiri poſſit res, non appoſita uoce. Nunc uerò non relinquitur tibi prætextus. Vndiquaq; enim congregat Scriptura pientiſſimo uiro ueritatem. De omnipotente enim Deo ſic ſcriptum eſt, Deus examinans renes, & perſcrutans promptuaria uentris. Si uerò examinat renes, ergo non nouit quoniam examinat? aut totam cognitionem in examinando pronunciauit? Perſcrutans autem promptuaria uentris: rurſus non additum eſt, compræhendens: ergo niſi additũ fuerit dicto, compræhendit: mortem mihi procurabo, annectens ad dictum, non comphæhendit: iuxta tuum ô ſtolide ſermonem? Sic igitur & de ſpiritu ſancto dictum eſt quod perſcrutatur, & nõ opus erat dicere, quod etiam compræhendit. In ipſo enim dicto declarat quod eſt in ſpiritu ſancto cognitio Dei, & profunditas Dei. & quamuis nõ dicat, compræhendit: hoc ipſum mihi intelge, & ne animã tuam perde. Sicut enim de patre non audendũ eſt dicere perſcrutatur, & non compræhendit. Ipſe enim hominẽ creauit, cum filio & ſancto ſpiritu. Semper enim Trinitas, Trinitas: & nunquam additionem accipit. Sic ſanè etiam de ſancto ſpiritu intelligendum eſt. Quum enim dicat Scriptura quod fecit hominẽ, In principio enim fecit Deus cœlum & terram: indicat patris uocem conuocantem ad opificium. & quum dicat, Faciamus, de filio ac ſancto ſpiritu utiq; eum dicere dixerim. Sic enim dicit Scriptura, Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris ipſius omnis uirtus ipſorum. Simul itaq; creat Verbum cum patre, ſimul creat etiã ſpiritus ſanctus. Qui itaq; fecit hominẽ omnipotens Deus, nõ nouit quæ ſunt hominis, perſcrutans promptuaria uentris? Imò maximam Dei cognitionem hic ſermo declarat, hoc dicens, ut ne quid inter nos peccatores putet adhuc à Deo occultatum eſſe. Ipſe enim nouit hominem, & quæ ſunt hominis. Perſcrutatur itaq; pater prõptuaria uentris, & nouit. perſcrutatur ſpiritus profunditates Dei, & nouit. Reuelat enim ſanctis Dei myſteria, & docet profundè Deum glorificare, & huius incompræhenſibilitatem ſuis oſtendit. Ergo non eſt alienus à Deo ſpiritus. Non enim dixit de angelis, perſcrutatur profunditates Dei: neq; de archangelis. Nemo enim nouit diem, neque horam, inquit filius Dei, neque angeli cœli, neq; filius, niſi pater. Putant autem ſtolidi, qui nõ ſunt ornati ſpiritu ſancto, Num eſt quid in patre, quod non eſt in deitate filij? Sicut enim habet pater uitã in ſeipſo, ſic habet filius uitã in ſeipſo. Et omnia quæ ſunt patris mei, mea ſunt: inquit idem Dei ſanctũ Verbũ. Quæ uerò ſunt ea quæ patris ſunt, quàm hæc? Deus, patris

Spiritũ ſanctum impugnantes.

Neq; filius nouit, quomodo accipiendum.

patris est: hoc etiam filij. uita patris est: hæc etiam filij. Lux patris, nimirum etiam filij. Immortalitas patris: similiter etiam filij. incomprehensibilitas patris, itemq; filij. Omnia quæ patris sunt, filij sunt. Si itaque ea quæ patris sunt, ipsius sunt: etiam cognitio quæ est in patre, & in filio, & in spiritu sancto est. Si uerò quis putat filium ignorare diem, discat indoctus, & ne maledicat. Proponam enim ipsi cognitionem, & cognoscet. Dic mihi ô dilecte, dilectum enim te uoco, neminem enim odi, nisi solum diabolum, & opera diaboli, ac peruersam fidem. propter te uerò preces effundo, ut uenias ad Dei ueritatem, & ne teipsum perdas in blasphemia in Deum. Profunda enim sunt uerba sancti Dei, uerum per spiritum sanctum per dona dantur. Alij enim, inquit, datur sermo sapientiæ, alij sermo doctrinæ, &c. idem autem spiritus diuidens unicuique sicut uult: quo tibi ostendat, etiam spiritus sancti autoritatem. Quum enim idem spiritus omnibus dona det sicut uult, roga itaque patrem ut reuelet tibi filium, & roga filium ut reuelet tibi patrem: & rursus roga patrem ut det tibi filium, & reuelet tibi sanctum spiritum, & det tibi ipsum habere in te, quo datus in te sanctus spiritus, reuelet tibi omnem cognitionem patris & filij & spiritus sancti: ut discas quod in filio non est ulla ignorantia, neque in sancto spiritu. Etiamsi enim angeli destituuntur maiore potestate ac cognitione, absit ut etiam filius Dei & sanctus spiritus destituantur. Spiritualiter autem dicit Deus qui à patre uenit ad nos sanctum Verbum. Verùm animales dijudicant non intelligentes filij sapientiam, imò potius sapientiæ sermonem. Interroga te, & dic mihi, utrum maior est pater, aut dies illa de qua dicit? Non audebis dicere patrem non esse maiorem. Si igitur maior est pater & die & hora, & omnibus ab ipso creatis ac creandis: & nemo ipsum cognoscit nisi filius: utrum igitur maius, cognoscere patrem, aut illam diem? Manifestum est quod cognoscere patrem. Quomodo igitur qui maiora nouit, minoribus destitutus est? Si itaq; cognoscit patrem, cognoscit omnino etiam diem. Et nihil est quod destituitur in cognitione filius. At dicis quod maior existens pater, omnium cognitionem habet: filius uerò nequaquam. quemadmodum etiã ipse dicit, Pater meus maior me est? At hoc honorans patrem filius dicit, uelut decebat eum qui ampliter honoratus est à patre. Oportebat enim uerè genuinum filium honorare proprium patrem, ut ostenderet ingenuitatem. Quomodo uerò tu putas maiorem esse ipsum? circumferentia, aut mole, aut tempore, aut temporis parte, aut dignitate, aut deitate, aut immortalitate, aut æternitate? Ne putes hæc. Nihil enim in deitate inæquale est ad filium. sed prout pater pater est, & prout filius genuinus, honorat suum patrem. Neque enim mole fertur Deus, ut mole excedat filium pater: neq; tempori subiacet, ut tempore pater filium excedat: neq; iuxta mensuram in alto locum habet pater (omnia enim ipse continet, & à nullo cõtinetur) ut filius inferior intelligatur: Sedet enim in dextra patris. & non dixit, introiuit ad patrem: quo Sabellium destrueret, & Arium subuerteret cum sua blasphemia. Quapropter ne quæras non quærenda, sed honora filium, ut patrem honores. Quum autem audis de Deo, Nemo bonus nisi unus Deus: num audebis propterea quod filius excellenter honorat patrem, pronunciare filium nõ bonum? Neq; enim negans seipsum bonum esse, patrem bonum dicit: imò tanto magis seipsum reuelat in hoc quod honorem ad proprium suum patrem refert, quo à bonitate patris cognoscatur notitia bonitatis filij Dei, à bono patre Deo geniti. Multa est enim imbecillitas eorũ qui tale de filio dicere audent. Etsi enim dixerit, Vnus est bonus Deus, ecce in multis docet nos Scriptura, bonum uocans puerum pauperem & sapientem. Et bonus erat Samuel cum Domino & hominibus. & bonus erat Saul filius Cis ex tribu Beniamin, altior uniuerso populo Israël ab humeris & sursum. Et, Bonũ est ire in domum luctus, magis quàm in domum cõuiuij. Et, Aperi Domine cœlum thesaurum tuum bonũ. Et, Bonus sermo præ dono. Et, Bonus canis uiuens præ leone mortuo.

Pater meus maior me est, quomodo intelligendum.

Nemo bonus nisi unus Deus, quomodo accipiendũ.

» tuo. Et, Bona duo præ uno. Et, Bonus finis ſeruorũ præ initio. Et, Si uos mali quum
» ſitis, nouiſtis bona dona dare filijs ueſtris: de piſce & pane dicens. Quomodo igitur
audebis cogitare, filium abnegare ſuam bonitatem, & non propter excellentiã honoris patris ferre bonitatem? uidebat enim dicentẽ ad ipſum, Magiſter bone: dicentem ore, & nõ corde. & redarguere ipſum uolens, quod non labijs ipſius crederet, ſed cor redargueret. quemadmodum etiam in alio loco dicit, Quid mihi dicitis Domine Domine, & nõ facitis ſermones meos? Et hic uolebat ipſum redarguere. appellabat enim ipſum bonum magiſtrum, & nõ manebat in ſua fide, ut crederet in ipſius bonitatem.

Epitheta Verbi filij Dei.

Ipſum itaq; ſanctum Verbum uiuens in ſubſtantia, rex ille cœleſtis, filius genuinus, qui ſemper eſt cum patre, qui ex patre prodijt, ſplendor gloriæ, character ſubſtantiæ, imago patris in ueritate, ille eiuſdem throni cum eo qui ipſum produxit, cuius regni non erit finis: iudex ille uiuorum & mortuorum, qui ſapientia eſt ex ſapientia, qui fons eſt
» ex fonte (Me enim, inquit, reliquerũt fontem aquæ uitæ, & effoderunt ſibijpſis lacus contritos) fluuius ille perpetuus, qui exhilarat ſuo curſu ciuitatem Dei, quo ex fonte prodijt ex quo fluuij (inquit) ex uentre ipſius fluent, ſceptrum Dauidis, radix Ieſſæ, flos ille ab ipſa, leo, Rex ille ex tribu Iuda, ouis illa rationalis, lapis uiuens, magni conſilij angelus, homo in ueritate natus, & Deus in ueritate exiſtens, non mutata natura, neque alterata deitate, qui genitus eſt in carne, Verbum incarnatum, Verbum caro factum, quod habet ante uocem Factum, interpoſitam uocem Caro. Verbum enim non dixit, factum: ſed poſt Verbum, infinitiuè ponit, caro. & poſt uocem caro, dicit, factum eſt: quo, factum eſt, ex Maria probetur. quo Verbum quod ex ſupernis à patre deſcendit, intelligatur. Hoc ſanctum uiuens Verbum, ille apud patrem Deus, magni conſilij nuncius, qui annunciat conſilia patris, pater futuri ſeculi: ipſe dixit,
» Nemo nouit diem & horam, neque angeli qui in cœlo ſunt. Etenim nõ ſciunt quod IESVS ſpirituali intellectu dicit, Niſi ſolus pater. Si itaque nouit filius patrem, maior autem eſt pater & die & hora, & nemo ambigit: Quomodo igitur qui maius nouit, minus ignorat? Neque enim nouit quis patrem, niſi filius: & nemo nouit filium, niſi pater. Sicut enim magnus eſt pater, quia nouit filium: ita & filius magnus, quia nouit patrem. Si itaq; nouit patrem, quod maius eſt: quomodo ignorat id quod minus eſt, hoc eſt diem & horam? Perſcrutare Scripturas diuinas, & diſce ſancti ſpiritus uirtutem: & ipſe ſpiritus qui nouit patrẽ & filium, reuelabit tibi Verbi filij Dei notionem, ut ne à ueritate aberres, & animam tuam perdas. Duæ enim ſunt notiones in diuina Scriptura, duæ cognitiones, una ſecundùm actionem, altera ſecundùm ſcientiam & notitiam. Quo uerò ab exemplis ſimilia producam, ad hoc ut erronea mens tua & eorum qui ſic ſentiunt, per multa exæquetur » diſce quid dicat Scriptura de Adam. Erant, inquit, nudi in paradiſo, & non uerecundabãtur. Cæci autem non erant, uidebant enim. Si enim non uidiſſent, quomodo conſpexiſſent lignũ, quod bonum eſſet ad cibum, & aſpectu pulchrum? Et accipiens, inquit, mulier comedit, & dedit uiro ſuo qui cum ipſa erat. Ergo non erant cæci, ſed apertos habebant oculos: quũ nudi eſſent non uerecundabãtur uidentes, & quum nudi eſſent ſeipſos uidebant. Videbant autẽ ſecundùm ſcientiã, nõ ſecundùm actionem. Poſtquam enim eiecti eſſent ex paradiſo, ubi comediſſent de ligno, poſt multũ tempus (inquit) cognouit Adam Euam uxorẽ ſuam. Quomodo itaq; erit hoc, & quidem quũ uiderant ſe mutuò dum nudi eſſent? At conſpexerãt ac cognouerant ſeipſos uiſu, ſed non actu. Scriptura autẽ mutuam coniunctionem, dixit cognitionem. Et ſolet cognitionẽ & cognitionem du
» pliciter appellare. Rurſus enim ſic dicit, Cognouit Iacob Liam uxorẽ ſuã, & concepit ac peperit. Et prius quidẽ cognouerat ipſam, cum ipſa enim ſeptẽ annis pauerat oues Laban patris ipſius: uerùm cognouerat ipſam cognitione per uiſum & notionem. cognouit autẽ poſtea per actionẽ. Et cognouit Rachel uxorẽ ſuam. Et rurſus alio loco,

Cognitiones in Scriptura duæ ſunt.

Et

Et consenuit Dauid, inquit, & tegebant ipsum uestibus, & non calescebat. Et dixerũt Regi, Quæratur uirgo pulchra, & inuenta est Abisac Sumanitis. & inquit, adducta est ad regem & cõdormiuit ipsi, & confouit ipsum, & nõ cognouit ipsam Dauid, quæ cum ipsa erat corpusq; applicuerat & collateralis fuerat. Quam igitur cognitionem dicit, eam quæ per uisum aut eam quæ per actum contingit? Et, Nouit Dominus qui sunt ipsius: Igitur eos qui non sunt ipsius non nouit? Et, Discedite à me operatores iniquitatis, nunquam enim cognoui uos: ergo est ignorantia in Filio Dei? Et rursus, Vos noui ex omnibus gẽtibus: Ergo gẽtes reliquas ignorat? absit. Sed nouit diuina scriptura cognitionem, aliam secundum notitiam, aliã secundum actionem. Quandoquidem igitur unigenitus patris implens uoluntatem, ostendit iam omnia perfecta. Nouit enim pater horam & diem, nouit ipsam et secundum noticiam, & secundum actionem, nouit enim ipse omnia: etiam in eo quod dicit filius, Pater omne iudicium dedit filio: etiã non iudicans, per hoc quod dedit filio, ipse iudicat. Non enim abalienatus est Deus à iudicando eos qui iudicãtur, & in eo quod non iudicat pater, iam iudicauit. Filius autem nouit quando ueniet, ipse enim fert ipsam diem, & ipse decernit, & ducit, & perficit. Dicit enim, Sicut fur in nocte ueniet dies illa. Et dicit, Non erit in nocte: quo dies in tenebris nos appræhendat. Si igitur serui CHRISTI, Dei Filij sunt: nunquid ipse filius ferens diem ignorat? quo ipsum dies appræhendat, & magis ipse diem ferat? Quis hæc secum cogitans non maledicet, dum non conuenientia de Patre & Filio cogitat? & pater quidem nouit diem et horam secundum duos modos, secundum notionem, & secundum actionem. Nouit enim quando ueniet, & rursus iam iudicauit, dum filium iudicare decreuit, & cognouit secundum actionem. Filius uero Dei nouit quidem quãdo ueniet, & ipse fert ipsam & nõ ignorat, uerum nondum fecit ipsam secundum cognitionem, hoc est secundum actionem. Amplius enim adhuc impij impij sunt, & increduli fidem non habent, & peruersam fidem habentes maledicunt, & diabolus operatur, & peccata fiunt, & iniusticia dominatur, & iudiciũ patiens est, donec ueniat & cognoscat ipsum secundum actionem, & faciat ultionem, & seruet eos qui in ueritate in ipsum sperant, & non ipsius deitatẽ blasphemijs impetunt, Patris & Filij & Spiritus sancti. Cæterum sanctis angelis talis dignitas deest secundum duos modos. Honorati equidem sunt, à Patre & Filio & sancto Spiritu hoc adepti, deest autem ipsis hoc. Non enim nouerunt, quando ea, quę sunt de creta fiunt. In propria enim sua potestate posuit pater tempora. Si autem Pater in Filio, & Filius in Patre: ergo non deest potestas filio quæ est in patre, deest autem angelis. creati enim sunt angeli & Archangeli et potestates. Pater autem increatus, Filius increatus, Spiritus Dei increatus. Non igitur sciunt angeli, neq; secundum noticiam, neq; secundum actionem, diem & horam. Non enim sciunt quãdo uult Pater & Filius & Spiritus sanctus diem inferre. & non sciunt secundum cognitionem actionis. Nondum enim præceptum est ipsis, ut egrediantur ac colligant zizania, & ligent fasciculos, ut comburãtur igni inextinguibili. Nondum itaq; neq; fecerunt, neq; nouerunt. Pater autem nouit & fecit. Filius uero nouit quidem, nõdum autem fecit. Atq; hoc est, nisi pater solus, neq; angeli, neq; filius. Considere-
mus itaq; uirtutem scripturæ, ut ne fiat nobis litera mors. Litera enim, inquit, occidit, Spiritus autem uiuificat. Accipiamus Spiritum, ut ex litera utilitatem accipiamus. Non litera occidit, in litera est uita. Occidit autem imprudenter ad literam accedentem, & non habentem spiritum interpretantem, qui literam aperit, & quod in ipsa est reuelat. Hic igitur Pater sanctus unigenitum filium suum genuinum ex ipso genitum, & sanctum suum spiritum dedit Ecclesiæ suæ, in una concordiæ cognitione, in uno perfectionis uinculo: quo in nomine patris perfecti & Dei sigil-

Cognitio & notio patris germina.

Cognitio filij unica.

Angelorum ignorantia.

Nisi pater solus.

lum capiamus, & in nomine Filij perfecti & Dei, & in nomine Spiritus Diuini & pfecti ſignaculum feramus. O ſancta trinitas, quæ trinitas in uno nomine numeraris. Non enim dicitur unitas & dualitas, neq; unitas & unitas, ſed unitas in trinitate, & trinitas in unitate, uniformiter, unico nomine, unus Deus, Pater in Filio, Filius in Patre, cum ſancto Spiritu. Voca mihi teſtes ueritatis. Voca mihi pueros ex fornace Babylonis ſeruatos, qui digni facti ſunt ut in ignem mitterentur, non autem conſumerentur: non ut extinguerent ignem, ut ne depræhenderentur noua opera contra moliri: ſed ut eſſent quidem in igne, non autem conſumerentur in igne, propter rectam ipſorum fidem: Deo per ipſos nos docente, quæ ſint creata, quæ increata, quæ facta, quæ non facta, quæ ſemper exiſtentia, quæ ex ipſis facta ſunt. Tales pueri ſeruati, gratam erga Deum mentem declarare uoluerunt, qui ipſos ſeruauit, in quem ab initio ſperauerunt & non hæſitauerunt, & non inclinauerunt ceruicem imagini & temeritati ac tyrannidi regis. Et quum uellent aliquid retribuere Deo, ubi perſcrutati eſſent profunditates per ſanctum Spiritum in corde, ut qui ſancti erant, & conſideraſſent cœlum & omnia quę in ipſo ſunt, terramq; & omnia quæ ſub ipſa ſunt, & omnia quæ ſunt non digna eſſe ut Deo in oblationem offerrentur. Neq; enim habebant poteſtatem, ea quæ ſuper ipſos erant Deo offerendi: & pro dignitate quidem, & iuxta facultatem uolentes ſolum hymnis
» Deum celebrare. Hoc enim eſt, quod ſcriptum eſt, Sacrificate ſacrificium laudis. Et, Sacrificium laudis glorificabit me. Iam enim tranſmutauerant uetus in nouum Teſtamentum à Spiritu ſancto ſtimulati, non animalium, non holocauſtorum uſum habentes. Dicunt enim, non eſt locus ſacrificandi, neq; hoſtia, neq; altare, uelut omnibus ablatis: uolentes autem talem laudem offerre, omiſſa ſua ipſorum
» tenuitate, humiliter feruntur. Omnis enim qui ſeipſum exaltat, humiliabitur. qui uero humiliat ſeipſum, exaltabitur: & cum hac gratia ſuæ ipſorum ſalutis, accipiunt etiam hoc donum humilitatis, & laudem Deo offerre uolunt, & non malis delaſſari ac cedere. Et ubi expendiſſent ſeipſos ad inenarrabilem Dei glorificationē, dignantur ſecum aſſumere creaturam ad glorificationem, & incipiunt dicere compræhendentes omnes creaturam, & diſtinctis opificijs ab opifice, & creatis à creatore, dicunt, Benedicite omnia opera Domini Dominum. Omnia dixerunt, nihil reliquerunt. Quo uero Spiritus ſanctus delineet perfectam cognitionem, ad hoc ut ſciamus qualis ſit Deus, & qualia quæ ab ipſo facta ſunt, ut ne ſempiterno ea quæ ex nihilo facta ſunt ammiſceamus, ut ne mentem noſtram perdamus: numero omnia collegerunt. Reuelabat enim ipſis Spiritus ſanctus, uelut dignis ſanctis ut ſimul cum angelis eſſent, & angelorum contubernales forent: omnia quæ in cœlis ſunt, & in terra, & ſub terra. Et de cætero non ignorabant, & dicunt ſancti pueri, uelut dixi, Benedicite omnia opera Domini Dominum. Et incipiūt numerare ac diuidere, qualia opera, qualia quæ fecerūt, qualia opificia, qualia quę operantur, qualia effecta. Et numerant cœlum, terram, aquas ſupra cœlum, & angelos, creati enim ſunt angeli: & thronos, ac poteſtates, creata enim & hæc ſunt: & Solem ac Lunam, facta enim hæc ſunt, & non increata: & nubes, nimbos, uentos, niues, fulgura, tonitrua, terram, mare, fontes, abyſſos, fluuios, omnem humanam naturam, montes, uolatilia cœli, pecora & animalia, animas ſanctorum, ſpiritus iuſtorum, Ananiam, Azariam, Miſael, ſacerdotes ac ſeruos Dei. Omnia enim hæc facta ſunt & creata, à Deo facta per uerbum & ſanctum Spiritum. Verbo
» enim Domini firmati ſunt cœli, & ſpiritu oris ipſius omnis uirtus ipſorum. Vidcro dilecte frater, quomodo omnia enumerauerunt ex Spiritus ſancti ductu, & non numerauerunt filium inter creaturas, imò neq; Spiritum ſanctum. Sed nouerunt eandem deitatem eſſe in trinitate, & eandem trinitatem eſſe in una deitate.

Hymnus triū puerorum.

Et glorifi

Et glorificauerunt Patrem in Filio, & Filium in Patre, cum ſancto Spiritu, unam ſanctificationem, unum cultum Diuinum, unam Deitatem, unam glorificationem. At omnino & hoc audet diabolus inter homines mouere, ut ſint, qui incredulitatem contra ſanctos pueros effingere ac ementiri audeant, & dicere: Non nouerunt nomen ſancti Spiritus, Iudæi enim erant: & neque filium nouerunt, quum Iudæi eſſent. Statim autem uerba ipſa redarguunt illorum malam opinionem habentium incredulitatem. Dicit enim, Et erat facies quarti, ſicut facies Filij Dei. Ecce nomen Filij Dei. Ergo non eſt ignorantia de hoc, etiam ante tempus fornacis, quando repletus fuit Daniel Spiritu ſancto & dixit, Purus ego à ſanguine ipſius: & reuerſi ſunt ad iudiciale forum, & iudicauit presbyteros Spiritu ſancto impletos. Ergo nouerunt Filium, & nouerunt Patrem, & Spiritum ſanctũ. Et non ignorantiæ gratia non dixerunt nomina, ſed ſecuritatis cauſa: Benedicite omnia opera Domini Dominum: & non dixit, Benedic Fili Dei Dominum: neq; benedic Spiritus ſancte Dominum: ſed Benedicite omnia opera Domini Dominum. Et ne quis ex his qui ſibijpſis prætextus uenantur dicat, quod non dixerũt Cherubim & Seraphim, ergo neque hæc ſunt opera Dei: Anticipauit enim Diuinum uerbum, ut muniret nos ab his qui fraudes ſibijpſis excogitant, prænoſcens in ipſos & in pueros perniciem. Tripliciter enim duplicauerunt hymnum ijdem ſancti pueri, creata & facta in hymnum Dei proferentes, ubi prius dixiſſent: Benedictus es Domine Deus Patrum noſtrorum, & laudatum ac glorificatum nomen tuum in ſæcula. Deinde poſt alia, Benedictus es qui ſedes ſuper Cherubim. Et rurſus, Benedictus es qui ſedes ſuper thronos gloriæ regni tui. Et, Benedictus es qui uides abyſſos, ſedens ſuper Cherubim: Quo ex eo quod dicunt thronum, intelligas Seraphim & Cherubim, & à nomine Cherubim & abyſſorum, & throni ſanctificati, & ex reliquis omnibus nominibus, intelligas ex numero omnium nominatorum, quod ex operibus ſunt alijs cõnumerata. Vbi enim hæc omnia ad hymnum uocauerunt, ſtatim inferunt dicentes, Benedicite omnia opera Domini Dominum: quo Gabriel & Michael benedicat Patrem & Filium & Spiritum ſanctum. Sancti autem angeli in cœlo uictorialem hymnum canunt, cum Seraphim & Cherubim trinitatem concorditer & æqualiter & coeſſentialiter glorificantes ac dicentes, Sanctus, ſanctus, ſanctus, tres uoces abſoluentes, in unitate autem dicentes, & non multis uocibus. Non enim dicunt ſanctus quartum, ut ne addant trinitatis nomen creaturæ: non dicunt bis ſanctus, ut ne defectuoſa ſit gloria perfectionis: ſed ter, ut Patrem & Filium & ſanctum Spiritum, in eodem honore ſanctificent. Et non dicunt ſanctus & ſemiſanctus: ſed æqualiter dicunt ſanctus, una uoce & uno ſermone & una perfectione trinitatem glorificantes ſimul in unitate, & unitatem in trinitate. Nam ut hanc cognitionem nos doceret, unigenitus Dei uenit, hunc intellectum ſanctus Spiritus nobis prædicauit, hanc perfectionem Pater nobis reuelauit, hãc uitam in ueritate largitus eſt nobis Verbum incarnatum. Hanc ædificationem ædificauit nobis ſanctus Spiritus. Si quis ſuperædificat ſuper fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides precioſos, ligna, fœnum, ſtipulam, non enim eſt aliud fundamentum. Nam fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter hoc quod poſitum eſt, quod eſt IESVS CHRISTVS Filius Dei, cuius ſumus ædificatio, & cuius ſumus agricolatio, ædificati ſuper fundamentũ Prophetarum & Apoſtolorum, ut ſciamus noſtram ædificationem ſolidam eſſe in ueritate, & noſtrum fundamentum ſemper eſſe, & non incepiſſe eſſe. At non in omnibus eſt hæc cognitio iuxta Apoſtolicum ſermonem, ſed in his, qui digni facti ſunt Spiritu ſancto ut ſciant myſteria ueritatis. Ipſe enim qui reuelauit ſeipſum & Patrem ſuum, & ſanctum Spiritum, repræhendens quoſdam in ignorantia dixit,

Tergeminum ſanctus.

» Non nouistis Scripturas, necꝫ uirtutem ipsarum. Et rursus alibi, Qui habet aures
» ad audiendum, audiat. Et rursus, Si nouisses, quis est qui quærit à te potum, tu fo-
» nè petiuisses: ad Samaritidem dixit. Et rursus, Nescitis cuius spiritus estis. Igitur
Cognitio non in omnibus. cognitio non est in omnibus. dona enim habet ex Deo diuersa. Et sanctum Ver-
bum dicit, Cui datum est amplius, ab eo amplius exigent: tanquam aliqui accepe-
rint parum, aliqui omnino nihil, alij uero abundantius. Et quod hæc sic se habeãt,
ex his quæ in Diuinis scripturis dicta sunt inuenire licet: quum plurima in Diui-
na scriptura spiritualiter dicantur, maxime de nostra uita, & de Domini cognitio-
ne. Quæ enim sunt profundiora, & uerba animam nostram amplius incertam fa-
cientia: ea offendiculum conferunt his qui cognitionem Dei non acceperunt. quẽ-
» admodum dicit Oseas propheta, Quis prudens & intelliget hæc? Et, Cui uerbum
» cognitionis Domini datur, & cognoscet ipsa, quoniam rectæ uiæ Domini, impij
» autem offendent in ipsis. Rectæ equidem sunt, uerum impij offendunt ad uias Do
mini, quum hæ nullam culpam apud homines habeant offendiculi ipsorum. Qui
itaqꝫ offendunt ad lapidem offensionis, indifferenter offendunt. Offenderũt enim
ad lapidem offendiculi, & scandalum passi sunt. Statim etenim Iudæi uidẽtes unũ
genitum Filium Dei in carne uenisse, diuina signa operari, & non digni facti cogni-
» tione cœlesti, dicebãt, Quis est homo hic qui loquitur blasphemias? Et alibi, Si es-
Iudæorum ignorantia. set homo hic ex Deo, non uticꝫ soluisset sabbatum. Igitur deitatem ignorabant,
hominem uero nudum solum ipsum putabant. Alij uero qui etiam Deum ipsum
cognouerunt, ignorantes perfectam ipsius gloriam, ubi audiuerunt ea quæ in pro
fundo de ipso dicta sunt uerba, & iuxta peractam in nostram salutem dispensatio-
nem errantes ac offendentes, in ipsius deitatem peruersam opinionem habent. In-
telligentia enim ipsos seducit. Quemadmodum enim Iudæi offendiculum passi
sunt ubi audiuerunt, sic etiam ipsi audientes offendunt. Illi enim uidebant quæ in
prophetis sunt prædicta, uerùm in aduentum CHRISTI in carne completa igno-
rantes, perturbati sunt. Et hi rursus propter dispensationem ipsius eadem prædi-
cta audientes, & nudo modo ipsa intelligentes turbantur: & in suam ipsorum sub
uersionem proponunt, quæ ad nostram ædificationem pertinent, & dicunt, At di-
» xit, Ego abeo ad Deum meum & Deum uestrum, & Patrem meum & Patrem ue-
Deus meus, et Deus uester. strum. Vides quod & ipse unum est de creatis? ita enim blasphemantes dicere au-
dẽt. Vides itaqꝫ quod fallit ipsos aduentus in carne dispensatio. Repetant enim ab
» initio et interrogent tempora aut temporum partes, Transitus enim ipsius, inquit,
» à diebus sæculi. Videamus itaqꝫ ea quæ ante hęc sunt. Dicit Pater, Faciamus homi-
nem secundum imaginem nostram & secundum similitudinem: & non dixit, Fa-
ciam hominem secundum imaginem meam. Redarguere tu qui habes cor indura-
» tum, iuxta id quod scriptum est, Sed induratum est cor ipsorum: & disce Filium
esse semper apud Patrem. Nam dicere, faciamus: non unius significatiuum est, sed
Patris dicentis ad Filium. Redarguere tu qui dicis Filium inęqualem Patri. In hoc
enim quod dicit ipse, secundum imaginem nostram: non discreuit similitudinem
Filij à Patre, neꝫ distinxit quid inter identitatem Patris ad Filium. Non enim di-
Trinitas in creatione. xit, secundum imaginem meam, aut secundum imaginem tuam, sed Patris & Filij
& sancti Spiritus unam essentiam indicauit & deitatem. Dicit enim, secundũ ima-
ginem nostram & ad similitudinem: ut sit quidem una Patris & Filij & Spiritus
sancti deitas, homo uero factus sit secundum imaginem unius deitatis Patris & Fi-
lij & sancti Spiritus. Redarguere & tu Ari, & audi Patrem dicentem ad Filium, fa
ciamus: & coopificem uocantem Filium. Sæpe enim audiui quosdam dicentes,
Quod Filius fecit nihil, sed per ipsum facta sunt, quæ facta sunt. Si per ipsum facta
sunt, etiam ipse fecit, uelut clare demonstratum est. Nam principalis artifex uerbũ

omnia

omnia fecit,& per ipſum Pater operatur. Audiant enim ipſum clare dicentem,Pater meus operatur uſq; nunc,& ego operor. Et hic Patrem ſuum, coopificem uocat,in eo quod dicit hoc. At rurſus ne te decipiat ſententiæ intelligentia, & ne acceſſeris ad filium uelut ſeruum,& non ſicut ad uerum Dominum. Si enim ſeruus erat & non uerus herus,quomodo formam ſerui ſuſcepit,ubi uenit qui eſt in forma Dei? Quomodo uero illius coopificem uocabat ſeipſum,ſi non habebat perfectionem? Proinde uelut Deum perfectum accedas Filium,& Filium genuinum exiſtentem à Patre,& ne dixeris ob peruerſam opinionem: At pater dixit ad Filium, Faciamus: Filius autem non dixit ad patrem, faciamus. Et Filius non dixit, Ego operor,& pater meus operatur, ſed patrem locat primum dicentem & operantem. hæc enim ſtolide dicis,& iuxta multa principia Deum conſideras. Vnum autem eſt principium,& idem una Deitas. Nuſquam uero in Deo Filius dicit,Deus meus: non negante Filio honorem erga Patrem, inquam, ſed quomodo habet deitatis conſequentia declarante. Et rurſus, Audiuit Adam, inquit,Deum ambulantem in paradiſo ſub crepuſculum: & nuſquã dicit Filius,Deum meum & Deum ueſtrum,ſed Deum per ſe perfectum hic dicit. Et rurſus,Et loquutus eſt Deus ad Noe: & nuſquam habetur talis locutio. Et, Viſus eſt Deus Abraam,ſedente ipſo ad quercum Mambre, & ecce tres uiri,& occurrebat in obuiam itionem atq; occurſum, & adorauit ſuper terram, & dixit, Si inueni gratiam coram te: quo unum oſtenderet Deum, eos uero qui ſequebantur ipſum,alios duos,angelos ipſius. Huius enim gratia etiam aſcendit Deus ab Abraam. Ipſe uero qui uenit ad ipſum,dicit, Num occultabo quid à filio meo Abraã? Clamor,inquit, Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus eſt apud me,& cætera: & nuſquam inuenitur in his temporibus,Deus meus & Deus ueſter. Et ingreſſi ſunt duo uiri in Sodoma: tanquam eo qui aſcendit ſupra Abraam relicto à duobus,qui ingreſſi ſunt in Sodoma ad ſubuerſionem. Verum de eo qui aſcendit, dicit ſcriptura, Et pluit Dominus ſuper Sodoma & Gomorrha à Domino ignem & ſulphur: & nõ erat opus locutione ut diceret,Deum meum & Deum ueſtrum. Et Moſes in cantico dicit,Et adorent ipſum omnes angeli Dei. Si uero dixit, Angeli Dei,& ignem à Domino: & non dixit angeli ſolum, dicit ſanè hoc ut oſtendat Patris & Filij unũ regnum,angelis non diuiſis in principatus, ſed angelis Dei exiſtentibus, & adorantibus Filium & Deum. Angelus enim non adorat angelum: & nuſquam hic, Deus meus & Deus ueſter. Dauid autem ait, Dixit Dominus Domino meo,ſede à dextris meis,donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Dominus enim dicit Domino meo. Nam diſpenſatio carnis nondum erat, cuius gratia opus erat ipſum dicere,Deum meum & Deum ueſtrum. Ecce uirgo concipiet in utero, & pariet Filium,& uocabis nomen ipſius Emanuel,quod eſt ſi interpreteris,nobiſcum Deus,& nondum licebat dicere,Deus meus & Deus ueſter. Et tu Bethleem domus Euphrantha,non minima es ut ſis in millenario numero urbium Iuda. ex te enim egredietur qui erit mihi in principem in Iſraël. Et tranſitus ipſius ab initio à diebus ſæculi. Et iuxta alia exemplaria, Et tu Bethleem non es minima in principibus Iuda: ex te enim egredietur Dux,& paſcet populum meum Iſraël. Et uides quod nondum opus erat dicere,Deum meum & Deum ueſtrum. Quando uero prophetia implebatur Hieremiæ & Eſaiæ ſimiliter,ut ex uirgine natũ eſſet uerbum,& carnem haberet,quemadmodum Hieremias dicit, Et homo eſt, & quis cognoſcet ipſum: tunc particeps carnis,& efformata in ſeipſum eadem ſancta carne,ſine ſemine uiri ex deipara Maria,iuxta id quod dictum eſt, Factus ex muliere: & particeps noſtri,propter noſtrum dicit,Deum meum: propter ſempiternitatẽ uero ſuæ ingenuitatis ſecundum naturam dicit,Patrem meum: & propter gratiam

Filij gloriam imminuentes.

ipſius erga Diſcipulos ſuos, Patrem ueſtrum. Verum propter naturam ipſorum diſcipulorum, ad ipſius & ſempiterni Patris ipſius deitatem dicit, Deum ueſtrũ: Deus enim diſcipulorum eſt: Pater uero Domini ſecundum naturam: diſcipulorum autem pater, ſecundum gratiam. Deus autem Filij eſt Pater, propter carnem, pater uero propter ſempiternitatem & incomprehenſibilitatem generationis & ingenuitatis ipſius, quia in ueritate eſt ipſius pater, qui genuit ipſum ſine tempore & ſine principio ſecundum deitatem. Deum autem ſuum dicere oportebat, propter eam quam noſtri cauſa fecit diſpenſationem, uerbum ſemper exiſtẽs apud patrem, genitum ſine principio. in carne uero ex Maria in extremis diebus genitum ſecundum carnem, ex Maria autem eadem ſancta uirgine per Spiritum ſanctum. Conſiderent itaq; profunditates tractationis Dei, & ne conuertant gratiam in ingratitudinem, gloriæ priuationem reputantes in inenarrabilem ac comprehenſibilem Dei naturam, ſalutem in nos collatam. At inquiunt, de Deo ſcriptum eſt, Non eſuriet, neq; ſitiet, neq; eſt perſcrutatio ſapientiæ ipſius: De filio uero, quod eſurijt in deſerto in tentatione. Et dicit Scriptura, Deus noſter nõ fatigabitur: Dominus autem IESVS fatigatus eſt in itinere. Et, Non dormitabit neq; dormiet qui cuſtodit Iſraël: dormiuit autem, inquit, Dominus in naue. O uanæ ſuſpiciones eorum qui talia cogitant. Non enim ſolum noſtra onera ſuſcepit ſanctum Verbum, ubi propter nos uenit, ſed etiam ſub contactum uenit, & carnẽ accepit, & homo inuentus eſt, & à ſcribis comprehenſus eſt, & dorſum flagris præbuit, & faciem meam non auerti à turpitudine inſpuitionum. Sed & fleuit, uelut in Euangelio ſecundũ Lucam habetur in incorrectis exemplaribus, & utitur eo teſtimonio ſanctus Ireneus in opere contra hæreſes, aduerſus eos qui CHRISTVM in apparentia aparuiſſe dicunt. Verum orthodoxi ſuſtulerunt uerbum, timentes & non intelligẽtes ipſius finem ac uim, & robur. Et conſtitutus in anxietate ſudauit, & fuit ſudor ipſius uelut guttæ ſanguinis, & conſpectus eſt Angelus confortans ipſum. Et non hoc ſolum, ſed etiã ſicut homo interrogat, Vbi poſuiſtis Lazarum? & de laborante ex ſanguinis profluuio, Quis me attigit? & de quærentibus ipſum, quẽ quæritis? Sed & diſcipulos uelut homo interrogat, Quem dicunt me homines eſſe Filium illum hominis? Sed &, Quot panes habetis uobiſcũ, dixit. Et fatigatus ex itinere ſedit ad puteum in Samaria. Et, Puer creſcebat & confortabatur Spiritu. &, Proficiebat ætate ac ſapientia IESVS. Sed & priuſquam noſſet Puer uocare Patrem aut matrem, capiet uim Damaſci, & ſpolia Samariæ, qui ſapientia eſt & docet homines cognitionem, & plantauit aurem homini, & articulatam fecit loquelã filijs hominum, & fecit linguam claram ægrè loquentium. Talia omnia ſuſtinuit pro nobis, quo omni conſequentia incarnationis propter nos diſpenſatæ cuſtodita, characterem ueritatis non diſperderet. At ut ne teſtimonia quæ adduximus, uelut à perſona aduerſarij contra ueritatem oppoſita, ex Diuinis Scripturis collecta, male uero ab ipſis intellecta, ita ſinamus citra interpretationem, dicam uniuſcuiuſque ſententiam & uim in ipſo ſitam, ob quã cauſam uelut iuxta humanos affectus dictum eſt. Et rurſus dicemus multa de hoc, Deus meus & Deus ueſter: quum dixerimus iam, ut quiſq; mente prædictus cognoſcat ex ipſa conſequentia recte dictum eſſe. Et, Homo eſt, & quis cognoſcet ipſum? In eodem duo oſtendit Diuina Scriptura, uiſibile & inuiſibile. Et propter uiſibile quidem, meritò Deus meus dictum eſſe, propter inuiſibile uero, Pater meus dictum eſſe, ita ut neutra locutio aduerſetur Verbo. Quomodo enim, ſi erat homo non cognoſcebatur? Si uero non erat homo, quomodo homo dicit? Quiſquis enim ex hominibus naſcit, omnino ab hominibus cognoſcitur, à genitrice, à cognatis, à familiaribus, à uicinis, à contubernalibus aut conciuibus; & impoſſibile eſt hoc impleri, in nudo homine. Im-

Affectus humani in Chriſto.

Fleuiſſe IESVM ex Luca ab orthodoxis exemptũ fuit, at hodie habetur.

Scripturæ locorum aliquot interpretatio.

pletur autem in Deo Verbo ac Filio Dei, in eo quod dicit, Homo est in ueritate: Quis uero cognoscet ipsum, quoniam Deus est, eo quod participat, & homo & Deus est, ignotus hominibus propter incomprehensibilitatem? Homo uero ex Maria in ueritate, citra semen uiri genitus. Et uirgo in utero habebit: Futurū enim ex tempore prædicauit propheta, & uirgo in utero habebit, futurum enim est, Pariet filium. Si itaq; uirgo est, non ex uiro est conceptus dispensatio: eo quod ante hoc tempus dictum est ad Achaz, Pete tibiipsi signum in profundū aut in altum. Ille uero humiliter se gerens, non petam, neq; tentabo Dominum Deum meum, inquit: recusans petere signum. Statim autem eo quod non petiuerat ipse signum, duo largitur Deus qui magna munera hominibus donat. Ab alto, uerbū propria uoluntate, & ipsius Verbi propria uoluntate, mittens: à profundo uero, carnem propria bona uoluntate cum ipso Verbo dispensans. Dicit enim postea, & uocabunt nomen ipsius Emanuel: non enim dixit uocabo, sed uocabunt. Hominibus enim reuelabatur Deus apud ipsos ignotus, sed non recenter accipit nomen. Non enim dixit uocabo nomen ipsius Emanuel, sed uocabunt. Cæterum factus ex muliere, quemadmodum supra à me declaratum est, quo in uoce, ex muliere, impleret uox, factus: Verbum uero sempiternū omnibus clare demonstraretur. Sed & nō sitiet, de Deo: de filio uero quod esurijt & sitijt: necessariò nobis dispensatum est. Quomodo enim reperiat dispensatio in ueritate existēs, si nō haberet necessariam incarnationis cōsuetudinem? In hoc demonstrauit nobis omniū quæstionū ab hæreticis ꝓpositarum solutiones. Statim enim soluit opinionem Manichæorū, in eo enim quod dicit ipsum edere ac bibere, carnē ueram ostendit. Soluit Lucianistarū propositū, & Arij facultatem ac uires. Lucianus enim & omnes Lucianistæ negāt Filiū Dei animam accepisse, carnem autē solum dicunt habuisse: quo uidelicet attribuāt Deo uerbo humanā affectionem, sitim, famē, fatigationem, fletum, tristiciā, ꝓturbationem, & quæcunq; in aduentu ipsius in carne habent. Stolidum autē est hæc ad deitatē Filij Dei referre. At inquiūt caro per seipsam existēs, neq; edit neq; bibit, neq; fatigatur, neq; alia facit. & ego assentior carnem per seipsam non habere hæc. Habuit autem omnem dispēsationem Verbum ipsum quum uenit, & carnem & animā, & quæcunq; sunt in homine. Animæ uero & carnis erant partes, fames & fatigatio, sitis, tristicia, & alia. Lachrymatur enim ut redarguat errorem Manichæi, quoniam non in apparentia corpus indutus erat, sed in ueritate. Sitit autē ut ostendat non solum carnem se habere, sed etiam animā. Non enim deitas ipsius alicubi sitiuit, sed anima sitiuit & fatigatus est ab itinere, propter carnis & animę cō sequentiam. Quod autem corpus & animam habens uenit uerbum, persuadeant ipsos Diuinæ scripturæ ueteris ac noui Testamenti. Statim enim Dauid de ipso dicit, & Petrus Dauidi concinit, Non sines animam meam in inferno, neq; dabis ut sanctus tuus uideat corruptionem: Quo compositio dominici hominis intelligatur, & clare de hoc cognitio nobis contingat: quo confirmet animam cum Deitate per triduum depositam fuisse: quo carnem sanctam ostendat, & Deitatem cum anima, ita ut non contineretur in inferno, mysterium perfeciſſe. Habet enim alicubi etiam aliud testimonium, sic dicens, Inter mortuos liber. Liber significat, infernum non obtinuisse in ipsum imperium, uerum propria uoluntate ad infernum descendisse ipsum unà cum anima. Dicit autem Petrus, Eo quod non erat possibile, teneri ipsum ab ipso, hoc est ab inferno. Sed & ipse Saluator dicit, Potestatem habeo sumendi animam meam, & deponendi ipsam. Et, Ego sum Pastor bonus, qui ponit animam pro ouibus. Et, Anima mea turbata est, inquit, & Quid dicam? uelut in ambiguitate dicens, Quid dicam? Pater, serua me ex hac hora, sed propterea ueni in horam hanc:

quo ostendat, quod uoluntaria ipsius deitas ad hoc uenit. Verum turbata est: quo species ueritatis aduentus ipsius in carne non turbaretur. Non enim apparentia erat aduentus ipsius in carne: sed instar magni Regis bellum gerentis aduersus inferiorem, & noscentis quod inimicus eius, si uiderit ipsum in potentia uenientem ac multo robore, recusabit, & uertetur ad fugam, & multas subditorum regiones dissipabit: & propterea ex propria sapientia prætextus fingentis, & terga dantis ac fugientis, donec inimicus audacia sumpta expetat regem, uelut timidum & impotentem, & persequatur ipsum. Rex uero conuersus derepente cum sua potentia totum subditum capiet infirmum & aduersarium. Sic etiam Dominus noster non timuit mortem, qui antequam ueniret ad hoc, ut pateretur, significauit in itinere, quod filius hominis, futurum esset, ut traderetur, & crucifigeretur, & tertia die resurgeret: & quum Petrus diceret, Propitius sis Domine, nequaquam erit tibi hoc, increpauit ipsum dicens, Abi retro me Satana, quia non sapis ea quæ sunt Dei, sed quæ sunt hominum. Qui igitur hic prædixit, & propter hoc ipsum uenit, quomodo postea precatur, ut transeat poculum, ne bibat? Qui ante mortem dixit de morte, uel ob hoc ipsum ne deprehenderetur mendax, non potuit precari ut transiret poculum. Sed prouocat per hũc modum aduersarium, quo illo opinante timere Saluatorem mortem, inducat ipsi mortẽ, ad salutem morientibus, per dispẽsationem. Sed etiamsi audiueris quod mortuus est Dominus, nosce passionem mortis, quo completa est. Interpretatur enim tibi princeps Apostolorum Petrus mortis ipsius argumentum, dicens, Mortificatus carne, uiuificatus autem Spiritu. Nam deitas ipsius quæ susceperit ut in carne pateretur, passionis expers est, & passionis exors erat, & à passione illæsa permansit, non mutata passionis alienitate, neq; inutili facta sempiternitate. Si uero rursus dixerint illi uanæ gloriæ cupidi, non poteris per talia uerba nobis persuadere, CHRISTVM animam habuisse. Inuenimus enim supra in Diuinis Scripturis, quod dicit Esaias ex persona Dei & Patris de unigenito, Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est, quem dilexit anima mea. Quid intelligemus de Patre, animam accepisse in seipso, aut animam habere? Quis uero delirans hoc cogitabit de Patre? Quid igitur dicunt? figurate uidelicet uerbum dictum esse. Si itaque de Patre figurate dictum esse dicũt, ergo etiam de Filio idem accipere oportet. Etiamsi enim dicat, Anima mea turbata est: & potestatem habeo dandi animam meam & accipiendi ipsam: non habuit, inquiunt, animam, sed figuratè dictum est. Et uidetur syllogistica ac sophistica ipsorum aliquid dicere, quum ueritas ipsa per se consistat ex multis signis. A specie enim accipitur omnis figura & tropus. Et in Patre quidem non audendum est, eo quod neque carnem gestauit. Quum autem confiteantur Lucianistæ siue Ariani de carne, non est ambiguitas. At inquiunt, Verbum caro factum est, dixit, & non dixit, Verbum, caro & anima factum est. Cæterum aduersum ineruditam ipsorum contradictionem etiam ego dico, quod formauit Deus hominem, limo accepto à terra. Verum in uoce, Formauit, omnia compræhendit: & in eo quod dixit, Verbum caro factum est, omnia complectitur. Nam iuxta eandem rationem ex aduerso nos inferimus, dicentes, Ecce dicit, Formauit Deus hominem: & non dixit, Fecit ipsi hepar aut pulmonem, aut cor, aut uenas, aut neruos, aut alia quæ sunt in corpore: per hoc intelligimus unum quid esse ex toto fabrefactum hominẽ ipsum, eo quod non particulatim compositionem totius animalis Scriptura explicat. Nonne omnino res se sic habet? Sicut igitur ab una specie tota cõprẽhendit, ita ab ipsa carne animam accepisse Saluatorem, manifestum est. Si itaq; animam accepit & corpus, uelut demonstratum est, ergo non deitas erat imminuta ab essentia Patris,

Simile.

Transeat à me poculum, quomodo accipiendum.

Troporum ratio.

Patris, ita ut in affectionibus fuisset constituta, quo sitiret, & fatigaretur, & esuriret, & quæcunq; homini necessaria sunt faceret: quoniam non fatigabitur neque est perscrutatio sapientiæ ipsius. At Saluator Verbum quod ex supernis descendit, fatigatus fuisse reperitur: & non propterea non est ex essentia patris. non enim superne fatigatus est, sed in carne. Oportebat enim carnem fatigari, ut ne in apparentia putaretur, sed in ueritate. Et alia quæ eiusmodi uim habent, dormitare & dormire, hominis sunt indicia, & tactui subiectum esse: accepit enim hæc, & homo inuentus est. Inuenimus Messiam de quo scripsit Moses. Qui uero inuenerunt ipsum, per comprehensibilem naturam inuenerunt, hoc est incarnatum. nam in incomprehensibilitate inuentus non fuisset. Quapropter à scribis comprehenditur, & dorsum suum præbuit flagris, & faciem suam non auertit à turpitudine inspuitionum, fleuit, & quæcunq; alia de ipso dicuntur. Quis uero potuisset Deum Verbum in cœlo flagris cædere, aut alapis uerberare, aut conspuere talem inenarrabilem & comprehensibilem? Si uero hæc passum est passionis ex- Passionis
ors Dei Verbum, ergo passio corporea est, extra ipsius à passione alienitatem, & CHRISTI
rursus non extra, propterea quod ipsi sic complacuit, & quidem quum ipse non sit ratio.
passus, passionem in seipsum reputat. Et quemadmodum macula in ueste, corpus gestantis non contingit, uerum macula uestis gestanti imputatur, sic Deus passus est in carne, deitate ipsius nihil læsa, uerum passio carnis à deitate gestatæ relata est ad Deitatem, quo in deitate salus nobis contingeret. Recordor autem dictum Euangelij secundum Lucam, & non uolo omittere quo minus id ipsum interpreter quod scriptum est, In anxietate constitutus sudauit, & erat sudor eius, sicut guttæ « sanguinis. apparuit autem Angelus Domini confortans ipsum. At profundiora « dicta, uelut appellare solemus, & necessaria, hi qui uim non intelligunt subuertũt, « simulq; seipsos per maliciam pro bonis. nihil enim hac re periculosius est. In eo quod dicit, Fuit in anxietate: Dominicum hominem uerum hominem existẽtem ostendit. Et ut ostendat quod uerus erat homo, & quod non à deitate anxietas illa cõtigit, dicit, Sudauit & sudor ipsius erat sicut guttæ sanguinis: corporea est species, & non spiritualis. Visus est autem Angelus Domini confortans ipsum: non quod confortatione angeli opus habebat, qui maior angelis est, cui flectit se omne genu cœlestium, terrestrium, ac infernorum, ut qui semper est Deus Verbum, & semper est apud Patrem, & ex ipso genitus est, sed ut impleretur illud in cantico magno Mosis in deserto composito, in quo dixit, Adorabunt ipsum om- «
nes Filij Dei, & confortent ipsum Angeli Dei. Confortent ipsum dixit, non «
quod exhibeant ipsi robur, sed quoniam inualuit glorificatio ut in his glorificẽt Deum: quum angeli & spiritualia animalia superne clament ac dicant, Tua & potentia, tuum est imperium, tuum est robur: In hoc ostendunt adorationem & confortationem, hoc est, quod dant ipsi proprium fortitudinis robur. Sic etiam angelus uisus est coram discipulis adorans suum Dominum, non ignorans excellentiam benignæ ipsius erga homines dispensationis, uerum admirans tantam in ipso esse mansuetudinem, quæ diabolum superauit, quæ aculeum mortis contriuit, quæ de principatibus ac potestatibus triumphauit, quæ peccatum confregit. Et propter excellentiam admirationis in glorificatione, Angelus adorans dixit, Tua est fortitudo Domine. Tu enim prævaluisti contra mortem & infernum, & contra diabolum, ut contriueris aculeum ipsius, & expuleris ab humana natura. Porrò quum rursus dicit, Vbi posuistis Lazarum? iuxta humanos affectus «
dicit. Et de laborante ex sanguinis profluuio, Quis me tetigit? aut Quem quæ- «
ritis? aut Quem dicunt me homines esse, Filium illum hominis? aut Puer «
crescebat, & confortabatur Spiritu: aut Proficiebat ætate & sapientia: aut «

priusquam

priusquam nosset puer uocare Patrem aut matrem. Non uides ex ipsa tractatione excellentiam cognitionis, quod ex carne & humana natura sunt narrationes? Quę cunq; enim in ueteri Testamento ex persona Dei & Patris subdescendunt, & ad persuasionem hominum ignota sunt, non autem ignota Deo existunt: ea Verbū
„ ubi uenit impleuit, ut impleret id quod dictum est, Pater meus usq; nūc operatur,
Lazari historia. & ego operor. Vbi posuistis Lazarum, interrogabat quum prope locū esset. Ante quàm uero uenisset ad locum, à nemine audiuit, & dixit discipulis suis, Lazarus amicus noster dormit. Qui itaq; tanto itinere distans à loco nouerat, quod mortuus esset Lazarus, is præsens in loco ignorabat? Nequaq;, uerum uolebat ostendere quod hæc omnia faciebat, & nondum quisquam perfecte ipsi credebat, quo declararet suę erga nos indulgentiæ insignem benignitatē. Oportebat enim illas non dicere, quatriduanus est iam olet, necq; abire ac demonstrare: sed dicere, omnia nouisti, & si uoles uiuet. Quapropter etiam lachrymatus est, ob hominum obstinatā duriciam. Non itaq; ignorans interrogabat, sed tentans redarguit ipsos & benigne eos tractat. Et qs me tetigit, dicit, non quod non nosset quis ipsum attigisset, sed ut ne per seipsum diceret miraculū quod edebat, uerum ut illa, ubi audiisset accurreret, & diceret beneficium in se collatum, & ubi confessionē feciisset, audiret, fides tua te seruauit: quo etiam alios inhortaretur ad credendum, ut sanarentur. Dicit autem, quem me dicunt esse homines filium illum hominis? uelut etiam in ueteri Testamento, ex persona Patris dicit, Adam ubi es? Nouerat autem ipsum ubi esset. Quapropter etiam redarguit ipsum postea dicens, Ex ligno comedisti. Et ad Cain, ubi est Abel frater tuus? & non ignorans interrogabat. Dicit enim, Maledictus tu super terram, quę aperuit os suum ut susciperet sanguinem fratris tui de manu tua. ecce enim sanguis ipsius clamat ad me. Non itaque ignorabat qui dicit, Sanguis clamat: uerum ut daret ipsi locum ad pœnitentiam & excusationem, ideo interrogabat. At uero rursus conuertuntur ad imperitiæ contentionem, & dicunt ipsius Filij esse has uoces, in ueteri Testamēto. Statim autem redarguitur ipsorum studiū. Qui enim dixit ad Mosem, Quid hoc quod est in manu tua, ipse dixit, Ego
„ sum qui sum. Et dicit Dominus ad Sadducæos de resurrectione narrans, Quod
„ autem resurgunt mortui dixit Deus, Ego Deus Abraam, & Deus Isaac, & Deus
„ Iacob. Deus igitur uiuentium, & non mortuorum. Et multa rursus ostendere possim, quæ ex persona Patris in ueteri Testamento dicta sunt, imò etiam sæpe ex persona Filij, & rursus ex persona Spiritus sancti. Et, Vbi est Sara uxor tua, dixit ad Abraam is qui uenit ex supernis cum duobus angelis Filijs Dei. Si enim ignorasset ubi esset, non utiq; dixisset, Risit igitur Sara quæ intus erat. & uult sic ostendere
Barę castitas. ipsius castitatem, quæ exemplum est eorum quæ in ueritate pietatem exercere uolunt: quo ubi susceperint peregrinos, propriis quidem laboribus inseruiant, uerum propter uerecundiam & castitatem, faciem suam uiris ne ostendant. Illa enim beata omnia composuit ac construxit, & quum hoc faceret, in facie angelorum nō consspecta est, posterioribus sæculis reuerentiæ exemplar proponens. Sed & ut ostenderet, qui præsens erat quis esset, nomen uxoris uocabat, hospitio exceptus ad horam, & quod neque nominis ipsius oblitus esset, neque figmenti, neque cogi
„ tationis hominis. Quem me dicunt, inquit, esse homines filium illum hominis? & filium quidem hominis confitens declarat, ut ne de inuisibili ipsum interrogare putent. Illi uero dicunt, Heliam & Hieremiam, & Ioannem. Vos autem quem me dicitis? Tu es CHRISTVS Filius Dei uiuentis, inquit: & statim ipsum beatū prædicat. Nō enim ignorans interrogabat, sed ostēdere uolens, quod patris est doctrina quæ filiū ecclesiæ uerum prædicat: quo cogereť Petrus dicere quæ à Patre edoctus
„ erat, Et ne mireris si dicit, Per me ingrediuntur ad Patrem, & ne abalienatum à

Patris

Patris essentia opineris. Ipse enim rursus docet, Nemo uenit ad Patrem, nisi pater « ipsum traxerit. Sicut igitur Pater mittit ad Filium, ita & Filius infert ad Patrem: « quo ostendat unam & eandem esse deitatem. At illud, Proficiebat ætate & sapien- *Proficiebat sapientia quomodo accipiendum.* tia. Si est sapientia Dei, non opus habet sapientia. Verum quoniam euacuauit se ipsum forma serui assumpta: non plenitudo imminuta est, sed ut ostenderet à cœlo transeuacuatum in humanam naturam, hoc est in officinam Mariæ. Vngentum enim euacuatum nomen tibi est, inquit: non dixit effusum, sed euacuatum de cœlo in terram, quo à terra in Mariam, & à Maria caro fiens conciperetur. In Bethlem enim gignitur, à Bethleem transit ad Nazareth, à Nazareth in Capernaum, à Capernaum in Hierusalem, & mare, dum uadit super aquas, & ad partes Tyri & Nain, & in Iudæam & Hiericho, & ad Bethphage, & Bethaniam, in Hierusalemq; ac templum, & montem oliuarum, & Gethsemani, & ad domũ Caiphæ, & ad prætorium, & ad Herodem, ad locum Golgotha, ad monumentum, & usq; ad infernum, ad terram rursus post resurrectionem, & ad cœlos. Vngentum enim euacuatum à uase in uas, omnia uasa ungentum redolere facit. Et CHRISTI aduẽtus è cœlo, totam terram sacrificauit, eos qui ipsum suscipiunt in ueritate. Hic est mons qui est, uelut in Daniele habetur, & mons magnus: lapis sectus sine manibus, sine semine uiri, insinuans id quod maius est, rursus paruus inuentus. Lapis rursus reciens magnitudinem, & fiens rursus mons magnus: Et mons non est in loco, sed implet totum orbem terrarum. Hic qui est sapientia, et factus est homo, extendens uirtutem suam super mũdum, ut orbem terrarum gratia impleret, proficiebat ætate & sapientia. Nam qui est sapientia Patris, & docet homines loqui, & articulat hominibus linguam, & plantauit aurem audientibus, quomodo non nouerat uocare patrem aut matrem, & capiet uim ac potestatem Damasci, ac spolia Samariæ, & cætera? At quoniam genitus ex utero, si statim loquens idq; pure ostensus fuisset, & uelut pueritiam egressus aliquis uerba faciens: imaginatio sanè putata fuisset, & non uera, aut potius in apparentia, ipsius conceptio: propterea expectat aliquid ætatis, ut ne consequentiæ ueritatem dissiparet. Cæterum rursus alias uanas uenantur opiniones, quas diuinis sermonibus implicent, easq; contrarias ex- cogitant, et dicunt, Quomodo igitur scriptum est? Suscipite pontificem confessionis nostræ, qui fidelis est ei qui fecit ipsum, & notum sit uobis tota domus Israël, « quod hunc IESVM, quẽ uos crucifixistis, Dominum & CHRISTVM ipsum Deus fecit. Et magna me subit admiratio, quomodo hi qui consequentias contingũt, « eam quæ in ipsis declaratur, uim ignorant. Nam quod dicit, Suscipite pontificem qui fidelis est ei qui fecit ipsum, non de deitate dictum est. Deus enim uenit, & om- *Pontifex CHRISTVS quomodo dicatur,* nia declarant nobis diuinæ scripturæ. Nihil enim est in ipsis obliquum aut distortum, uerum omnia coram exposita intelligentibus, & recta his qui inueniunt cognitionem. Accipite enim, inquit, eruditionem & non argentum. Si enim non accepit quis eruditionem à Deo, hoc est fidem ueritatis, obliqua ipsi sunt omnia & distorta, quæ intelligentibus & inuenientibus cognitionem recta sunt, & extra omnem calumniam posita. Quo uero ipsos redarguat Apostolus, dicit, Omnis enim pontifex qui ex hominibus assumitur, propter homines constituitur, ut offerat dona & uictimas. Quapropter etiam ipse unigenitus, quandoquidem ipse ue- « nit ut propter homines nasceretur, accepit ex nobis carnem, quo propter nos, ex « nobis oblatio proprio Patri Deo factus, discipulos fratres uocaret. Vbi igitur id factum impletur? non alibi quàm à pontifice. Suscipite enim, inquit, pontificem qui fidelis est ei qui fecit ipsum. Quo uero etiam exemplo ampliore utar, interrogauerit quis regem de proprio illius filio, & audacia sumpta dicet ad ipsum, Quis est hic? Vbi uero audiuit ex patre iustam confessionem, filius meus est: rursus

dixerit

dixerit, filius tuus secundum naturam? & ubi rex dixit, etiam: rursus inducetis qui interrogat, cur igitur ipsum feciſti? & dicet omnino ille, Regem ipsum feci. Ergo quum dignitatem dixerit, ingenuitatem negauit? quum secundum dixerit, primarium aboleuit? Nequaquam. Sic igitur etiam Deus & pater genuit filium sine principio, & in carne impletum est, quod pontificem ipsum fecit. At inquiunt, scriptum est, Dominus creauit me principium uiarum ipsius in opera ipsius. Et primum quidem ignorant illi uanæ gloriæ cupidi ipsum nomẽ libri. Liber enim, Prouerbia Solomonis appellatur. Quicquid autẽ prouerbialiter dicitur, non idem est quod sermonis uis ac facultas. Ecce enim in parabolis loquutus est Dominus noster IESVS CHRISTVS. Et uidemus parabolas non sic se habere ad propositũ nostrum. Simile est enim, inquit, regnum cœlorum grano sinapis. Et si iuxta nostrã mentem uoluerimus ratiocinari ex patre uidelicet, regnum cœlorum amplitudo est, aut locus, si modo locum dicere conuenit, in quo regno est rex Deus & Pater, & Deus Verbum & Filius Dei, & Spiritus sanctus Dei, angeliq; ac archãgeli, exercitus spirituales, Abraã & Isaac & Iacob, & omnes iusti: ubi itaq; totres in grano sinapis compræhendentur? Verum figura sermonis per ænigma dicitur. Ergo non idem est quod prouerbialiter dicitur. Sed & mulieri simile est regnum cœlorum, quæ habuit decem drachmas, & perdidit unam, & accendit lucernam, & inuenit ipsam: sed & sagenæ missæ in mare, & semini seminato in terram. Hæc autem omnia per ænigma, & non idem sunt quod sermonis uis præ se fert. Et non uere nouimus an prouerbiorum scriptor Solomõ, de Filio Dei hęc uerba dixit, Est enim sapientia, & sapientia. Solet igitur Apostolus dicere, Nõ nouit mundus per sapientiam Dei Deum. Et, Stultam fecit Deus sapientiam mundi. Et rursus dicit, Non in sapientia carnali, sed uirtute Dei. Et Solomon sapientiam uocare solet dicens, Amaui pulchritudinem ipsius, & sponsam duxit mihi ipsi. Et Iob sapientiam nouit ac dicit, Sapientia autem unde inuenta est? qualis uero est prudentiæ locus? Et, Sapientia pauperis annihilata est, & ipse est sapientiæ corrector. Et, Sapientia patris unigenitus. Quid igitur dicimus? Si sapientia pater est, & filius iuxta illorũ sententiam progressus est ex ipso, Verbum & Deus existens, & sapientia existẽs: ergo pater destitutus est sapientia in seipso, Deo solo sapiente inuisibili. Atq; hæc omnia sunt incompræhensibilia & immensa hominibus. Quomodo igitur dedit Deus sapientiam Solomoni, & repleuit sapientia ipsum Beseleel, & sapientes homines occultant turpitudinem? Et multa de sapientia dici possunt. Verum illa sapientia patris unius speciei est, non habens aliam comparationem quæ ipsi opponatur. Attamen an de ipsa sit sermo ille dictus, neq; affirmo, neq; denegõ, Deo autem permitto ut hoc sciat. Video tamen ea, quę dicuntur uiolenter inter se opposita. Creauit enim, dicit, principium uiarum ipsius in opera ipsius, ante sæcula fundauit me, ante omnes colles gignit me. Quomodo igitur, quod gignitur, fundat? Quomodo id quod creatur gignitur? Si enim creatum est, non est genitum. Nos enim ea quæ gignimus, non creamus: & quæ creamus, ea non gignimus. Sumus enim creati, & quæ à nobis gignuntur, creata sunt. In Deo autem increato, genimẽ siue genitura non est creata. Si enim genuit, non creauit. Si uero postẽq; creauit, rursus genuit, quomodo quod prius creatum est, postea gignitur? Si itaq; de ipso hęc dicta sunt, in dispensatione in carne implentur. Et propterea uiciniora primum dicit, & antiquiora postea narrat. Persuadere enim homines propinquissimos uolens, à carne incipit. Principium enim uiarum iusticiæ Euangelij, nobis Verbum caro in Maria factũ est, animaq; in ipsius carne fundata est: quo superiora postea ostendat, dicimus autem, ex finibus paternis è cœlis peruenisse in terram. Nam uenit nobis postea omnem dispensationem perficiẽs. Non igitur creatũ est uerbum:

Prouerbiorũ ac parabolarũ ratio.

Sapientiæ uocabulum.

Solomonis locus expensus.

Abſit,

Absit, et nihil nobis utiq; ingenerauerit Diuina Scriptura in nulla penitus re. Sed & ex natura apud interpretes non sic edita est locutio hæc. Aquila enim dicit, Dominus acquisiuit me: quandoquidem in Hebraico dicit, Adonai Canai: id quod hoc significat quod diximus. Et nos iuxta consuetudinem de natis dicimus, acquisiuit liberos. At neq; sic uim interpretationis obsignauit. nam Adonai Canai, etiã sic interpretari potes, Dominus excudit me. Et propterea Petrus clare pronunciat dicens, hunc IESVM quem uos crucifixistis: non dixit, illum ex supernis Deũ Verbum: sed hunc existentem carnem, quæ cum Verbo ex supernis in utero Mariæ comprehensa est & concepta: hunc autem, dictum propter Dominicum ex Maria hominem. In hoc enim & mortificatio impletur, sicut dicit Petrus, Mortificatus carne, uiuificatus autem spiritu. Et rursus, CHRISTO igitur pro nobis passo in carne. Et rursus, Ex quibus CHRISTVS, quãtum ad carnem attinet, uelut dicit Paulus. Et ipse Saluator dixit in Euangelio, Nunc autem me quæritis occidere, hominem qui ueritatem dixi uobis. Et, Audiui ex patre: quo ostenderet passionem ex humana natura, seipsum uero scire naturalem Filium Patris ex supernis. Concinit autem huic sermoni sanctus Apostolus Paulus dicẽs, Vnus Deus, unus etiam mediator Dei & hominum, homo IESVS CHRISTVS. Qui non rapinam arbitratus est esse, quod esset æqualis Deo, sed seipsum inaniuit, forma serui assumpta. Vides quod hominem ipsum pronunciauit, sed non nudum. Mediator enim Dei & hominum est, quoniam in medio utrorumq; est, ad Patrem quidem suum Deus existens natura genuinus genitus: ad homines uero, homo naturalis, genuinus ex Maria, citra semen uiri genitus. Sic enim est mediator Dei & hominũ, Deus existens & homo factus, non mutatus naturam, sed secundum utraq; ad ambo medius existens. At rursus indoctè dicunt. Vides quod non rapinam arbitratus est esse, quod esset æqualis Deo? Et neq; uocabulum intelligunt illi contentiosi. Non enim dixit, Non uoluit fieri æqualis Deo per rapinam: sed non rapinam arbitratus est, quod esset æqualis Deo: quod Dei esset natura, quod erat. Si enim nõ erat, quomodo formam serui assumpsit? Et quod recens erat significauit, & ex hoc excellentiam admirans ostendit, quanq; esset æqualis Deo, seipsum inaniuit forma serui assumpta: non ut quod liberum erat in seruitutem redigeret, sed ut in forma quam assumpsit, obedientes seruos liberaret. Et testantur Iudæi, quod non uerebatur neq; dubitabat dicere, quod æqualis esset Deo: sed etiam confidentius sic ostendebat, dum dicebat, Si non dixero, ero sicut uos mendax. Et propterea dicũt ad ipsum, propter bonum opus non occidemus te, sed quod quum homo sis, te ipsum facis æqualẽ Deo. At inquiunt, si debemus figurata ipsius confiteri, & multa figurata dixit scriptura: etiam non oportet negare quæ per ænigmata in ipsum dicta sunt. Nam & ostium appellatus est, & lapis, & columna, & nubes, & leo, & ouis, & lucerna, & fax, & Sol, & angelus, & uermis, & petra, & lapis angularis, & uia, & taurus, & uitulus, & alijs huiuscemodi uidelicet nominibus. Et nos non negamus quæ in ipso ænigmaticè sunt impleta, nouimus autẽ ob quam causam hæc scripta sunt. Via quidem, eo quod per ipsum uadimus ad regnum, ad ipsum & ad patrem. Ostium uero, quia per ipsum ingredimur. Columna, quia ipsæ est nostræ fidei fundamentum. Petra, propter immutabilitatem. Lapis, propter fundamentum. Sol iusticiæ, qui nostras tenebricosas mentes illustrat. Deinde dicunt, Quoniam scriptum est de ipso, quod creatura est, confiteri oportet etiam scripturã. Ecce & ego recensui partem quandam usuum ac utilitatum, per ænigmata ipsius in nos impletam. Dicant nobis, in eo quod dicunt ipsum creaturam, quid cõmodat? Ostium merito dictus est figuratè, ut fiat nobis introitus & utilitas: & uia ut per ipsum euntes ne erremus. Creatura uero, ppter quid nobis fit, qd nobis prodest?

Mediator Dei & hominum, homo IESVS CHRISTVS.

Rapinæ uocabulum.

Appellationes CHRISTI

Creaturã uerbum dicentes.

Etiam, inquit, contentiosus ille uanæ gloriæ sectator, nisi enim ipsum dixeris creaturam, Patri passionem attribuis. Quisquis enim gignit, passionibus & affectionibus circumdatus est. Aut enim contrahitur, aut dilatatur, aut expanditur, aut defluit, aut in molem augescit, aut simile quid sustinet. Hei praua cogitatio hęc, & nõ uera. Quis hæc de Deo cogitabit, quę uerò suspicio talia audebit? Nimirum nemo, & ne diabolus quidem tale quid cogitauerit. Et si quis confitetur patrem, credit ipsum genuisse filium in ueritate. Necꝫ enim male circumfertur Deus, necꝫ corpus prægnans est, ut prędicta sustinere possit. Spiritus enim est Deus. Spiritus autem fluxionem nõ sustinet, non sectionem, non contractionem, non imminutionẽ, nõ extensionem, necꝫ tale quiddam. Prout itaqꝫ Pater Spiritus est, Filium Deũ Verbum genuit spiritualiter, sine tempore, incõprędhensibiliter, & sine principio. Quo uero hos qui hæc dicunt persuadeamus, non quidem similia dicentes, uerum à similibus prauam ipsorum excusationem auertentes, dicamus: Creatura est qua innumeris ac infinitis modis à Domino suo abest. Et multi in deserto ignis indigi, uitreo uase aqua impleto, & materia ex facili ardente adposita, ex lino aut ex stupa facta, ponunt ipsum è regione Solis, ita ut splendor solis de uitro in subiectam materiam resplendeat: & statim ab igne solis concipit, & ignem accendit. Nunquid ergo secatur Sol per essentiæ participationem, nunquid defecit, nunquid imminutus est? Non inquiunt. Si itaqꝫ qui creatura est, non imminutus est: quanto magis qui infinitus & incomprædhensibilis & impollutus est Deus, dum Spiritus existens genuit ex seipso Deum Verbum, inenarrabilem & incomprędhensibilem ac incorruptibilem, in incorruptibilitate genuit, non per affectionem, nõ per sectionem, non per defectionem, sed perfectus perfectum in perfectione? Et ignis quidẽ natura multas lucernas ab una accendit, & quę prima est non imminuitur. Rursus autem potest eadem essentia ex multis particularibus esse, lucernis inquam, aut facibus. At non sic Deus: Absit. Non enim rursus uenit Verbum, & coniunctionẽ cum patre fecit. Sed Pater, Pater est: & Filius, Filius: & Spiritus sanctus, Spiritus sanctus. Stultum est enim quod à Manichæis traditur, quod ex mente ipsius Manis, Animæ à columna lucis factæ, unum corpus sunt: & dum soluuntur à corporibus, rursus in unam essentiam reformantur, uelut in unam columnam, iuxta fabulosum ipsorum figmentum. At non sic ostendit Euangeliũ, sed fregit de quinꝫ panibus, & saturauit quinꝫ milia: & non dimisit quæ ipsis superfuerunt, sed Colligite, inquit, & nihil relinquite de fragmentis: & collegerunt duodecim cophinos, & collegerunt quidem simul in capsas, uerum fragmenta non rursus in coniunctionem panum, sicut fuerant fecit: collegerunt quidem multitudinem, sed in multa fragmenta, in unam uero congregationem. Indicauit cophinos, & nõ iuxta propositam speculationem, nos hoc & prædictum solis exemplum, figuratè interpretati sumus. Non enim panes dicimus animas, necꝫ fragmenta: absit. Necꝫ Deũ adæquamus soli ab ipso creato, necꝫ unigenitum splendori à Sole in stupã emisso. Verum iuxta similitudinem etiam animæ factæ non connectuntur in unam coniunctionem: absit, sed in Dei mansiones, de quibus scriptum est, Multæ mãsiones apud patrem, necꝫ in unum collem factæ, sed ita ut singulæ priuatim numerentur. Necꝫ in eo quod dicimus genuisse Deum unigenitum suum Filium, affectionem ipsi attribuimus, iuxta prauam illorum blasphemiam. Quisquis enim affectuose gignit, patitur: & non oportet necꝫ creaturam, necꝫ genimen siue genituram dicere iuxta illorum uerba, ut ne demus Deum dolere aut pati. Vnde igitur inuenimus Filium, aut cur nomen Dei habet? Hi uero sunt hominum syllogismi, & à terrena sapientia proficiscentes. Nam nostros hominum affectus, in Deum referre nephas est: quum Deus clare dicat, Non sicut cogitationes uestræ, cogitatio mea est. Et

Pater Spiritus quomodo genuit Filium.

Similitudinum usus.

rursus,

tursus, Non sicut homo, ita etiam Deus. Cessent itaq; à blasphemia, & discant à Patre dicente, Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est. Et rursus, uelut coram cunctantibus dicit, Es enim Filius meus dilectus, quem elegi. Et tunc in Canticis, Electus ex multis milibus. Vnde igitur electio fit, dicant? Putant enim deliri illi in eo quod dicit, elegi: secundum gratiam ipsum filium uocari, & non secundum naturam. Ostendant itaq; quis sit ipsi similis, ut omnibus probatis illum elegerit. Si enim filius est unigenitus, non est aliquis æqualis ipsi, neq; conferendus similis existens Filio inter Filios Dei, hos enim nouit secundũ gratiã, illi uero nulla uirtus adequat, eo quod est ipse naturaliter filius. Manifestũ enim est, unde sit uox electus, & unde electio. Quoniam multa milia in terra erant, & Maria sola gratiam inuenit, & in ipsa elegit sanctam carnem, & propterea est illa in qua ipsi bene complacitum est. Sicut etiam Dauid ex persona Apostolorum qui in Dominum crediderunt, & cum gaudio gratiam ipsius gentibus ostenderunt, dicit: Subiecit populos nobis, & gentes sub pedes nostros. Pulchritudinem Iacob quam dilexit, hoc est sinceritatem ac frequẽtiam pulchritudinis ipsius, hoc est totius Iacob pulchritudinem, ipsam carnem à Maria per Spiritum sanctum electam, ipsam factam carnis dispensationem, pater ex supernis Ioanni Baptistæ ostendit. Bonam enim uoluntatem habuit Pater in aduentu CHRISTI in carne. Deitas uero infinitam naturam habet. Dicit autem Apostolus ipsum filium dilectionis, qui liberauit nos, inquit, ex potestate tenebrarum, & transtulit in regnum Filij dilectionis suæ, & stolidi illi hic non intelligentes locutionem, iuxta profectum dilectionis, Dei esse Filium dicunt. Et nõ sciunt indocti illi comparationem sermonis. In alio enim loco dicit Apostolus, Deus dilexit nos in CHRISTO. Vere enim Filius dilectus est unigenitus, quoniam dilectio Pater, dilectio Filius. Nam dilectio ex dilectione est, filius igitur est dilectionis propter nos, & propter seipsum: qa in ipso dilexit nos, & Filium suum unigenitum tradidit pro nobis. Neq; igitur operans laborat, neq; gignẽs patitur. Et ne frustra accumulent sibijpsis blasphemias. Si enim creatus est filius, non est adorandus iuxta illorũ rationem. Stultum est enim creaturam adorare, & primum mãdatum reprobare quod dicit, Audi Israël Dominus Deus tuus, Dominus unus est. Non igitur creatum est sanctum Verbũ, quia adorandus. Adorauerunt ipsum discipuli. Adorant ipsum angeli in cœlo. Et, Adorẽt ipsum omnes angeli Dei. Et, Adoret te Domine fortitudo mea. Cæterum una res est quam dicam, eamq; breuem & oppositionem non habentem, & cui non potest aliquis contradicere. Si habent testimonia illi qui Filio Dei aduersantur, ostendãt ubi dixit Pater, creaui mihi Filium: in ueteri ac nouo Testamento. Aut ubi dixit Filius, creauit me Pater. Quatuor sunt Euangelia, habentia summas mille centum sexaginta duas, & ab initio usq; ad finem loquutus est Filius, & ad ipsum Pater. Et nusquam dixit, creauit me Pater meus: neq; Pater, creaui mihi Filium: aut creaui Filium meum. At inquit ille contentiosus & ambitiosus, quid igitur dicis corpus ex Maria? nimirum assumptũ. Maria uero, inquit, quid? creata aut increata? creata nimirum etiam ipsi dicimus, genita ex uiro & muliere. corpus igitur ex Maria quid dicis? adoras Saluatorem incorporatum, aut non adoras? Quomodo uero non adorabo? Si enim non adorauero, non habeo uitam. Ecce igitur creaturam adoras ipsum corpus. Ingens autem est uæsania eorum, qui talia dicunt. Nam rex purpuram indutus, ab omnibus adoratur, nũquid ergo purpura adorat aut rex? manifestum est quod rex. Coadoratur autẽ cum ipso etiã purpura quã gestat, ubi uero rex hanc exuit, & in locũ reposuit, non amplius uestis purpura adoratur. Sedet etiam in templo sæpe rex in proprio throno, & adorãtes adorant regẽ in tẽplo ac throno proprio, ubi uero surrexit rex, nemo neq; templũ neq; thronũ adorat.

Electus ex multis milibus de quo dicatur.

Filius dilectionis.

Euangeliorum IIII summæ 1162.

Nemo autem adeo insanus est, ut adorare uolens Regem in templo ipsius, dicat ad Regem, egredere ex templo tuo ut te adorem. Sic sanè nemo dixerit unigenito, dimitte corpus ut te adorem: sed adorat cum corpore unigenitum, increatum cũ templo sancto, quod accepit ubi uenit. Et nemo dicit ad regem, Surge ex throno ut te adorem, citra thronum: sed adorat regem cum throno. Itaq; & CHRISTVS adoratur cum corpore sepulto & quod resurrexit. At inquiunt, Quid igitur dicis, uolens genuit Pater Filium, aut non uolens? quandoquidem dicit, Erat semper Verbum, & non est tempus ante Verbum: & quidem quum etiã ipsi Ariani ad quosdam decipiendos, Filium Dei sine tempore genitum esse asserant, non uolunt autẽ ipsum sempiternum dicere, sed dicunt, Erat aliquando quando non erat. Putant autem uocem aliquando, non esse tempus, ubi uero expenderis uocem redargues imperitos. Nam uox aliquando, prout dictio est, dicta: temporis significationem habet. Et qui dicunt uocem aliquando, non dicere tempus, in absurditatem incidunt suę opinionis in peruersa fide. Per ironiam enim & cauillũ dictionibus utuntur, aliâs sententiæ suæ opinione uehementer Filium Dei impugnãtes, alienum & omnino à Patris deitate abalienatum glorificãtes. Volens igitur genuit, aut nõ uolens? Si dixerimus nõ uolens, necessitate circundamus Deum. Et si dixerimus uolens, damus quod erat uolũtas ante uerbũ, & si uel indiuiduum quoddã temporis momentum, uel multifida ac minutissima horę particula fuerit, temporis significationem habet ante uerbum. Et rursus delabimur in sermonem ipsorũ. Et si dixerimus, quod non uolens genuit, ergo necessitate naturæ ductus est Deus, & nõ uoluntatis libertate. At non est horum quicq; in Deo, uelut putas ambitiose. Apud Deum enim hæc non sunt. Neq; uolens itaq; genuit, neq; non uolens, sed per excellentiam naturæ. Excedit enim Diuina natura consilium, & non subiacet tempori, neq; necessitate ducitur. In nobis enim nihil est paratum, quia non eramus aliquando. Et primum quid deliberamus, postea facimus quod facimus. Aut ubi nõ deliberauimus nos, non est quod nondum factum est à nobis. Apud Deum uero omnia perfecta ac plana, & omnia in ipso completa sunt. Et neq; uolẽs genuit semper existens genitum ex ipso sanctum Verbum & Deum: sed in excellenti & inenarrabili sua natura. Maxima me subit admiratio, o filij fidei & ecclesiæ, quomodo contentiosi illi uera subuerterunt in aliena, & quæ figuratè dicta sunt, in uera errantes accipiunt? Nam genitum esse, quod est ipsi secundum naturam, negant, dicentes non sicut unum quiddam ex geniminibus siue genituris. At creatum esse, quod est alienum ab ipsius deitate, etiamsi in allegoria aliquando dictum est, illud

» uerum dicunt. quod autẽ uerum est abolent. Etenim dum dicit Esaias, Vidi Do-
» minum Sabaoth. Et, Visus est Dominus Mosi. Et, Visus est Dominus Abraam.
» Et, Vidit uisionem Daniel antiquorum dierũ, & huiuscemodi. Et, Visus est Do-
» minus Ezechieli, & dixit Vidi speciem Dei: dicunt hæc nõ esse, & prophetas men
» tiri, probantq; ex dicto Euangelij, Saluator, inquiunt, dixit, Deum nemo unq; uidit, Prophetę uero se uidisse dicunt. Necessarium igitur est mẽtiri aut unigenitum, aut prophetas. Et iuxta rationem eorum qui sic dicunt ac Manichæorum, erunt ea quæ in prophetis sunt mendacia. Si uero non mentiuntur prophetæ, sed uera dicũt, iuxta Saluatoris sermonem, nempe, Qui loquor in prophetis ecce adsum: intelligentiæ res est & opus allegoria. Etenim hoc sæpe sic impletur. Videmus mare ex parte aliqua montis aut planicie, et uere dicimus, si nos uidisse asserimus. Sed & si quis dixerit quod non uidit, non mentitur, sed uera dicit. non enim uidit, ubi profunditas, ubi longitudo: non uidit molem, nõ uidit amplitudinem. Et per foramẽ quoddam uidemus hominem, uerum extensionem non scimus. & si dixerit qs uidi, uidit. & alius dixerit, non uidi, nõ uidit. Videmus enim uere uelut cõcipimus,

non

Erat aliquando, quando nõ erat, Arianum dictum.

Videmus & non uidemus quomodo.

non uidemus autem, in quantum est. Sic etiam Prophetæ uelut per foramen angu
sti sui corporis digni facti sunt uidere, & ueritatem uiderunt: non ut intelligentiæ
ac speculationis infinitas habet. Atq; sic completæ sunt concordantes inter se Di-
uinæ Scripturæ: tum quod Prophetæ dicunt se uidisse Deum, uiderunt enim in
ueritate: tum quod Saluator dicit, Deum nemo unquam uidit: non uiderunt au-
tem in quantum est. Sed & ipse uidit inuisibiliter secundum naturam, dedit autē
non potenti uidere, uirtutem gratiæ ad uidendum uirtutem speculationis ac intel-
ligentiæ. At ne rursus fabulam confingens dicas, Viderunt quidem Prophetę, nō
oculo, sed mente intelligentes & quasi uidentes. Propter hoc enim exacte dicit E-
saias, Miser ego quia compunctus sum, quod quum homo sim, & immunda labra "
habens, in populo immunda labra habenti habitem, & Dominum Sabaoth uidi. "
Et non dixit, Vidi mente, sed oculis meis. Vidit igitur & nō uidit, sed sicut potuit.
In ueritate autem uidit, non uidit autem uelut infinitas incompræhensibilitatis ha
bet. Sic multi etiam de paradiso allegorice accipiunt, uelut phanaticus Origenes
uoluit imaginationem magis quàm ueritatem in mundum introducere, & ait, Nō "
est paradisus in terra. nimirum ex dicto à sancto Apostolo relato, Noui hominē *Paradisus non est in terra, iuxta Origenem.*
ante annos quatuordecim, an in corpore, nescio: an extra corpus, nescio: Deus no
uit, raptum huiusmodi usq; in tertium cœlum. At ne falso intelligas ac dicas, quod
dixerit usq; ad tertiam cœli partem. Nam quum dicit usq; ad tertium cœlum, nō de
tertia parte dicit, sed de tribus numero. Et dicit, Noui huiusmodi hominem raptū "
esse in paradisum, & audiuisse uerba, quæ fas non est homini loqui. Gloria omni- "
potenti Deo, qui per omnes modos declarat & exacte explicat, quo Veri non fal-
lantur. Non enim in uno contracto sermonis compendio cœlum & paradisum cō-
iunxit, sed Noui, inquit, hominem raptum usq; ad tertium cœlum. Et rursus, Ra-
ptum in paradisum, hoc est ut Græce dicitur, εἰς τὸν παράδεισον. Quod autem articulū
habet, id de alia persona distinguit ac tractat, & ad alium modum transfert. Quem
admodum si quis haberet montem & planiciem, planiciem autem circumdantem
ipsum montem, uelit autem in partem ultra montem sitam in eadem planicie acce-
dere. Et quādo quidem uolet per planiciem iter facere ad locum, ex quacunq; par-
te montis iuerit, possibile est ipsi eò peruenire. Si uero uoluerit primum ascendere
in montem, & de monte rursus in locum planiciei ultra montem sitæ accedere: etiā
hoc ipsi facere possibile est. Sic intellige mihi etiā hoc quod ab Apostolo dictū est,
primum quidem in cœlum ascendisse: iuxta id quod dictum est, Descēdit nepos "
meus in hortum suum. Et Saluator dicit, Hodie mecū eris in paradiso. Si uero nō "
est in terrā paradisus, & non uera sunt quæ in Genesi scripta sunt, sed allegorice ac- *Allegoriæ nō sunt in Genesi.*
cipiuntur: nihil est consequentiæ, sed omnia figuratè dicuntur. In principio enim
fecit Deus cœlum & terram, & non sunt figuratè dicta, sed uisibilia: & firmamen
tum, & mare, germinaq; ac ligna, & herbas, fœnum, animalia, pisces, uolucres, om
nia uisibilia in ueritate facta, hominem in ueritate quem fecit. Posuit itaq; hūc quē
fecit in paradiso, secundum imaginem factum eundem hominem, uerum secundū
imaginem Dei. Ne autem curiosius perscruteris dona Dei, per gratiam homini da
ta. Non negamus omnes homines esse secūdum imaginem Dei. Quomodo uero
non sumus curiosi de eo, quod est secūdum imaginem. Neq; enim corporis forma- *Secundū imaginem, quomodo accipiendum.*
tionem intelligimus secundum imaginem, neq; animam, neq; mentem, neq; uirtu-
tem. Multa enim sunt quæ dicere me prohibent. Sed neq; rursus dicimus corpus
non esse secundum imaginem, neq; animam. Credentium autem est, cōfiteri scrip-
turam & non negare. Incredulorum uero, gratiam reprobare. Est igitur in homi-
ne id, quod est secūdum imaginem, Deus autem ipse nouit quomodo est. Si enim
dixeris, hominem fecit secundum imaginem, & putaueris esse corpus: Deus autē

est inuisibilis, incompræhensibilis, quomodo uisibile, & cõpræhensibile ac tactui subiectum, imago erit inuisibilis & incõpræhensibilis? Et si dixeris, nõ est corpus
» secundum imaginem: Accepit, inqt, limum de terra & formauit hominem. Et ho
» minem uocat id quod terreum est, & hominem uocat id quod animale est. Insuffla
» uit enim, inquit, in faciem ipsius, & factus est homo in animã uiuentẽ. Et neqꝫ partem Dei dicimus esse animam, neqꝫ ab insufflatione alienam. Quomodo uero subtilitas hæc intelligatur, soli Deo cognitum est. Nos autem citra curiositatẽ & absqꝫ malignitate credimus Deo uera in omnibus dicenti. Et si dixeris quod anima est
» secundum imaginem: dicit Apostolus, Viuens est sermo Dei & efficax, & pene
» trantior omni gladio ancipiti, & pertingens usqꝫ ad diuisiones animæ. Si itaqꝫ diuisiones habet anima, Deus autem indiuisibilis est, quomodo potest anima esse id quod secundum imaginem est? Nõ enim nouit futurum anima, Deus autẽ omnia nouit, et uidemus anteriora corporis, posteriora ignorantes. Et si dixeris quod nõ est anima, omnino etiam animã hominem uocauit: & anima & corpus est homo.
» At si dixeris mentem esse id quod est secundum imaginem: dicit Scriptura, Video
» aliã legem in membris meis, rebellãtem legi mẽtis meæ, & captiuum facientem me
» legi peccati, quæ est in membris meis. Quomodo igit, quæ captiua fit erit secũdum
» imaginem? Et alibi dicit, Canã mente, canã spiritu. Et si dixeris uirtutem esse quod est secundum imaginem: dicã tibi, dic mihi de Adam, quam uirtutem operatus est priusquàm ipse formatus esset? Nõ enim erat in principio, ab initio uero formatus est secundũ imaginem. Et si dixeris non esse uirtutem, nõ bene dicis. Cui enim conuenit secundũ imaginem esse quàm uirtuti? Verum ante uirtutem secundũ imaginem formatus est homo. Nõdum enim erat Adam in uirtute uersatus, neque creatus. Et si baptismũ esse dixeris id quod est secundum imaginem: ergo q non acceperũt baptismum iusti, non fuerũt secundum imaginem. A Mose enim & mari incepit figura. A Ioanne aperta est figura. In CHRISTO uero pfectum est donum. Habent igit omnes id quod est secundum imaginem, sed nõ secundum naturam. Nõ enim secundum æqualitatem Dei habẽt homines id quod est secundum imaginẽ. Deus enim est incompræhensibilis, & mente appræhẽdi non potest, quum spiritus sit & supꝫ omnem spiritũ, & lux supꝫ omnem lucem. Quæ uero ipse decreuit, his nõ caremus. Verus enim est, qui cum gratia id quod est secundũ imaginẽ hominì largitus est. Et quot sunt quę similia sunt? uidemus enim quod accepit Saluator in manus suas, ueluti Euangeliũ habet, quod surrexit in cœna et accepit hæc, et ubi gratias egisset dixit, hoc meũ est, hoc & hoc: Et uidemus quod nõ æquale est, neqꝫ simile, nõ imagini in carne, nõ inuisibili deitati, non lineamẽtis membrorum. Hoc enim est rotũdæ formæ & insensibile, quantum ad potentiã. Et uoluit pꝫ gratiã dicere, hoc meũ est, hoc & hoc: & nemo non fidem habet sermoni: Qui enim nõ credit esse ipsum uerũ sicut dixit, is excidit à gratia & salute: Quod autem audiuimus, id credimus quod est ipsius. Dominũ uero nostrum nouimus totum sensum, totũ sensitiuũ, totum Deum, totum monentẽ, totum operantem, totum lucẽ, totum incõpræhensibilem, sed q cum gratia hoc nobis largitus est. Hic itaqꝫ Adam in paradiso positus fuit, & comedit de ligno. Paradisus autem, inqt, in Edem iuxta orientes, fons autẽ ascendebat ex Edem: & nõ dixit, Descendebat: ut ne putemus ex cœlo esse Edem. Si enim in cœlo esset, ex supnis utiqꝫ dixisset descẽdebat fons. Sed fluuius, inqt, exit ex Edem: & non dixit descendit. Hic separat in quatuor principia, nomẽ uni Phison. Et uidemus ipsum Phison ob oculos nostros, et Phison qdem est Ganges apud Indos appellatus & Æthiopes. Greci uero hunc Indum fluuium uocãt. Totã enim terram Euilat circumdat, paruã & magnam, partesqꝫ Elymæorum. Penetrat autem magnã Æthiopiam, et cadit ad Austrum, & subit intra Gadira, in

Cœnæ Dominicæ uerborũ expensio.

Paradisi consideratio.

ra,in magnum Oceanum. Secundus fluuius est Geon, & sensibilem uidemus hũc fluuium,& nõ allegorice accipi. Hic enim p Æthiopiam descendit, & paruã Æthiopiam penetrat, Anubitimq; ac Blemeniam & Ezomitim,& alluens partes Thebaidis & Ægypti in mare hoc delabitur. Si uero qs non credat,audiat Hieremiam dicẽtem, Quid nobis cũ terra Ægypti,ut bibamus aquã Geon turbatam. Tertius, « inqt,fluuius Tigris cursum faciens in cõspectu Assyriorum. Secat enim partes Orientis,& mergit sub terram,& exorit ab Armenia p medium Cardiensium ac Armeniorũ,& rescaturit rursus,& secatur in Assyriorũ terram. Sed & quartus fluuius Euphrates similiter eodem modo subiens terrã,emergit ab Armenia,& sic alluit Persidem. Si itaque nõ est paradisus sensibilis: non est fons. Si nõ est fons,nõ est est fluuius. Si non est fluuius, non sunt quatuor principia,non est Phison,nõ est Geon,non est Tigris, non est Euphrates. Si nõ est Euphrates, non est ficus,non sunt folia,non est Adã,non est Eua,non est esus,non comedit de ligno. Si non est Adã, non sunt homines,& fabula est de cætero ipsa ueritas,et omnia allegorice dicuntur. Est itaq; Adam,sumus enim ex ipso,genus ipsius existentes omnes p successionem: & uidemus ipsum per multitudinem in successione. Adã enim genuit secundum ideam ac formã suam ipsum Seth: ut ne quis putet aliũ esse eum qui formatus est,& alios eos qui geniti sunt. Et ideo dicit Scriptura, secũdum ideã suam. Seth uero genuit Enos Cainan, Cainã Maleleel, Maleleel Iaret & Enoch,Enoch Mathusala,Mathusala Lamech,Lamech Noe:& factum est diluuiũ non allegoricũ,sed in ueritate,& periit omnis anima: manserunt autem octo animæ. At ubi animas audis,ne putes figmenta. Ab una enim specie totus homo appellatur. Descendit enim Iacob in Ægyptum cum animis septuaginta quinque: Non quod animæ sequutæ sint absque corporibus,sed unà cum corpore. Et, Eramus in naui animæ « fermè octaginta,dicit Lucas qui scripsit actus Apostolorum. Et consuetudo solet seruos corpora uocare. Dominus,inquit,cẽtum corporum, imò etiam animas habentium. Quandoquidem uero dominium hominum,corporibus dominatur,et non animis: propterea seruos meritò corpora uocauerunt cum anima,ut corporũ usum ostenderent. Egressus est autem Noe ex arca ubi genuisset Sem,Cham,& Iapheth. Sem uero genuit Arphaxad, Arphaxad Cena, Cena Sala. Sala Heber. Heber Phalec. Phalec Rhagan. Rhagan Seruch. Seruch Nachor. Nachor Tharra. Tharra Abraam. Abraam Isaac. Isaac Iacob. Iacob Iudam. Iudas Phares. Phares Esrom. Esrom Aram. Aram Aminadab. Aminadab Naason. Naason Salmon. Salmon Booz. Booz Obeth ex Ruth. Obeth Iesse. Iesse Dauid Regem. Dauid Solomonem ex uxore Vriæ. Solomon Roboam. Roboã Abia. Abia Asaph, Asaph Iosaphath. Iosaphath Ioram. Ioram Ochoziam. Ochozias Ioas. Ioas Emesiam. Emesias Oziam appellatum Azariam. Ozias Ioatham. Ioatham Achaz. Achaz Ezechiam. Ezechias Manasse. Manasses Amos. Amos Iosiam. Iosias Iechoniam. Iechonias Salathiel. Salathiel Zorobabel. Zorobabel Abiud. Abiud Eliacim. Eliacim Asor. Asor Sadoc. Sadoc Achim. Achim Eliud. Eliud Eleazar. Eleazar Mathan. Mathan Iacob. Iacob Ioseph. Ioseph senex existens uiduus postq; duxisset primã uxorẽ, & genuisset ex ipsa filios masculos quatuor, Iacobũ fratrẽ Domini appellatum,eo quod cum ipso eductus esset, Simeonẽ & Iudã & Iose: & duas filias, Mariam & Salomen. Hic Ioseph senex existens & uiduus,secundũ necessitatem sortibus missis in uiduos & non habentes uxores, in singulis tribubus in uirgines in templo: eo quod cõsecrati essent in tẽplo primogeniti filij masculi ac fœminę: accepit iuxta sortẽ sanctã uirginẽ Mariã. Ex qua secundũ carnẽ natus est Dominus noster IESVS CHRISTVS p Spiritũ sanctũ,nõ à semine uiri,nec; ex corporis cõiunctione. Nascit itaq; Dominus ex tribu Iuda, ex semine

Adæ successõres.

Anima pro tõto homine.

Corpora pro hominibus seruis.

Filij Ioseph itemq; filiæ.

CHRISTVS quando natus est.

Dauid & Abraam, secũdum carnem, Deus existens quadragesimo secundo anno regni Augusti. Augustus autem regnauit annos sexaginta sex, et menses sex. Post ipsum uero filius eius suscepit principatum, annis uiginti tribus. Post Tiberiũ Caius, annos tres, menses nouẽ, dies uiginti duos. Post Caium Claudius annos XIII. Post Claudium, Nero, annos XIII. post Neronẽ Vespasianus, annos nouẽ. Post Vespasianum, Titus filius ipsius annos II. post Titum, Domitianus frater ipsius, annos XV. menses V. post Domitianum, Nerua, annos IIII. post Neruam, Traianus, annos XIX. post Traianum Adrianus, annos XXII. post Adrianum Antoninus Pius, annos XXII. post Antoninum Marcus Aurelianus Antoninus, qui & Verus, annos XIX. Commodus, annos XIIII. Pertinax, annos VI. Seuerus, annos XVIII. Antoninus filius ipsius, annos VII. Macrinus, annum I. Antoninus alius, annos II. Alexander, nõ ille Macedo, annos XIII. Maximinus, annos tres. Gordianus, annos VI. Philippus, annos VI. Decius, annum I. Gallosophon et Volusianus, annos III. Galenus, annos XV. Claudius alius annum I. Aurelius, annos XIIII. Tacitus, menses VI. Probus, annos VI. Carus & Carinus & Numerianus, annos II. Diocletianus annos XX. post Diocletianum Maximianus, Lucinius, Constans, Constantinus, Iulianus, Iouianus, Valentinianus, Valens, Gratianus, usque in hunc annum, postquam mortuus est Gratianus, anni LXX. Nam hic annus est nonagesimus Diocletiani, Valentiniani & Valentis decimus, Gratiani sextus, consulatus Gratiani Augusti tertium, & Escythij illustrissimi, Indictio II. Nos itaque à prędicto Adam iuxta consequentiam, & non perijt ordo. Neque ea quæ à Deo fiunt, allegorice accipiuntur. Est igitur Adam, & sunt folia fici, & fi-cus, & lignum ad sciendum cognitionem boni & mali, & lignum uitę in medio paradisi, & serpens, & inobedientia, & obedientia. Et sunt fluuij, & est Eua, & formatio hominis. Omnia enim possibilia sunt Deo, etiam corruptibilia transmutare in incorruptibilitatem, & quæ in terra sunt facere ut in incorruptibilitate degant. Et ne quis miretur, uenit enim, & hoc ipsum ostendit, ut qui carnem corruptibilẽ accepit & in Deitate induit, ipsamq; incorruptibilem declarauit. Quis enim accusabit Deum? Videamus porrò etiam aliam speculationem. Eiecit ipsos extra paradisum, & posuit ipsa Cherubim & flammeum gladium ad custodiendum ingressum ad lignum uitæ. Et egressus Adam habitauit ex aduerso paradisi. Nemo inanibus fabulis decipiat. Potest enim Deus ex lapidibus excitare filios, & potest Deus corruptibilia mutare in incorruptibilitatem: & potest in terra facere quietẽ paradisi, quia uult. Non enim alterius Dei est terra, & alterius Dei cœlum, sed omnia eiusdem sunt. Et sicut uult, largitur unicuiq; incorruptibilitatem. Nam & corpus ipsius Adam nouimus ex terra formatum, ex qua etiam nostra sunt corpora, & spem habemus uitæ æternæ, & incorruptibilis hæreditatis. Nam Saluatoris corpus ex Maria erat, & counitum est spiritualiter Verbi in cœlo incorruptibilitati. Hæc autẽ omnia collegimus & hic apposuimus, nihil ex his quæ scripta sunt rejicere uolẽtes, sed magis in simplicitate ferri, fidelesq; reperiri erga Deum, in his quę in ueritate scripsit nobis, & largitus est uiam ueritatis & nostram salutem. Decens est enim, ut ipsi soli concedamus scire incompræhensibilia. Aliam uero rursus fabulosam stultitiæ imaginationem hic Origenes (cui Deus ignoscat) hominibus ex allegoria introduxit, asserens pelliceas tunicas, quas Diuina Scriptura Deum ipsi Adam ac Euæ fecisse dixit, non esse tunicas pelliceas. Sed tunica, inquit, pellicea, est carnositas corporis, ut ipsum corpus, quo post inobedientiam induit animas, & postquam de ligno comederunt. Et stultum est penitus hoc dicere. Verum ipse Origenes commentis utitur, & dicit, Nunquid Deus coriorum tinctor erat, ut paratis pellibus, tunicas Adam ac Euæ fecerit? huiusmodi

Romanorum Imperatorum successio.

Epiphanij sæculum.

Omnipotẽtia Dei.

Origenis allegoria de tunicis pelliceis.

huiusmodi autẽ dictum multò magis ab omni ratione abeſt. Vtrum enim facilius erat, cœlum & terrã ex nihilo facere Deum, aut tunicas pelliceas? Quãdo enim miracula ſua uolens non operatus eſt? Et inanima in animata trãſmutare quando nõ potuit? Virgã Moſis aridam & ligneã, ſerpentem animatũ fecit qui Moſem perſequebatur, et à quo Moſes in fugam cõuertebatur: ut oſtenderet, quod nõ uiſum in apparentia eſſet, ſed uerũ quod fiebat. Quomodo uero per quadraginta annos populi ueſtes non attenuatæ ſunt, & pili non nutriebãtur, et calceamenta non ueterascebãt? Dicant mihi ſtolidi illi qui uæſaniam Origenis in hac parte ſequuti ſunt, quũ ſurrexiſſet CHRISTVS ex mortuis, & reliquiſſet lintea in monumenta, uelut ſcriptũ eſt, nudus ne apparebat diſcipulis, q̃ ſurrexit ex mortuis cũ corpore & anima? Quãdo uero oſtendebat Thomæ oſſa ſua & carnes, manusq; ac latus, nimirũ nõ erat nudus? Quis igit̃ ueſtes ipſi texuit poſt reſurrectionem? At dices mihi omnino, indumẽta ſpiritualia ipſum feciſſe. Et ſi talia indumẽta potuit ſibiipſi facere, pelliceas illas tunicas facere non potuit Adam ac Euæ propria uoluntate? Reuera cõcidit Origenis allegoria. Si enim poſtq; comedit de ligno, creata eſt ipſi Adam caro, unde igitur accepit Deus coſtam? unde expergefactus ab altiore ſopore Adã dixit, Hoc os ex oſſibus meis, & caro ex carne mea? proinde nemo de cętero nobis moleſtias exhibeat. Sic enim ſentit ac docet ſancta Dei Eccleſia ab origine. Non enim aſtabit nobis Origenes in die iudicij. Admiror enim reuera, quomodo aliq; ſuſtinent eum qui ſuum ipſius Dominum maledictis impetit. Legãt tales, Libros Origenis De principijs, & diſcant qui ſibi filij catholicæ eccleſiæ eſſe uidentur, & ne audeant Filium à deitate Patris ſeparare. Quomodo non dedignatus eſt Origenes dicere, quod Filius non uidet Patrem? ſed dicit quod non poteſt uidere Patrẽ Filius, & Spiritus ſanctus non poteſt uidere Filium, & rurſus angeli non poſſunt uidere Spiritum ſanctum, & homines non poſſunt uidere angelos. Et decepit ſeipſum magis, & eos quos ſeduxit. at non prudentem & fidelem ac credentem ueritati & ſpirituali doctrinæ. Ceſſa itaq; Origenes, & ceſſate uos Origenis diſcipuli. Vera enim dicunt Apoſtoli ac Prophetæ, & non uos neq; ueſter præceptor. Ceſſent gnoſtici condemnatos mores habentes. Ceſſent Valentiniani & Manichęi ac Marcioniſtæ per omnia errantes. Ceſſent Adriani & Anomœi, & Sabellij, & pneumatitæ, qui etiam pneumatomachi: & dimœritæ, qui ſtolide mentem amiſerunt. Omnia enim uera dicit Diuina Scriptura. Verũ intelligentia opus eſt ad cognoſcẽdum Deum, & ut credamus ipſi & ſermonibus ipſius: & ut cognoſcamus quæ à Deo nobis data ac donata ſunt, et quę futura ſunt, & iuxta ꝓmiſſionem, mortuorum reſurrectionem in perfectione. Omnis enim hæreſis mentitur quę nõ accepit Spiritum ſanctum, ſecundũ traditionem patrum in ſancta Dei catholica eccleſia. Et de his rurſus dicemus ꝓ noſtra infirmitate, ſed ex Deo digni facti ſancta Dei catholica eccleſia, ut nos minimi & humiles etiam huius fundamentum habeamus, ꝓ tenuitatis noſtræ portione. Appoſuimus autem ex parte de omnibus his, qui ſuæ ipſorum uitæ curam habent. Et ſufficiebant quidem hæc quæ abunde de Patre & Filio ac ſancto Spiritu dicta ſunt. Quo uero amplius ad munitionẽ ac defenſionem ac certificationem credentium declarare conemur, undiquaq; collectis Diuinæ ſcripturæ teſtimonijs, ad lautius inſtruendum conuiuium, ac faciendã exultationem credentibus qui iſta contingent: non cunctabimur rurſus oſtendere ad certam ac firmam in Deo ſpem noſtram, quod nihil euariat in Patre & Filio & Spiritu ſancto: ſed eiuſdem ordinis ac coeſſentialis eſt ſancta trinitas. Non aliunde uero, neque ex propriis cogitationibus doctrinam facimus, ſed à noſtra uita, hoc eſt ex Prophetis, & Saluatoris noſtri aduentu, ipſiusq; benignitate. Venit enim, uenit uita noſtra, & lucem rurſus nobis oſtendit, quum errantes nos reperiſſet,

Origenis libri de principijs, erroribus referti.

reperisset. Eramus enim, eramus in superbia & blasphemijs, simulachrorum imaginibus, spirituum impietatibus, malorum omnium imperio submersi. Quũ itaq; hæc adessent nobis inuitis, non enim quod uolebam faciebam, sed quod odio habebam facere urgebar, peccato ita mihi ministrante: sanctus Pater Filium suũ sanctum demisit, & per misericordiam suam me seruauit, & ex omnibus corruptionibus meis me liberauit. Apparuit enim gratia Domini ac Saluatoris nostri, docens nos ut abnegata impietate & mũdana cõcupiscẽtia, tẽperate ac pie uiuamus in hoc sæculo, expectantes beatam spem & aduentũ gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri IESV CHRISTI, qui dedit seipsum pro nobis, ut liberaret nos ab omni iniquitate, & purgaret sibijpsi populum acceptum, æmulatorem bonorum operum: deleto per dogmata contra nos chirographo, qui nobis contrarius erat, sublatoq; ex medio & in crucem affixo: exutis principatibus ac potestatibus, quas palàm uituperauit, ipsasq; in seipso in triumphum duxit: portis æreis confractis, & uectibus ferreis contritis, lucem uitæ rursus ostendit: manum porrigens, deducens, uiã faciens, scalam cœlorũ ostendens, paradisum rursus habitare faciẽs. Habitauit itaq; in nobis, & iustificationẽ legis dans nobis ipsius Spiritus, ut cognosceremus ipsum, & quæ de ipso sunt, hoc est principium & finem uitæ: lex iusticiæ factus est nobis, lex Spiritus, liber ex lege uitæ peccati. Quapropter delector lege Dei secundũ internum hominem. Intra nos autem est CHRISTVS, siquidem habitat in nobis. Ipse enim mortuus, uia uitæ pro nobis factus est, ut uiuentes non amplius sibijpsis uiuant, sed ei qui pro nobis mortuus est & resurrexit, & uitæ causa est. Nam iuramenti ante multa sæcula recordatus (secundum Dauid) Deus erat in CHRISTO, & mundum sibijpsi reconciliauit, nõ reputans ijpsis delicta ipsorum. Quia in ipso omne complementum habitare uoluit, & per ipsum recõciliare omnia sibijpsi, pace facta per sanguinem in cruce. Accessit itaq; ad dispensationem complementi tẽporum, quemadmodum promissum est Abraam & reliquis sanctis, ut instauraret omnia in ipso quæ in cœlis sunt & in terra. Seditio autem & inimicitia erat in tolerãtia Dei. Recõciliauit autem in corpore carnis ipsius, p̃ ipsum faciens ambo unũ. Venit enim pax nostra: & interseptum parietem dissoluit, & inimicitiam in carne sua. legẽ mãdatorum in dogmatis aboleuit, quo duo crearet in unum nouũ hominem. Iussitq; gentes cõcorporatas & simul participes ac cohæredes p̃missionis essẽ dũ dixit, Venite omnes qui fatigati & onerati estis, & ego reficiã uos. Ego itaq; debilis eram per carnem, demissus est autem mihi Saluator, in similitudine carnis peccati talem dispensationẽ perficiẽs, quo me à seruitute redimeret, à corruptione, à morte. Et factus est mihi iusticia & sanctificatio & redẽptio. Iusticia quidẽ, quoniã per fidem ipsius peccata dissoluit. Sanctificatio uero, q̃a per aquam & spiritum & uerbum suum me liberauit. Redemptio autem est sanguis ipsius, dum preciũ redemptionis agni ueri pro me seipsum tradidit, propiciationem purgationis mundi, reconciliationis omnium in cœlo et terra mysterium occultum ante sæcula & generationes implens temporibus decretis. Idem transformabit corpus humilitatis nostræ, ut fiat conforme gloriæ ipsius, iuxta efficaciam potentiæ suæ qua omnia sibi subiecit, quoniam in ipso habitat omnis plenitudo deitatis corporaliter. Receptaculum itaq; sapientiæ & deitatis CHRISTVS, mediator, reconciliat omnia Deo in seipso: non reputans peccatum, occulta mysteria implens, per fidẽ Testamenti sui prædenũciati à lege & prophetis: Filius Dei prædicatus, Filius Dauid dictus. Ambo enim Deus & homo, Mediator Dei & hominum, uera domus Dei, sacerdotium sanctũ: dator sancti Spiritus, qui regenerat ac renouat rursus omnia Deo. Nam Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & uidimus gloriã eius uelut unigeniti à patre. Pluuia cum arboribus & plantis in eandem naturam transiens, corpus

CHRISTI in nos beneficia.

corpus efficit, & singulos fructus iuxta similitudinem. Et in olea quidem, oleum pingue fit, assumpta ex ipsa essentia. In uite uero, uinum dulce incorporatur. In fico, ficus dulcescit. Et in singulis seminibus ad speciem ipsorum augescit ac nascit. Sic arbitror Dei Verbum in Maria caro factum est, & in semine Abraã homo inuentus est iuxta promissionem. Inuenimus enim Messiam de quo scripsit Moses, & dixit sanè Moses, Descendat sicut pluuia eloquium meum. Et Dauid, Descẽdat sicut pluuia in uellus, & sicut gutta stillans in terram. Lana itaq; suscipiens rorem, uelleris fœcunditatem auget. Terra uero suscipiens pluuiam, auget fructum ex pręcepto Domini contribuens naturam promptiorem, & ut accipiat ab ipso amplius studium habet. Sic sanè etiam uirgo Maria, Vnde cognoscã hoc, inquit, quod erit mihi istud? & audiuit, Spiritus Domini superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Quapropter & quod nascetur ex te, sanctum erit, et filius altissimi uocabitur. CHRISTVS in angelo loquitur, efformat autem seipsum Dominus in sua ipsius formatione, forma serui assumpta. Et Maria quidem haurit sermonem ad conceptionem, uelut pluuiã terra. Verum Verbum Dei seipsum sanctum fructũ ostendit, assumens mortalis naturã. Sic igitur ex ipsa hauriente, uelut terra & uellus, ueræ spei fructus, & sanctorum expectatio: uelut Elizabet dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui: unũ assumpsit ex humana natura quod passioni obnoxius fuit, quum passionis exors sit Dei Verbum. Hic est panis uiuens, qui de cœlo descendit, & uitam dat. Hic ueræ oleæ fructus, oleũ unctionis & cõpositionis quod præfigurauit Moses. Hic uera uitis, quam colit solus pater, botrum gaudij generans nobis. Hic aqua uiuens, quam ubi sitiens homo acceperit, non sitiet amplius, sed est in uentre ipsius saliens in uitam æternam. ex hac acceperunt noui agricolę, & transtulerunt in mundum. Veteres autem agricolę rem siccarunt & corruperunt propter incredulitatem. Et sanguine quidem ipsius sanctificantur gentes, Spiritu uero suo proprio euehit uocatos in cœlum. Quicunq; igitur spiritu ipsius ducuntur, hi uiuunt Deo. qui uero non, adhuc morti imputati sunt, et hi animales aut carnales uocantur. Oportet itaq; reprobare opera carnis, quæ sunt munimenta peccati: & mortificare membra mortis per gratiam ipsius, accipereq; Spiritum sanctum, quem non habuimus gubernatorem, qui uiuificat me olim mortuũ. quem si non accepero, moriar. Sine spiritu enim ipsius, quiuis mortuus est. Si uero Spiritus ipsius in nobis: qui suscitauit ipsum ex mortuis, uiuificabit mortalia corpora nostra, per inhabitantem ipsius in nobis Spiritum. At arbitror quod ambo habitant in homine iusto, CHRISTVS & Spiritus ipsius. Si uero CHRISTVS ex Patre creditur Deus ex Deo, & Spiritus ex CHRISTO, aut ab utrisque, sicut CHRISTVS dicit: Qui ex patre pcedit: &, Hic de meo accipiet: CHRISTVS uero ex Spiritu sancto, iuxta angeli uocem: intelligo mysterium quod liberauit me, adero apud eum qui uenit ad me, fide, auditu, mãsione, amicitia. Seipsum enim Deus cognitum facit, seipsum CHRISTVS prædicat, seipsum Spiritus sanctus manifestat sanctis. In scripturis autẽ sanctis, trinitas nobis annunciat & creditur, citra curiositatẽ, citra contentionem, p assensum auditus. Ex hac fide salus gratię. Ex fide iusticia citra opera legis. Scriptum est, Ex auditu fidei Spiritum CHRISTI dari his q saluant. Fides autẽ præconũ uniuersalis ecclesiæ uocibus hæc, ut puto significat, prout ego qdem in fide instructus sum ex Scripturis: Tria sancta, tria consancta, tria in forma, tria cõformia, tria operãtia, tria cooperãtia, tria in substantia extãtia, tria coextantia in substãtia, inter se cõuersantia. Trinitas hęc sancta uocatur, tria existẽtia, una cõcordia, una deitas eiusdẽ essentiæ, eiusdẽ substantię, eiusdẽ potẽtię, similia ex simili, ęqualitate gratiæ Patris & Filij et Spiritus sancti. Quomodo uero, ipsis docẽdũ relinquit: Nemo enim nouit Patrẽ nisi Filius, nemo filiũ nisi Pater,

Similitudines conceptionis Verbi Dei in uirgine Maria.

S. Trinitatis mysterium.

Pater,& cui uoluerit filius reuelare.reuelat autem per Spiritum ſanctum. huic & Pater reuelat. Hæc igitur tria exiſtentia,aut ex ipſo,aut ab ipſo,aut ad ipſum,unicuicꝙ dignè intelliguntur, prout ſingulis ſeipſa reuelant: lucem,ignem, ſpiritum: & alijs ut puto uiſionum ſimilitudinibus, prout dignus eſt homo cui inſeruitur. Ipſe itaꝙ eſt Deus qui in principio dixit,Fiat lux,& facta eſt lux: Ipſe qui illuminauit nos ad uidendum lucem ueram, quæ illuminat omnem hominem uenientem
» in mundum. Emitte lucem tuam & ueritatem tuam,inquit Dauid. Ipſe eſt Do-
» minus qui dixit,In externis diebus effundam de Spiritu meo,& prophetabunt fi-
» lij ipſorum & filiæ ipſorum,& adoleſcentes ipſorum uiſiones uidebunt: tres perſonas ſancti miniſterij oſtendens nobis ex ſubſtantia triplici exiſtente. Dico igitur CHRISTVM miniſtrum & executorem factum eſſe circumciſionis pro ueritate Dei,ad implendum promiſſiones. Comminiſtrare autem Spiritum ſanctum ſimul traditum accepimus ex diuinis ſcripturis ſic. Demittitur CHRISTVS à Patre,demittitur Spiritus ſanctus: loquitur in ſanctis CHRISTVS, loquitur Spiritus ſanctus: ſanat CHRISTVS, ſanat Spiritus ſanctus: ſanctificat CHRISTVS, ſanctificat Spiritus ſanctus: baptizat CHRISTVS in nomine ſuo,baptizat Spiritus ſanctus. Sic dicunt ſcripturæ,Emittes ſpiritum tuum,& renouabis faciem terræ: ſimile eſt illi dicto, Emittes uerbum tuum & liquefacies ea. Miniſtrantibus ipſis Domino & ieiunantibus,dixit Spiritus ſanctus. Segregate mihi Barnabam & Saulum in opus ad quod accerſiui ipſos: ſimile eſt illi, Dominus autem dixit, Ingredere in ciuitatem & illic dicetur tibi quid oporteat te facere. Hi igitur emiſſi à
» Spiritu ſancto deuenerunt ad Seleuciam: ſimile uelut quum Dominus dicit,Ecce
» mitto uos uelut oues in medio luporum. Viſum eſt Spiritui ſancto nullum aliud
» imponere onus,præter neceſſaria: uelut ſi dicat,Dico autẽ non ego,ſed Dominus,
» ut uxor à uiro ne ſeparetur. Penetrarũt autem Phrygiam et Galaticam regionem,
» prohibiti à Spiritu ſancto loqui uerbum in Aſia: ubi uero ueniſſent in Myſiã, co-
» nabantur in Bithyniam abire, & non permiſit ipſis Spiritus: uelut quum dicit
» CHRISTVS,Euntes baptizate omnes gentes. Et,Ne geſtetis peram, non uirgam,
» neꝙ calceamenta,Qui inquit,dicebant Paulo per ſpiritum ut ne aſcenderet Hierolyma. Et Agabus dicit,Hæc dicit Spiritus ſanctus, uirum cuius eſt hoc cingulũ:
» ſimile ſicut quum Paulus dicit, An experientiam quæritis eius qui in me loquitur
» Deũ? Et memores eſtote uerborũ Domini,quoniam ipſe dixit, Præſtat dare quàm
» accipere. Et nunc ecce ego uinctus ſpiritu uado: uelut quũ ait Paulus,uinctus IE-
» SV CHRISTI. Verum Spiritus mihi teſtimonium præbet per ciuitatem dicens: ſi
» mile ſicut quum ait, Dominus teſtimonium præbet animæ meæ,quod non menti-
» or. In uirtute ſecundum ſpiritũ ſanctificationis: ſimile ei quod dicit, Sanctus in ſanctis requieſcẽs. Et,Circumciſio cordis in ſpiritu: ſimile eſt uelut quum dicit,Et circumciſi eſtis circumciſione per manum non fiente,dum exuiſtis corpus peccatorũ
» in circumciſione CHRISTI. Siquidem Spiritus Dei habitat in uobis: ſimile ei
» quod dicit,Quemadmodum accepiſtis CHRISTVM,in ipſo ambulate. Et,Spiri-
» tus Domini loquutus eſt in me: Et, Verbum ipſius in ore meo. Et, Primitias Spi
» ritus habentes: ſimile ſicut quum dicit,Primitiæ CHRISTVS. Sed Ipſe Spiritus
» intercedit pro nobis: ſimile uelut dum ait,Qui eſt in dextera Dei,qui & intercedit
» pro nobis. Vt fiat oblatio gentium acceptabilis ſanctificata in Spiritu ſancto: ſimi
» le uelut quum ait,Dominus autem ſanctificet uos ut ſitis ſinceri & inoffenſi in diẽ
» CHRISTI. Nobis autem reuelauit CHRISTVS per Spiritum ſuum: ſimile eſt illi dicto,Quãdo complacuit Deo qui ſegregauit me ex utero matris meæ per gratiam ſuam,ad reuelandum filium ſuum per me. Nos autem non ſpiritum mundi accepimus,ſed Spiritum ex Deo: Simile eſt illi, Vos ipſos probate an CHRISTVS

Loci ſcripturæ cõcordes, ſeu æquiualentes, de CHRISTO & Spiritu ſancto.

ſit in

sit in uobis. Templum Dei estis,& spiritus Dei habitat in uobis: simile est illi, Inha- «
bitabo in ipsis,& inambulabo,& ero ipsorum Deus,& ipsi erunt mihi populus. Sed «
& iustitiam & gratiã ex utrisq; dicit. Iustificati autẽ in nomine IESV CHRISTI «
Domini nostri, & in spiritu Dei nostri: simile est illi dicto, Iustificati autem ex fide, «
pacem habemus apud Deum per Dominum nostrum IESVM CHRISTVM. «
Nemo potest dicere Dominum IESVM nisi in spiritu sancto:& nemo potest spi «
ritum sanctum accipere nisi à Domino. Diuisiones autem donorum sunt,idem uerò «
spiritus. Et diuisiones ministeriorum sunt,idem autem Dominus. Et diuisiones ope- «
rationum sunt,idem autem Deus qui operatur omnia in omnibus. Sed & à gloria ad «
gloriam,quemadmodum à Domino, ita à spiritu. Et ne offendatis spiritũ sanctum, «
per quem signati estis in diem redemptionis: simile est illi,Num prouocamus Domi- «
num? num fortiores illo sumus? Spiritus autem expresse loquitur: simile est illi,Hæc «
dicit Dominus omnipotens. Et spiritus meus stat in medio uestrum. &, Si quis mi- «
hi aperuerit, ingrediar ego & pater, & mansionem apud ipsum faciemus. Esaias au- «
tem, Et super ipsum spiritus Dei: CHRISTVS uerò,Spiritus Domini super me, «
eo quòd unxit me. Et IESVM à Nazaret quem unxit Deus spiritu sancto:&,Do- «
minus demisit me,& spiritus ipsius. Manifesta est autem & uox Seraphim clamans, «
Sanctus,sanctus,sanctus Deus Sabaoth. Si uerò audiueris,quod per dexteram Dei «
exaltatus est, & promissionem à patre accepit. aut,Iubet,ut expectent promissionem «
patris,quam audiuistis,inquit,ex me. Aut, Quod spiritus ipsum expellit in desertũ. «
aut quod ipse dicit, Ne sitis soliciti quid dicatis, quoniam spiritus patris mei est qui «
loquitur in uobis. aut, Si uerò in spiritu Dei eijcio dæmonia. aut, Qui uerò maledi- «
cit in spiritum sanctum, non dimittetur ipsi,&c. aut, Puer crescebat & confortaba- «
tur spiritu. Aut, IESVS plenus spiritu sancto reuersus est à Iordane. Aut,Reuersus «
est IESVS in uirtute spiritus. Aut,Quod natum est ex spiritu, spiritus est: simile est «
sicut quũ dicit, Quod factum est in ipso uita erat. Aut,Et ego rogabo patrem meum, «
& alium paracletum dabit uobis spiritum ueritatis. Aut, Cur impleuit satanas cor «
tuum, ut mentireris spiritui sancto: dixit Petrus ad Ananiam. Et postea,Non homi
nibus mentitus es,sed Deo. Ergo Deus est ex Deo spiritus sanctus, cui mentiti erant «
illi detracto precio agri. Aut, Manifestatus est in carne, iustificatus est in spiritu: ma «
ius hoc non possum dicere. Deus autem etiam filius: Ex quibus,inquit,est CHRI- «
STVS, quantum ad carnem attinet,qui est in omnibus Deus. Crede,inquit,in Do «
minum IESVM, & saluaberis. Et loquutus est, inquit, ipsis uerbum Domini, «
quumq; perduxisset ille ipsos in domum, apposuit eis mensam,& exultauit cum tota
domo quod credidisset Deo. Aut,In principio erat Verbum,& Verbum erat apud «
Deum,& Deus erat Verbum. Aut, Vt doctrinam patris nostri Dei ornent. Aut, «
Apparuit gratia Dei salutaris omnibus hominibus erudiens nos. Aut, Expectantes «
beatam spem & aduentũ gloriæ Domini & Saluatoris nostri IESV CHRISTI.
Nam idem est ministerium spiritus & Verbi. Attendite autem,inquit, uobis ipsis & «
toti ouili, in quo posuit uos spiritus sanctus episcopos, ut pascatis Ecclesiam Dei: si-
mile est uelut quum dicit, Gratiã habeo qui me potentẽ fecit, CHRISTO IESV «
Domino nostro,quod fidelem me iudicauit, dum posuit in ministeriũ. Cooperatur
itaq; uelut demonstratum est,patri filius,& spiritus sanctus. Verbo enim Domini cœ «
li firmati sunt, & spiritu oris ipsius omnis uirtus ipsorum. Adorandus autem est spiri
tus sanctus. Qui enim adorant Deum,eos in spiritu adorare oportet & ueritate. Si ue
rò cooperantur hæc, creatura creaturam non efficit: neque creata deitas fit,neque in
mensura aut ambitu Deus cognoscitur. Est enim incircumscriptus,incompræhensi
bilis,incõsiderabilis,omnes creaturas complectens Deus. Neque adoratione colen-
da est creatura: Coluerũt enim creaturam præter creatorem,& stulti facti sunt. Quo- «

modo enim non ſtultum eſt creaturam Deum putare, & primùm præceptum reprobare, quod dicit, Audi Iſraël, Dominus Deus tuus, Dominus unus eſt, non erit in te Deus recens. Cæterùm in diuinis ſcriptis uaria ſunt nomina patris & filij & ſpiritus ſancti. Et pater quidem appellatur, pater omnipotens, pater omnium, pater CHRISTI. Filius uerò, Verbum, CHRISTVS, lux uera. Spiritus autem ſanctus, paracletus, ſpiritus ueritatis, ſpiritus CHRISTI. Deus itaq; intelligitur pater, & lux præluſtris, & uirtus, & ſapientia. Si autem lux eſt Deus & pater, lux ergo ex luce eſt filius, & propterea habitans lucem inacceſſibilem. Virtus autem eſt totus Deus, & propterea Dominus uirtutum. Sapientia eſt totus Deus, igitur ſapientia eſt filius ex ſapientia, in quo omnes theſauri ſapientiæ ſunt abſconditi. Vita item eſt totus Deus, igitur uita ex uita eſt filius. Ego enim ſum, inquit, ueritas & uita. Spiritus autem ſanctus ab utriſque, ſpiritus ex ſpiritu: Spiritus enim Deus & deitas donorum dator eſt, ueriſſimus, illuminator, paracletus, conſiliorum patris annunciator. Sicut enim filius magni conſilij angelus eſt, ſic etiam ſpiritus ſanctus. Sed accepimus, inquit, ſpiritum Dei, ut uideamus quæ donata ſunt nobis à Deo, quæ & loquimur, nõ in perſuaſiuis ſapientiæ ſermonibus, ſed in demõſtratione ſpiritus Dei, ſpiritualibus ſpiritualia comparantes. At dicet quis, Igitur duos eſſe filios dicimus. Et quomodo eſt unigenitus? Quinimò tu quis es qui contra Deum ratiocinaris? Si enim filium uocat eum qui eſt ex ipſo, Spiritum uerò ſanctum qui ab utriſque: quæ ſolum fide intelliguntur à ſanctis, lucida, lucem dantia: lucidam ſanè operationem habent, & per fidem lucis conſona ad ipſum patrem fiunt: Audi ô bone, quod pater ueri filij eſt pater, totus lux: & filius ueri patris, lux de luce: non ſicut facturæ aut creaturæ, nomine ſolum: & ſpiritus ſanctus, ſpiritus ueritatis eſt, lux tertia à patre & filio. Alia uerò omnia, adoptione aut appellatione: non ſimilia his actione, aut potentia, aut luce, aut intelligentia, aut lanè uelut dixerit quiſpiam, Filios genui & exaltaui. Aut ſicut dixerit quis, Ego dixi dij eſtis, & filij altiſsimi omnes. Aut uelut dicat quis, Qui peperit glebas roris. Aut uelut dixerit quiſpiã, Ex quo omnis patrum familia in cœlo & in terra. Aut ſicut dicat quis, Ego qui firmo tonitruum, & creo ſpiritum. Non enim uelut reliqui patres aut patriarchæ, uerus ille pater incepit eſſe pater, aut unquam tempore defuit eſſe pater. Si enim incipit eſſe pater: ergo filius aliquando alterius patris, antequàm eſſet ipſe unigeniti pater. Iuxta ſimilitudinem autem dum patres patrum & filij conſiderãtur, in infinita antiquitate uerè patrem inuenire eſt. Neque uelut reliqui filij adoptione, uerus filius adoleſcens eſt, ut ſit filius. Si enim adoleſcens eſt ut ſit filius: erat aliquando tempus quando non erat pater, pater unigeniti. Neque uelut reliqui ſpiritus, ſpiritus ueritatis creatus aut factus eſt. Neque uelut reliqui angeli, magni conſilij angelus uocatur. Illi enim principium habent & finem: hi uerò imperueſtigabile principium ac imperium habent. Et hi creant omnia in infinita ſecula cooperantes patri, illi uerò creantur ab his prout uoluerint. Et illi quidem colunt hos, hi uerò coluntur ab uniuerſis creaturis. Et hi quidem ſanant creaturas. Illi uerò medelam ab his accipiunt. Et illi iudicantur pro merito, hi uerò iudicium iuſtum habent. Et illi quidem tempore ſunt, hi uerò non ſunt in tempore. Et hi quidem illuminant omnia, illi uerò illuminantur ab his. Et hi uocant paruulos in altum, illi uocãtur à perfecto. Et hi largiuntur omnibus, illi dona accipiunt. Et ut in ſumma dicam, Illi hymnis celebrãt ſanctitatem in cœlis cœlorum ac reliquis inuiſibilibus locis, hi uerò celebrantur, & dona pro merito dignis exhibent. Plurimos autem ſpiritus dicit Scriptura, Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignis flammam. Et, Omnes ſpiritus laudate Dominum. Cæterùm dignis dantur dona diſcretionis ſpirituum. Aliqui enim cœleſtes ſunt, gaudentes ueritate: aliqui terreſtres, ad fraudem & errorẽ appoſiti: aliqui ſubterranei, abyſſi & tenebrarũ filij. Ipſum enim Euangelium dicit eos rogaſſe, ut ne mitteret eos in abyſſum.

Nomina uaria patris & filij & ſpiritus ſancti.

Pater, quomodo pater.

Spiritus multi in Scriptura.

ſum. Similiter autem & ſpiritibus imperat, & ſpiritus expulit uerbo, & non permiſit ipſos loqui. Dicitur autem ſpiritus iudicij, & ſpiritus combuſtionis. Et dicitur ſpiritus mundi: Nos uerò, inquit, ſpiritū mundi non accepimus. Sed & ſpiritus hominis. « Quis enim hominum nouit ea quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis? Et ſpiritus « uadens ac non reuertens. Nam ſpiritus pertranſijt in ipſo, & non exiſtet. Et deſtrues ſpiritum ipſorum, & deficient. Et ſpiritus prophetarū prophetis ſubduntur: Ecce ſpiritus falſus ſtetit coram Domino. & dixit ipſi, Per quid decipies Achaab? Et ero, inquit, ſpiritus falſus in ore falſorum prophetarum. Dicitur porrò & ſpiritus compunctionis eſſe, & ſpiritus timiditatis, & ſpiritus Pythonis, & ſpiritus ſcortationis, & ſpiritus procellæ, & ſpiritus uerboſus, & ſpiritus debilitatus, & ſpiritus immundus, & ſpiritus ſurdus, & ſpiritus mutus, & ſpiritus uix loquens, & ſpiritus ualde horrēdus, qui uocatur Legio, & ſpiritualia nequitiæ. Infinita autem ſunt eloquia ſapientibus de ſpiritibus. Sicut enim multi filij adoptione, aut appellatione, non ueritate, eo quòd principium habent & finem, & hoc per peccatum: Sic etiam ſpiritus multi adoptione aut appellatione, etiamſi peccato nō careant. Verùm ſanctus ſpiritus ſolus appellatur à patre & filio, ſpiritus ueritatis, & ſpiritus Dei, & ſpiritus CHRISTI, & ſpiritus gratiæ: largitur enim unicuiq; bonum diuerſimode, alteri ſpiritum ſapientiæ, alij ſpiritum cognitionis, alij ſpiritum fortitudinis, alij ſpiritum ſanationū, alij ſpiritum prophetiæ, alij ſpiritum diſcretionis, alij linguarum, alij interpretationum, & reliqua dona uelut ait, Vnus autem & idem ſpiritus eſt qui diuidit unicuique ut uult. Quoniam « ſpiritus tuus bonus deducet me, inquit Dauid. Et, Spiritus ubi uult ſpirat: ſubſtantiā « ſancti ſpiritus per talia nobis oſtendens: Et uocem eius audis, ſed nō ſcis unde uenit, « aut quò uadit. Et niſi nati fueritis ex aqua & ſpiritu: ſimile eſt illi, quod Paulus dixit, In CHRISTO enim IESV ego uos genui. & de hoc dicit Dominus, Quum uenerit paracletus quem ego mittam uobis, ſpiritū ueritatis, qui à patre procedit, ille « teſtimonium præbebit de me. Et adhuc multa habeo quæ dicam, ſed nō poteſtis portare nunc: ubi uerò uenerit ille ſpiritus ueritatis, deducet uos in omnem ueritatem. Non enim loquetur à ſeipſo, ſed quæcunque audiet loquetur, & uentura annunciabit uobis: Ille me glorificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit uobis omnia. Si itaq; à patre procedit, & ex meo (inquit Dominus) accipiet, Quemadmodum nemo « nouit patrem niſi filius, neque filium niſi pater. Sic auſim dicere, Quod neque ſpiritum, niſi pater & filius, ex quo procedit, & à quo accipit: & neque filium & patrem, niſi ſpiritus ſanctus, qui uerè glorificat, qui docet omnia, qui teſtificatur de filio, qui ex patre & ex filio ſolus dux eſt ueritatis, legum expoſitor ſanctarum, legis ſpiritualis enarrator, prophetarum doctor, apoſtolorū magiſter, Euangelicorum dogmatum luminare, ſanctorum electror. Lux uera ex uera luce, eſt filius naturalis, filius uerus, filius genuinus, ſolus ex ſolo: cum ipſo etiam ſpiritus. ſed ſpiritus qui nominatur, hic Deus eſt qui glorificatur, ſemper in Eccleſia pater, ſemper filius, ſemper ſpiritus ſanctus, ſemper altus alti, & altiſſimus, intellectualis, gloriam habens immenſam, quo inferiora ſunt creata & facta: in ſumma omnia quæ intelliguntur, & ſingula quæ mente comprehenduntur. Deitas autem una in Moſe maximè denunciatur, dualitas in prophetis ualde prædicatur, Trinitas autem in Euangelijs manifeſtatur, amplius iuxta temporum occaſiones ac generationes conueniens iuſto in cognitionem ac fidem. cognitioq; hæc immortalitas ex fide dicitur, hæc adoptio in filios fit. Verùm primùm iuſtificationem carnis enarrat, uelut ambitum templi externum excitans in Moſe. Secundas uerò iuſtificationes animæ exponit, uelut ſancta ornans in reliquis prophetijs. Tertias autem iuſtificationes ſpiritus, uelut propiciatorium & ſancta ſanctorum concinnans in Euangelijs ad ſuam habitationem. Tabernaculum uerò ſanctum, templum ſanctum, ipſum iuſtum habet ſolum qui in his uerſatur. Habitat autem in

Iuſtificatio triplex.

ipso una deitas infinita, una deitas incorrupta, una deitas imperuestigabilis, incomprahensibilis, inenarrabilis, inuisibilis, seipsam cognoscens sola, seipsam demõstrans quibus uult, testes sibiipsi excitans, uocans, præsiniens, glorificans, ex inferno exaltans, sanctificans, uniens rursus ad suam ipsius gloriam ac fidem tria hæc, cœlestia, terrestria, & inferna: spiritum, animam, carnem: fidem, spem, charitatem: præterita, præsentia, futura: seculum seculi, secula seculorum, sabbata sabbatorum: circunciſionem carnis, circunciſionem cordis, circunciſionem CHRISTI in exuendo corpus peccatorum. In summa, purificat sibiipsi omnia, inuisibilia & uisibilia, thronos, dominationes, principatus, potestates, uirtutes. In omnibus autem eadem uox sancta à gloria in gloriam, Sanctus, sanctus, sanctus clamans, patrem in filio, filium in patre, cum sancto spiritu: cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen. & dicat qui sic credit, Fiat, fiat. Et de Trinitate quidem ac coessentialitate Dei patris & filij & spiritus sancti, uobis qui debiles estis ac idiotæ, citra fucum & citra humana commenta, testimonijs ex diuinis scripturis collectis, quo ad manum sint fidelibus, & falsam fidem ac uanam opinionem habentibus se opponere possint, ex parte coaceruauimus. Multa enim est fidei in spiritu sancto uirtus, in omnibus diuinis scripturis diuersimode prædicata. Quandoquidem uerò salutis nostræ securitas, est certa confessio de Saluatoris nostri incarnatione & aduentu in carne, & confirmatio spei de resurrectione mortuorum, & nostra regeneratione: rursus etiam ipsi parum quid huic nostro labori, ex ipsis diuinis scripturis apponemus, his qui exactius rem hanc cognoscere uolunt. Etenim quemadmodum iam in superioribus didicimus, ipse Dominus noster in Euangelio suo ad discipulos suos dixit, Euntes baptisate omnes gentes in nomine patris & filij & spiritus sancti, docentes ipsos seruare mandata quæ præcepi uobis: Ipsum sanctum uerbum quod in substantia existit, quod ex patre prodijt, per quod secula facta sunt, per quod tempora & temporum momenta. Non enim erat temporis momentum, neq; tempus ante filium. Si enim erat tempus ante filium, utique maius est tempus filio: Et quomodo per ipsum omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est? Quoniam si quid factum est, per ipsum factum est. Ipse uerò increatus est, & semper existens. Quia pater semper erat, & sanctus ipsius spiritus semper erat. Si enim erat tempus ante filium, quæritur sanè rursus per quem tempus ante filium erat: & infinita de cætero cogitationem nostram peruertent, ad imaginationem intus in hominum opinione latentem, aut potius ad cogitationum scortationem, & minimè ad castimoniam. Non erat igitur tempus ante filium. Nam non per tempora filius factus est, sed per filium tempora, & angeli, & aliæ omnes creaturæ. Non erat aliquando tempus quando non erat filius, neque erat aliquando quando non erat spiritus. Cæterùm aliqui perperàm legentes, & lectionem distinguere nescij, in eo quod dicit, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: hucusque dictum deponentes, & blasphemiæ suspicionem in spiritum sanctum accipientes, circa lectionem falluntur & errant, & à lectionis errore claudicant, & ad blasphemiam se conuertunt. At ipsa lectio sic se habet, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est in ipso: hoc est, si quid factum est, per ipsum factum est. Itaque pater semper erat, & spiritus ex patre ac filio spirat: & neque filius creatus est, neque spiritus. Quæ uerò post patrem & filium & spiritum sanctum sunt, omnia creata sunt & facta: & quum non fuerint unquam, facta sunt à patre & filio & spiritu sancto, per semper existens Verbum, cum semper existente patre. Per ipsum itaque Verbum omnia creata facta sunt, per regem illum cœlestem, per Verbum in substãtia existens, ipsum Saluatorem ac benefactorem nostrum. Ipse enim Saluator sanctus est, qui de cœlis descendit, qui in officina uirginis salutem nostram operari dignatus est, qui ex Maria rursus genitus est, per spiritum sanctum conce-

Salutis nostræ securitas, ubi sita.

Ioannis euangelistæ lectio declarata.

Christi delineatio.

conceptus. Qui carnem accepit,& Verbum caro factum eſt. Qui natura non immutatus eſt. Qui cum deitate ſuſcepit humanã naturam, perfectus exiſtens à patre. Qui perfectam diſpenſationem impleuit, & uenit in mundum propter nos,& propter noſtram ſalutem. Qui carnem & animam humanam accepit, perfectus exiſtens à patre, & in carne inter nos uerſatus eſt, non apparentia, ſed ueritate. Qui perfectum hominem in ſeipſum efformauit ex Maria deipara per ſpiritum ſanctum. Non ut qui in homine habitarit, uelut in prophetis loqui ſolet, inhabitaréq; per uirtutem ac operari, ſed ipſum Verbum caro factum eſt, non mutatus eo quòd ſit caro, non tranſmutata deitate in humanam naturam, ſed cum proprio corpore ſuæ deitatis,& cum propria ſubſtantia Dei Verbi in ſubſtantia exiſtentis, complexus ut ſit homo. Hominem autem dico perfectum, quæcunque in homine, & qualiter homo, & ſi quid eſt homo: hunc uenit & accepit unigenitus, quo in perfecto homine, perfectè totum negocium ſalutis Deus ipſe exiſtens operaretur, ita ut nihil hominis relinqueret, ut ne relicta pars, rurſus in partem eduli diaboli cederet. Et ſi dixerint aliqui quod carnem ſolam accepit,animam uerò minimè, fabuloſa applicantes,& ſcripturam in fabulas euertentes ex dicto hoc,Nos autem mentem CHRISTI habemus:ex ipſo hoc dicto deprehendunt, quod hi qui dicunt, Nos autem mentem CHRISTI habemus:eandem mentem habuerunt, & hanc non expuerunt. Si uerò propriam habentes unà cum CHRSTI mente,ambabus ſatiebãtur, CHRISTI mente meliores facere potente, ipſorum uerò mente rectè intelligente: idem etiam in CHRISTO cognoſcãt, quod quum eſſet Deus, & in ipſo eſſet mens, habebat hominis mentem cum carne, & animam accepit: & nequaquam uelut homo ipſam euertebat,uerùm ipſe mentis ornator & corrector & meliorem ipſam efficiens fiebat. Sicut enim carnem accepit à carne non ſuperatus, ita etiam mente accepta, à mente non ſuperatus eſt. Itaque uice uerſa & amplius tales in contrarietatem grauiter incidunt. Surſum enim ac deorſum diuinæ Scripturæ palàm clamant, non contra mentem grauia pronunciantes, ſed contra carnem. Carnis enim fructus ſunt, inquit, ſcortatio,adulterium,petulantia, & his ſimilia. Et qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Et,Caro concupiſcit contra ſpiritum. At uerò de mente dicit, Pſallam ſpiritu, pſallam & mente: &, Mens mea infructuoſa aut fructuoſa eſt. Poſuit enim mentem,quam Scriptura cor appellare ſolet, ducem,ut ita dicam, & aurigam totius uaſis, diſcernentem bona & mala,approbantem ea quæ in nobis bene fiunt. Mens enim uerba diſcernit. Gula uerò cibos guſtat. Vim enim diſcernendi mens in homine habet,nondum autem aſſentiendi,ſi non in mutationem ſeipſam dederit. Quid igitur uiſum eſt quibuſdam ut hanc ab incarnatione Domini eiecerint? Quid uerò uitæ profuerunt,quum magis in ſeditionem ipſam mutarint? Aut quid hoc obfuit nobis,aut profuit,ut ita dicam, quo auxiliarentur CHRISTO, uel ut beneficium præſtarent ipſi magnum hoc, & dicerent ipſi, Non accepit mentem? Galatæ equidem ſtolidi, & Cretenſes ſemper mendaces, & Ephraim columba demens: Dominus autem noſter in uitam incarnatus omnia perfectè aſſumpſit, imò potius ipſe ſuiipſius corporis plaſtes fuit, ipſe ſibiipſi accipiens aut indens animam. Cæterùm aliqui defectuoſum facere uolentes CHRISTI in carne aduentum, & perfectam in ipſo diſpenſationem, haud ſcio qua cogitatione inducti, non rectè dixerunt CHRISTVM mentem non accepiſſe: ſubſtantiã autẽ hi mentem eſſe putant, & natura dicere audent id quod in Scriptura dici ſolet, In homine ſpiritus: uelut dicit Apoſtolus, Vt integer uobis ſpiritus & anima & corpus, in die Domini noſtri IESV CHRISTI ſeruetur. Errant igitur. Si enim eſt mens ſpiritus, & ſpiritus mens, uelut etiam ipſi putant, Anima uerò alia eſt à mente & à ſpiritu: non amplius duæ ſubſtantiæ erunt in homine in una

Cor pro mente.

Mentẽ Chriſtum accepiſſe negantes.

ſubſtantia contractæ: non amplius in ſubſtantia erit ſola anima, & in ſubſtantia corpus: Sed reperimus de cætero quatuor, Mens una eſt ſubſtantia, anima alia ſubſtantia, ſpiritus alia ſubſtantia, corpus alia ſubſtantia. Et ſi rurſus perſcrutemur, adhuc plures erunt. Quandoquidem enim plura nomina poſſidet homo, & internus homo, & externus homo: etiam hæc omnia ſpirituali intelligentia dixit Scriptura, cogitationem noſtram conſtringens, ut nihil ſalutis relinquamus, neque occaſio nobis fiat à propoſito excedendi. Sunt enim hæc in homine, uerùm non oportet curioſe perſcrutari. Attamen iuxta illorum rationem, Si mens eſt ſpiritus, & ſpiritus mens: hæc autem extra animam ſunt: qua ratione rurſus dicit, Pſallam ſpiritu, pſallam & mente? Per hoc enim oſtendit ſpiritum non eſſe mentem, neque mentem ſpiritum. Deinde rurſus, Anima peccans ipſa moritur: non exempto corpore pronunciauit. Erant enim, inquit, in naui fermè ſeptuaginta animæ. Et omnino animæ non erant abſque corpore, ſed corpora cum animis. Et rurſus ſolet hominum conſuetudo uocare hominem uno nomine: nempe quum dicit, Dominus eſt octoaginta corporum: non omnino abſque animis. Verbum itaq; caro factum eſt: non abſque anima, non abſque reliquo toto negocio & apparatu. Non enim quum dicit Anima, abſque corpore pronunciauit. Neque quando dicimus corpora, abſque anima eſſe intelligimus. Quid igitur uiſum eſt quibuſdam dicere uolentibus, mentem à CHRISTO electam eſſe? aut quid hoc Eccleſiæ profuit? aut cur non potius turbauit? Quomodo uerò non defectuoſam facit noſtram ſalutem, qui talia cogitat? Nos enim non poſſumus intelligere, aliud mentem eſſe: neque hanc per ſe ſubſtantiam eſſe poſſumus affirmare, ſed quod compoſitum eſt & rationale & ſapiens in ſingulis delictis, uelut ſi dicas, Cogitationem hominis. Sicut enim oculi ſunt in corpore, ita mens in anima. Rurſus porrò neq; hoc contentioſe aſtruimus, ſed ſimpliciter intellectualem in hominibus partem eſſe aſſerimus. Quid igitur eſt homo? Anima, Corpus, Mens: & ſi quid eſt aliud. Quid igitur ut ſaluaret, Dominus uenit? omnino hominem perfectum. Igitur omnia quæ ſunt in ipſo, perfectè accepit. Alioqui unde hæc in ipſo implebantur quæ in hominem contulit, à mente & corpore ac anima & uniuerſa incarnatione, excepto peccato. Nam & uaticinabatur, & ratiocinabatur, id quod claré nobis ſuggerit diuina Scriptura, dicens, Ecce intelliget filius meus dilectus quem elegi, in quo bene complacitum eſt animæ meæ, ponam ſpiritum meum, &c. Ipſa igitur intelligentia ubi impletus eſt? ſiquidẽ in deitatẽ, manca ergo eſt deitas intelligentia. Abſit. hæc enim in dominicum hominem impletur. Si uerò in dominicum hominem impleta eſt, quomodo intelliget incarnatio quæ ſine mente eſt? impoſſibile hoc eſt. Si enim omnino uox, intelliget, ad CHRISTVM refertur: CHRISTVS autem ex ſupernis eſt Deus Verbum, caro uerò factus ex Maria, & homo factus nobiſcum conuerſatus eſt, uelut ſcriptũ eſt. Ergo citra ambiguitatem unà cum mente diſpenſationem ſuſcepit. Nam huic cõuenit intelligentia. Propter hoc enim de ipſo dicit Euangelium, Proficiebat ſapientia & ætate. Deitas non ſuſcipit ætatem, neque ſapientia caret, quæ tota ſapientia exiſtit. Verùm ſapiẽtia proficiebat Saluatoris humana natura, non mentis exors, quandoquidem neque falli potuit. Et ætate proficiebat, quum re-
uera puer creſceret. Si uerò propterea quod mentem accepit, ipſum peccatum conſequenter ponit: igitur potius hoc conſequetur, Si demus ipſum accepiſſe carnem, ſine qua peccatum non perficitur. Manifeſta autẽ ſunt opera carnis penitus, quoniam
» damus, & in carne peccauit, carne accepta. Noui enim, inquit Apoſtolus, quod non habitat in me aliquid boni, hoc eſt in carne mea. Quis uerò audebit dicere, propterea quod Saluator carnem aſſumpſit, à carne abductum eſſe, ita ut bruta carnis opera perfecerit, iuxta totius uaſis proprij conſequentiam? quem tamen uilem & huma-

Spiritum & mentem eſſe diuerſa.

Animæ appellatio, itemq; corporis, quo modo accipienda.

Homo quid ſit.

nam

nam carnem habuisse constat, sed in nulla re lapsantem? Deus enim Verbum ex supernis à patre progressum, quum uoluisset in carne nasci, frenabat uas ipsum, & sicut uolebat, cohibere ipsum ab omni inutili carnali turba potuit. Si uerò uolebat, remittebat. Remittebat autem ad rationales & decentes ipsius deitatem corporales necessitates. Neque enim quum haberet mentem in ueritate, quemadmodum totam incarnationem in ueritate, mens distendebatur ad irrationales concupiscentias: Neque ea quæ carnis sunt, similiter ut nos faciebat aut cogitabat. Verùm ut Deus in carne uera genitus ex uirgine Maria, & carne & anima faciebat, itemq; mente: & toto uase in hominum genere conuersabatur ex supernis ex patre in substantia existens Deus Verbum. Cæterùm ne cauillentur aliqui abusiuè hoc dictum esse: uelut illud, Intellige clamorem meum. Illud enim abusiuè propter preces datum est, & manifestus est usus. Verùm exemplum carnalis ipsius aduentus per prophetas prædictum est. Nam hoc, & proficiebat ætate: uerùm est. At quid tales se dicere putant? Si dixerimus CHRISTVM perfectum hominem ex Maria natum, nunquid suspicabimur ipsum peccatis subiectum fuisse? Absit. Peccatum enim non fecit, neque inuentus est dolus in ore ipsius. Si enim uirtutem suam sanctis insufflauit, & hi quibus inspirauit testantur, quod erant sancti, iusti, progressi in diebus suis citra reprehensionem: quanto magis ipse, in quo omni deitatis plenitudini habitare complacuit corporaliter, etiamsi carnem ueram accepit ex Maria semper uirgine, & animam uerè humanã, & mentem, & si quid aliud est in homine: ipse in seipso habens uniuersa, continuit Deus existens, non diuisa ad maliciam, non fracta à maligno illo, non capta uoluptate, non cadentia sub delictum Adæ. Et propterea dicit Apostolus, Factus ex muliere, factus sub legem. Et rursus, In habitu inuentus ut homo. At uoces in habitu, & factus, & sub legem, per utraq; collectæ, perfectionem significant, ac ab affectibus peccati alienitatem. Nam ex uoce factus, quod sit perfectus indicatur: ex uoce sub legem, quod non in apparentia: ex uoce in habitu, formæ firmitas: ex uoce ut homo, à peccato alienitas. Hæc igitur quum sic habeant, nemo nos decipiat uanis fabulis. Si enim supernè uerè genitus est à patre, etiam natus est ex Maria: & supernè uerax est & inferne. Et si supernè imperfectus est, etiam infra imperfectus est. Si uerò supernè perfectus est, etiam infra perfectus est. & non in alio perfecto habitauit, sed in seipsum omnia perfecit. Et resurrexit ex mortuis, non amplius partitus in monumento in corpus, & deitatem, & animam in infernis, non amplius sub tactum cadens, non amplius abstinens, sed ingrediens foribus conclusis, contrectatus tamen à Thoma, ut ne imaginatio putaretur, sed ueritas. Qui à Thoma creditus est, ubi impletum esset quod prædictum est, Manibus meis Deum requisiui, & non sum deceptus. Idem Deus, idem homo, qui non confusionem operatus est, sed duo miscuit in unum, non ad interitum cedens, sed corpus terreum unà cum deitate potens efficiens, in unam uirtutem uniuit, in unam deitatem collegit, unus existens Dominus, unus CHRISTVS, nõ duo CHRISTI, neq; duo Dei. In ipso corpus spirituale, in ipso deitas incompræhensibilis, quod passum est, incorruptum: quod passionis exors est, incorruptibile: Incorruptibilitas in totum. Deus Dominus sedens in dextra patris: non relicta carne, sed in unum counita, & in unam in totum deitatem, sedens in dextra patris. Hic igitur unigenitus, perfectus, increatus, immutabilis, inalterabilis, nulla intelligentia compræhensibilis, inuisibilis, qui homo factus, inter nos uersatus est, & spiritualiter resurrexit, & non amplius moritur, non amplius inops est, qui propter nos inops fuit, quum diues esset, qui totus spiritus est, qui carnale & diuinum unit, Dominus unus, rex, CHRISTVS, filius Dei, qui sedet in dextera patris super omnem principatum ac potesta-

Christus peccati exors.

tem, & uirtutem, & omne nomen quod nominatur: hic dicit in Euangelio, Euntes baptiſate omnes gentes in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti: atque hoc in medio ipſorum exiſtens, non ſignificauit coniunctionem eſſe filium patri, ſed patrem nouit patrem uerum: & ſeipſum uerùm demõſtrauit in ſubſtantia exiſtens Verbum: & ſpiritum ſuum ſanctum in ſubſtantia exiſtentem ſpiritum, & ſpiritum ueritatis, increatum, immutabilem, inalterabilem. Non ſicut quis ſuſpicari poſſit, qui doloſe ad fidem feratur, & pedes ſuos occultet, & aſtutè ſe erga ueritatem gerat: Scrutatur enim corda & renes Deus. Et dicit nimirum hæreticus, Credo quod pater eſt pater, & filius filius, & ſpiritus ſanctus ſpiritus ſanctus: & confiteor tres ſubſtantias in una eſſentia. Non autem aliam dico eſſentiam præter deitatem, non aliam deitatem præter eſſentiam. At propter exactum adeò ſermonem faciendum, eſſentiam uocamus, ut ne aliam atque aliam ſpeciem deitatis ipſius Trinitatis dicamus. Talis enim aſtutè ueluti dixi abſconditus, etiam rurſus doloſe dicit, Credo quod pater, pater: filius, filius: ſpiritus ſanctus, ſpiritus ſanctus. Verùm opinionem talem occultatam habet, & uelut à nobis aſſimilans in ſeipſo dicit: nempe, Sicut ego habeo corpus & animam & ſpiritum humanum, ſic etiam deitas. Pater quidem, ut ita dicam, eſt ſpecies, filius uerò, ſicut in homine anima, ſpiritus autem, ſicut quod inſpirat per hominem. Quidam enim doloſe agunt, & ſic de deitate iudicant. Nos autem non ſic didicimus. Verùm ecce pater in cœlo per uocem teſtatur. Ecce filius in Iordane, ecce Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ deſcendens figurabatur: imò per ſeipſum figurabatur, ut qui per ſe ſubſtantia exiſtat, non diuerſa à patris & filij, ſed eiuſdem eſſentiæ. Rurſus aliter, Ecce pater ſedet in cœlo. At uocem ſedet, ne rurſus humano more accipe, ſed talem quæ nec enarrari nec compræhendi poſſit, intellige. Et non dixit, Redijt filius in patrem, ſed ſedet in dextra patris. Et rurſus de ſpiritu ſancto dicens unigenitus docuit, Ego abeo, ille ueniet ſpiritus ſanctus, ſpiritus ueritatis. Si ego non abiero, etiam ille non ueniet. Si uerò erat ſpiritus coniunctio cum ipſo filio, non utique dixiſſet, Abeo & ille ueniet. Verùm ut indicet ſubſtantiam & ſubſtantiam. Vna enim eſt deitas, unus Deus, una ueritas. Atque ſic ſcripſi ei qui cupit uitæ noſtræ conſequentiam, & firmam confeſſionem à lege ac prophetis, & Euangelijs atque Apoſtolis, & temporibus apoſtolorum, uſque ad noſtra tempora in catholica Eccleſia impolluté ſeruatam: uerùm per inuidiam ſeditionis unius ac ueræ fidei, iuxta temporis aliam atque aliam occaſionem, per hæreſes eandem fidem & ſpem ac ſalutem noſtram perſecutionem paſſam, ita tamen, ut durarit in ſua ueritate, quum hæreſes ſingulis temporibus ſeipſas polluant, & ab Eccleſia abalienent. Quemadmodum etiam recens rurſus audimus quoſdam qui primas ſibi ferre uidentur apud quoſdam pietatis in Ægypto exercitatores, itemq; in Thebaide, atque alijs regionibus: & ſimilia Hieracitis ſentiunt ac dicunt, reſurrectionem quidem carnis noſtræ affirmantes, non autem huius, ſed alterius cuiuſdam pro ipſa. Quum uerò tales à uera uia diſceſſerint, & ueritatem Dei ad fabulas conuerterint, itemq; firmam ſpem noſtram euerterint, ea de cauſa etiam de hoc rurſus dicere cogimur. Increduli equidem totum reſurrectionis negocium negant. Verùm falſam fidem habentium, & impurè ac ſtolidè à uera ſpe elapſorum eſt, ſic de reſurrectione ſentire. Et Græci quidem ſunt qui penitus reſurrectionem negant, propter impietatem multitudinis iniquitatum, quæ apud ipſos fiunt. Odio enim habent reſurrectionem, per quam pudore confundentur, quod Deum ignorarint, & ipſius mandata. Veruntamen reſurgent, etiamſi nolint, & uniuerſa creatura palàm ipſos redarguit, ſingulis diebus reſurrectionis ſpeciem oſtendens. Occidit enim dies, & mortuorum modum innuimus per ſoporem. Exoritur dies nos expergefaciens, & re-

Trinitatis falſa opinio.

Hieracitæ.

Reſurrectionis ratio.

& resurrectionis signum demonstrans. Decerpuntur fructus,& status rerum exscin
ditur, ita ut hinc nostri discessus facies præstituatur. Seminatur terra & germinat:
quoniam fracta post sectionem resurgent. Locusta moritur, ubi quandam suijpsius
fœturam abiectam in terra defodit, & post tempus terra reddit ea quæ defossa sunt.
Semina fructuum seruntur, & primum moriuntur, deinde perficiuntur. Nisi enim
mortua fuerint, non uiuificantur. Signacula in nobis fecit Deus per ungues decem
& decem, qui de resurrectionis nostræ spe testimonium præbent. Sed & uelut per co
ronam capilli, resurrectionem nostram declarauit. Nam quod in nobis mortuum
corpus uidetur, hoc est pili, singulis uicibus resecti rursus pululant, resurrectionis
spem indicantes. Et innumera dici possunt ad incredulorum certitudinem ab exem-
plis. Verùm non persuasit hos palumbes auicula, neque myoxus animal. Moritur *Myoxi & pa-*
enim hoc semestre, & palumbes in diebus quadraginta. & rursus post tempora sua *lumbis natu-*
reuiuiscunt. Scarabæi morti uicini, in pila stercoris seipsos occultant, talem pilam in *ra.*
terra sepelientes ac defodientes, atque sic ex suo ipsorum humore rursus reuiuiscen-
tes comperiuntur. Cæterùm de phœnice Arabica auicula dicere superfluum est. Iam
enim ad aures multorum peruenit, credentium & non credentium. Historia autem
de ipso talis apparet. Quingentesimum annum agens, ubi cognouerit tempus mor-
tis suæ instare, rogum ex aromatibus sibi construit, eaq; in urbem Ægyptiorum He *Phœnicis*
liopolim appellatam defert, & proprijs pedibus ac alis pectora sua ualde pulsans, *historia.*
ignemq; à corpore suo proferens, subiectam materiam in loco incendit, atque sic se-
ipsum exurit, & omnes carnes suas unà cum ossibus. Verùm ex Dei dispensatione
nebula demittitur, quæ pluuiam effundit, & flammam corpus alitis consumentem
extinguit, quum mortuus iam sit phœnix & extreme tostus. Extincta autem flam-
ma, reliquiæ carnis ipsius adhuc crudæ restāt, quæ ad unum diem dissipatæ uermem
gignunt. Vermis autem pennas producit, pullus euadens. Tertia uerò die crescit,
& accepto incremento, his qui in eo loco uersantur seipsum ostendit, & rursus ad
propriam patriam recurrit ac quiescit. Porrò admiratio animum meum subit, de in-
incredulorum Græcorum atque aliorum Barbarorum decepta per omnia mente:
quod in fabulis suis non uerentur resurrectionem omnibus declarare, & de resurre
ctione sæpe canere, uelut fabulæ ipsorum describunt. Alcestim quidem Peliæ filiam *Poetarum fa-*
mortuam esse, propter uirum suum Admetum, & propter Herculem, post triduum *bulas resurre*
uerò resurrexisse, & ex adytis eductam esse. Pelopem uerò Tantali filium, ubi car- *ctionem ad-*
nes ipsius distributæ essent à proprio eius patre & Amphiarao, falsò appellatis ipso- *struere.*
rum deis. Et Euclees ab Æsculapio resuscitatus est. Et Castor propter Pollucem
fratrem suum, qui ultrò ipsi uitam alternis diebus alterare uoluit. Et Protesilaus
propter Laodamiam. Sed & Sisyphum, & Tantalum,& Caucasi filias, quas Eryn
nias uocauerunt, & unà cum his Tiresiam, in tartarum detrusos esse tradunt, at-
que illic pœnas dare, illum quidem per saxum, hunc per rotam, & alios aliter sup
plicio affectos esse, & adhuc in supplicio esse, uelut qui non ad interitum sint re-
dacti, uerùm sint in corporibus. Si enim corpora non haberent, quomodo sub
petram & rotam supplicijs traderentur. Et multa de his dici possent ad confirman
dam nostram fidem, atque ipsos redarguendos. Sed & qui ex hæreticis proficiscun
tur, similia his canunt, & à fide aliena, in eo quod aliqui hæretici dicunt, non cor-
poris, sed animæ resurrectionem fore. Eodem modo autem etiam prædicti Græci
idem putant, ac cum illis opinantur, ut sint uerba ipsorum nugacia, motus gratia
magis profusa. Si enim resurrectionem asserūt hæreses, & omnino resurrectionem
esse putant, uerùm de anima hanc decernunt, stolidum est hoc ipsum. Quomo-
do enim anima resurget quæ non cecidit? Non enim sepelimus animas in monu-
mentis, sed corpora. Animæ enim non cadunt, sed carnes, quemadmodum etiam
consue-

Cadauerum appellatio.

consuetudo mortua corpora cadauera appellare solet. Itaq; si resurrectionem ipsi con fitentur, omnibus manifestum est quod non animæ, sed corporis lapsi. At uerò Græ ci rursus redarguuntur resurrectionem in totum negantes, deferentes in monumẽta cibos ac potus. In pandemis, hoc est popularibus appellatis diebus, edulia quidem in totum exurunt, uina uerò libant, nihil commodi mortuis ex hoc afferentes, imò po tius seipsos lædentes. Veruntamen coguntur à consuetudine confiteri mortuorum

Græcorũ ritus circa defunctos.

resurrectionem. Nam ubi posita sunt corpora defunctorum, accedunt & inclamant nomina proferentes sepultorum mortuorum, Resurge (dicẽtes) tu, comede & bibe, & lætare. Et si quidem animas illic putant permanere, ubi reliquiæ mortuorum sepul tæ sunt: passionis exors est talis animarum expectatio, permanent enim isthic in futu ram diem & resurrectionem regenerationis, donec composita & coniugata ipsorum receperint corpora, etiamsi abominentur Græci carnem ut uilem & quæ penitus dissi petur, ac spem nõhabeãt reuiuiscendi. Si uerò non hoc modo id faciunt, qua ratione animas essentia corporũ meliores illigantes, damnationi magis obijciunt, opinione hæc decernẽtes, & assident mortuis reliquijs? Aut ob quam spei expectationem per maneant, dicant? At manifestum est quod nõ animas putent esse in monumentis, sed in custodijs quibusdam unicuiq; animæ à Deo destinatis, pro uitæ transactæ digni tate, & pro factorum merito. Corpora uerò unusquisq; proximi sui proprijs mani bus in corporum siue ossium loculis deposuit. Bonum autẽ fuerit apud omnes unam esse opinionem de his, & consequentiam, ex his quæ undiquaque in confesso sunt. Verùm apud incredulos uice uersa quæ uera sunt negantur, & quæ in Deo possibilia sunt, in spem apud ipsos non corroborantur. At de his satis dictum esse puto, paucis è multis exemplis à nobis productis. Cæterùm de his qui Christiani esse uidentur,

Origenis opinio de resurrectione mortuorum.

uerùm Origeni credunt, & mortuorum quidem resurrectionẽ confitentur, tum car nis nostræ, tum corporis Domini, sancti illius ex Maria assumpti, hanc autẽ carnem non resurgere dicunt, sed aliam pro hac ex Deo dari: quomodo non dixerimus ma gis impiam alijs habere ipsos opinionem, & stolidiorem quàm est Græca? Primùm equidem si alia pro hac resurgit, iuxta ipsorum sermonem, non iustum est Dei iudi cium, quod aliam carnem pro ea quæ peccauit iudicat, aut aliud corpus in gloriam hæreditatis & regnum cœlorum infert, pro eo quod in ieiunijs ac uigilijs & persecu tionibus propter nomen Dei fatigatum est. Quomodo uerò etiam anima sedebit so la, iuxta hæreticorum rationem, non præsente corpore quod simul peccauit? Contra dixerit enim talis anima iudicio Dei, asserens corporis fuisse peccata. Habet etiam de monstrationem, iuxta contentiosam rationem, sed non in ueritate. Potest enim di cere, Non ego peccaui, sed corpus. Ex quo enim egressa sum de corpore, neque scor tata sum, neque adulterium commisi, non furtum feci, non occidi, non simulachra co lui, non quidquam mali & intolerabile perpetraui: & rationi consentanea reperietur ipsius defensio. Quum autem rectè se ipsa excusset, quid dicemus? cessat ergo Dei iudi cium? Imò iniustè infert Deus iram contra homines? Absit. Nouimus autem quod omnia Deo possibilia sunt, & potest & corpus proferre absque anima, & corpora deleta rursus reuiuificare potest, mouereq; ipsa à seipsis sine animis, si ita uelit: quem admodum etiam iam circa sanctissimum Iezechielem talem dispensationem fecit. Di xit enim sancto prophetæ, Dic fili hominis, Congregabitur os ad os, & iunctura ad iuncturam. Et admiranda erat Dei potentia, quod nõdum immissis animis, sed siccis existentibus ossibus, non solum uim motus habebant, ob Dei efficaciam, sed & intelli gentia repleta sunt ossa, & cognitione non uulgari. Non enim pedum ossa per ob uionem ad caput accedebant, neque colli uerticula circa talorum iuncturas errantes locum quærebant, sed singula ossa & mouebantur & uadebant iuxta intelligentiã, & ad suam iuncturam accedebant. Si itaq; uult Deus, potest & corpora sine anima susci

tare.

tare. In hoc enim potentiam ſuam oſtendit, quod uidelicet id quod apud homines deſperatum eſt, primum reſuſcitat, per hoc quod Iezechieli præcepit. Et non dixit, Dic fili hominis ut primùm ueniat ſpiritus: ſed poſtquàm facilè factum eſt quod difficile erat, propter fidem, corpora uidelicet coniungi: tunc præcepit ut animæ in ipſa corpora ingrederentur. Et ſurrexit, inquit, multa congregatio. Proinde poſſe Deum facere dixi, ut etiam corpus citra animam reuiuiſcat, uelut prius dictum eſt. Sed non poteſt iudicari per ſeipſum corpus. Habet enim iuſtã excuſationem aduerſus iudiciũ Dei. Nam & ipſum dicit, Ex anima illa erat peccatum, ego nõ fui cauſa. Ex quo enim illa à me diſceſſit, neque adulterium commiſi, neque ſcortatum ſum, neque furtum feci, neque ſimulachra colui, neque aliquod tale peccatum peregi. Et erit iudicium Dei inefficax contra contentioſorum rationem. Quapropter uelut erat corpus & anima compoſitus homo unus ex Deo genitus, ita rurſus iuſtus iudex corpus exuſcitat, & animam ipſius ipſi indit. Et ſic iuſtum fiet Dei iudicium, dum ambo participant aut ſupplicio prõpter peccatum, aut cultu Dei & mercedis retributione ſanctis reddenda propter uirtutem. Cæterùm hæc ad confirmationem ueritatis ſpei noſtræ ſufficere putantes, pauca pro multis appoſuimus. Verùm propter eos qui dicũt aliud corpus pro eo quod cecidit reſurgere, rurſus laborem aggredimur, prodeſſe cupidi his qui intelligere uolunt, & uitam ſuam perdere non conantur, & non negare carnis noſtræ reſurrectionem, in qua omnis theſaurus, & fundamentum omnis ſapientis cogitationis, & omnis bonæ operationis depoſita eſt, iuxta id quod dictum eſt: Habentes theſaurum hunc in teſtaceis uaſis, &c. Abſtinentiam enim exercemus nos debiles caſtè agentes, eleemoſynam facere cupimus qui ſumus impotentes, propter eorum quæ ſperamus fruitionem, mortuorum uidelicet reſurrectionem. Atque ſic is qui ægrotat fundatus eſt in fide ac ſpe, dilectionis Dei teſtimonio, & pro nomine Dei in perſecutionibus tormentorum & aliorum crudelium ſuppliciorũ, inter eos qui non negant reſurrectionem carnis noſtræ, ſed credunt quod ipſum hoc quod ſeminatur in terra reſurget. Duo enim manifeſta & uera teſtimonia dederũt nobis diuinæ Scripturæ, per quæ poſſumus reſurrectionis noſtræ ſpem cognoſcere, & nõ per fabulas uanorum hominum decipi, qui ipſi decepti ſunt & uitæ fraudem præſcripſerunt. Quo itaque non multis teſtimonijs utar, non enim pauca ſunt in nouo ac ueteri Teſtamento, de noſtra ſpe ac reſurrectione, compendiò hoc dicam: Si aliud eſſet quod reſurgit, quemadmodũ aliqui aſſerunt, nõ ſanè Apoſtolus affirmaſſet, dicens, Opor « tet enim corruptibile hoc induere incorruptibilitatem. Quandoquidem uerò & de gloria ſanctorum, quomodo illuſtrabuntur & alterabũtur in gloria poſt reſurrectionem, uelut dicit, Reſurgit in gloria: in ſpe nos fundari oportet, dicit Scriptura, Stulte, tu quod ſeminas non uiuificatur, niſi mortuum fuerit. Et non ipſum quod naſcetur « corpus ſeminas, ſed fortaſſis granum frumenti, aut aliorum ſeminum, & Deus dat ipſi corpus ut uoluit. Hoc in gloriam eorum qui reſurgunt in claritudine dixit. Quo uerò oſtendat granum ſumere gloriam per ſeipſum, dixit in Euangelio, qui etiam in Paulo loquutus eſt de reſurrectione, Niſi granum frumenti lapſum in terram mor- « tuum fuerit, ſolum manet. Si uerò mortuum fuerit, multum fructum fert. Igitur Apoſtolus granum dixit, & Saluator idem granum corporis ſui demonſtrauit. Quid igitur dicimus? Non ipſum quod ſeminatum eſt proprium corpus ſuum, hoc eſt granum reſurrexit? aut aliud erat quod ex ipſo poſt triduum reſurrexit ex monumento, uelut angeli dicunt, Reſurrexit, non eſt hic. & ſicut ad Mariam dixit, Ne me tangas, nõdum enim aſcendi ad patrem meum: & ſicut oſtendit manus & latus Thomæ, dicens, Ne ſis incredulus? At incredulorũ eſt dicere, Omnino non reſurrexit. Eorum uerò qui falſam fidem habent, eſt dicere, non id quod obdormijt reſurrexit. Credentium autem eſt dicere, quod idem corpus reſurrexit, & ab ipſius corpore ſuſcitauit noſtrum,

Corpus idem quod cecidit reſurgere.

Chriſti reſurrectio qualis.

noſtrum,ut nos in ſpem ueritatis confirmet. Ea enim gratia & typos clauorum reliquit, non deletis ipſorum punctis, neque lanceæ loco obliterato, & quidem quum introiret foribus concluſis. Nam carnale ipſius,ſpirituale reſurrexit,ſed non aliud ab eo quod erat in deitatem counitum,in ſpiritus ſubtilitatē redactum. Siquidem enim fuiſſet ſpiritus ſubtilitas,qualis terræ cauerna,ita paruum corpus ſuſcepiſſet: Verùm ut oſtendat quod ipſa corruptibilitas noſtra induit incorruptibilitatē. Etiamſi enim mortale eſt,induit immortalitatem. Intrauit quidem foribus clauſis,ut indicaret craſſum ſubtile, & mortale immortale, & corruptibile incorruptibile. Quo uerò redargueret omnes incredulos de noſtra ſalute, reſurrectione inquam,is qui in ſubtilitatē tranſmutauit corpus, & reſurrectionem in ſpiritum contemperauit, non deleuit cicatrices clauorum, neque lanceæ typum: ſed oſtendit id ipſum quod in cruce paſſum fuit,quod non aliud eſſet id quod reſurrexit,neque aliud ex ipſo productū,ſed ipſum quod paſſum fuit paſſionis exors, & ipſum quod cecidit granum id quod reſurrexit, reſurrexit autem incorruptibile. Et ut ne rurſus putemus partem aliquam ex ipſo ſuſcitatam fuiſſe, ipſum quidem totum non uidit corruptionem,ſed ipſum totum reſurrexit. Dicit enim, Reſurrexit,non eſt hic: uerè reſurrexit, & non errant Scripturæ, quæ ſunt uita noſtra. Et ut ne inueniant ſeducti prætextum, oſſa & carnem oſtendit Thomæ,& diſcipulis ſuis dixit, Videte me quod ego ſum:Spiritus enim oſſa & carnem non habet, quemadmodum me uidetis habere. Si uerò quis cauillans dicat, Saluatoris noſtri corpus electum ac præcipuum erat,eo quòd ſolum conceptum eſt à Maria, & ſine uirili ſemine. At nemo poteſt hoc dicere,neque demonſtrare. Si uerò quis rurſus cauillans dicat, CHRISTI ſolum corpus totum reſurrexit, noſtrum uerò nō idem reſurgit, ſed pro ipſo aliud: Quomodo igitur dicit, Reſurrexit CHRISTVS primitiæ eorum qui dormierunt, ita eſt & id ipſum corpus primitiæ eorum qui reſurgunt. Quomodo autem primitiæ fuit CHRISTVS eorum qui obdormierunt,diſcant, & ne rurſus ad alium errorem cōuertantur, & alias ſcripturas mentiri putent. Ante ſeipſum enim ſuſcitauit Lazarum,& filium uiduæ in Naim. Et Helias ſuſcitauit mortuum. Sed & Heliſæus duos mortuos ſuſcitauit,alterum adhuc ſuper terra poſitum, alterum ſepultum. Sed illi quidem ubi reſurrexerunt,rurſus mortui ſunt, expectant autem unam & catholicam reſurrectionem. CHRISTVS autem eſt primitiæ eorum qui dormierunt, quoniam ubi reſurrexit, non amplius moritur, mors ipſi non amplius dominatur,uelut ſcriptum eſt. Semel enim mortuus eſt pro nobis ſuſtinens paſſionem, propter noſtras paſſiones: ſemel guſtauit mortem, mortem autem crucis, Verbum ipſum ultrò propter nos ad mortē progreſſum,quo morte mortem mortificaret. Verbum caro factum,nō patiens in deitate,uerùm compatiens cum humana natura. Paſſio ipſius reputatur,manente ipſo in immortalitate. Ipſe enim dixit,Ego ſum uita. Neq; per carnem nobis ſpes. Maledictus enim,inquit, qui ſperat in hominē, & erit uelut ſylueſtris myrica in deſerto. Quid igitur dicemus? Non eſt homo CHRISTVS ex prædictis? Omnibus ſanè manifeſtum eſt quod citra ambiguitatem confitemur Dominum Deum Verbum, hominem factum eſſe, non apparentia,ſed ueritate. At non eſt homo qui uenit in præminentia deitatis. Neque enim in homine eſt noſtra ſpes ſalutis. Nullus enim ex omnibus hominibus ab ipſo Adam,ſalutem operari potuit, niſi Deus Verbū homo factus,ut ne ſpes noſtra eſſet in hominem, ſed in Deum uiuentem & uerum hominem factum. Omnis enim ſacerdos ab hominibus acceptus pro hominibus conſtituitur,uelut ſcriptum eſt. Vnde à noſtra carne accepit Dominus carnē,& homo factus eſt nobis ſimilis Deus Verbum,ut in deitate daret nobis ſalutem, & in ſua humanitate pateretur pro nobis hominibus,paſſionem per paſſionem ſoluens, & mortem per mortem propriā mortificans. Reputata eſt autē paſſio in deitatem, & quidem quum paſſionis exors ſit deitas, quoniam

» »

Primitiæ Chriſtus, quomodo dicatur.

quoniam ſic uoluit ſanctus & paſſionis exors Deus Verbum. Eſt autem exemplum tale quoddam. Velut ſi quis ueſtem indutus, in ueſte uerò ſanguis reſperſus inquinet ueſtem, uerùm ad corpus induti non perueniat, refertur autem macula ex ſanguine ad eum qui ueſte indutus eſt. Sic in carne paſſus eſt CHRISTVS, in ipſo, inquam, dominico homine, quem ipſe formauit qui è cœlis deſcendit Deus Verbum, uelut ſanctus Petrus dicit, Mortificatus carne, uiuificatus autem ſpiritu. Et rurſus, Quum igitur CHRISTVS paſſus ſit pro nobis carne. Itaque etiam uos eandem intelligentiam aſſumite, ſic ſanguinem in ueſte ad geſtantem refertis, quomodo reputata eſt ipſi paſſio carnis ad deitatem, nihil ipſa paſſa, ut ne in hominem habeat mundus ſpem, ſed in dominico homine, deitate ſuſtinente ad ipſam referatur paſſio, quo fiat ſalus pro mundo ipſa deitatis à paſſione alienitas: quo paſſio in carne facta ad deitatem referatur, etiamſi nihil paſſa ſit ipſa. ut impleretur Scriptura, dicens, Si enim cognouiſſent, non utique Dominum gloriæ crucifixiſſent, &c. Crucifixus igitur crucifixus eſt Dominus, & adoramus crucifixum, & ſepultum, & qui reſurrexit tertia die, & aſcendit in cœlos. O altitudo diuitiarum, & ſapientiæ & cognitionis Dei, uelut ſcriptum eſt. Ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus, uelut guttam ex pelago cognitionis Dei haurientes, & huiuſmodi diſpenſationis exemplum comprehendentes, ſpei uidelicet noſtræ gratiam, ex bona uoluntate patris, uoluntate filij, cum uoluntate ſpiritus ſancti, eiuſdem Dei diſpenſationis. Habebunt porrò omnes Scripturæ ſparſim reſurrectionis prædicationem. Verùm perfectio reſeruabatur ipſius in ſubſtantia exiſtentis Verbi aduentui. Complementum enim legis CHRISTVS, ſicut ſcriptum eſt. Vbi enim non dixit diuina Scriptura de reſurrectione? Primùm ſanguis Abel prædicat, poſt mortem enim adhuc loquitur. Dicit Scriptura, Enoch tranſpoſitus eſt, & non inueniebatur, & non uidit mortem. Complacuit Noë Deo, arcam conſtruxit ex præcepto Dei, regenerationem ſibi ipſi operans ac efficiens per propriam domum. Abraam ſenex acquirit filium, mortificato iam corpore: & ex mortuis Deus ſpem largitus eſt, maximè quum uterus Saræ emortuus eſſet, & quod inueteratum erat, & fermè ad deletionem peruenerat, iuxta conſuetum mulierum morem, ipſa uidelicet reſiccatus fons, rurſus uim accipit ad ſeminis deiectionem: & anicula iuuencula fert partum, & Iſaac à morte uiuens patri traditus eſt. Deus enim qui ex reſurrectione mortuorum patri filium tradidit uiuentem, ſpem prædicabat. Ioſeph indicat hanc rem non in ſecundo loco ponens oſſium ſpem, curam enim habebat talium, non uelut pereuntium, ſed quæ rurſus reuictura eſſent, & præcipiebat ea afferri ex Ægyptiorum regione. Non fruſtra Ioſeph hoc ſignificabat, Comportate mihi oſſa dicens, uiſitatione enim uiſitabit uos Dominus. Si non ſpes fuiſſet reſurrectionis, qualis eſſet oſſium cura, ut de corruptibilibus oſſibus præciperēt iuſti? Prima uox ad Moſem eſt teſtimonium Dei, Ego Deus Abraam, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, qui in mundo quidem mortui ſunt, apud me autem uiuunt. Vnus & idem ſpiritus eſt qui loquutus eſt in lege, & qui docet in Euangelio. Hoc enim & Sad ducæis Saluator ſignificauit, Qui loquutus eſt in prophetis, adeſt mihi. Oſtēdit hoc & uirga Aaron, quæ per multos annos arida fuit, & in tabernaculo à ueſpera uſque ad matutinū relicta (nam uiuæ arbores cum languoribus per duodecim mēſes, iuxta circuitum completo anno, fructus gignunt, & ſole fouente, & pluuijs rigantibus, & rore extendente, nocteq; ac die nutrientibus) & ſub unam uocem difficultatem Deus facilē effecit. Germinauit enim arida uirga, & folia emiſit, & fructus maturos. Similia enim oſtendit Deus futuræ ab ipſo reſurrectionis. At ubi concipiuntur pueri ſecundùm uenerandas nuptias, quas Dominus oſtendit, primùm deijcitur ſemen conſequentiæ, uelut Dominus dixit, in uteros genitales. Temporis autē progreſſu id quod deiectum eſt obuoluitur in utero, & perficitur per nouem menſium tempus, & abſol-

Paſſionis Chriſti ſimile.

Reſurrectionis loci in Scriptura.

Resurrectionis modus.

uitur quod cõceptum est ac gignitur. In resurrectione autẽ non sic, in momento enim res continget. Sonabit enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, uelut ostendit Dominus in tabernaculo testimonij, Quod nuces quæ uiuis arboribus per duodecim menses gestãtur, in arido ligno densantur, & germen edunt etiam sub unam noctem. Et non hoc solùm, sed in unius horæ spacio perfecit id quod per duodecim menses, uelut dictum est, gignitur. Et quod fœtus qui per nouem menses in utero est, per multum tempus coactus perficitur. Verùm in resurrectione sub momento completum resurgit. Persuadeat incredulos potentia Domini. Nemo resistat sententiæ. Audiat Moses, & ostendat, Quid in manu tua, inquit Dominus? Ipse uerò dixit, uirga. Virga autem hæc lignea erat, & sicca penitus: & dixit, Abijce ipsam in terram: & abiecit aridam uirgam, & quod aridum erat, humidum Deus efficiebat, & non solùm humidum, sed etiam animatum, imò & natura alteratum, & essentia aliter formatum. Non erat spectrum hoc opus, Veritas enim Dei præcepto operatur, & non imaginatione. Nam in omnibus corrigens nostram cogitationem, per Mosem declarauit ueritatem. Cognouit enim Propheta quod id quod factum erat, non erat factum in apparentia, sed ueritate, in eo quod aufugeret. Si enim imaginatio fuisset quod factum erat, non aufugisset à conspectu serpentis. At, ut ne rursus hoc offendiculum præberet contentiosis, & dicant, quod alia erat uirga, Deus uerò dedit ipsi aliud corpus sicut uoluit. Primùm quidem igitur discant, quod non aliam pro alia nominauit, sed illam ipsam quæ arida erat animauit. Quoniam hoc datum uirgæ corpus, & motum ab ipso genus siue speciem, Deus in iudicium non uocabat: neque pro uirga draconem iudicare uoluit, sed certitudinem resurrectionis per uirgam operatus est, & propriam potentiam Deus ostendit, ut ne quis fidem deroget in omnibus potenti. Atq; hoc ipsum cum omni certitudine fecit. Non enim partem quandam uirgæ suscitauit, sed totam uirgam transmutauit sicut uoluit. Et quod hæc sic se habeant, & mortui spem uitæ æternæ habent, & qui in monumentis sunt, resurgent: cita mihi rursus testem fide dignissimum Mosem. Etenim ubi deliquisset Rubim, detestatur ipsum pater eius sanctus Iacob patriarcha, & dicit, Rubim primogenitus meus, & principium filiorum meorum contumeliam perfecisti, uelut aqua nõ efferuescens, ascendisti enim in cubile patris tui, & occultasti quò ascendisti. Verùm in Hebraico elthohar habetur, quod est, si interpreteris, non reflexeris, aut non accesseris, aut non redundaueris, id quod nudo modo indicatum est per dictionem, non efferuescens. Interpretes autem sic reddiderunt. Et si uis discere quod hæc sic dicit, & quod mors à patre huic qui peccauerat decernebatur, Moses tibi declarabit. Nam quum & ipse duodecim tribubus benediceret, ad Rubim progressus, & gnarus quod esset sacerdos Leui: In manu enim sacerdotij soluebantur ac ligabantur peccata, inquit, Viuat Rubim & non moriatur. Quomodo uerò uiuere poterat, qui ante centum uiginti sex annos sepultus erat? Verùm quoniam nouit resurrectionem omnia futuram esse, & nouit mortem secundam per condemnationem in die iudicij, uolens ipsum pro uno supplicio leuare à futuris, dicit, Viuat, in resurrectione significans. Nouerat enim quod uiuent omnes, & nõ moreretur, hoc est, non obijceretur morti secundæ, condemnationis uidelicet, & tormentis æternis. Si enim de uitæ damno cura ipsi fuisset, suffeciisset dicere solùm, Viuat Rubim. Quandoquidem uerò de futuris significat, dicit Viuat Rubim, & non moriatur. Et unde potest quis tot testimonia colligere, de nostra spe & resurrectionis expectatione ueræ, & non in apparentia? Dicant enim uanam opinionem fouentes & frustra contendentes: Vtrum quandoq; pars corporum resurgit, aut omnia particulatim? aut rursus quædam tota resurgũt, & quorundam particularis contingit resurrectio, quorundam uerò totius corporis? Qualis est talis personarum acceptio? Nunquid personarum acceptio est apud

Virgæ Mosis resurrectio et transmutatio.

Viuat Rubim, & non moriatur.

Deum?

Deum? Abſit. Perſcrutemur ubi aut quando ſuſcitarint ſancti mortuum ex parte,& non totum corpus. Filius uiduæ in Saraphthia totus reſurrexit, & non eſt pars relicta: filius Sumanitidis totus reſurrexit,& nullum membrum reliquit quod nõ reſurrexiſſet. & Dominus Lazarum ſuſcitauit, & non reliquit reliquias in monumento, ſed unà cum tæniis ac indumentis: & non eſt omnino opus ueſtibus in iudicij die. Filium uiduæ in Naim totum ſuſcitauit, filiam principis Synagogæ, filiam Centurionis:& ô uanam opinionem eorum qui talia cogitant,quod partem ſuſcitat,& partem relinquit. Videamus autem ex ipſis ſubiectis, & his quæ iam æqualiter ſpei noſtræ facta ſunt. Enoch totus tranſpoſitus eſt, & non uidit hucuſque mortem. Quo uerò in duobus uiuentibus corporibus declarem uobis perfectam reſurrectionem, & ut ne quis ambigat, duos characteres duorum primogenitorum noſtræ reſurrectionis proponam. Enoch erat in præputio, & non prohibuit præputium reſurrectionem, neque corporis per uitam huius uitæ expectationem ac durabilitatem. Helias in circunciſione: ut ne reſurrectio his aut illis attribueretur, ſed uniuerſalis tota. Helias erat in uirginitate, ut prærogatiua uirginitatis immortalitatem prædicaret mundo,& cum corpore incorruptibilitatem. Quo uerò non ſolùm in uirginitate eſſe putetur reſurrectio propter præminentiam, itemq; ipſa corporis durabilitas, Enoch non erat uirgo, ſed continens, & qui liberos genuerat. Et duo quidem hi ſunt, qui in corpore & anima permanſerũt propter ſpem. Et, ut ne quis rurſus ambigat, etiam alios in orcum detruſit unà cum corporibus. Aperuit enim terra os ſuum,& deuorauit Dathan & Abiron, filios Core & Aiman, & deſcenderunt in orcum uiuentes corpore & anima. Ex ipſa enim hora in iudicium traditi ſunt, neque corporibus ſolutis, neque reliquijs traditis, aut parte: ſed totis ipſis cum corpore & anima traditis in ſupplicium. Iob dicit, Donec rurſus naſcar, & corpus hoc quod hæc exhaurit, & renouabis me. Et rurſus, Renouabitur uelut aquilæ iuuentus tua. Eſaias autem, Reſurgent mortui,& ſuſcitabuntur qui ſunt in monumentis. Venit enim qui ſoluit in fortitudine ligatos, ſimiliterq; irritatos habitantes in ſepulchris. Dicit autem Iob, Homo ubi obdormierit,nõ amplius reſurget, neque agnoſcet locum ſuum. Etenim reuera quotidie non fit reſurrectio, ſed in unam decreta eſt diem. Verùm oſtendens quod nouit in quale tempus præfinitum reſpiciat, ſtatim ſoluit quæſtionem: Donec cœlum & terra atteratur, ſunt corpora in terra. Quum uerò uenerit qui uertit cœlum uelut librum, & concutit terram: tunc reſurgent qui ſunt in terra. Et propterea dicit ad Iezechielem: Fili hominis dic, congregabitur os ad os, & iunctura ad iuncturam: & factum eſt ita. & facti ſunt ſuper ipſa nerui & uenæ, carnesque ac pili & ungues. Et rurſus, Dic fili hominis, Veni ſpiritus à quatuor angulis terræ, à locis uidelicet animis deſtinatis. Et quam ob cauſam ipſe Dominus non dicit, ſed hominem dicere iubet? Quoniam quod dicit Dominus,ſimul etiam facit, & non amplius ſoluitur. Verùm homini dicere præcepit, quo poſt reſurrectionem ad horam, ſignificaretur quidem noſtra ſpes ſalutis, hominis uerò ſermo ſolueretur, & non Domini. Erant enim illa oſſa rurſus moritura. Quum uerò dicit Dominus, Reſurgite: reſurgunt, & non moriuntur. Dei enim Verbum non ſoluetur. Quapropter etiam Dominus in carne progreſſus ſuſcitauit mortuos, quo id quod per carnem factum eſt rurſus obdormiat, donec ipſa caro reſurgat, & non amplius moriatur. & taceat hoc dicere ad unum ſolum, Surge ueni foras: donec ueniat,& non amplius ſingulariter dicat, Surge,ſed, Surgite omnes, uniuerſalem reſurrectionem faciens. Ipſe enim eſt reſurrectio mortuorum: qui ſanè poſtquam reſurrexit ex mortuis, nullum ſuſcitauit ex recens mortuis. Reſurrexerunt autẽ cum ipſo multa corpora ſanctorum qui dormierunt, & conſpecti ſunt multis, ingreſſi cum ipſo in ciuitatem ſanctam, uelut ſcriptum

Enoch & Helias reſurrectionis exempla.

Iobis locus explicatus.

eſt in Euangelio. Et nō dixit, Reſurrexit pars corporum ſanctorum, ſed corpora ſanctorum. & apparuerunt multis, non alij quàm qui mortui fuerant, ſed qui agnoſcerentur à ſuis, ſi nō ante multa tempora uita defuncti eſſent. Sed & alijs oſtendere uolens Dominus noſter miraculum, difficilia illa facilia declarans perficiebat. Quando enim acceſſit ad recens mortuam puellam filiam principis Synagogæ, quoniam eadem hora mortua erat, dignatus eſt ad ipſam dicere, Surge puella: per uocem Surge, fortificans quod erat iam diſſolutum, nam adhuc in lecto erat. Filium uerò uiduæ in Naim, quoniā iam in loculo efferebatur, facilius ſuſcitauit. attigit enim loculum, & non dixit aliquid puero, ſed ſolùm attigit loculum, & reſurrexit. Quod uerò altiſſimum eſt, & omnem hominum ſpem longè excedens, quando uenit ad quatriduanum Lazarum, neque dixit Surge, neque attigit manu monumentum, ſed ſic in promptu uocat in propria poteſtate, Lazare ueni foras. Multò enim facilius eſt & promptius dicere, Veni foras, quàm attingere. Attingere uerò facilius eſt quàm uocare, Puella ſurge. Verùm ſic omnia facit ſanctū Dei uerbum, ut nobis ſpem reſurrectionis demonſtret. Quod ſi uerò uelim omnia ex omnibus ſcripturis teſtimonia colligere, exigua ſanè fuerit mens noſtra, modicaq; ac idiota, attamen ob multitudinem in longum extendero ſermonem, uerùm compendio dicam: quod ſalus noſtra compendiaria eſt, ita ut in omnibus in una reſurrectionis ſpe nobis prædicetur. Hæc autem non credunt increduli, corrumpunt falſa opinione imbuti, non admittunt contentioſi, repudiant uanæ gloriæ ſectatores. At Deus omnibus miſericordiam exhibeat, & caliginoſas mentes illuminabit. Græci equidem accepto ſpiritu ſancto à ueritate redarguentur, & ab omnibus prædictis teſtimonijs, maximè uerò à uobis ſanctæ Dei Eccleſiæ & orthodoxæ fidei filijs. Docetis enim accepto ſpiritu ſancto, digni facti ſermone appoſito in oris apertione: primum quidem, quoniam digni facti eſtis ut diſcipuli CHRISTI ſitis, principalis paſtoris & antiſtitis noſtrarum animarum, uelut alimoniam CHRISTI ouilibus ueſtris populis colligentes curantes quomodo & uobiſipſis, & Dei pecoribus, uolentibus inquam, profitis, & ex ſancto à Moſe inſinuato pabulo nutriatis. Quis uerò ex rectè ſentientibus ad uos pios & fideles reſpiciens, ô uos orthodoxi & Eccleſiæ filij: quum uerò aliquos dico, omnes filios ueritatis dico, iuxta id quod ſcriptum eſt, Quis inquam ambigat? Nam quum ſapientis & fortiſſimæ mulieris filij ſitis, cuius gloria eſt apud Solomonem dicentem, Mulierem fortem quis inueniet? uelut rara ſit, imò potius una: id quod melius eſt eligitis, & quod utile eſt amplectimini. Fortem autem mulierem intelligite mihi Eccleſiam Dei, ueſtram matrem, qua nihil fortius eſt, ut quæ moriatur per ſingulas excitatas perſecutiones, pro nomine uiri ſui. Hæc igitur manſuetiſſima proprium ſponſum exactè interrogat in libro Canticorum, Vbi paſcis, ubi cubile habes, in meridie? paſcit autem CHRISTVS in prædicta terra, & non ſolùm paſcit, ſed etiam præcipit ſoluere calceamentum pedum paſtorum, uelut Moſes primùm dicit, à quo traditionem aſſumpſiſtis etiam uos, & eos qui ad ſanctam ſcientiam introducuntur primùm ſecurè manuducitis, curãtes ut ſingulorum calceamenta ſoluantur. Verùm calceamenta uniuſcuiuſque ueſtrum differentiam habent. Nam unuſquiſque per propriam ſuam actionem ea ſubligauit. Et de cætero ſinguli ueſtri diſcipuli uobis bonis paſtoribus obedientes, qui quidem ſubligauerat idololatriam, eam per ueſtram admonitionem ſoluit: alius uerò adulterium ſoluit, alius ſcortationem, alius furtum, alius auaritiam. Et non hoc ſolùm, ſed etiam ſermonibus abominandis ac turpibus uerbis renunciantes, unuſquiſque diſcipulus tradit ſeipſum, ut per uos bonos paſtores beata ſpe ſub forti manu boni paſtoris paſcatur. Abſtinet enim unuſquiſque ab errore penitus, & præ oculis habet ueritatem, ſimulachra quidem obli-

Mulier fortis quæ ſit.

Calceamentorũ ſolutio.

teran-

terantes, & errorem circa ipſa palàm prædicantes. Neque enim mortuos hos putatis, quoniã nunquam uixerunt. Verùm uana & inania & quæ nõ ſint, meritò omnes ſemper docetis. Non enim unquam fuerunt, ut eſſe poſſint. Illi uerò ſunt mali dæmones, humanæ mentis acceſſio per uoluptatum impetus influens, unde unuſquiſque auſus eſt proprium affectum in numen aſciſcere. Primùm enim ſtatim quando hoc ab hominibus innouabatur per dæmonum maleficium, prima hæc ſcortatio appellabatur, & umbratili pictura ſimulachra exprimebantur. Deinde artem propriam quam quiſq; tractabat, & per quam facultates habebat, proprijs filijs ſuis in numen colendam tradebat, & per proprij artificij materiam deos effingebant, figulus ex luto, faber lignarius ex ligno, aurifuſor ex auro, & faber argentarius ſimiliter ex argento. Amplius uerò unuſquiſque proprium affectum ad formæ oculorum ſuorum ſimilitudinem deſcribebat. Sanguinarius quidam uir, Martem afferens: mœchus aut mœcha, cõmunem Venerem: tyrannus, uictoriam extollebat: ſordidus & rebus temporalibus inhians, Saturni figurã præſcribebat: effœminatus, Cybelem & Rheam, propter fluxus, ut arbitror, multiplicis mixturæ à corporibus. Alius guloſus aut guloſa, Artemiſiam uenatricem proponebat, ebrioſus Dionyſium, erumnoſus Herculem. Quidam per uarios coitus ſe uolutans, Iouem & Apollinem. Et quid opus eſt me infinitorum affectuum in hominibus multitudinem recenſere? Verùm Ægyptij omnibus amplius errore inuoluti, non ſolùm proprios affectus coluerunt, ſed etiam uolatilia & quadrupeda, terreſtria q; ac aquatica, & quædam animãtia fera, non manſuefientia & quæ ipſis in ſeruos à ſancto Deo tradita, eorum ordinem alteraue-runt, & uelut qui mente bruti ſint, nimium colunt animalia apud ipſos, deificare ipſa non erubeſcentes, canem latratorem, felem reptiliuoram, hircum ſalacem, ouiculam balantem, crocodilum multifidum & immitiſſimum, ibim ueneniuoram, & miluum & accipitrem ac coruum, animalia ſeruiliſſima: ſerpentem obliquum & iniucundiſſimum. Et in ſumma, ô ingentem turpitudinem eorum qui neque oculis ſuas ipſorum confutationes conſiderant, & neque auribus ſenſum ſuſcipiunt, neque mente ea quæ ab ipſis uane fiunt, intelligunt. Malo itaq; fato percuſſi ſunt, ut qui neque à proprijs philoſophis lumen acceperunt, neque eorum qui ueritatem inuoluerunt, ſpeculationem fecerunt. Non enim audiunt Diagoram, qui Herculem ſuum ligneum in penuria ligni exuſſit, & per ludibrium ad ipſum dixit, Age Hercules decimum tertium laborem ſubiturus adeſto, obſonium nobis cocturus: Et ſanè acceptum ipſum in ſcandulas fidit, deridens proprium Deum uelut qui nullus eſſet, & appoſito ipſi prandio illudens paſcebatur. Sed & alius Ægyptius Heraclitus ait, Si dei ſunt, cur deploratis ipſos? Typhonem enim & Oſyrim & alios ſubterraneos deos acerbè deplorantes, uelut ſepultos lugent. Itaque hic dixit, Si dei ſunt, cur deploratis ipſos? Si uerò mortui ſunt, fruſtra lugetis ob ipſos. Alius uerò Comicus Eudæmon nomine dixit, Siquidem dei ſunt, non poſſumus de ipſis dicere quales ſunt: formidans declarare. Multa enim ſunt quæ me impediunt. Sed & Homerus dicit, Non bonum imperium eſt multorum. At noſtri ſeculi alius Comicus dicit, Qui unum Deum colunt, bonas ſpes habent ad ſalutem. Apis enim uitulus paleis ueſcens à Campide Aſſyriorum rege gladio in femur percuſſus eſt, ut ſi flueret ſanguis, deprehenderetur quod non eſſet Deus. Saturnini autem non negant proprium ſuum deum ferreis cathenis uinctum fuiſſe, ſic ſanè ſentientes. Si uerò quis in uinculis eſt, is non ſolùm uni maiori ſubiectus eſt, ſed etiam uelut maleficus in uinculis detinetur. Si uerò & de Iſide ſermonem facturus ſum, quæ iam & Atmis, & Io appellatur, filia uerò eſt Aſpidis Cappadocis, qui & Inachus uocatur: erubeſco quidem illius actiones referre, ueruntamen non uerebor dicere, quæ ipſos adorare non pudet. Erubeſcant au-

Simulachrorum cultus initium & progreſſus.

Aegyptiorum dij.

Hercules ligneus à Diagora exuſtus.

tem huius adoratores & ſtultigenæ, qui ſuas ipſorum filias & uxores ac ſorores, ipſorum deorum actiones imitari adhortantur. Et ſtatim quidem quum ſacerdos proprium ſuum fratrem Typhonem amet, etiam alios contra fratres ſuos concitant. Ingens eſt autem turpitudo deæ, quæ neque turpitudinem fratris proprij ueretur, ſed & amore æſtuat, & non contenta eſt externis uiris, ſed etiam uſque ad proprium fratrem procedit: & non hoc ſolùm, ſed etiam parricidium ob ſuæ concupiſcentiæ inexplebilitatem amiciſſimis ſuis oſtendit. Et Horus quidem unum genuit filium, cui nemo affirmare potuit, an uerè genuinus eſſet ipſius pater. Et ſi quidem Typhonem coluerit, dubitat an ſit ipſius pater. Si uerò Oſyrim, quis etiam ſic certitudinem declararit? Honeſtum uerò deum talis mater inſtituit, quæ ipſum aſſumpſit, & per decennium in Tyro ſcortata eſt. Quum uerò Serapim ipſum Apim regem Sinopenſium deum fecerunt, tyrannidi magis inſeruierunt. Nam reuera hæc ſunt deorum quæ apud Ægyptios coluntur maliciæ præmia, de quibus ſi ſingulatim dicere uellem, multum tempus conſumerem. Porrò Græci qui ſibiipſis aliquid eſſe uidentur, uerbis ſolùm & linguæ uolubilitate philoſophantes, & non re ipſa, plus omnibus impegerunt: Qui ſanè deducunt Saturnum à Cœlo, à Cœlo ipſum genitum eſſe dicentes, & uirilia membra ſui patris reſecuiſſe. O peruerſam actionem, turpemq; opinionem. nam niſi ſectus fuiſſet, multi Saturni eſſent. Hic uerò generoſus, qui uſque ad patrem proceſſit, non contentus fuit prima impietate, ſed quum adhuc iuuenis eſſet, iniuriam infert patri: ſenex autem factus, proprios ſuos filios, Neptunum & Plutonem deuorat: Iouem uerò quærens, & à Rhea illuſus, ſaxum magnum faſcijs inuolutum pro infante deuorat, uelut Deus ſcilicet. Quum autem huius filius ex generoſis, ut ita dicam, parentibus eſſet, Iupiter autem eſt ei nomen, periculum erat ne omnium mulierum uir fieret, itemq; huius filius Mercurius. Atque utinam ſecum dùm leges dotem dependiſſet, & non ſemper nuptias occultaſſet, & malefactor fuiſſet. Penelopen enim corrupit, propter ipſam hircus factus. Hircus autem fiebat, ut puto, propter barbæ enatæ uigorem. Erga Danaen uerò aurum fiebat, ut uirginem caſtam in thalamo decumbentem corrumperet. At ille aurum fieri nunquam potuit, ſed præſtigiator fuit, & per auri largitionem, uirginem decepit. Et apud Ledam rurſus cygnus factus eſt, explicationem feruoris uoluptatis ſuæ ſignificans. Aquila uerò nunquam alas expandit, uerùm pædiconum magiſter præſidet, nunquam aquila effectus, ſed in naui aquilæ nomine inſignito ob celeritatem, ad Troiam enauigauit, & filium regis Troianorum Ganymedem rapuit, ipſumq; corrupit. Et erga Paſiphaën taurus factus eſt, ſimiliter & erga Europam. Et quid attinet corruptoris illius inſignis & corruptorum magiſtri, malefactorum multitudinem referre? Cuius monumentum non paucis notum eſt. In Creta enim inſula in monte Laſio appellato, uſque huc digito oſtenditur. At uerò Ioues non unus aut duo ſunt, ſed tres aut quatuor numero fuerunt. Vnus ex his Saturnus, de quo diximus, proprium patrem ſuum in Caucaſo monte tormentis affecit. Alter uerò Patriarius fuit, ex quo monomachi & gladiatores orti ſunt. Alius autem Tragœdus, qui & manum ſuam combuſſit. Fortaſſis autem quum Deus eſſet, oblitus erat quod ignis morderet. & non habebat prænotionem eius qui ad hircum Satyrum dixit, ubi primùm ignem uidiſſet, & ad oſculandum ipſum acceſſiſſet, Ne attingas hirce, ſi enim attigeris barbam exures. Porrò Mineruæ fuerunt, non una, ſed multæ. Vna quidem oberrans, & circa Tritonidem paludem uagabunda. Alia uerò Oceani, alia Saturni filia: & multæ aliæ. Dianæ item, ſiue Artemides multæ ſunt: una Epheſia, altera Iouis, & aliæ ſimiliter non paucæ. Et Dionyſius Thebanus, & alius Semeles filius, quem Corybantes comitantur, & qui à Titanibus diſtractus eſt, & qui Curitarum hæreditatem

Græcorũ dij.

Ioues multi ſunt.

tatem imminuit. Hercules autem qui dicitur apud ipsos depulsor malorum, cuius actiones omnes silebo, uerùm unam ex omnibus quæ fortassis apud ipsos laudãtur, indicabo. Suffecerit huic ut hunc laborẽ subierit, quo mundo salus cõtingeret. Nisi enim in una nocte quinquaginta uirgines corrupisset, quomodo mũdus seruatus fuisset? imò potius perijsset. Et in summa cõfiteor me tædio affici, si malas ipsorũ actiones ex ordine recensere deberẽ. Insuper uerò reges & tyrãni sæuissimi, quũ dilectos quosdam habuissent, eosq; in terra defodissent, ut qui nihil amplius haberẽt in quo illis gratificarentur, nempe etiã ipsi corruptibiles uelut illi existentes: in beneuolentiã erga illos, sepulchra ipsorum ad uitæ fraudem subditis suis per malum prætextũ celebrare præceperũt. Sic Antinous sepultus, & in glusorio nauigio positus, ab Hadriano coli iussus est. Timagenes autẽ Anasiæ, & Canobus Menelai gubernator, & huius uxor Eumenuthis in Alexandria sepulti, coluntur ad ripam maris, per duodecim signa distantes. Et Marnas seruus Asterij Cretensis apud Gazæos. Casius autẽ nauclerus apud Pelusiotas. Hæc igitur omnia quando in media Ecclesia explicatis, malum exemplũ lethalis uiæ eos qui sic euecti sunt dissoluitis. Alios uerò ab adulterio ad modestiam transfertis. Et nõ solùm ipsos ab occultis nuptijs liberatis, sed etiã ut speciem secundùm naturã contemnant efficitis. Quod tempus contractum est, uelut sanctus Apostolus dicit. Scortatores autẽ instruitis, ut ne nefariã & apud Deum & apud homines actionem operãtes plectantur. Et quoniã hæc omnia per os & per opera laborantes traditis, persuadetis ipsos ut omnia uestra suscipiãt, ita ut ubi opere primùm omnia perfecerũt, & in seipsis expresserunt, doctrinæ fidem faciant, quam per actionem uos ipsos primùm docuistis, ut etiam alios doceretis. Obtinetis enim tacentes Solis morem, qui etiam silens omnes ubique docet. Statim enim ubi exoritur, etiam tacens artes omnium, redocet. Et quandoquidem horum omnium utilitatem filijs siue fratribus uestris fidelissimis traditis, perducitis ipsos ut in terra quidem uadant, in cœlo autem conuersationem habeant. At monasticam uitam degentium zelum plurimis ingeneratis, per firmitatem uestram & fidem minimè fictam ac simulatam hæreticos odiosos facientes, Manichæis os obturantes, Marcionistas, & alios ipsis similes ab ouili Dei fugantes, omnes ipsorum prætextus dissoluentes & reprimentes. Quæcunque enim contra Deum & sanctos ipsius prophetas audenter loquuntur, ut qui leues sint & uacui à spiritu sancto, uerùm in uniuersorum opificem maledicta iaciunt: & quæcunque bona per sanctos ipsius prophetas omnibus hominibus ex prophetia Deus largitus est, hi odio habent, itemq; profundissima in lege ac prophetis, nempe quum terreni sint & corporales, interrogati non intelligunt, ac frustra blasphemi sunt: uos statim ipsorum errorem ab audientibus per ueras demonstrationes depellere ac excutere non cunctamini. Per talia enim uerba uani illi uelut sarmenta in diuitis fluuij fluento feruntur. Porrò dicunt quod bonus Deus legis est, qui ignorans Adam ubi esset, interrogabat, Adam ubi es? Et ad Cain dicit, Vbi est Abel frater tuus? Et ad Abraam, Vbi Sara uxor tua? & alia multa huiusmodi. Ipsi qui talia dicunt, credent Deo Saluatori, ore & non in ueritate Deo existenti, & prænotionem habenti, eadem uerò similiter sicut in ueteri Testamento interroganti, Vbi posuistis Lazarum? &, Quis me attigit? &, Habetis panes uobiscum? &, Quem uultis? aut, Quem quæritis? Facilis igitur & expedita est horum confutatio. Sicut enim interrogat filius prænotionem habens, ita etiam pater si ipse in lege interrogat, qui idem est semper, & non alteratur. Si enim dixit, Vbi posuistis Lazarum? neque Euangelium ignorat, neque uetus Testamentum: Vbi posuistis ipsum dicit, redarguere uolens eas, quæ neque æqualem fidem ad Sumanitidem comparandam proferent, & quidem quum illa erga hominem haberet, hoc est Helissæum sanctum prophetam:

Parasiti principum.

Interrogatio pro ignorãtia Deo obijcitur falsò.

phetam. Martha uerò cum ſuis erga Deum. Et ſi dicit, Quis me attigit? nõ ignorans dicit, ſed ut perſuadeat mulierem à ſeipſa confiteri, quò non de ſeipſo teſtimonium præbeat filius Dei, ſed ab alijs glorificetur. Et quum dicit, Habetis panes uobiſcum? Propterea hoc dicit, ut paucitas panum omnibus ſignificaretur, & magnitudo miraculi ipſius admirationi eſſet, ſi intelligerent per tot panes tantam turbam nutritam eſſe. Et quum dicit, Quem quæritis? quærentes deceptos indicat, & IESVM quærentes, quem & medicũ interpretari poſſis, & Saluatorem: quo ubi occiderẽt ipſum, ab huius ſalute deficiant. Quemadmodũ igitur ea quæ circa Domini noſtri diſpenſationem contigerunt oſtendimus, quæ humano quidem more dicuntur, prænotione uerò nõ carent. Neque enim quilpiam ex ſana mente præditis dixerit ipſum ignoraſſe ubi poſuiſſent Lazarum, quum prope locum eſſet: etiamſi per eum quem diximus modum interrogabat, & nudiuſtertius procul à Galilæa fuiſſet, & à ſeipſo indicaſſet, quod Lazarus mortuus eſſet: ita & de ueteri Teſtamento hæc prudenter diſſoluimus. Quod dixit Deus ad Adam, Vbi es? non ignorantis erat, ſed oſtendentis à quali altitudine ad qualem turpitudinis profunditatẽ Adam excidiſſet. Et, Vbi eſt Abel frater tuus? quoniã quem oportebat te ſemper in ulnis ferre, & ipſi ſemper conuiuere, hic à te in terrã proſtratus eſt. Ex ſequentibus enim oſtendit, quod non ignorantiæ cauſa interrogabat, ſed redarguens, in eo quod dicit, Maledicta terra in operibus tuis: &, Maledictus tu à terra, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua: Ecce enim, inquit, uox ipſius ad me. Et, Vbi eſt Sara uxor tua? non ignorans dixit. Nam quomodo ignoraret qui riſerat, intra domum ipſam eſſe ſciens? Non itaque ignorans interrogabat, ſed ut admoneret filias ipſius profeſſas pietatem, quo diſcerent ipſius uitæ ductum, quum ex proprijs laboribus miniſtrare ſanctis conantur. Illa enim quum in tanto miniſterio eſſet, atque ipſa azymos & cinericios panes pararet, & tantum miniſteriũ ex ipſa penderet, unà cum ſuis famulabus faciem eorum quibus inſeruiebat non uidebat, moderatæ pudicitiæ exemplum noſtris ſeculis relinquens. Atque hæc quidem ad declarandas uanorum illorum contradictiones ſufficient.

Deus legis cur ſuos uſſit deprædari Aegyptios.

Si uerò dixerint quod bonus eſt Deus legis, qui Ægyptios quidem circũuenit, & proprios ſuos homines prædari docuit, dum ex Ægypto exibant: Neſciũt uani illi quod apud Deum nihil perit, & quod iuſtum iudicium eſt, & Deus naſo non ſuſpenditur. Quid enim putabant Ægyptij, quod uolebant hæc ſine mercede operatos eſſe Iudæos, & non uulgaribus annis, ſed ducentis & quindecim, unà cum ducentis ac quindecim annis ipſius Ioſeph. Quum enim quadringentorum ac triginta annorũ peregrinatio ipſi Abraam & ſemini eius eſſet decreta, ad quem dicit, Peregrinum erit ſemen tuum in terra aliena: id quod decretum erat perfectũ erat.

Peregrinatio Abraam, quot annorum fuerit.

Proinde Deus per miſericordiam ſuam annos peregrinationis ipſius diuiſit. Et ſtatim quidem ducentis quindecim annis adhuc exiſtẽtibus, in terra Chananitide ſuſcepit ipſum, & alios ducentos quindecim annos diſtribuit his qui Ægyptum inhabitabant. Nam numerus horũ annorũ ſic ſupputatur. Erat tunc ſeptuageſimus quintus annus ipſius Abraam. Succedunt itaq; à ſeptuageſimo quinto anno ipſius Abraam, uſque ad natiuitatem Iſaac, anni uigintiquinq;. Iſaac autẽ gignit Iacob agens annum ſexageſimum, & facti ſunt anni octoagintaquinq;. Iacob uerò agens annum octoageſimum nonum genuit Leui, & fiunt anni centum ſeptuaginta quatuor. Leui uerò agens annum trigeſimum quartum genuit Chaath. In trigeſimo autẽ ſeptimo anno ipſius Leui, deſcendit Iacob in Ægyptum, & fiunt ducenti & undecim anni. Et poſt ingreſſum ipſorũ in Ægyptũ, alij quatuor anni: & implentur ducẽti quindecim anni. Hinc uerò rurſus numerãtur mihi reliqui ducẽti quindecim anni Iſraëlitarum peregrinationis. Caath poſt deſcenſum in Ægyptum in ſexageſimo quinto anno ſuo genuit

patrem

patrem Mosis Abraam. Fiunt igitur à primo Abraam à septuagesimo quinto ipsius anno, usque ad natiuitatem postremi Abraam, anni ducenti octoaginta: à descensu uerò in Ægyptum, anni sexaginta quinque. Abraam annorum septuaginta existens, genuit Mosem. Et fiunt à primo Abraam anni trecenti quinquaginta, à deductione uerò in Ægyptum anni centum triginta quinque. Moses uerò trigesimo suo anno calcat rubrum mare, unà cum Israëlitis ex Ægypto egressus. Et fiunt à magno quidem Abraam, anni trecenti octoaginta, à descensu uerò in Ægyptum anni centum sexaginta quinque. Reliquos autem quinquaginta annos consumpserunt post transitum rubri maris, usque ad ingressum in Palæstinam, non propter uiæ longitudinem, sed propter bella & impedimenta gentium, quæ ab ipsis in uia inueniebantur. Fiunt igitur à septuagesimo quinto anno magni Abraam, à quo prædictio hæc ipsi data est à Deo, usque ad Mosem & filiorum Israël in Palæstinam reditum, anni quadringenti triginta. A' descensu uerò in Ægyptum, usq; ad regressum in Palæstinam, anni ducenti quindecim. Quum igitur tot annis laborarint Iudæi sine mercede, non erat iustum & apud Deum, & apud homines, ut daretur ipsis merces ipsorum uel in fine? Non igitur iniustus est Deus, qui suos cum spolijs illinc eiecit. Si quis uerò ambigit non ita enumerare annos, audiat Mosem dicentem, Habitatio autem filiorum Israël in Chanaan & in Ægypto, anni quadringenti triginta. Quum itaque iustissimæ mercedis Deo cura fuerit, qualis amplius relinquitur uana contradictio his qui contra sanctum Deum uituperia producunt? At Deum uerum nunquam quisquam uituperauerit, sed qui uituperant seipsos uituperant. Porrò alia quædam uana contradictio ab ipsis profertur, similis priori: Quod bonus est Deus legis qui circumuenit Chananæos, ut daret Israëlitis ipsorum locum, domos quas non ædificauerunt, & oliueta ac ficeta, & uineas, quas non plantauerunt. Ad quos dicam, O uani, si quidem fuisset Deus homo, ea quæ hodie dicuntur aut fiunt, præterijsset, & nihil esset ipsi in mente. Quando uerò Deus Deus est, & non homo, ea quæ ad ipsum relata sunt in multas generationes ulciscens non obliuiscitur. Si enim ignorant rem hanc, discant. Nouerant omnes iustum Noë reliquias mundi factum post diluuium. Quum igitur relictus esset ipse & tres filij ipsius, ut qui iustus esset, & filios suos pios efficere conaretur, ut ne in eadem mala inciderent, sicut hi qui in diluuio perierant: nõ solùm per doctrinam ipsis pietatem proposuit, sed etiam per iusiurandum ab unoquoque ipsorum beneuolentiam erga fratrem exegit. Et diuidit quidem, uelut hæres mundi à Deo constitutus, tribus filijs suis uniuersum mundum sub sortem missum, & unamquamq; partem iuxta sortem singulis distribuit. Et ipsi quidem Sem primogenito cecidit sors à Perside & Bactris usque ad Indiam, usque ad regionem Rhinocururorum. Sita est autem hæc Rhinocururorum regio in medio inter Ægyptum & Palæstinam, è regione rubri maris. Ipsi uerò Cham obtigit terra à Rhinocururorum regione usque ad Gadira, ad meridiem. Tertio autem filio Iapheth obuenerunt ea quæ spectant ad Aquilonem, à Media usque ad Gadira & Rhinocururos. Itaque Sem nascuntur filij & filiorum filij, usquequo diuisæ sunt linguæ, & dispersi sunt in linguis & tribubus ac regnis. Nomina uerò ipsorum hæc sunt: Elymæi, Pæones, Bazi, Cossesui, Gaspheni, Palæstini, Indi, Syri, Arabes, Caiani, Ariani, Masyccelij, Hyrcani, Magustæi, Troglodytæ, Assyrij, Carmani, Lydi, Mesopotamitæ, Hebræi, Cœleni, Bactriani, Adiabeni, Camilij, Saraceni, Scythæ, Chiones, Gymnosophistæ, Chaldæi, Parthi, Enotæ, Cordyleni, Masseni, Phœnices, Madienæi, Comageni, Dardanij, Elamaseni, Cedrusij, Elamitæ, Armenij, Cylices, Ægyptij, Cappadoces, Pontici, Marmaridæ, Biones, Cares, Chalybes, Psyllitæ, Mossynici, Hiberes, Phryges.

Deus legis, cur circũuenerit Chananæos.

Mundi diuisio à Noe in filios suos facta.

Ipsi

Ipſi uerò Cham ſecundo filio, filij ac filiorum filij naſcuntur, triginta duo uſque ad eandem linguarum diuiſionem, Æthiopes, Troglodytæ, Aggæi, Gangeni, Sabeni, Ichthyophagi, Hellanici, Ægyptij, Phœnices, Marmaridæ, Cares, Pſyllitæ, Moſſynici, Phryges, Macedones, Cracones, Syrtitæ, Leptitæ, Magnetæ, Bithyni, Nomades, Lycij, Mariandeni, Pamphylij, Moſcheſidij, Piſideni, Augalæi, Cilices, Mauruſij, Cretes, Magardæ, Numidi, Aphri & Bizaceni, Naſamones, Phaſgini, Mazices, Garami, Getuli, Blemmyes, Auxomitæ: hi tenent loca ab Ægypto uſque ad Oceanum. Et inſulæ ſunt ipſis, Curcudalopaduſa, Gaulos, Rode, Melite, Cercyra, Mene, Sardane, Gortyna, Crete, Glaucus, Thera, Arianus, Aſtypalæa, Chios, Lesbus, Tenedus, Imbrus, Iaſus, Samus, Cous, Cnide, Niſurus, Megiſtas & Cyprus. Cæterùm Iapheth tertio filio, filij ac filiorum filij naſcuntur quindecim, uſque ad eandem linguarum diuiſionem: Medi, Gargani, Armenij, Arrei, Amazones, Colli, Corzeni, Beneageni, Galatæ, Cappadoces, Paphlagones, Mariadeni, Tibareni, Chalybes, Moſſynici, Colchi, Meloſcheni, Sauromatæ, Meotæ, Scythæ, Tauri, Thraces, Baſtarni, Myrij, Macedones, Græci, Libyes, Phryges, Pannonij, Veſteri, Venni, Daunes, Iapyges, Calabri, Hippici, Latini, qui & Rhomani, Tyrrheni, Galli, qui & Celtæ, Libyſteni, Campani, Celtiberes, Aquitani, Illyriani, Beſontes, Samij, Cartani, Luſitani, Vacæi, Brettanici, Scoti, Hiſpani. Inſulæ uerò ipſorum, Brettania, Sicilia, Eubœa, Rhodus, Chios, Lesbos, Cythera, Zacynthus, Cephalenia, Ithaca, Cercyra, Cyprus.

Quod ſi uerò alicubi nomen gentis aut inſulæ bis poſitum eſt, in ſorte alterius & rurſus alterius, iuxta communia confinia, aut iuxta deductas pro temporis occaſione colonias, aut iuxta aſſumptionem ipſius Cham, qui per auariciam inuaſit, & occupauit partem ipſius Sem: nemo miretur, neque dubitet. Proinde quum hæ gentes ſic ex tribus filijs Noë genitæ ſint, & mundus trifariam tribus filijs, uelut dixi, diuiſus ſit: iuſiurandum exactum eſt ab ipſis per patrem, ut nullus ex ipſis fratris ſortem inuaderet: & qui tranſgreſſus eſſet iuſiurandi præceptum, per iuſiurandum exterminaretur, & uniuerſum ſemen ipſius. Quandoquidem igitur Palæſtina ſub ſortem Sem cecidit, & tota ipſius uicinia: auarus autem eſſet Chanaan filius Cham, poſtea Palæſtinorum terram inuaſit, hoc eſt Iudæam, ipſamq; abripuit: longanimis autem eſſet Deus, pœnitentiæ tempus dans, ut pœnitentiã agerent hi qui ex Cham nati eſſent, & reſtituerent filijs Sem propriam hæreditatem. illi uerò pœnitentia non ducerentur, ſed uellent menſuram ipſorum implere: tunc Deus poſt multas poſtea generationes iuſtus exiſtens, ulciſcitur iuſiurandi tranſgreſſionem. Sic enim Amorrhæorum menſuram impleri oportebat. Sem enim genuit Arphaxad, Cham uerò genuit Chanaan. Chanaan autem genuit poſt auariciæ deſignationem, Amorrhæum, & Gergeſæum, & Pherezæum, & Euæum, & Aruæum, & Aradium, & Sidonium. Numerantur itaque ſic generationes uſque ad ipſius Sem ultionem. Sem qui circumuentus fuit, genuit Arphaxad, uelut diximus. Arphaxad genuit Cenan, Cena Sala, Sala Heber, & fit turris ædificatio. Heber genuit Phalec, & fit linguarum diuiſio. Phalec genuit Rhagan, Rhagan Seruch, Seruch Nachor, Nachor Tharra, Tharra Abraam, Abraam Iſaac, Iſaac Iacob, qui cognominatus eſt Iſraël, ex quo Iſraëlitæ. Iacob Iudam, Iudas Phares, Phares Eſrom, Eſrom Aram, Aram Aminadab, Aminabab Naaſon, Naaſon Salmon. Hæc eſt progenies eorum qui à Sem geniti ſunt. Hos igitur iniuria affectos à filijs Cham, & proprio loco ſpoliatos, Deus ulciſcitur, exterminans progeniem Chanaan, iuxta iuſiurandum ipſorum. Et ſemen Sem propriam recipit regionem. Nequaquam igitur iniuſtè Deus egit, qui iuſta unicuiq; parti diſtribuit. Non enim naſo ſuſpenditur Deus, uelut dixi. Itaque in exitu

Sem quas generationes produxerit:

exitu collectionem ſibijpſi adaptans Deus, dicit ad Moſem, Solue calceamenta ex pedibus tuis. Qui enim puras aquas acceſſurus erat primùm calceis exuitur. Quandoquidem igitur multum tempus interceſſit, & quiſque in uia ſua errauimus, & hæc collectio in proprijs malis permanſit: Nondum lauacrum regenerationis Deus reuelauit, ſed multis quidem annis diſtulit. Poſtea uerò ſanctæ Eccleſiæ ſanctiſsimum lauacrum reuelauit, in Moſe quidem calceamenta ſoluens, in prophetis uerò extrinſecam tunicam exuens, perizoma ueſtem corpus tantùm integentem, ſolum relinquens, uelut in Hieremia. In Ioanne uerò omnia mundi ueſtimenta reijciens, & ex pilis cameli transformans. In ipſo autem Saluatore ac diſcipulis ipſius mundi habitum exuit, & ſupernè ex cœlis poſt aquarum purificationem, ignis & ſpiritus indumentum induit. At uerò Iſraëlitæ uidentes gratiam hanc ipſius, non cognouerunt quod Deus eſt. Quapropter etiam Propheta reprehenſorio modo ipſos deplorat, propter ignominiam qua ipſi Saluatorem affecturi eſſent. Hæc, inquit, Domino redditus populus ſtultus, & cor non habens. Non enim nouerunt hunc, quod hic erat in principio cum quo pater conſultauit, Faciamus hominem ad imaginem noſtram, & ad ſimilitudinem, dicens. Nam uox Faciamus, non eſt unius numeri ſignificatiua, itaque conſultauit pater cum filio & ſancto ſpiritu. Verbo enim Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris ipſius omnis uirtus ipſorum. Neque intellexerũt dictum quod in eodem libro dicit, quod pluit Dominus ignem, is qui ad Abraam uenit à Domino, qui ipſum de cœlo demiſit: Neque cognouerunt ipſum eos ab Ægypto dicentem, Neque intellexerunt prophetam dicentem, Et tu Bethleem non es minima. Quomodo enim conuenit minimam uocare ciuitatem, quæ cæpit eum quem mundus & cœlum atque omnia capere non poſſunt? Et neque hoc, Ex te mihi egredietur dux. Quid uerò à Bethleeem egreditur? & homo eſt? & quomodo Dei rationem habet? perturbat ipſos quod eſt Deus & homo. In eodem uerò tranſitus ipſius ſunt ab initio, à creatione mundi: hoc autem non eſt amplius hominis, ſed Dei. Non autem meminerunt eius, Quod uirgo concipiet in utero, & pariet filium, & uocabunt nomen ipſius Emanuel. Vox autem Vocabunt, ſignificat modum ſanctorum & fidelium, filiorum Eccleſiæ. Interrogati enim à Domini occiſoribus Iudæis de Saluatore, quomodo crucifixum confitentur, ab ijſdem fidelibus audiunt, quoniam à uobis crucifixus eſt, nobiſcum uerò Deus eſt. Ipſum autem Dauid non audiuerunt, & non cognouerunt ipſius timorem, quem uidens in ſancto ſpiritu dixit, Horrens futuram Domini ipſius diſpenſationem, Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis. Sabbata itaque antiqua præterierunt. Sabbatum autem uerum à nobis prædicatur. Ceſſauit prima circunciſio, unum membrum minutiſſimum circuncidens. Efficax eſt autem ualde cœleſtis circunciſio, totum corpus circuncidens. Aquæ enim & ſanctorum nominum nomenclatura, non in uno hominis membro fiunt, ſed totum hominis corpus purificant ac circuncidunt, & ab omnibus malis liberant. Itaque ſancta Eccleſia hæc myſteria ſuſcepit. Inſurrexerunt autem in ipſam etiam graues hoſtes, qui Oeciaci, hoc eſt domeſtici appellantur, non ſunt autem ex uera Apoſtolorum Domini fide. Si enim fuiſſent ex ipſis, manſiſſent utique cum ipſis. Verùm ſpurij ſunt, & commixti, malam concupiſcentiam cibi ex piſcibus ac ficubus Ægyptijs habentes, & filium Dei ſurſum ac deorſum blaſphemantes, Ariomanitæ, quos iam in libris ante hunc editis notauimus. Alij uerò Sabellij. Et Sabellij quidem penitus negant eſſe filium & ſpiritum ſanctum, dicentes, quod filius ipſe eſt pater, & pater ipſe eſt filius, & ſpiritus ſanctus ipſe eſt pater, ut non ſit filius & ſpiritus ſanctus: ſecundi Iudæi & Domini occiſores ſeipſos declarantes. Ariomanitæ uerò omnium impijſsimi ſunt, qui filium ab eſſentia patris diuellere & abalienare audent, & non dignantur filium æqualem eſſe patri, neque

Iſraelitarum ingratitudo.

Oeciacihæretici.

Sabellij.

Ariomanitæ.

neque ipsum ex essentia patris genitum esse. Alij autem horum progenies sunt, aut etiam ante hos, cum alijs suprà relatis, quos neq; Iudæis annumerare possis, blasphemantes spiritum sanctum, secundi Sadducæi ac Samaritæ, & ignoti mortui & increduli. Cæterùm ut ne per atramentum & chartam testimonia contra hos in longum extendamus, & ne legentibus molesti simus: sufficiet ipsis quidem Sabellianis cum alijs testimonijs testimonium Iordanis, uelut iam dixi. Filius enim in Iordanem uerè accedit, Deus homo factus, non qui subierit mutationem, sed susceperit carnem, non ex semine uiri, sed ex sancta uirgine Maria suscepto corpore per spiritum sanctum concepto. Atque id corpus suscepit perfectum, hoc est hominem perfectum anima & corpore. Factus est igitur Deus & homo, & ad Ioannem in Iordanem accessit, unus existẽs idem filius, & CHRISTVS & Dominus. Pater uerò ex supernis uo
» ciferatur, testimoniũ præbens filio in Iordane existenti, Hic est filius meus dilectus. Sanctus uerò spiritus in specie columbæ descẽdit super ipsum quum in aquas descendisset, ut puras ipsas demonstraret eorum gratia qui in nomen patris & filij & spiritus sancti baptizandi essent. At uerò Arianis cum prædictis, sufficiet id quod dicit filius, Ego in patre, & pater in me. Æqualitatem enim hic ad patrem ostendit, & ingenuitatem. Progeniei uerò Arianorum, nis qui spiritum sanctum blasphemant, sufficient duo testimonia iam antè producta post alia testimonia. Vnum ex Daniele sic habens, In camino ignis Sedrach, Misac, Abdenago, laudantes Deum cõpræhendunt cum seipsis omnem Dei creaturam, & dicunt, Benedicite omnia opera Domini Dominum: & enumerauerunt cœlos & alia, lunam, solem, & uirtutes, terramq; ac mare, & omnia quæ in eis sunt. & nusquam filium ac spiritum sanctum connumerauerunt creaturis. Seraphim sanctificant Trinitatem, non semel, non bis, non quater, sed ter sanctus uocem proferentia. Redarguat autem hos rursus Petrus increpans Ananiam cum suis ac dicens, Tentastis spiritum sanctum: & ait, Non mentitus es homini, sed Deo. At Apostolus nouit, uelut sæpe diximus, Spiritum non esse alienum à Deo, quum dicit, Perscrutatur profunda Dei. Quod uerò non est ex essentia Dei, id profunda Dei perscrutari impossibile est. Nos uerò nouimus patrem, patrem: filium, filium: spiritum sanctum, spiritum sanctum: Trinitatem in unitate. Vna enim est unitas patris & filij ac spiritus sancti, una essentia, una dominatio, una uoluntas, una Ecclesia, unum baptisma, una fides: & quiescãt qui cõtra sanctam uirginem CHRISTI, & castam nympham, hoc est matrem nostram sanctam Ecclesiam insurgunt. Huius enim filij à sanctis patribus, hoc est sanctis apostolis acceperunt, ut fidem custodiant, simulq; suis filijs tradant ac denuncient. Ex quibus etiam uos ipsi filij estis, ô ueneradissimi fratres, & filijs uestris hanc doctrinam tradidistis. Hæc itaque sic dicere, & his similia ex diuinis scripturis confirmare, tum ipsos, tum auditores uestros docentes, in uiam deducentes, instruentes, ne cessetis uos fideles & orthodoxi, hanc catholicæ Ecclesiæ sanctam fidem seruare, uelut sancta & sola uirgo Dei à sanctis Domini apostolis traditam accepit. Atque sic unumquemq; in fide instructum, & ad sacrum lauacrum accedere uolentem, nõ solum sinere debetis, ut indicet se filijs uestris in Domino quod credat, sed etiam ut prolatis uerbis, uelut eadem omnium mater nostra & uestra recepit, doceat ac dicat: Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ, uisibiliumq; omniũ & inuisibilium. Et in unum Dominum IESVM CHRISTVM filium Dei unigenitum, & ex patre genitum ante omnia secula, hoc est ex essentia patris: lumen de lumine, Deum uerum de Deo uero, genitum nõ factum, coessentialem patri, per quem omnia facta sunt, quæ in cœlis sunt & in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus est ex spiritu sancto, ex Maria uirgine, & homo factus est, crucifixusq; pro nobis sub Pontio Pilato, & passus, & sepultus est, Et resurrexit tertia die secundùm

Fidei catholicæ enumeratio.

dùm ſcripturas, & aſcendit in cœlos, & ſedet ad dexteram patris: Et iterum uenturus eſt cum gloria ad iudicandum uiuos & mortuos: Cuius regni non erit finis. Et in ſpiritum ſanctum Dominum & uiuificum, qui ex patre procedit, qui cum patre & filio ſimul adoratur & conglorificatur, qui loquutus eſt per prophetas: Et in unam ſanctam catholicam & apoſtolicam Eccleſiam. Confitemur unum baptiſma in remiſſionem peccatorum, & expectamus reſurrectionem mortuorum, & uitam futuri ſeculi, Amen. Cæterùm eos qui dicunt, Erat aliquando quando non erat, & priuſquam gigneretur non erat: aut quod ex nihilo factus eſt, aut ex alia ſubſtantia aut eſſentia, dicentes eſſe fluxilem aut alterabilem Dei filium: hos execratur catholica & apoſtolica Eccleſia. Et hæc quidem fides tradita eſt à ſanctis apoſtolis, & recepta in Eccleſia in ſancto urbis Nicenæ concilio, ab omnibus ſimul tunc præſentibus Epiſcopis, trecentis & decem octo numero. Quandoquidem uerò noſtro ſeculo proruperunt aliæ quædam hæreſes, alia ſuper aliam, hoc eſt à tempore Valentiniani & Valentis regis, circa decimum regni ipſorum annum, & rurſus circa ſextum annum Gratiani, hoc eſt nonageſimo anno Diocletiani tyranni: ea gratia uos & nos, & omnes orthodoxi epiſcopi, & in ſumma, uniuerſa ſancta catholica Eccleſia, aduerſus illas hæreſes, in hoc ſanctorum illorum patrum præſcriptam fidem ſequentes, ſic dicimus, præſertim his qui ſacrum lauacrum accedunt, ut confiteantur, atque ſic dicant, Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, omnium uiſibilium & inuiſibilium creatorem, & in unum Dominum IESVM CHRISTVM filium Dei, genitum ex Deo patre unigenitum, hoc eſt ex eſſentia patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum uerum de Deo uero, genitum non factum, coeſſentialem patri, per quem omnia facta ſunt, quæ in cœlis ſunt & in terra, uiſibilia & inuiſibilia. Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, hoc eſt, genitus eſt perfectè ex ſancta Maria ſemper uirgine, per ſpiritum ſanctum, & homo factus eſt, hoc eſt perfectum hominem ſuſcepit, animam & corpus ac mentem, & omnia quicquid eſt homo, præter peccatum: non ex ſemine uiri, neque in homine, ſed in ſeipſum carnem efformauit, in unam ſanctam unitatem: non quemadmodum in prophetis inſpirauit & loquutus eſt ac operatus, ſed perfectè homo factus. Verbum enim caro factum eſt, non mutationem paſſum, neque tranſmutata deitate in humanitatem, ſed ita ut counierit ſuam ſanctam perfectionem ac deitatem in unam. Vnus enim eſt Dominus IESVS CHRISTVS, & non duo: idem Deus, idem Dominus, idem rex. Idem paſſus eſt in carne, & reſurrexit, & aſcendit in cœlos in ipſo corpore, glorioſe ſedens in dextera patris, uenturus in ipſo corpore in gloria ad iudicandum uiuos & mortuos. Cuius regni non erit finis. Et in ſpiritum ſanctum credimus, qui loquutus eſt in lege, & prædicauit in prophetis, & deſcendit in Iordanem, & loquitur in Apoſtolis, atque habitat in ſanctis. Sic autem credimus in ipſum, quod Spiritus ſanctus, ſpiritus Dei, ſpiritus perfectus, ſpiritus paracletus, increatus, ex patre procedens, & à filio accipiens, ac fidem repe riens. Credimus in unam catholicam & apoſtolicam Eccleſiam. Et in unum baptiſma pœnitentiæ, & in reſurrectionem mortuorum, & iudicium iuſtum animarum ac corporum. Et in regnum cœlorum, & in uitam æternam. At uerò eos qui dicunt, quod erat aliquando quando non erat filius, aut ſpiritus ſanctus: Aut quod ex nihilo factus eſt, aut ex alia ſubſtantia ſiue eſſentia, mutabilem aut alterabilem filium Dei, aut ſpiritum ſanctum aſſerentes: eos execratur Catholica & Apoſtolica Eccleſia, mater ueſtra & noſtra. Et rurſus execramur eos qui reſurrectionem mortuorum non confitentur. & omnes hæreſes qui non ſunt ex hac recta fide. Quum autem ueſtri & noſtri filij, ô uos beatiſſimi, ſic credant, & mandata ex hac fide perficiant,

Niceni concilij epiſcopi CCCXVIII

ciant, ſperamus ut ſemper pro nobis precentur, ut habeamus partem & ſortem in eadem fide ac mandatorum ipſius ſorte. Et rogo ut oretis pro nobis uos & omnis qui ſic credit, & mandata Domini ſeruat, in CHRISTO IESV Domino noſtro, per quem, & cum quo gloria patri cum ſancto ſpiritu, in ſecula ſeculorū, Amen. Porrò tenuitas noſtra, dilectiſſimi fratres, & infirma mentis facultas, coacta eſt feſtinare, ueſtra dexteritate nos impellente, etiamſi inſufficientes nos ſupra noſtram menſuram declaret, ut multo auxilio ipſi ſit opus. Verùm omnia nouit fidelis, qui in cœlo eſt. Cæterùm pax ſit omni procedenti iuxta ueræ & orthodoxæ huius fidei regulam, ad ipſum Iſraël Dei. Salutate omnes ſanctos in Domino. Salutant uos

Anatolius. ſerui Domini, præſertim ego Anatolius qui hunc librum ſcripſi ſermonis Ancorati appellati, & opto uos in Domino ualere.

FINIS SERMONIS SIVE LIBRI EPIPHANII, qui Ancoratus inſcribitur.

EIVSDEM D. EPIPHANII ANACEPHALEOSIS, SIVE SVMMA TOTIVS OPERIS PANARII APPELLATI, ET CONTRA OCTOAGINTA HAEreſes conſcripti: eodem Iano Cornario Medico Phyſico interprete.

QVANDOQVIDEM uolumus uobis & nomina hæreſeon indicare, & nefarias apud ipſos actiones reuelare, quæ uelut uirus & uenena exiſtunt: ſimul autem cum ipſis etiam antidotos adaptare, quæ commorſis quidem ſint auxiliares, præoccupent autem in hoc illapſuros: nam panarium quoddam, aut capſulam medicã eorum qui à beſtijs uenenatis commorſi ſunt interpretabimur, hoc eſt, librum quendã per tres conſcriptum, continentem hæreſes octoaginta, quæ ſanè beſtiarum aut reptilium morſus ſunt: Vnum uerò eſt poſt octoaginta ueritatis fundamentum, ſimulq; doctrina, ſalutaris tractatio, & CHRISTI ſponſa ſancta Eccleſia: quæ fuit quidẽ ab æterno, uerùm per CHRISTI in carne aduentum, iuxta temporis ſucceſſionem, prædictarũ hæreſeon pars reuelata, & à nobis in illorum ſcriptorum commentarijs per CHRISTI prædicationem locata, & rurſus poſt omnia harum hæreſeon flagitia, uelut refrigerium eorum qui hæreſeon erumnas perlegerunt, à nobis per orationis compendium iuxta apoſtolorum doctrinam, clarè annunciata: rogamus ut omnes ſtudioſe uerſetis & præfationẽ, & ſequentes deinceps hæreſes, & confeſſionem pro ueritate, & ueritatis doctrinam, & ſanctæ catholicæ Eccleſiæ fidem. Sunt autẽ in toto opere per prædictos tres libros diuiſo, primum, ſecundum, ac tertium, hæc. Tres libros in ſeptem tomos diuiſimus. In unoquoq; uerò tomo numerus quidam hæreſeon ac ſectarum habetur. Simul autem omnes octoaginta ſunt, quarũ nomina & prætextus hi ſunt. Barbariſmus, Scythiſmus, Græciſmus, Iudaiſmus, Samaritiſmus. Ex his ſunt quæ deinceps ſequutæ ſunt. Ante aduentum quidem CHRISTI, poſt barbariſmum & Scythicam ſuperſtitionẽ, ex Græciſmo productæ hæ, Pythagoræi ſiue Peripatetici, Platonici, Stoici, Epicuræi. deinde Samariticæ hæreſis ex Iudaiſmo ortæ quatuor ſunt gẽtes, Gortheni, Sebuæi, Doſithæi, Eſſeni. Deinde idem prædictus Iudaiſmus, qui ab Abraam formam accepit, & per datam Moſi legem ampliatus eſt, & à Iuda filio Iacob, qui etiam Iſraël appellatur, per Dauidem regem ex eius tribu primùm cognomen adeptus eſt, ſeptem ſectas habet, Scribarum, Phariſæorum, Sadducæorum, Hemerobaptiſtarum, Oſſæorum, Naſaræorum, Herodianorum. Ex his ſectis etiam poſtea iuxta temporum ſucceſſionem, apparuit ſalutaris Domini noſtri IESV CHRISTI diſpẽſatio, ſiue ipſius in carne aduentus, & Euangelica doctrina ac prædicatio regni, quæ ſola fons eſt ſalutis, & fides ueritatis catholicæ ac apoſtolicæ Eccleſiæ. Ex hac autem diffractæ ac fiſſæ ſunt nomen ſolùm CHRISTI habentes, & non item fidem, hæ hæreſes, Simoniani, Menandriani, Saturniliani, Baſilidiani, Nicolaitæ, Gnoſtici, qui & Stratiotici, & Phibionitæ: apud aliquos uerò Coddiani appellantur, ac Borboriani, apud alios Socratitæ, apud quoſdam Zacchæi: Carpocratitæ, Cerinthiani, qui & Merinthiani, Nazoræi, Ebionæi, Valentini, Secundiani, quibus adduntur Epiphanes & Iſidorus: Ptolemæi, Marcoſij, Colorbaſij, Heracleonitæ, Ophitæ, Caiani, Sethiani, Archontici, Cerdoniani, Marciones, Lucianiſtæ, Apelleiani, Seueriani, Tatiani, Eucratitæ, Phrygaſtæ, qui & Montaniſtæ, & Taſcodrugitæ: Pepuziani, qui & Priſcilliani ac Quintilliani. Quibus annectuntur Artotyritæ, Teſſareſcædecatitæ, qui paſcha unam diem anni faciunt. Alogi, qui Euangelium & Apocalypſim Ioannis non admittunt. Adamiani, Sampſæi, qui & Helceſæi, Theodotiani, Melchiſedeciani,

Panarium aut capſula medica.

ni, Bardesianistæ, Noëtiani, Valesij, Cathari, qui & Nauati, Angelici, Apostolici, qui & Apotactici, Sabelliani, Origenei, turpia facientes: Origenei ab Origene, qui etiam Adamantius appellatur: Paulus Samosatensis, Manichæi, qui & Acuanitæ: Hieracitæ, Meletiani, qui in Ægypto sectam habent: Ariani, qui & Ariomanitæ: Audianorum secta, Photiniani, Marcelliani, Semiarij, Pneumatomachi, qui sanctũ Dei spiritum blasphemant: Aëriani, Aëtiani, qui & Anomœi, quibus coniungitur Eumonius: Dimœritæ, qui non perfectam CHRISTI incarnationem confitentur, qui etiam Apolinaritæ. Qui Mariam semper uirginem, postquam Saluatorem genuit, ipsi Ioseph cõiunctam fuisse dicunt, quos sanè appellauimus Antidicomarianitas: Qui in nomen eiusdem Mariæ deiparæ Collyridem offerunt, qui uocantur Collyridiani: Massaliani, quibus coniunguntur Martyriani, qui à Græcis sunt, & Euphemitæ ac Sataniani. Porrò facta rursus repetitione ac diuisione harum hæreseon, indicabo in hac summaria repetitione, quot ex his octoaginta sectis in primo, & deinceps in secundo usque ad tertium sint librum. Imò etiam quot sint hæreses in singulis septem tomis, in quos tres libri digesti sunt. Habet autem res hoc modo.

In primo libro tomi tres sunt, hæreses autem quadraginta sex, cum appellationibus suis, Barbarismi uidelicet ac Scythismi & Græcismi, & Iudaismi ac Samaritismi.

In secundo uerò libro tomi duo sunt, & hæreses uiginti tres. In tertio libro tomi duo, hæreses undecim. In primo igitur libro primi tomi hæreses uiginti sunt, hæ scilicet, Barbarismus, Scythismus, Græcismus, Iudaismus. Græcorum differentiæ, Pythagoræi, siue Peripatetici, Platonici, Stoici, Epicurei. Samaritica hæresis, quæ ex Iudaismo est. Samaritarum gentes quatuor sunt, Gortheni, Sebuæi, Esseni, Dosithei. Iudæorum hæreses septem, Scribæ, Pharisæi, Sadducæi, Hemerobaptistæ, Ossæi, Nasaræi, Herodiani. In secundo uerò tomo primi libri hæreses tredecim sunt, Simoniani, Menandriani, Saturniliani, Basilidiani, Nicolaitæ, Gnostici, qui & Stratiotici ac Phibionitæ, apud aliquos uerò Secundiani, apud alios Socratici, apud alios Zacchæi appellati: Carpocratitæ, Cerinthiani, qui & Merinthiani: Nazoræi, Ebionæi, Valentini, Secundiani, quibus connectuntur Epiphanes & Isidorus, Ptolemæi. In tertio autẽ tomo eiusdẽ primi libri hæreses item tredecim sunt, Marcosij, Colorbasij, Heracleonitæ, Ophitæ, Caiani, Sethiani, Archontici, Cerdoniani, Marciones, Lucianistæ, Apelleiani, Seueriani, Tatiani. Hæc est summa trium tomorum primi libri. Secundi uerò libri tomi duo sunt. Et in primo quidem secundi libri tomo, qui quartus est iuxta numeri ab initio consequentiam, hæreses decem & octo habentur, hoc modo, Eucratitæ, Phrygastæ, qui & Montanistæ ac Tascodrugitæ: Pepuziani, qui & Quintilliani, quibus cõiunguntur Artotyritæ, Tessarescædecatitæ, qui pascha unam anni diem faciunt: Alogi, qui & Euangelium & Apocalypsim Ioannis non suscipiunt: Adamiani, Sampsæi, qui & Helcesæi: Theodotiani, Melchisedeciani, Bardesianistæ, Noëtiani, Valesij, Cathari, Angelici, Apostolici, qui etiam Apotactici: Sabelliani, Origenei, turpia facientes: Origenei, ab Origene Adamantio.

In secundo autem tomo eiusdem secundi libri, quinto uerò iuxta prædictum numerum hæreses quinq; sunt. Pauli Samosatẽsis hæresis, Manichæi, qui & Acuanitæ: Hieracitæ, Meletiani, qui in Ægypto sectam fecerunt: Ariani. Atque hæc est tomorum secundi libri summaria repetitio. Similiter autem & in tertio libro tomi duo sunt. Et in primo quidem tomo tertij libri, sexto autem iuxta numerum quem diximus, hæreses septem sunt, Audiani, Photiniani, Marcelliani, Semiarij, Pneumatomachi, qui spiritum Dei sanctum blasphemant, Aëriani, Aëtiani, qui & Anomœi, à dissimilitudine ac inæqualitate personarum in sancta Trinitate ab ipsis inuecta, appellantur. In secundo uerò tomo eiusdem tertij libri, septimo autẽ iuxta diuisionem quam diximus, hæreses quatuor sunt, Dimœritæ, qui non perfectam CHRISTI incar-

incarnationem confitentur, qui etiam Apolinaritæ. Et qui ſanctam Mariam ſemper uirginem, poſtquam Saluatorem genuit, ipſi Ioſeph copulatam fuiſſe dicunt, quos uocauimus Antidicomarianitas. Et qui in nomen eiuſdem Mariæ Collyridas offerunt, qui ſanè uocantur Collyridiani: Maſſaliani. Et de recta ac uera fide apologia, cum compendio doctrinæ, quæ ſit ſancta Catholica & Apoſtolica Eccleſia. Hæc eſt ſumma & enumeratio totius contra octoaginta hæreſes operis, & unius pro uerita te apologiæ, hoc eſt ſola catholica Eccleſia, in tres quidem libros digeſta, uerùm in ſeptem Tomos diuiſa. Faciam porrò rurſus ſummariam repetitionem aliam primi tomi primi libri contra uiginti hæreſes tractantis. Primùm etenim omnium hæreſeon matres habentur, & exemplaria ac nomenclaturæ, ex quibus omnes aliæ ortæ ſunt, & ſunt hæ. Barbariſmus, quæ per ſeipſam eſt, & durauit à diebus Adam in decem generationes uſque ad Noë. Barbariſmus autem appellatus eſt, ex eo quod eius temporis homines non habuerint principem quendam, aut unam concordiam, ſed quod unuſquiſque pro ſua ratione procedebat, & ſibiipſi lex pro propriæ uoluntatis prærogatiua fiebat. Scythiſmus à diebus Noë, & poſtea uſque ad turris Babylonis ædificationem, & poſt turris tempus ad paucos annos, hoc eſt, uſque ad Phalec & Rhagan, qui ad Europæ regionem declinantes, Scythiæ parti & ipſorum gentibus adiudicati ſunt, ab ætate Tharra & ulterius, ex quo Thraces orti ſunt.

Barbariſmi appellatio.

Thracum origo.

Græciſmus à temporibus Seruch exorſus per idololatriam, & ſicut quiſque tunc procedebat ſecundùm aliquam ſuperſtitionem, ad ciuiliorem uitam, moresq; ac ſtatuta: ita tamen, ut ſimulachra tunc cœperint poni hominum genera, quæ tunc ſequebantur ac deificabant, per colores quidem ab initio depingentes ac repræſentantes eos qui olim apud ipſos in honore fuerunt, aut tyrannos, aut præſtigiatores, aut qui aliquid fecerunt in uita memorabile, per fortitudinem ſiue corporum robur. Deinde uerò à temporibus Tharra patris Abraam, etiam per ſtatuas idololatriæ amore inducto, primos ſuos parentes colentes, & eos qui ante ipſos uita functi erant fabricantes, ex ſingulari primum arte, deinde quum omnes artes ad imitationem excitarentur, ædificatores quidem lapidem ad hoc cædentes ac exſculpentes: argentariiq; uerò & aurifuſores per propriam artis ſuæ materiam effingentes. Ita etiam fabri lignariiq;, ac reliqui. Ægyptiiq; autem & Babyloniiq;, ſimulq; Phryges ac Phœnices, huius ſuperſtitionis primi autores fuerunt, tum ſtatuariæ, tum myſteriorum, à quibus plurima ad Græcos translata ſunt, ab ætate Cecropis & deinceps. Deinde uerò & longè poſtea, Saturnum & Rheam, Iouemq; ac Apollinem, & alios deos declararunt. Græci uerò appellati ſunt Hellenes, ab Hellene quodam uiro qui in Græcia habitauit, & regionem ex ſuo nomine Hellada uocauit: aut, ut aliiq; tradunt, ab elæa, hoc eſt olea, quæ Athenis enata eſt. Iones autem horum principes fuerunt, uelut rei ſinceritas habet, ab Ione uno quodam uiro ex his qui turrim ædificauerunt, quando linguæ omniũ diuiſæ ſunt. Ob quam cauſam etiam Meropes omnes appellati ſunt, propter partitam uocem. Poſtea uerò Græciſmus in ſectas redactus eſt prioribus temporibus, Pythagoreorum uidelicet & Stoicorum, Platonicorumq; & Epicureorũ, ac reliquorum. Porrò diuini cultus forma ſimul fuit & naturæ lex in uitam inducta, ſeparans ſeipſam ab his gentibus, à iactis mundi fundamentis uſque huc, media exiſtens inter Barbariſmum, Scythiſmum, ac Græciſmum: donec coniuncta eſt diuino ipſius Abraæ cultui, & poſtea factus eſt Iudaiſmus, à temporibus Abraam formam adeptus, & per Moſem ſeptimum ab Abraam, per legem datam ipſi à Deo dilatatus: à Iuda uerò filio Iacob, qui & Iſraël appellatus eſt, per Dauidem qui primus ex eiuſdẽ tribu regnauit, perfectum Iudaiſmi nomen ſortitus. Differentiæ autem Græcorum hæ ſunt, Pythagorei, ſi-

Idolorum cultus origo.

Hellenes, cur dicti Græci.

Meropum appellatio.

Pythagoræ dogmata.

ue Peripatetici, qui unitatem & prouidentiam & prohibere ſacrificare dijs docent: item animatis non ueſci, & à uino abſtinere. Decreuerunt autem ſimul ea quæ à luna & ſupra lunam ſunt immortalia eſſe: quæ uerò infrà, mortalia. Et tranſire animas à corporibus ad corpora, uſque ad animalia & beſtias omnis generis. Athorum præceptor ſilentium agens, ſeipſum Deum nominauit.

Platonicorũ dogmata.

Platonici, Deum & materiam ac formam prodiderunt, & mundum factum ac corruptibilem eſſe. Animam uerò ingenitam, & immortalem ac diuinam. Eſſe autem partes ipſius tres, Rationalem, impetuoſam, quæ ira concitatur, & cupiditate præditam. Vxores uerò omnibus communes eſſe, & nullum unam propriam habere debere, ſed unumquemque cum qua uelit, illa item uolente coire. Tranſitum uerò animarum ſimiliter in diuerſa corpora omnis generis animantium. Simul autem & deos multos ex uno docuerunt.

Stoicorum placita.

Stoici uniuerſum eſſe corpus docuerunt, & ſenſibilem hunc mundum Deum putauerunt. Quidam uerò ex ignis eſſentia naturam ipſum habere pronunciant. Et Deum quidem mentem decernunt, & uelut animam totius amplitudinis cœli ac terræ. Corpus autem eius eſſe uniuerſum, uelut dixi, luminaria uerò oculos. Carnem autem omnium perire. Animam uerò omnium à corporibus ad corpora tranſire.

Epicureorũ placita.

Epicurei atomos & indiuiſibilia corpora, ſimilaria quæ ac infinita, uniuerſorum principium eſſe ſtatuerunt. Et finem fœlicitatis eſſe uoluptatem docuerunt. Et neque Deum, neque prouidentiam res gubernare.

Samaritiſmus, & ab ipſo appellati Samaritæ. Hic eſt à Iudaiſmo, antequam deuenirent hæreſes ad Græcos. Poſtquam uerò cœpit eſſe Græcorum ſuperſtitio, medium eius & Iudaiſmi obtinuit. Originem autem accepit à temporibus Nabuchodonoſor & captiuitate Iudæorum. Ipſi uerò Samaritæ inquilini ſunt ab Aſſyrijs in Iudæa, & receperunt ſolùm quinque libros Moſis, quum rex miſiſſet ipſis à Babylone per ſacerdotem Eſdram appellatum. Omnia Iudæorum habent, præterquam abominari gentes, & neque attingere aliqua: & præterquam quod negant reſurrectionem mortuorum, & alias prophetias poſt Moſem.

Samaritarũ ſectæ.

Samaritarum gentes quatuor ſunt, Gortheni, qui alijs temporibus feſtiuitates agunt, quàm Sebuæi. Sebuæi, qui propter eandem cauſam in feſtis celebrandis à Gorthenis diſſentiunt. Eſſeni, qui neutris aduerſantur, ſed cum quibuslibet indiſcriminatim feſta celebrant. Doſithei, in ijſdem gentibus uelut Samaritæ uitam degunt, circunciſione & ſabbato atque alijs utuntur, & quinque libris Moſis. Amplius autem quàm alij ſeruant abſtinentiam ab animatis, & frequentius in ieiunijs uiuunt. Quidam ipſorum etiam uirginitatem ſeruant, alij continenter agunt. Creduntautem mortuorum reſurrectionem, quod alienum eſt à Samaritis.

Iudæorum hæreſes.

Iudæorum hæreſes ſeptem ſunt. Scribæ, qui legales fuerunt, & expoſitores traditionum ſeniorum apud ipſos, per ſuperfluam ſuperſtitionem conſuetudines ſeruantes, quas ex lege non didicerunt, uerùm ſibijpſis præſcribentes ſimulachra iuſtificationis legis. Phariſæi, hoc eſt ſeparati, qui exactiſſimam uitam degebant, & longè alijs integriores. Apud quos etiam mortuorum reſurrectio, uelut etiam apud Scribas, & de angelis ac ſpiritu ſancto, quod ſit, aſſenſus. Vita item diuerſa. Continentia uſque ad tempus, & uirginitas, ieiuniumq; per ſabbatum. Vrceorum ac patinarum & poculorum purificationes, uelut etiam apud Scribas. Decimationes & primitiæ, & aſſiduæ preces, & habitus ſuperſtitioſus indumentorum, per amicula, & dalmaticas, atque pallia, & dilatationes phylacteriorum, hoc eſt ſignorum ac notarum purpuræ, & fimbriarum ac prætextuum in alis palliorum: quæ ſanè fuerunt ſigna continentiæ apud ipſos ad tempus. Iidem etiam natiuitates introduxerunt, ac fatum.

Dalmaticæ. Phylacteria.

Sadducæi, hoc eſt iuſtiſſimi, ex genere quidem erant Samarita-

maritarum, simulq; sacerdotis Sadduc nomine: mortuorum uerò resurrectionem negabant, & non admittebant angelum, neque spiritum. per omnia uerò alia Iudæi erant. Hemerobaptistæ: hi per omnia quidem Iudæi fuerunt, dicebant autem neminem assequi uitam æternam, nisi quis quotidie baptizaretur.

Osseni, quos impudentissimos interpreteris. Hi omnia secundùm legem perficiebant. Vtebantur autem & scripturis alijs post legem, plerosque uerò ex posterioribus prophetis reijciebant. Nasaræi, quos interpretari possis rebellatores aut dissipatores, omnem carnis esum interdicunt, animatis penitus non fruuntur. Vsque ad Mosem & Iesum Naue sanctis in quinque libris Mosis nomine patriarchis utentes, ipsisq; credentes, Abraam inquam, & Isaac, & Iacob, ac superioribus, ipsoq; Mose & Aaron ac Iesu. At ipsorum quinque librorum Mosis inscriptorum scripta, docent non esse Mosis, sed alia præter ea se habere affirmant.

Herodiani: hi Iudæi quidem erant per omnia, Herodem uerò CHRISTVM sperabant, & huic tum honorem, tum nomen CHRISTI attribuebant. Hic est primus tomus, cõtinens contra omnes has uiginti hæreses tractationem. In ipso uerò habetur etiam de CHRISTI aduentu tractatio, & ueritatis confessio, quæ una & sola est uera Dei fides. Atque hactenus quidem procedit uiginti hæreseon contradictio, & de fide atque aduentu CHRISTI in carne tractatio. Statim enim & cuestigiò accessit Domini nostri IESV CHRISTI in carne aduentus, qui prædictas septem hæreses in Hierosolymis deprehendit, & uirtus ipsius has extinxit ac dispersit. Deinceps uerò post ipsius aduentum, posteriores omnes hæreses fuerunt: dico autem, postquam nuncium accepit Maria in Nazaret, & concepit Verbum quod est è cœlo ex sinibus paternis, genitum sine tempore & sine principio. Venit autem in extremis diebus Deus Verbum, ex Deo patre uere genitus, coessentialis existens patri, & nihil à patre alteratus, sed immutabilis & inalterabilis existens, passionisq; omnino exors, sed qui tamen nostro generi compassus est, & descendit de cœlo, conceptus non ex semine uiri, sed ex spiritu sancto uerè, corpus de Maria adeptus, ita ut efformarit sibijpsi carnem à sancta matre, & animam humanam ac mentem acceperit, & totum quicquid est homo in seipsum cum sua ipsius deitate uniuerit: natusq; est in Bethleem, circunciſus, oblatus in Hierosolymis, in ulnas acceptus à Symeone, confessionem faciente de ipso prophetissa Anna filia Phanuëlis, assumptus in Nazaret, uenitq; sequenti anno ut conspiceretur coram Domino, & fuit in Bethleem propter cognatos à matre gestatus, & rursus in Nazaret sublatus est, & secundùm annorum circuitum in Hierosolyma uenit, gestatus à propria matre. In Bethleem in domum descendit cum propria matre, & Ioseph sene, qui cum Maria erat: atque isthic secundo anno natiuitatis suæ uisitatus est, munera accepit. Et in ipsa nocte quum Ioseph ab angelo responsum accepisset, in Ægyptum translatus est, & ubi eò descendisset rursus post duos annos redijt, mortuo Herode & Archelao successore. Nam trigesimo tertio anno Herodis, quadragesimo uerò secundo Augusti regis, nascitur Saluator in Bethleem Iudææ. Descendit autem in Ægyptum trigesimo quinto anno Herodis. Redit deinde ab Ægypto post Herodis mortem. Quare in tricesimo septimo anno principatus Herodis, puer erat annorum quatuor. Herodes enim impleto trigesimo septimo, è uita decessit. Archelaus uerò nouem annis regnauit. Itaque Ioseph quum audisset Archelaum regnare, exiuit cum Maria & puero, & secessit in partes Galilææ, & habitauit in Nazaret. Archelaus uerò genuit Herodem iuniorem, & regnauit Herodes nono anno regni patris sui Archelai iuxta successionem. & facti sunt tredecim anni, qui in aduentu CHRISTI in carne supputantur.

Christi aduentus.

Christus quãdo natus.

At decimo octauo anno Herodis, appellati Agrippæ, cœpit IESVS prædicare, & baptiſmum à Ioanne tunc accepit, & prædicat annum acceptum, à nemine contradictionem ſuſtinens, neque à Iudæis, neque à Græcis, neque à Samaritis, neque à quopiam alio. Deinde contradictionem habens prædicauit annum ſecundum. In uiceſimo uerò anno Herodis Tetrarchæ appellati, fit ſalutaris paſſio, & à paſſione alienitas, guſtus mortis uſque ad crucem, patientis in ueritate,
» uerùm paſſionis exortis in deitate. CHRISTO enim paſſo pro nobis car-
» ne, ait Scriptura. Et rurſus, Mortificatus quidem carne, uiuificatus autem ſpiritu, & cætera: crucifigitur, ſepelitur, deſcendit ad inferna in deitate & in anima, captiuam ducit captiuitatem, & reſurgit tertia die cum ſuo ſancto corpore, unito corpore cum deitate, quod non amplius ſoluitur, non amplius patitur, non am-
» plius morti ſubiectum eſt, uelut Apoſtolus dicit: Mors ipſi non amplius dominatur: ipſum corpus uerè, ipſam carnem, ipſam animam, ipſa illa omnia, non aliud quid præter id quod eſt corpus, ſed ipſum quod eſt fortificauit, & in unam unitatem, & in unam deitatem uniuit, carnale, incorruptibile: corporale, ſpirituale: craſſum, attenuatum: mortale, immortale: ita ut non uiderit penitus corruptionem, non relicta anima in inferno, non diuiſo organo ad peccatum, non polluta mente ad mutationem: ſed ſuſceptis omnibus quæ ſunt hominis, & omnibus perfectè ſeruatis concedente deitate ueræ humanitati, in neceſſitatibus honeſtis, corporalibus ac animalibus, & ex mente humana requiſitus ad perfectionem, hoc eſt in fame, ſiti, eiulatu, triſticia, lachrymis, ſomno, labore & quiete. Hæc enim non peccati ſpecies ſunt, ſed ueriſſimæ humanitatis ſigna, deitate in ueritate præſente, & humana non patiente, ſed deitate in ea quæ honeſta erant, & fieri oportebat conſentiente, & in ea quæ extra peccatum ac mutationem interdictam exiſtunt. Sed & reſurrexit, & foribus concluſis ingreſſus eſt, ut craſſum tenue oſtenderet, ipſum quod erat cum carne & oſſibus. Poſtquam enim ingreſſus eſt, oſtendit manus & pedes, & latus perforatum, oſſa que ac neruos, & alia, ut non eſſet imaginatio quod uidebatur: fideique ac ſpei noſtræ promiſſionem confirmabat per ſeipſum, omnia perficiens, & cibum unà capiens & cohabitans, non in apparentia, ſed ueritate: erudiensque docuit prædicare regnum cœlorum in ueritate, magnum ac ſummum illud indicans diſcipulis, ac dicens:
» Docete gentes, hoc eſt tranſmutate gentes à malicia ad ueritatem, ab hæreticis ſectis ad unam deitatem, baptizantes ipſos in nomen patris & filij & ſpiritus ſancti, in dominicam nomenclaturam Trinitatis, ſanctum & regium ſigillum: quo oſtenderet ex nomine nullam alterationem eſſe unius unitatis. Vbi enim hi qui baptizantur, iubentur in nomen patris baptizari, certa fit glorificatio: in nomen filij, non deficientis eſt nomenclatura: in nomen ſancti ſpiritus, non eſt diuiſa unitas, neque ab una deitate abalienata. Aſſumptus eſt in cœlos in ipſo corpore, & anima ac mente, quæ conuenit in unam unitatem, & unam ſpiritualem ſubſtantiam, & diuina effecit. Sedet in dextera patris, miſſis præconibus in totum
Diſcipuli Domini. orbem terrarum, Simone Petro, Andrea fratre eius, Iacobo & Ioanne filijs Zebedæi, quos olim elegerat, Philippo & Bartholomæo, Matthæo, & Thoma, Iudæ, & Thadæo, Simone Zelota, & Iuda Iſcariota, qui etiam proditor ipſius factus eſt: & alijs ſeptuaginta duobus. Ex quibus erant ſeptem uiduis præfecti, Stephanus, Philippus, Prochorus, Nicanor, Timon, Parmenas & Nicolaus.

Et ad hos Matthias, qui pro Iuda poſtremum allectus eſt inter duodecim Apoſtolos. Et cum his omnibus, Marcus, Lucas, Iuſtus, Barnabas, Apelles, Rufus, Niger, & reliqui ex Septuaginta duorum numero.

At poſt

At post hos omnes & cum ipsis, elegit Paulum sanctissimū Apostolum, per propriam uocem è cœlo, Apostolum simulq; præconem gentium, & Apostolici ministerij impletorem ipsum misit. Qui reperit Lucam ex septuaginta duorum dispersorum numero, ipsumq; sectatorem accepit, & in Euangelio auxiliarium. Hoc itaque modo absoluta est tota Euangelica tractatio, usque ad hoc tempus. Atque hucusque erit mihi sermo de uiginti sectis, & de Euangelica mundi per CHRISTVM ac discipulos eius facta illuminatione, per consequentiā & in compendio. Quibus etiam similia colligere ac apponere licet uaticinia ac prophetias, ex lege & psalmis, itemq; aliorum cōsequentias ac ductus uidere, ac certitudinem compræhendere, quod non spurius, sed uerus, & ab omni ueteri Testamento præannunciatus, ac minimè ambiguus est CHRISTI aduentus, & Euangelica doctrina. Quo uerò nō in nimiā molem extendam operis tractationem, his contentus ero. Progressione autem facta consequenter etiam eas quæ postea in mundo exortæ sunt per malum prætextum, opiniones similiter describam. Hæc enim insunt in secundo tomo primi libri, qui de tredecim sectis tractat. Quarum prima est Simonis Magi, qui statim post CHRISTVM adhuc prædicantibus apostolis apparuit, à quo etiam Simoniani appellati sunt, eiusdem hæresi addicti. Hic ex Samaria originem ducebat, è uico Gittharum. CHRISTI uerò nomen subijt solum. Docuit turpia facere, & coitum inquinationis, uxorumq; indifferentiam. A' corporibus autem reiecit resurrectionem. Et mundum dicebat Dei non esse. Imaginem suam & Helenæ scorti quod cum ipso erat, uelut Iouis & Minernæ, discipulis suis adorandam proponebat. Dicebat insuper seipsum Samaritis quidem patrem, Iudæis uerò CHRISTVM. Menandriani, à Menandro quodam appellati sunt, qui in aliqua re differt à Simonianis, & mundum ab angelis factum esse dicebat. Saturniliani, qui in Syria Simonianorum turpia facta corroborarunt, uerùm alia à Simonianis prædicabant, quo magis admirationi essent. Originem à Saturnilo habuerunt, qui & ipse uelut Menander, mundum ab angelis factum esse asserebat, atque his solum septem, iuxta superni patris sententiam. Basilidiani, eiusdem turpis operationis actores, à Basilide, qui unà cum Saturnilo Simonianorum & Menandrianorum discipulus fuit: & aliqua similiter sentiebat, in aliquibus uerò dissentiebat. Dixit autem trecentos sexaginta quinque cœlos esse, & his nomina angelica imponit: propterea quod etiam annus tot dierum sit, & Abrasax nomen uirtutis eundem numerum referat, nimirum CCCLXV. Et hoc nomen spiritum sanctum esse dicit. Nicolaitæ, à Nicolao, qui uiduis ab apostolis præfectus fuit. Hic ob zelum propriæ uxoris, turpia facere discipulos suos unà cum alijs docuit. Et de Caulaucauch & Prunico, atque alijs barbaricis nominibus, quæ mundo scelestus inuexit. Gnostici easdem hæreses susceperunt, uerùm plus omnibus turpitudinem furiosè operati sunt. In Ægypto autem Stratiotici appellati sunt, & Phibionitæ. In superioribus uerò ac orientalibus partibus Secundiani. In alijs partibus Socratitæ, apud alios Zacchæi. Alij uerò Coddianos ipsos dicūt. Alij Borboritas eos uocant. Carpocratiani, à Carpocrate quodam in Asia, qui omnem turpem actionem perficere docebat, & omne studium peccati: Et nisi quis, inquit, per omnia pergressus fuerit, & uoluntatem omnium dæmonum ac angelorum perfecerit, non poterit ad supremum cœlum transcendere, neque principatus ac potestates præterire. Dicebat IESVM animam intellectualem suscepisse, & quum nosset superna, ea etiam hic annunciasse. Et si quis similia IESV faceret, eum eadem uirtute præstare. Legem uerò cum mortuorum resurrectione reprobabat, uelut sectæ à Simone ortæ. Huius fuit Marcellina illa in Rhoma. Imagines fecit occulte IESV & Pauli, & Homeri ac Pythagoræ: his suffitum faciebat, easq; adorabat.

Cerinthiani, qui & Merinthiani: à Cerintho & Merintho, Iudæi quidam, qui circun

circunciſionem iactant. Mundum uerò ab angelis factum eſſe dicunt. IESVM autem iuxta profectum CHRISTVM appellatũ eſſe. Nazoræi, hi IESVM quidem confitentur eſſe filium Dei, omnia uerò ſecundùm legem faciunt. Ebionæi, prædictis Cerinthianis ac Nazoræis ſimiles. Quibus coniuncta fuit aliqua parte Sampſæorum & Helceſæorum hæreſis. Hi CHRISTVM dicunt creatum eſſe in cœlo, itemq; ſpiritum ſanctum. Adueniſſe autem CHRISTVM in Adam primum, & iuxta tempus exuiſſe ipſum Adam, & rurſus induiſſe. Hoc uerò aiunt perfeciſſe ipſum in aduentu ſuo in carne. Quum autem Iudæi eſſent, Euangelijs uſi ſunt, carnis eſum abominantur. Aquam pro Deo habent, CHRISTVM uerò hominem in aduentu in carnem induiſſe aſſerunt, ueluti dixi. Aſſiduè merguntur in aquis æſtate ac hyeme, ad purificationem uidelicet, uelut Samaritæ. Valentiniani, carnis reſurrectionem reprobant: uetus teſtamentum ſpernunt, itemq; Prophetas, legentes quidem ac ſuſcipientes ea quæ ad ſimilitudinem ſectæ ſuæ figuratè exponi poſſunt. Verùm alia fabulamenta obiter inducentes, triginta ſeculorum nomenclaturas proferunt maſculorum ac fœminarum, ſimul ex patre uniuerſorum generatorum, quæ & deos putant ac ſecula. CHRISTVM uerò è cœlo corpus intuliſſe, & uelut per canalem Mariam ipſam penetraſſe. Secundiani, quibus coniungitur Epiphanes & Iſidorus, qui & ipſi ijſdem coniugationibus uſi ſunt, eadem cum Valentino ſentientes, uerùm alia quodammodo ab ipſis exponentes. Apponunt ijdem turpem operationem docentes. Reprobant autem etiam hi carnis reſurrectionem.

Ptolemæi: Et hi Valentini fuerunt diſcipuli. Quibus coniungitur & Flora. Eadem uerò etiam ipſi de coniugationibus dicunt, quemadmodum Valentinus & Secundiani. Verùm in quadam parte etiam hi ab ipſis differunt. Atque hæc eſt ſumma ſecundi tomi primi libri tredecim hæreſes continentis. Cæterùm in tertio tomo eiuſdem primi libri aliæ tredecim hæreſes ſunt, hæ ſcilicet, Marcoſij: Marcus quidã fuit Colorbaſi condiſcipulus, duo principia & ipſe introducens. Reprobat autem mortuorum reſurrectionẽ. Imaginationes uerò quaſdã per pocula ex incantatione in cœruleum ac purpureum colorem tranſmutans, pelliciebat ad ſe ac ſacra ſua deceptas mulierculas. Sed & ipſe omnia uiginti quatuor literarum putari uult, ſimiliter ut Valentinus. Colorbaſij: & hic Colobarſus ſimiliter eadem narrans, in aliqua uerò parte differens ab alijs ſectis, à Marco, inquam, ac Valentino, emiſſiones & octonarios aliter docuit. Heracleonitæ: & ipſi octonariorum fabulamento ducuntur, aliter uerò quàm Marcus, & Ptolemæus, ac Valentinus, atq; alij. Sed & ad finem eos qui apud ipſos moriuntur, ſimiliter ut Marcus redimunt, per oleum & balſami ſuccum & aquam, nomenclaturas quaſdã per Hebraicas uoces admurmurãtes, ſuper caput uidelicet eius qui liberatur. Ophitæ, ſerpentem glorificant, & hunc CHRISTVM putant. Habent autem reptile hoc in ciſta quadam. Caiani, ſimiliter cum ſuperioribus legem & eum qui loquutus eſt in lege reprobant, carnisq; reſurrectionem negant. Et Cain glorificant, fortioris uirtutis ipſum eſſe dicentes. Simul autem & Iudam demirantur ac laudant, item Core, & Dathan ac Abiron, imò etiam Sodomitas. Sethiani: hi rurſus ipſum Seth glorificant, aſſerentes ipſum eſſe ex pœnitentia ſupernæ matris, quæ poſt occiſum Abel à Cain, ſuperno patri congreſſa ſit, & purum ſemen ipſum Seth produxerit. Ex quo deinceps deductum eſt omnium hominum genus. Sed & ipſi principatus ac poteſtates, & quæcunq; alij docent, docuerunt. Archontici: hi rurſus ad multos principes uniuerſum referũt, & quæ facta ſunt ex his facta eſſe dicunt. Deprehenduntur autem & in turpitudine quadam capti, carnis reſurrectionẽ negant. Vetus teſtamentum calumniãtur. Vtuntur autẽ & ueteri & nouo teſtamento, ſingula uerba ad ſuã ſententiã falſo trahentes.

Cerdoniani, à Cerdone Heracleonis diſcipulo erroris participationẽ ſuſceperunt, qui

qui ex Syria Romam profectus est, & prædicationem suam exposuit temporibus Hygini episcopi. Duo autem principia hic prædicat inter se contraria. Non esse uerò CHRISTVM genitum. Similiterq; mortuorũ resurrectionem negat, itemq; ea quæ habentur in ueteri testamento. Marcioniſtæ: Marcion à Ponto originem ducens, episcopi quidem filius erat. uerùm ubi uirginem corrupisset, aufugit, propterea quod expelleretur ex Ecclesia à proprio patre. Quum autem Rhomam adijsset, & pœnitentiam ac ueniam petijsset ab his qui illo tempore isthic erant, & assequutus non esset, elatus est cõtra fidẽ, & tria principia induxit ac docuit, Bonum, & Iustum, ac malum. Essèq; nouum testamentum alienum à ueteri, & eo qui in ipso loquutus est. Carnis resurrectionem negat. Baptisma dat nõ solùm unum, sed & duo & tria post lapsum. Pro mortuis autem in fide instructis alios baptizat, intrepidè uerò etiam mulieribus permittit ut lauacrum dent. Lucianiſtæ: Lucianus quidam antiquus, non is qui nunc temporibus Constantini uixit, omnia secundùm Marcionem docuit. Et ad hæc, alia præter Marcionem, abundantius nimirum tradidit. Apelleiani: & hic Apelles similiter ut Marcion & Lucianus docet, uituperans omnem creaturam, & ipsum creatorem. Non autem similiter his tria principia introduxit, sed unum principium & unum Deum, qui sit summus & innominatus. Ipsum uerò unum fecisse alium, & hic factus improbus compertus, mundum in sua malicia fecit. Seueriani: Seuerus quidam rursus Apellem sequens uinum reijcit. Et uitem ex draconiformi satana ac terra inter se congressis productam esse fabulatur. Mulierem autẽ auersatur, siniſtræ uirtutis ipsam esse asserens. Nomenclaturas uerò quasdam principum, & libros quosdam Apocryphos introducit. Similiter autem uelut alij carnis resurrectionem negat, itemq; uetus testamentum. Tatiani: Tatianus hic eodem tempore cum Iustino martyre ac philosopho uixit, uerùm post mortem Iustini martyris ac philosophi, corruptus est Marcionis dogmatibus, discipulusq; ipsius fuit, atque eadem quæ ipse docuit, alijs etiam præter ipsum appositis. Dicebatur autem à Mesopotamia originem ducere. Hæc est summa trium Tomorum primi libri per quadraginta sex hæreses. At in primo tomo secundi libri, quarto uerò iuxta numerũ tomorũ ab initio consequentiũ, hæreses sunt decem & octo, hoc modo. Encratitæ, qui sunt auulsio Tatiani, nuptias reijciunt, ex satana has esse dicentes. Omnem autem animatorum esum uitant. Phrygaſtæ, qui & Montaniſtæ ac Tascodrugitæ, uetus ac nouum Testamentũ suscipiunt, alios uerò prophetas introducũt post prophetas, Montanum quendam iactãtes ac Priscillam. Pepuziani, qui & Quintiliani, quibus coniunguntur Artotyritæ. Ex Phrygaſtarum numero hi sunt, uerùm alia præter illos docent, Pepuzam ciuitatem quandam desertam in medio Galatiæ ac Cappadociæ sitam admirantes, & hanc Hierusalem putantes. Est autem & alia Pepuza. Mulieribus tribuunt ut imperent, & sacerdotio fungantur. Sacra uerò faciunt, puerum quendam iuuenem compungentes. Et sanè Quintillæ, aut etiã Priscillæ CHRISTVM illic in Pepuza reuelatum esse, in fœminæ specie fabulantur. Vtuntur ueteri ac nouo Testamento, iuxta mentem propriam transmutantes. Tessareſcædecatitæ, qui unam anni diem pascha perficiunt. In quamcunq; uerò diem inciderit decimaquarta lunæ, siue in sabbatum, siue in dominicam, illam ieiunantes ac uigilantes celebrant.

Alogi, sic à nobis appellati, qui Euangelium Ioannis, & eum qui in ipso est ex supernis à patre semper Deus Verbum reijciunt. Ipsum sanè Euangelium secundùm Ioannem non suscipientes, neq; ipsius Apocalypsim. Adamiani, à quodam Adam uiuente appellati, ludibrijq; magis quàm ueritatis dogma habent. Nudi enim uelut ex matre, tum uiri, tum fœminæ, simul congregantur, & sic lectiones ac preces, & quæcunque tandem perficiunt. Solitariè autem degunt, & continentiam exercent, & nuptias non admittunt. Et Ecclesiam suam paradisum esse putant.

Sampsæi,

Sampſæi, qui & Helceſæi: hi adhuc hodie Arabiam inhabitant, in regione ultra mortuum mare ſita. Qui ſanè ab Elxai quodam falſo propheta ſeducti ſunt. Cuius ex genere adhuc hodie reſtant Marthis & Marthana duæ mulieres, quæ adorantur ab hæreſi uelut deæ. Habent autem omnia ſimiliter uelut Ebionæi. Theodotiani, à Theodoto coriario Byzantino appellati ſunt. Hic ſummus in eruditione Græca fuit. Quum autem tunc perſequutio fieret eius cum alijs quibuſdam, ſolus elapſus, quũ illi martyriũ ſubijſſent, eo quòd id ipſi obijceretur, CHRISTVM nudum hominem dicere excogitauit, & ne in crimen ueniret quod Deum abnegaſſet, ſic docuit.

Melchiſedeciani, hi Melchiſedec colunt, uirtutem quandam ipſum aſſerentes, & non nudum hominem, & in huius nomen omnia reducere ac dicere audentes.

Bardeſianiſtæ: Bardeſianus hic ex Meſopotamia originem ducebat, & primum quidem ueram fidem habebat, & in ſapientia celebris erat. Verùm poſtea declinauit à ueritate, & ſimilia Valentino docuit, exceptis paucis quibuſdam, in quibus à Valentino diſſentit. Noëtiani, hic Noëtus ex Smyrna Aſiæ fuit, elatione uerò euectus cum alijs quibuſdam, filium & patrem CHRISTVM docuit, eundemq; eſſe patrem & filium, ac ſpiritum ſanctum. Seipſum uerò dicebat eſſe Moſem, & fratrem ſuum dicebat eſſe Aaron. Valeſij: hi uelut accepimus Bacathum inhabitant, qui principalis pagus eſt Arabiæ Philadelphiæ. Hi accedentes ac hoſpitio exceptos caſtrant. Plures uerò ipſorum eunuchi exſecti ſunt. Quædam alia docent hæreſis plena, delentes legem ac prophetas, & quaſdam alias turpes actiones introducentes. Cathari, hi cum Nauato Rhomano coniuncti, & digamos penitus reijciunt, & pœnitentiam non admittunt. Angelici, hi omnino defecerunt. Gloriabantur autem ſe habere angelicum ordinem, ut propterea nomen illud habeant. Apoſtolici, qui & Apotactici, & ipſi circa Piſidiam ſolum ſunt, & Apotacticos ad ſeipſos ſuſcipiunt. Propin qui autẽ ſunt Eucratitis. Verùm alia etiã præter hos ſentiunt ac docent. Sabelliani, hi ſimilia Noëtianis ſentiunt, præter hoc ſolum. Dicunt enim nõ paſſum eſſe patrem.

Origeniani, à quodam Origene. Turpia autem operantur hi, nefanda facientes, & corpora ſua corruptioni tradentes. Origeniani alij, ab Origene, qui & Adamantius & Compoſitor appellatur. Hi mortuorum reſurrectionem reijciunt. CHRISTVM autem creaturam, itemq; ſpiritum ſanctum introducunt. Paradiſum uerò & cœlos, & alia omnia tropicè ac figuratè interpretantur. Et CHRISTI regnum finem habiturum eſſe, audent dicere. Hæ rurſus ſunt decẽ & octo hæreſes primi tomi ſecundi libri. In ſecundo uerò tomo eiuſdem libri, quinto uerò iuxta prædictum numerum, quinque hæreſes ſunt, hæ ſcilicet. Pauli Samoſatenſis, qui Epiſcopus fuit Antiochiæ magnæ. Hic parùm abeſt, ut affirmet CHRISTVM in ſubſtantia non eſſe, uerbum prolatitium ipſum eſſe confingens: ita ut quæ de ipſo in diuinis Scripturis dicta ſunt prædictorio more ſe habeant, ipſe uerò non exiſtat, niſi à Maria & hucuſque ab aduentu ſuo in carne. Manichæi, qui & Acuanitæ, Manis Perſæ diſcipuli, CHRISTVM figura dicunt. Solem & lunam colunt, aſtris item ac uirtutibus & dæmonibus ſupplicant. Principia duo introducunt, bonum & malum. CHRISTVM autem in apparentia apparuiſſe dicunt, & in apparẽtia paſſum eſſe. Vetus teſtamentum & Deum, qui in ipſo loquutus eſt, maledictis impetunt. Mundum uerò non totum, ſed partem ex Deo factam eſſe aſſerunt. Hieracitæ, ab Hierace Leontopolita Ægyptio, expoſitore quodam ac magiſtro. Carnis reſurrectionem reprobant. Vtuntur ueteri ac nouo teſtamento, & nuptias in totum prohibent. Solitariam uitam degentes, & uirgines, & cõtinentiam exercentes, & uiduas ſuſcipiunt. Pueros uerò qui nondum ad ætatis uigorem peruenerũt, regni participes fieri negãt, eo quòd nondum decertarunt. Meletiani in Ægypto ſecta ſunt, & non hæreſis, ut qui non preces faciunt cum his, qui in perſecutione lapſi ſunt. Nunc autem Arianis

coniun-

coniuncti sunt Ariani, qui & Ariomanitę, Filium Dei, creaturam dicunt, & Spiritum sanctum creaturam creaturæ. Carnem solum Saluatorem à Maria accepisse affirmant, & non animam. Erat autem hic Arius presbyter Alexandrinæ ecclesiæ. Hæc est secundi tomi secūdi libri summa, qui quintus est iuxta consequentiam ab initio, & quinque hæreses continet. At uero in primo tomo tertij libri, sexto autem iuxta numerum quem diximus, septem hæreses sunt unà cum sectis, sic. Audiani rebellio & secta, non tamen hæresis. Hi conuersationem ac uitam bene ordinatam habent. Habent autem per omnia fidem uelut catholica ecclesia. Plericq; in monasterijs habitant. Vtuntur & apocryphis multis abunde. Nobiscum uero preces non faciunt, uituperantes episcopos nostros, diuites ipsos appellantes, itemq; alios. Faciunt & pascha priuatim, quando Iudæi id faciunt. Habent & priuatū quiddam ac contentiosum, durissime id quod secundum imaginem est interpretantes.

Photiniani. Hic Photinus ex Syrmio oriundus, & adhuc hodie superstes, Paulo Samosateno similia sensit, uerum in aliqua parte ab illo dissentit. Sed & ipse à Maria & hucusque CHRISTVM affirmat. Marcelliani, à Marcello ex Ancyra Galatiæ. Hic in principio diffamatus est, uelut qui similia Sabellio sentiret. Quum autem sæpe se defendisset, & scriptis se purgasset, à multis accusatus est uelut qui in ijsdem permaneret. Fortassis autem pœnitentia ductus seipsum correxit, aut etiam discipuli ipsius. Nam pro ipso & pro discipulis eius quidam orthodoxi medio modo rationem reddunt. Semiarij, Hi CHRISTVM quidem creaturā confitentur, per ironiam uero ac cauillum, creaturam ipsum asserunt, non uelut unam ex creaturis, sed filium, inquiunt, ipsum dicimus, uerum eo, quod non afflictionem induxit patri per hoc quod genuit, creatum ipsum dicimus. Et Spiritum sanctum similiter creaturam esse penitus decernunt, reijcientes filij coessentialitatem: uolunt autem dicere similem essentia, & non coessentialem. Alij uero ex ipsis etiam similem essentia reprobant. Pneumatomachi, Hi de CHRISTO quidem recte sentiunt, uerum Spiritum sanctum blasphemant, creatum ipsum pronunciantes, & qui non sit ex deitate, imò abusiue propter propriam efficaciam ipsum creatum esse, sanctificantem uirtutem ipsius solum esse asserentes. Aëriani, Hic Aërius è Ponto originem duxit, & adhuc hodie supereſt tentatio uitæ. Presbyter hic erat episcopi Eustathij qui pro Ariano habitus est, & ab episcopatu reiectus, Quandoquidem uero ipse Aërius non constitutus est episcopus pro Eustathio, multa contra ecclesiam docuit, fide quidem existens Arianus perfectissimus. Verum amplius docet, non oportere offerre pro his, qui obdormierunt Prohibet autem & ieiunare quarta, & prosabbato, & quadragesima, & paschate. Renunciationem uero prædicat, & carnis esu omnis generis utitur, & uoluptatum delicijs licentissime. Si uero quis ex discipulis eius ieiunare uelit, Ne in diebus ordinatis hoc facito, inquit, sed quando uolueris. Asserit idem episcopum presbytero non esse excellentiorem. Aëtiani, ab Aëtio Cilice, qui fuit diaconus sub Georgio Arianorum episcopo Alexandriæ, hi etiam Anomœi, idest inæquales appellantur. Ab aliquibus uero Eunomiani, propter Eunomium quendam Aëtij discipulum, qui adhuc supereſt. Cum ipsis uero erat & Eudoxius Arianissans, uerum propter timorem Regis Constantini separauit seipsum, & solus Aëtius exterminatus est. Permansit tamen Eudoxius Arianissans, non autem secundum Aëtium. Hi Anomœi & Aëtiani, CHRISTVM & Spiritum sanctum penitus à Deo abalienant, creatum ipsum affirmantes, & neque similitudinem quandam habere dicunt. Ex syllogismis enim Aristotelicis ac Geometricis Deum Patrem adstruere uolunt, & CHRISTVM non posse ex Deo esse per hunc modum. At Eunomiani ab ipso appellati, rebapti-

Anabaptiſtæ. zant omnes ad ipſos accedentes, atque ipſos etiam Arianos. Rebaptizant autem in caput, ſurſum uertentes pedes eorum, qui baptizantur, cuius rei magna fama uagatur. Cæterum aberrare aliquem in ſcortatione aut alio peccato, nihil eſſe aiunt, Nihil enim quærit Deus, dicunt, quàm ut ſit quis ſolum in ipſorum fide. Atq; hæ ſunt primi Tomi tertij Libri, aut ſexti Tomi iuxta conſequentiam, hæreſes. Verum in ſecundo Tomo eiuſdem tertij Libri, ſeptimo uero iuxta eam, quam diximus diuiſionem, in quo etiam finis eſt uniuerſæ tractationis, hæreſes quatuor ſunt hoc modo. Dimœritæ, qui etiam Apollinaritæ, qui non perfectam CHRISTI incarnationem confitentur, quorum aliqui coeſſentiale Deitati corpus dicunt. Quidam uero ex ipſis aliquando auſi fuerunt & hoc dicere, quod animam non accepit CHRISTVS, & hoc negarunt. Quidam dicto huic, Verbum caro factum eſt, innitentes: carnem ipſum accepiſſe à creata carne, hoc eſt Maria, negauerunt, & contentioſe ſolum uerbum carnem factum eſſe dixerunt. Poſtea uero, haud ſcio, quo conſilio, mentem ipſum non accepiſſe dicunt. Antidicomarianitæ, qui ſanctam Mariam ſemper Virginem, poſtquam genuit Saluatorem, ipſi Ioſeph coniunctam eſſe dicunt. Collyridiani, qui in nomen eiuſdem Mariæ, ſtato quodam anni die collyridem quandam offerunt. quibus indidimus Collyridianorum nomen. Maſſaliani, quos interpreteris precatores, coniunguntur autem his hæreſes à Græcis introductæ, nempe Euphemitæ & Martyriani & Sataniani. Hæc eſt ſeptimi Tomi ſumma, & trium Librorum finis. Simul autem uniuerſæ hæreſes octoaginta ſunt. Verum in ipſo tertij libri fine, in ſeptimo tomo poſtremum fides catholicæ eccleſiæ habetur, & Apologia pro ueritate, & prædicatio Euangelij CHRISTI, & catholicæ ac apoſtolicæ Eccleſiæ character, quæ eſt ab æterno, uerum per temporum ſucceſſionem manifeſtiſſime in CHRISTI aduentu in carne reuelata eſt. Et quot poterit mens humana colligere tales ac tantas, & magnas appellatas, & inter laudatas habitas? Quot

Hæreſes & ſectæ innumerabiles ſunt. ſunt differentiæ iuuencularum, quarum non eſt numerus, quarum aliæ laudantur, aliæ non laudantur? Aliquæ enim ex propria mente ea quæ ad conuerſationem uitæ, exercitationemq; ac ſtatuta pertinent, ſibijpſis colligunt, & promiſſa coma, in conſpicuo progrediuntur, aliquæ uero in ſacco conſpicuo. Aliquæ autem in ſacco ac cinere domi deſident. Aliquæ in uitæ conuerſationibus ac ieiunijs ingentibus, & erumnis Deo addictæ ſunt, in iuuenili fortitudine perfectam erga ſponſum conſcientiam teſtantes. Aliquæ uero uelut dixi, nõ recte, ſed iuxta quandam mentis præſumptionem, tyrannicè præter ueritatem iuueniliter agunt. Quemadmodum Zacchæus qui nuper mortuus eſt in montana circa Hieroſolyma regione, qui penitus cum nullo homine preces faciebat, ſed & ob eandem cauſam, audenter ſancta myſteria contrectabat, & ſacrificia quum laicus eſſet impudenter tractabat. Alius uero quidam, quiſquis tandem ille erat uir, qui uitam ſumme piam uiuere putabatur, & in monaſterio circa deſerta Ægypti habitabat, itemq; alius ad Sinæum habitans: qui ex ſomnijs iuueniliter ac fortiter, ſed temere egerunt, ut impoſitionem manuum ad epiſcopatum ſuſceperint, ſederintq; ac ea, quæ epiſcoporum ſunt facere aggreſſi ſint, ad ſe non pertinentia. Alij autem non pauci ſeipſos caſtrare auſi ſunt, præter mandata, nimirum iuuenilis ac robuſtæ actionis gratia. Alij uero fortiter ſibi agere uidentur, qui audent, non conſultis alijs, & præter aliorum morem, uelut ab orthodoxis progreſſi, collegium ſibijpſis contrahere: ſed & citra uniuerſalis Synodi approbationem rebaptizare eos qui ad ipſos accedunt, nimirum ex Arianis, quum nondum res ſit ex cenſura Synodi, uelut dixi, deciſa, eo quod populi ſint hodieq; inter ſe permixti, & multi quidem ſint orthodoxi, uerum per ſimulationem Sacerdotibus addicti,

Zacchæus hæreticus.

donec

donec ſeparatio facta fuerit talis blaſphemæ hæreſis, & tunc contra ipſum decretum fiet. Ex his autem, qui ſic rebaptizant ex proprio iuſſu, peruenit ad aures noſtras, quod unus ſit in Lyciorum regione Presbyter. Sunt & alij, quorum unuſquiſque per ſeipſum precatur, & non cum aliquo in totum. aliqui uero in uinculis, præter Eccleſiæ ſtatutum. Quapropter in fine totius Operis, iuuenculas dixi numerum non habere, quæ ex propria ſententia ſibijpſis iuueniliter præſtituunt ad bonum quidem, ut ſapientiæ ſpecies perficiant, prudentiæq; ac fortitudinis, & modeſtiæ ac iuſticiæ, uerum iuueniliter agentes ad tyrannidem excedunt, & à ueritate ſeipſas euertunt, ut non ſit harum numerus.

Columba unica.

At uero hæc unica columba ac ſancta Virgo Deum confitetur Patrem & Filium ac Spiritum ſanctum, Patrem perfectum, Filium perfectum, Spiritum ſanctum perfectum, coëſſentialem trinitatem, non coniunctionem ipſam trinitatem, imò Filium uere ex Patre genitum, & Spiritum ſanctum à Patre & Filio non alienum: ita ut ſit ſemper trinitas, & nunquam additionem ſuſcipiat, & non habeat quid in ſeipſa inferius, ſed ad unam unitatem, & unum principium Dei & Patris reducatur. Et ex hac trinitate Patris & Filij ac Spiritus ſancti, omnia creata eſſe, non ut unquam fuerint, neque ſimul fuerint cum Deo, neque præextiterint, ſed facta ſint ex nihilo ad hoc, ut ſint, à Patre & Filio & Spiritu ſancto. Et hunc Patrem ac Filium & Spiritum ſanctum dignatum eſſe, apparere ſanctis ſuis in uiſionibus, quemadmodum quiſque potuit capere, iuxta potentis Deitatis ipſius donum, quod largitus eſt unicuiq; digno facto, ut nunc quidem patrem uiderit, quemadmodum audire potuit uocem ipſius, prout capiebat, ſicut in ore Eſaiæ dixit, Ecce intelliget Filius meus dilectus, Hæc eſt uox patris. Et « ſicut Daniel uidit antiquum dierum: Hæc eſt uiſio patris. Verum ſicut in Pro- « pheta rurſus, Ego uiſiones multiplicaui, & in manibus prophetarum aſſimilatus « ſum: hæc eſt uox Filij. At ſicut Ezechiel ait, & accepit me Spiritus Dei, & eiecit « me in campum: hoc dictum eſt de Spiritu ſancto. Et multa talia dicere licet, quorum ex parte mentione facta, in tranſcurſu ad eccleſiæ characterem oſtendendum, duo uerba appoſuimus, quum ſexcenta & amplius ſint ſimilia his, quæ in Diuinis Scripturis ueteris ac noui Teſtamenti habentur. Et quod ipſe Dominus formauit corpus Adam, & inſpirauit ipſi ſpirationem uitæ, creans ipſi animam uiuentem. Et quod ipſe Deus legem dedit Moſi, Pater & Filius & Spiritus ſanctus, una deitas, & quod Prophetæ ab eadem deitate miſſi ſunt. Et quod idem nobis Deus, Iudæorum & Chriſtianorum Deus exiſtens, qui Iudæos uocauit ad iuſtificationem, eos qui non negant Domini noſtri IESV CHRISTI ad uentum: & qui ſaluat omnes, qui ſecundum ueram ipſius fidem uiuunt, & non negant ueritatem prædicationis ueræ, & Euangelicæ ipſius doctrinæ. Venit enim uenit unigenitus. Et ſic habet mater noſtra Eccleſia, portus ille pacis ſerenus & tranquillus, lætitia ſpirans cyprum uineæ, & botrum ferens nobis benedictionis, & poculum dolorem nobis exoluens, quotidie largiens ſanguinem CHRISTI, meracum ueritatis. Et quod uere natus eſt CHRISTVS ex Maria ſemper Virgine, per Spiritum ſanctum, non ex ſemine uiri, ſed ab ipſa ſancta Virgine accipiens corpus in ueritate, & non in apparentia, carnem uere, corpus uere, cum oſſibus & neruis ac omnibus noſtris, nihil à nobis euarians, præterquàm in ſola gloria ſuæ ſanctitatis ac deitatis. Et quod eſt uas ſanctificationis ac iuſticiæ, citra peccatum omnia perfecte habens. Et quod habuit animam humanam in ueritate, mentem humanam in ueritate: non quod nos affirmemus mentem eſſe ſubſtantiam, uelut alij dicunt, ſed per omnia non pollutam in pec-

cato, os non mentitum, labia non loquuta dolum, cor, quod non declinauit ad iritationem, mentem non emotam ad quæ non oportet, carnem quæ non operate est ea, quæ spectant ad carnis uoluptatem. Perfectus ex supernis Deus, qui non uanit, ut inhabitaret in homine, sed ipse totus homo factus est, non mutatus natura, sed qui unà cum deitate propriam humanitatem complexus est, in utero uirginis fuit in ueritate, gestatus est debito tempore, natus est per genitales meatus citra pudefactionem, impollute, absque inquinamentis, educatus est, & in ulnas acceptus à Simeone & Anna, gestatus est à Maria, pedibus iter fecit, peregrinatus est, puer fuit, uir factus est per ætatem, omnia habens in seipso in perfectione: in numero annorum reputatus est, in numero mensium in utero gestatus est, factus ex muliere, factus sub legem, progressus est in Iordanem, baptizatus est à Ioanne, non opus habens lauacro, uerum propter consequentiam incarnationis in lege, nō turbans iusticiam, quo impleretur, uelut ipse dixit, omnis iusticia, ut ostēderet quod ueram carnem induisset, & ueram humanitatem. Descendit in aquas, dans magis quàm accipiens, exhibens magis quàm indigens, illuminans ipsas, potentes efficiens ipsas, in figuram eorum quæ in ipsis perficienda erant, quo hi qui in ipsum credunt in ueritate, & fidem ueritatis habent, discerent quod uere homo factus esset, uere baptizatus esset, atque sic per ipsius assensum, etiam ipsi uenientes acciperent condescensus ipsius uirtutem, & illuminarentur ab ipsius illuminatione, certiores fientes per Prophetæ dictum, in transmutationem uirtutis, in exhibitionem salutis uirtutis panis à Hierusalem accepti, & fortitudinis aquæ, ita ut hic fortis facta sit in CHRISTO uirtus panis, & fortitudo aquæ, ut ne panis nobis fiat uirtus, sed uirtus ipsius panis. Et cibus quidem est panis, uirtus autem in ipso ad uiuificationem est: & non ut aqua nos mundaret solum, sed ut in fortitudine aquæ, per fidem & efficaciam ac spem, & mysteriorum perfectionem, & sanctificationis nomenclaturam, fieret nobis ad perfectionem salutis. Et quod reuersus est à Iordane, & audierit uocem Patris præsentibus discipulis, ad ostendendum quis esset de quo testimonium præberetur. Et quod Spiritus sanctus in specie columbæ descenderit, uelut in multis sectis diximus, ut ne coniunctio putaretur ipsa trinitas, quum Spiritus in propria substantia figuraretur. Insedit autem Spiritus ac uenit super ipsum, ut uideretur de quo testimonium prębebatur, quo caro sancta chara existens & accepta Patri, ex Spiritu testimonium ferret, quo Pater approbator esset ac præco aduentus filij in carne, quo filius uerus conspiceretur, & impleret quod dictum est, Post hæc uisus est in terra, & cū hominibus conuersatus est. Et quod reuersus à Iordane, manifeste ac uere à diabolo tentatus est, in deserto, & esurijt postea propter consequentiam & ueritatem aduentus in carne. Et quod elegit discipulos, & prædicauit ueritatem, & curauerit morbos, dormierit, esurierit, iter fecerit, Dei signa operatus sit, mortuos excitarit, cæcis uisum restituerit, claudos & paralyticos fortes fecerit. Et quod prædicarit ueritatem, ipsum Euangelium, regnum cœlorum, suam erga homines benignitatem, itemq; Patris ac Spiritus sancti. Et quod pro nobis passionē subierit in ueritate, in carne, & in perfecta humanitate, passus in ueritate in cruce, præsente ipsius Deitate, sed non ad patiendum conuersa, sed à passione aliena & immutabili: ita ut duæ hæ consequentiæ clarè considerentur, in CHRISTO patiente pro nobis in carne, uerum passionis exorte manente in Deitate: non homine per se existente, & per se item Deitate, sed simul præsente Deitate, non patiente autem, propter essentiæ sinceritatem ac incomparabilitatem: patiente autem ipso in carne, & mortem sentiente in carne, uiuente uero semper in Deitate, & susci-

Panis cibus est. Virtus panis uiuificat.

tante mor

tante mortuos, corpore sepulto in ueritate. Et quod exanimis manserit per triduum, sine spiratione ac sine motu, inuolutusq; sit in sindone, & depositus in monumento concluso per lapidem, & sigillis additis: non concluſa Deitate, non sepulta Deitate, sed simul cum sancta anima descendente ad inferna, & auferente illinc animarum captiuitatem, frangente stimulum mortis, perrumpente claustra & uectes adamantinos, exoluente dolores mortis in propria potestate, ita ut redierit cum anima, nõ relicta anima in inferno, quando neq; uiderit caro ipsa corruptionem, quum ipsam Deitas semper ipsi præsens excitarit, ita ut resurrexerit ipse Dominus & Deus, & uerbũ ac Filius Dei, cũ anima & corpore ac uniuerso organo, counito ipsius organo in Spiritum, ipsum uidelicet corpus spirituale existens, quod aliquando tactui subiectum fuerat, & flagris traditum, uoluntaria deitatis uoluntate, & tentari à diabolo permissum, ac famem sentire, & somnum & erumnam, tristitiamq; ac mœrorem. Ipsum hoc corpus sanctum counitum est de cætero Deitati, Deitate indesinenter simul præsente corpori ipsi sancto talia passo. Surrexit enim, & couniuit ipsum in seipsum in unum spiritum, in unam unitatem, in unam glorificationem, in unam suũ ipsius deitatem. Apparuit enim in ueritate, & cõtrectatus est à Thoma, & cum Apostolis cibum accepit, & cohabitauit cũ ipsis quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Imò ingressus est foribus conclusis, & ingressus ostendit neruos & ossa, typum clauorum, & typum lanceæ, quod ipsum esset uere corpus, & quòd coniunctum esset in unam unitatem, & in unam deitatem, non expectans amplius ut patiatur, non amplius moriens, uelut sanctus Apostolus ait: Surrexit dominus, non amplius moritur, mors ipsi nõ amplius dominatur: passibile impassibile, & passionis exors permanens semper, diuinum cũ corpore & anima, & uniuersa humanitate. Et quod ipse Deus existens ascendit in cœlos, & sedet in dextra Patris in gloria, non depositio sancto corpore, sed counito in spirituale, in unius deitatis perfectione. Quemadmodum etiam circa nostra corpora futurum est, quæ nunc seminantur animalia, resurgent spiritualia. Quæ nunc seminantur in coruptione, resurgent in incorruptibilitate. Quæ nunc seminantur in morte, resurgent in immortalitate. Si itaque nostra corpora sic, quanto magis illud sanctum & inenarrabile, & incomparabile ac sincerum, & Deo counitum? quod unum est de cætero uniforme, uelut etiam in hoc testatur Apostolus dicens, Etiamsi cognouimus secun- «
dum carnem CHRISTVM, at nunc nõ amplius cognoscimus: Non quod diremit carnem à deitate, sed quod ipsa maneat, & Deo counita sit, non autem amplius secundũ carnem, sed secundũ spiritum, uelut ait, sanctificationis, ex resurrectione à mortuis IESV CHRISTI Domini nostri, hunc simul Deum habens passionis exortem & passum, & sepultum, & qui resurrexit & ascendit in gloria, uenturus ad iudicandum uiuos & mortuos, uelut dicit in ueritate. Cuius regni non erit finis. Etenim credit hæc mater nostra, sancta Ecclesia, quemadmodum ipsi uere prædicatum est, & uere præstitutum est. Quòd obdormiemus omnes ac resurgemus cum corpore hoc, cum anima hac, cum toto nostro organo, ut unusquisque recipiat prout fecit. Quòd est resurrectio mortuorum, & iudicium æternum, & regnum cœlorum, & requies iustis, & hæreditas fidelium, & tripudium cum angelis eorum, qui fidem seruarunt & castitatem ac spem, & Domini mandata. Vere insuper & prædicatum est, & certò confirmatum est, ac creditur, quòd alij resurgent in uitam æternam, & alij in iudicium æternum, uelut scriptum est in Euangelijs. Quæcunq; enim dicit Apostolus & omnes sanctæ Scripturæ, uera sunt: etiamsi apud incredulos & male intelligentes aliter accipiantur. At nostra est hæc fides, & hoc præmium, & hæc mater nostra Ecclesia, per fidem

seruans, & per spem confirmata, & dilectione CHRISTI perfecta, in confessione, in mysteriis, in purgatoria lauacri uirtute: nempe, Euntes baptizate in nomen Patris ac Filij ac Spiritus sancti: in nomen Diuinæ trinitatis, in nomenclaturas nullam differentiam habẽtes, sed quod Deus unus nobis in Lege & in Prophetis, & in Euangelijs, & in Apostolis, in ueteri & in nouo Testamento prædicatus est, & annunciatus ac creditus, Pater & Filius & Spiritus sanctus, non ut coniunctio sit Deitas, sed trinitas uere perfecta, perfectus Pater, perfectus Filius, perfectus Spiritus sanctus. una Deitas, unus Deus. Cui gloria, honor, imperium, nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

AMEN.

Finis Anacephalæoseos, siue Summæ totius Operis Panarij appellati, D. Epiphanij Episcopi, Iano Cornario Medico Physico Interprete.

Eiusdem

EIVSDEM EPIPHANII LI-

BELLVS DE MENSVRIS ET PONDERIBVS, ET DE ASTERISCO ac obelo, deq; notis ac characteribus in Diuinæ Scripturæ Interpretibus per Origenem usurpatis, eodem Iano Cornario Medico Phy-sico Interprete.



I QVIS uoluerit cognoscere multum usurpatas in Diuinis Scripturis partes, de mensuris inquam & ponderibus, is Commentariolum hoc euoluere ne cunctetur. Et primū quidem nosse oportet doctrinæ ac sermonis studiosum, quot sint in prophetijs partes. In decem enim speculationes diuisæ sunt prophetiæ, hoc modo continentes: doctrinas, speculationes, exhortationes, minas, luctus, lamentationes, preces, historias, prædictiones. Addita autem sunt ijsdem prophetijs hæc signa. Y, de depositione prioris populi. ⅄, de reiectione legis secundum carnem. ⊥, de nouo Testamento. Ɛ, de gentium uocatione. ☩, de CHRISTO. ʒ, de promissionibus prioris populi. ƨ, de obscuritate in Diuinis Scripturis. ⁎, de futurorum prænotione. Quandoquidem uero aliqui secundum accentum signauerunt Scripturas, etiam de accentibus hæc addemus. Acutus ´. Crassus c. Grauis `. Tenuis ,. Circumflexus ^. Apostrophus siue auersio, ’. Longus —. Subunio ⌣. Breuis ˘. Subdistinctio ››. Dicemus item de reliquis signis, & mox de asteriſco. ※. Hic asteriscus ubi appositus est, significat uerbum quod habetur eo loco, in Hebraico positum esse, & haberi apud Aquilam & Symmachum, raro uero & apud Theodotionem. Verum septuaginta duo Interpretes omiserunt, & non sunt interpretati, uelut talia bis legantur, & ex superfluo repetantur. Proponam autem breue exemplum, ad hoc ut hinc de reliquis cognoscas. In principio Geneſis habetur, Vaeei Adam Saloim Sameothsana, quod interpreteris, uelut etiam Aquila sequutus est, Et uixit Adam triginta annos, & noningentos annos. Vnde septuaginta duo Interpretes ex Hebræis originem ducentes, & à teneris unguibus tum Hebræam, tum Græcam linguam exacte edocti, non solum Hebraicam in Græcam scripturam interpretati sunt, sed etiam uocem in Hebraica lingua dupliciter prolatam, claritati inseruientes, detraxerunt, & pro eo quod in duobus locis situm est anni nomen, in uno loco eo usi, stridorem putatum in leuitatem transmutarunt, dum dixerunt, Vixit Adam triginta & noningentos annos, & neque defectuosum sermonem fecerunt, sed lectionem etiam claram effecerunt. Id quod in Hebraica lingua per compendium fieri non potest, sicut Septuaginta duo dicunt, nempe, Vixit Adam triginta & noningentos annos: neque in Græca, sicut Aquila interpretatus est, In superficie dicens, Vixit Adam noningentos annos & triginta annos. Vides enim ô sermonis studiose, quod non decorum exhibet sermoni, non claritati orationis intendens, sed exactæ dictionis repetitioni. Et uisum est hoc quibusdam apud Septuaginta duos defectuose positum esse, apud Aquilam uero & Symmachum atque alias editiones defectuose expressum esse, quod sanè neque apud Septuaginta duos defecit. Sed & apud Aquilam, cum malo sono, superflue positum est, in duobus locis pro uno, hoc est pro uoce annos, bis annos & annos. Quapropter in uno loco anni no-

Accentuum ratio.

Asteriſci significatio.

men Septuaginta duo reliquerunt. Quum autem postea uenisset Aquila,& relicta à septuaginta duobus edidisset, uisa sunt esse superflua. At ubi postea Origenes uenisset, restituit quidem unicuique loco deficientem dictionem, apposuit autem ipsi asteriscum: non quod necesse esset omnino requiri dictionem, superflua enim est, sed ut ne permitteret Iudæis & Samaritis reprehendere Diuinas Scripturas in sanctis Ecclesijs, quum nulla res sit reprehensione digna contra fidem, in remotis dictionibus. Sunt enim superfluæ, & bis repetitæ, uelut ex ipsa lectione didicimus de Adam & ipsius uita. Quare uel ex breuissimo sermone, etiam reliquis orationibus instare poteris, ubi asteriscí appositi

Asteriscorum nomen unde sit.

sunt. Quo uero & hoc discas, quapropter asteriscos his sermonibus apposuit, luculenter & hoc dicemus. Nosti hoc ô auditor,quod in firmamento cœli asteres & stellæ sunt, etiamsi à nubibus aut sole occultentur. Hoc consilio etiam is,qui asteriscos apposuit, usus est, ut tibi uideatur, quod dictiones quibus appositi sunt asteriscí, fixæ quidem sunt in Hebraico contextu, uelut stellæ in firmamento, occultatæ uero sunt à Septuaginta duorum interpretatione, uelut

Obeli ratio.

stellæ à nubibus occultantur. Atque hæc est asteriscí ratio. At uero obelí res hoc modo se habet. Obelus est,qui hic appositus est X. & scribitur similiter uelut appellata linea. Obelus autem appellatus est iuxta Atticam usurpationem, alijs autem uocatur hasta, hoc est lancea. Appositus est autem dictionibus Diuinæ Scripturæ apud septuaginta duos Interpretes positis, quæ apud Aquilam & Symmachum non habentur. Nam septuaginta duo Interpretes has dictiones à seipsis apposuerunt, non frustra,sed potius in utilitatem. Quum enim ad defectuosas dictiones, illas apposuerint, lectionem ad claritatem deduxerunt, ut credamus nos, etiam participes ipsos factos fuisse Spiritus sancti. Quorum enim nullus usus erat, ea repetere omiserunt. Vbi uero claudum uidebatur uerbum esse in Græcam linguam translatum, illic additionem fecerunt. Admirari porrò licet ob hoc, & minime audere reprehensionem inferre, sed potius laudem, quum pius homo intelligat ex Dei consilio sic factum esse.

Septuaginta duo Interpretes quomodo uixerint.

Quum enim septuaginta duo numero essent, & in Pharia Insula, superna terra appellata, è regione Alexandriæ, in triginta ac sex domunculis, par & par in domunculas, à matutino usque ad uesperam concluſi, & uesperi in triginta sex nauiculis in Ptolemæi Philadelphi palatium transeuntes, & cum ipso cibum capientes, & par ac par in cubiculis triginta sex dormientes, ut ne quid inter se conferrent, sed incorrupte interpretarentur, sic uitam degebant. Prædictas enim triginta sex domunculas nominatus Ptolemæus constructit in ulteriore parte in insulam, ipsasq; duplices fecit,& duos ac duos, uelut dixi, incluſit, & pueros duos ministros simul cum ipsis incluſit, opsonij parandi ac ministrandi gratia, unà cum uelociter scribendi peritis. Sed neq; fenestras domunculis illis ex parietibus fecit, sed superne ex domibus lucem introduxit. Illi uero sic degentes à matutino usque ad uesperam clausſtris concluſi, hoc modo interpretati sunt. Singulis autem paribus unus liber tradebatur,uerbi causa, Liber creationis mundi binis,Exitus filiorum Israël alijs binis,Leuiticus alijs binis,

Librorum Diuinæ Scripturæ apud Hebræos ratio.

& sic deinceps alius liber alijs. Atque sic uiginti septem libri electi receptiq; acceptiq; nuini, uerum uiginti duo, iuxta alphabeti apud Hebræos ordinem numerati, conuersi sunt. Viginti enim & duo habent elementorum nomina, quinque uero sunt ex ipsis quæ duplicantur. Caph enim duplex est,& Mem,& Nun,& Phe,& Zadic. Quapropter etiam libri iuxta hunc modum,uiginti quidem duo numerantur,uerum uiginti septem reperiuntur,eo quod quinq; ex ipsis duplicantur. Connectitur enim liber Ruth Iudicibus,& numeratur apud Hebræos unus liber. Connectitur

nectitur primus Paralipomenon secundo, & dicitur unus Liber. Connectitur primus Regnorum secundo, & dicitur unus liber. Connectitur tertius quarto, & dicitur unus liber. Connectitur primus Esdræ secundo, & dicitur unus liber. Sic igitur compositi sunt libri in operum quinarios quatuor, & manent alij duo extra hunc ordinem, ut sint Libri genuini hoc modo, quinque legales, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium. Hic est primus Quinarius, qui & Legislatio. Deinde alter quinarius habet appellatas Scripturas, & ab aliquibus uocata sancta scripta, & sunt hæc. IESVS Naue, liber Iudicum cum Ruth: primus Regnorū cum secundo, tertius Regnorum cum quarto. Primus Paralipomenon cum secundo. Tertius deinde quinarius, habet uersu scriptos libros, Librum Iob, Psalterium, Prouerbia Solomonis, Ecclesiasten eiusdem, Cantica canticorum eiusdem. Quartus quinarius est prosthetícus. Duodecim Prophetæ liber unus, Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel. Manserunt autem extra hunc ordinem alij duo libri ipsius Esdræ, qui pro uno reputantur: & alius liber Esther appellatus. Impleti igitur sunt uiginti duo libri, iuxta numerum uiginti duorum elementorum apud Hebræos. Nam duo libri uersu scripti, Solomonis Sapientia, panaretus ab omni uirtute appellata, & Sapientia IESV Filij Sirach, & nepotis eius IESV qui sapientiam illam Hebraice scripsit, ita ut nepos ipsius eam interpretatus Græce scripserit, utiles quidem sunt & commodi, sed in numerum receptorum non referuntur. Quare neque in Aaron, neque in Testamenti arcam repositi sunt. Sed & neque hoc te lateat ô studiose, quod Hebræi Psalterium distinxerunt in quinque Libros, ut etiam ipsum alius sit quinarius. A primo enim Psalmo usque ad quadragesimum, unum librum fecerunt. A quadragesimo uero primo usque ad septuagesimum primum, secundum librum, à septuagesimo secundo usque ad octoagesimum octauum, tertium. ab octoagesimo nono usque ad centesimum quintum, quartum librum. A centesimo sexto usque centesimum quinquagesimum, quintum librum fecerunt. Vnumquemque enim Psalmum habentem in fine, Benedictus Dominus, fiat, fiat: finem libri esse statuerunt. Inuenitur autem hoc & in quadragesimo, & in septuagesimo primo, & in octoagesimo octauo, & in centesimo quinto. Verum in fine quinti Libri, pro Benedictus Dominus, fiat, fiat, positum est, Omnis Spiritus laudet Dominum, Alleluia. Hi itaque uiginti ac septem Libri, qui uiginti duo numerantur, cum Psalterio, & his, quæ in Hieremia sunt, Lamentationibus inquam ipsius, & Epistolis Baruch, etiamsi non habeantur Epistolæ apud Hebræos, sed solum Lamentationes Hieremiæ coniunctæ, eo quo diximus, modo conuersi sunt in Græcam linguam, per circuitum singulis paribus Interpretum traditi, & à primo pari secundo, & rursus à secundo tertio, atque sic peruenerunt ad nos singuli sexies ac trigesies conuersi, uelut fama refert. Postquam uero absoluti fuerunt, consedit Rex in throno alto, itemq; triginta sex Lectores, habentes uniuscuiusque libri triginta sex conuersa exemplaria, ita ut unus haberet libri Hebraici exemplar, & unus ex lectoribus legeret, & alij se continerent, & attenderent, an inueniretur dissensio. Verum mirabile est opus Dei ad hoc, ut cognosceretur, quod illi Viri donum Spiritus sancti habentes consenserunt in deserto, & ubi apposita erat dictio uel uerbum, idipsum ab omnibus appositum repertum est, ubi uero detraxerant, omnes æqualiter detraxisse comperti sunt. Et quæ quidem detraxerunt, his non est opus, quæ uero non sustulerunt, his opus est. Quo uero manifestū tibi fiat id, quod dictum est, quod mirabiliter iuxta Dei dispositionem

Psalterij libri quinq.

nem & ex consonantia Spiritus sancti concorditer interpretati sunt, & interse non dissenserunt, exhibebo tibi per longiorem tractationem euidentem de hac re demonstrationem, quo hinc edoctus ac persuasus nostram collaudes orationem. In centesimo quadragesimo Psalmo habetur in Hebraico sic, Adonai elecha Carithi Ismaël iebbita acol: quæ interpretari potes, Domine clamaui ad te, exaudi me, intende uoci. Vide igitur, quomodo claudum reperitur. At septuaginta duo Interpretes addentes hoc, Precationis meæ, claudicationem ex uersu exemerunt, & interpretati sunt, Domine clamaui ad te, exaudi me, intende uoci precationis meæ. Et uide, quomodo probe correctus canitur psalmus. Proinde ex breuissimo uerbo considera similia, quæ ubique ab ijsdem Interpretibus per additionem apposita sunt. Bene enim uerba eiusmodi apposita sunt, ad locutionem & utilitatem gentium, ad fidem Dei ducendarum, & adepturarum uitæ hæreditatem ex Diuinis Scripturis ueteris ac noui Testamenti. Eodem uero modo etiam Origenes recte fecit, & de obelo indicauit. utinam autem & alia sic bene feciſſet. Nam sex interpretationes, & Hebraicam scripturam Hebraicis elementis atque ipsis uerbis in una columna composuit, & aliam columnam ex aduerso apposuit, per Græcas quidem literas, Hebraicas uero dictiones, ad intelligentiam eorum, qui non nouerunt Hebraica elementa, quo per Græca Hebraicæ linguæ uim cognoscerent. Atque sic in appellatis ab ipso Hexaplis & Octaplis, duas Hebraicas columnas, & sex columnas Interpretum alternatim collocans, magnam utilitatem cognitionis studiosis exhibuit. Vtinam uero & in operum suorum scriptis non excidisset, & seipsum ac mundum iniuria affeciſſet, dum male docuit de fide, & plurimas Scripturas male interpretatus est. Cæterum de obelo rursus repetam narrationem. Diximus, quod obelus hasta dicitur, est autem gladius, ad cædem faciendam paratus. Vbi igitur dictio reperitur apud Septuaginta duos posita, quæ in Hebraico non habetur, ea ex obeli nota ipsi dictioni opposita indicatur, quod sublata est ex genitali loco, aut Scripturæ pauimento, ut quæ non sit in libri loco. Et hæc quidem de asteriſco & obelo recensui. Deinceps etiam de Limniſco & Sublimniſco dicendum est. Limniſcus igitur sic uelut propositum signum habet scriptus, ÷ linea est una in medio duorum punctorum aut notarum posita, ita ut unus punctus superne sit, alter infer.e. Hunc apud Medicos ex naturæ ratione inuentum ac appellatum esse dicunt, ex corporis chirurgia, dum duæ simplices sectiones diducuntur, siue secantur, ita ut inter duas sectiones inciſi loci, corpus disparatum ac hians, iuxta utrasque simplices sectiones obeli figuram exhibeat, dum linamentum inditur, hoc est linteolum detritum, in tenuem ac longam formam consectum, immittitur ex una sectione, & pertransit in alteram. Quare Limniſcus ab ipsis Medicis bene appellatus est, eo quod linamentum, in loci humoribus immersum, uelut inundet, ac restagnet. Quapropter etiam huius notæ figuram Diuinis Scriptis Origenes apposuit, ut quando raro alicubi inueneris in Septuaginta duorum interpretatione dissonantem dictionem, non tamen expressam, neque appositam similibus ipsi dictionibus: cognoscas quod ab uno pari aut duobus hæc dictio conuersa est, propter apposita duo puncta. Appellantur autem hæc, simul utraque, aut similia. Quo uero & hoc tibi clarum sit ac facile perceptu, etiam de hoc dicam. Quum inueneris uelut in septuagesimo Psalmo habetur: Os meum annunciabit iustitiam tuam, annunciabit iustitias tuas. Rursus in septuagesimo primo Psalmo: Et honorabile nomen eorum coram ipso. Verum pro hoc præ-

Origenis laus.

Hexapla & Octapla.

Limniſci nota

positum

positum est: Et honorabile nomen eorum in oculis ipsius. Atque sic in multis locis inueneris, quum nihil sit defectuosum, neque alteratum, sed idem sit diuerse nominatum, ut non sit expressum, sed utroque modo legatur, id quod per Limniscum indicatum est, quod ab uno pari aut duobus conuersa sit dictio, & apud ipsos reperiatur. Et hæc de Limnisco diximus, eodem autem modo & de Sublimnisco declarabimus. Sublimniscus itaque, tale est signum ⨪ simplex, uidelicet linea obeli figuram habens, & subiectum habens punctum, siue notam, ubi igitur inueneris tale signum, sublimnisci ipsum esse putes. Vim uero hanc habet. ubi enim inuentus fuerit ad dictionem aliquam appositus, indicium est ab uno pari Interpretum prolatum esse sermonem, uelut unum punctum indicat: & habet hic se utroque modo aut consimiliter dictioni, cui incumbit. Hæc est de asteriſco & obelo, limniſcoq; ac sublimniſco ratio, ô studiose. Oportet autem nos etiam de ipsorum, de quibus diximus proposito dicere. Vtilis enim fuerit tibi horum cognitio, ex ipso tractatu narrationis de ipsis ostendens, quis, unde & quando, & cuius generis unusquisq; ipsorum fuit, & quæ fuerit ipsi interpretandi causa. Et primi quidem interpretes eiusdem Diuinæ Scripturæ fuerunt, ex Hebraica lingua in Græcam septuaginta duo Viri, qui eandem primam interpretationem tempore Ptolemæi Philadelphi interpretati sunt, & electi fuerunt è duodecim tribubus Israël, ex singulis tribubus sex uiri, uelut tradidit Aristæus in Libro suo. De quibus sanè itemq; de alijs, hoc est de Aquila & Symmacho ac reliquis, partim superius tractauimus, in asteriſci ac obeli mentione. hic uero etiam causas declarabimus. Nam qui post primum Ptolemæum secundus regnauit in Alexandria, Ptolemæus appellatus Philadelphus, studiosus & linguarum, ac doctrinæ amator fuit, qui bibliothecam in eadem urbe Alexandria construxit, in regione Bruchia appellata, & est hæc pars eiusdem urbis nunc deserta. Tradidit autem curam eiusdem Bibliothecæ Demetrio Phalareno, mandato dato, ut omnes ubique terrarum libros congregaret. Scripsit item epistolas, & rogauit singulos terræ Reges ac Magistratus, ut ne cunctarentur demittere poëtas & scriptores, rhetorumq; ac Sophistarum, & Medicorum & medicosophistarum, & historiographorum ac reliquorum libros. Quum autem res procederet, & libri undiquaque accumularentur, interrogauit Rex eum, cui bibliothecam commiserat, in quadam die, Quot nam essent libri in bibliothecam collecti. Ille uero Regi respondit, Iam quidem, inquit, sunt quinquaginta quatuor milia librorum, & octingenti plus minus. Audimus autem adhuc magnam multitudinem in mundo esse, apud Æthiopes & Indos, Persasq; ac Elamitas & Babylonios, Assyrios item ac Chaldæos & Romanos ac Phœnices, Syrosq; ac eos qui in Græcia adhuc nondum Romani appellantur, sed Latini. Sed & apud Hierosolyma in Iudæa sunt libri Diuini Prophetarum, docentes de Deo & mundi creatione, & alia omni utili doctrina. Si igitur uidetur hoc potentiæ tuæ ô Rex, ut & hos accersas, scribe Doctoribus in Hierosolymis, & transmittent tibi, quo etiam eosdem libros in eadem pietatis tuæ Bibliotheca reponamus. Tunc itaque scribit Rex epistolam hoc modo. Rex Ptolemæus, Iudæis Doctoribus in Hierosolymis multum gaudij. Bibliothecam constructi, & multitudinem librorum, ex singulis gentibus collectam, in ipsa reposui. Quum autem audiuerim, quod etiam apud uos habentur libri Prophetarum, de Deo & mundi creatione tractantes, etiam hoc cum alijs consecrare concupiscens, scripsi, quo hos nobis mitteretis. Quod enim honoris gratia, & non ob curiositatem, neque malignitatem, huius rei cupidus sim, sed fidei gratia, & amoris erga

Sublimniſci nota.

Interpretes ſacræ ſcripturæ

Ariſtæus ſcriptor.

Ptolemæi Philadelphi bibliotheca.

Epiſtola Ptolemæi ad Iudæos in Hieroſalem.

uos

uos hanc petitionem faciam, ex noſtra erga uos beneuolentia, ſi in memoriam reuocaueritis, ſcietis. Meminiſtis ſanè, quod captiuos multos ex patria ueſtra abductos, & in Ægyptum noſtram patriam perductos dimiſi, idq; cum multis uiaticis, & non uulgari cura ipſorum habita, liberos dimiſi, ſed & percuſſos ac ſauciatos ſanos remiſi, & nudos indui. Sed & nunc menſam auream preciosiſſimis lapillis exornatam, ponderis centum talentorum, pro menſa accepta à ſancto loco Hieroſolymorum demiſi, unà cum donis & precioſis theſauris reponendis in loco ſancto. Horum itaque narrationem feci, quo cognoſcatis, quod ex uoto ac pietate libros peto. Et epiſtola quidem demiſſa eſt, itemq; dona miſſa. Ipſi uero accipientes epiſtolam & dona benignè, ualde gauiſi ſunt, & prædictos iam à me libros, prompte aureis literis Hebraicis transſcriptos demiſerunt, uiginti duos genuinos, ſeptuaginta uero duos apocryphos. At uero Rex adeptus libros, & legere non potens, quum elementa Hebraica eſſent, & in Hebraica lingua conſcripta, alteram epiſtolam ſcribere ad ipſos cogitur, & petere Interpretes, qui poſſint ipſi libros interpretari in Græcam linguam, per Hebraicam. Habuit autem epiſtola hæc. Ptolomæus Rex, pietatis doctoribus in Hieroſolymis multum gaudij. Theſauri occulti, & fontis obſignati, quæ eſt utilitas in utriſque? Sic etiam librorum à uobis ad nos miſſorum doctrina ſe habet. Quum enim nos non poſſimus legere horum literas, nulla erit nobis hinc utilitas. Verum dignemini Interpretes nobis mittere, exacte eruditos in Græca ac Hebraica lingua. Tunc electis ſeptuaginta duobus Interpretibus, miſerunt ipſos Hebræorum Doctores, iuxta formam quam aliquando fecit Moſes, quando aſcendit in montem ex Domini præcepto, quum audiſſet, aſſume tecum ſeptuaginta uiros, & aſcende in montem. Ipſe uero propter pacem in tribubus ſeruandam, ut ne ex aliquibus acciperet quinque uiros, ex alijs ſex, & ſeditionem in tribubus excitaret, excogitauit potius, ut ſeptuaginta duos aſſumeret, & numerum augeret. Eodem ſanè modo, uelut dixi, etiam hos miſerunt, qui interpretati ſunt libros in Pharia appellata inſula, quemadmodum ſupra diximus. Et ſic libri in linguam Græcam translati, repoſiti ſunt in prima bibliotheca in Bruchio ædificata. Poſtea uero etiam altera facta eſt bibliotheca in Serapio minor priore, quæ & filia ipſius nominata eſt. In qua repoſiti ſunt Aquilæ & Symmachi & Theodotionis ac reliquorum tranſlationes, poſt ducenteſimum ac quinquageſimum annum. Nam poſt primum Ptolemæum filium Lagi, qui regnauit annos quadraginta, Ptolemæus hic Philadelphus, cuius tempore ſeptuaginta duo Interpretes interpretati ſunt, dominatus eſt annos triginta octo. Poſt quem Ptolemæus Euergetes annos uiginti quatuor. Poſt quem rurſus Ptolemæus Philopator annos uiginti unum. Poſt quem Ptolemæus Epiphanes annos uiginti duos. Deinde Ptolemæus Philopator alius annos triginta quatuor. Poſtea Ptolemæus Philologus & Euergetes annos uiginti nouem. Ptolemæus Soter annos quindecim. Ptolemæus, qui & Alexander, annos duodecim. Ptolemæus, Alexandri frater, qui à matre expulſus eſt, annos octo. Ptolemæus Dionyſus annos triginta unum. Cleopatra, Ptolemæi filia annos triginta duos, quæ ſanè Antonio coniuncta fuit, & ab Octauio Rege ſuperata. Itaque à primo Ptolemæo filio Lagi uſq; ad Cleopatram, anni ſunt trecenti ſex. A decimo ſeptimo uero anno Ptolemæi Philadelphi, cuius tempore eodē anno ſeptuaginta duo interpretati ſunt uſq; ad Cleopatram, anni ſunt ducenti quadraginta nouem. Et ceſſauerunt regnare Lagidæ, à Lago uidelicet deducti Ptolemæi, qui equeſtre certamen in Alexandria conſtituit, ac Lagion appellauit. Deinde Romanorum Reges regnauerunt, Auguſtus

Epiſtola altera Ptolomæi ad Iudæos.

Ptolemæi reges quot fuerint.

Romanorum regum anni Imperij.

Augustus annos quinquaginta sex, cuius regni anno quadragesimo secundo, Dominus noster IESVS CHRISTVS secundum carnem natus est. Tiberius annos uiginti tres. cuius anno decimo octauo CHRISTVS crucifixus est. Caius annos tres, menses nouem, dies uiginti nouem. Claudius annos tredecim, menses duos, minus duobus diebus. Nero annos tredecim, menses septem, dies uiginti septem. Galba menses septem, dies uiginti sex. Otho menses tres, dies quinque. Vitellius menses octo, dies duodecim. Vespasianus annos nouem, menses septem, dies duodecim. Titus annos duos, menses duos, dies duos. In hoc tempore facta est desolatio Hierosolymorum post sexagesimum quintum annum crucifixionis CHRISTI, & aliquot dies. Domitianus annos quindecim, & menses quinq;. Nerua annum unum, mẽses quatuor. Traianus annos decem & nouem. Adrianus annos uigintiunum, cuius anno duodecimo Aquila notus fiebat. Ab Augusto igitur usq; ad Adrianum anni centum octoaginta sunt, menses quatuor, minus diebus nouem: ut sint à tempore septuaginta duorum interpretum, usque ad Aquilam interpretem, siue ad duodecimum Adriani annum, anni quadringenti triginta, menses quatuor. At uero hic Adrianus læsus corpore, uniuersam multitudinem medicorum sub regno suo accersiuit, & corporis sui medelam ab ipsis petiuit. Verum illi multo labore insumpto ac nihil efficientes, ab ipso subsannati sunt, ut etiã epistolam cõtra ipsos scripserit exprobratricem & artem ipsorum culpantem, uelut nihil scientem morbi ipsi incumbentis gratia. profiscitur itaque in Ægyptiorum terram. Oportebat autem ipsum à Romanorum terra eò proficiscentem, has urbes inuisere. erat enim uir multiscius. Pertransit itaq; Antiochi urbem, transscendit cauam Syriam, & Phœnicen, & uenit in Palæstinam, quæ & Iudæa appellatur, post annum quadragesimum septimum deuastationis Hierosolymorum, & ascendit in Hierosolyma famosam ac celebrem urbem, quam euertit Titus Vespasiani filius secundo regni sui anno: & reperit ciuitatem totam solo adæquatam, & templum Dei conculcatum, exceptis paucis domibus, & Ecclesia Dei, quæ parua erat, eo loco ubi reuersi discipuli quando Saluator assumptus est ab Oliueto, ascenderunt in cœnaculum. Illic enim ædificatum fuerat, hoc est in parte Sion, quæ à deuastatione relicta erat, & partes domiciliorum circa ipsam Sion, & septem synagogæ, quæ solę in Sion stabant uelut tuguria. Ex quibus una relicta fuit usq; ad tempus Maximonæ episcopi, & Constantini regis, uelut tentorium in uinea, uelut scriptum est. Itaque animo uersat Adrianus extruere urbem, non tamen templum. Et adeptus Aquilam, hunc prædictum interpretem qui Græcus erat, et socrum ipsius à Sinope Ponti oriundum, constituit ipsum illic operarum extruendæ urbis præfectum. Imposuit autem urbi proprium suum nomen, & regij nominis appellationem. Sicut enim ipse Ælius Adrianus nominatus erat, sic etiam ciuitatem Æliam nominauit. Itaq; quum Aquila degeret in Hierusalem, & uideret discipulos discipulorum ipsorum Apostolorũ florentes fide, & magna signa operantes sanationum & aliorum miraculorum. Erant enim reuersi ab urbe Pella in Hierusalem, isthicq; docebant. Quum enim urbs Hierosolymorum capienda esset, præmoniti fuerunt omnes discipuli ab angelo, ut migrarẽt ab urbe funditus perdenda. Hi itaque transmigrarunt & habitauerunt in prædicta urbe Pella ultra Iordanem, quæ ex decem urbium numero esse dicitur. At post deuastationem Hierusalem reuersi, uelut dixi, multa signa perficiebant. Aquila igitur mente compunctus, Christianismo credidit, & quum petisset progressu temporis signaculum in CHRISTO, idipsum assequutus est. Quum autem à primo suo habitu non discederet, à credendo uidelicet uanæ astrologiæ, quam exacte edoctus erat: sed quotidie positionem natiuitatis suæ spectaret: redargutusq; à doctoribus & increpatus ea gratia, se non corrigeret, sed potius contentiose opponeret, & non consistentia confirmaret, fatum uidelicet & narrationes de ipso: expulsus est rursus ab Ecclesia, uelut inutilis ad

Aquilæ interpretatio.

Aelia urbs.

Discipuli Apostolorũ in Pellam fugiunt.

ſalutem. Ex quo facto amarulentiam, uelut ignominia affectus, mente concepit, & ad æmulationem elatus eſt, & abnegato Chriſtianiſmo ipſiusq; uita, proſelytus fit, & circumciditur Iudæus. Atq; tunc laborioſo ſtudio tradidit ſeipſum ad diſcendũ Hebræorum linguam, & ipſorum elementa. Vbi uero hanc ſumme didiciſſet, interpretatus eſt non recta ratiocinatione uſus, ſed quo aliqua ex receptis libris peruerteret, irruens in Septuaginta duorum interpretationem, ut teſtimonia de CHRISTO in Scripturis prolata aliter ederet, propter confuſionem, quam ſuſtinuit ob temerariam ſuam excuſationem. Atque hoc modo fit ſecunda huius interpretatio, poſt numerum tãtorum temporum, uelut ſuperius ſcripſimus. Poteramus porrò ô dilecte, etiã adulteratas ab ipſo dictiones recenſere, quę ex interpretatione ipſius ipſum redarguunt. Verum quũ iam de horum differentia ſuprà narrauerimus, uiſum eſt nobis hactenus ea ſufficere. Cæterum poſt hunc Aquilam & eius interpretationẽ, ſuccedit Adriano in regno Antoninus appellatus Pius, & regnat annos uigintiduos. Huic ſuccedit Caracallus, qui & Geta, & Marcus Aurelius Verus dicebatur, & regnat annos ſeptẽ. In ipſius autem temporibus etiam Lucius Aurelius Commodus regnat eoſdem ſeptem annos. Pertinax autem mẽſes ſex. Seuerus annos octodecim. Huius temporibus Symmachus quidam Samarita ex numero Sapientũ apud ipſos, quum non reperiſſet fidem apud propriam gentem, principatus ſtudio ægrotans, & contra propriam tribum indignatus, accedit ad Iudæos ac fit proſelytus, & circumciditur ſecunda circumciſione. Et nemireris de hoc optime auditor, cõtingit enim hoc. Qui enim à Iudæis ad Samaritas profugiunt, rurſus circumciduntur. ſimiliter & qui à Samaritis ad Iudæos transfugiunt. At hoc adhuc grauius eſt, quod etiam à circumciſione præputiati fiunt, arte quadam medica, per inſtrumentum attractorium Spathiſterem appellatũ, infernam membrorum cuticulam attrahi ſinentes, futuramq; admittentes, & glutinatorijs circumdatis, præputium rurſus ſuperinducunt. Habes & teſtimonium apud ſanctum Apoſtolũ, ubi hæc uerba hoc modo dicit, Circumciſus aliquis uocatus eſt: ne attrahatur ipſi præputium. In præputio aliquis eſt: ne circumcidatur. Hanc autem traditionem diabolici inuenti, Eſau fratrem Iacob reperiſſe aiunt, ad abnegationem Dei, & ad deletionem characteris patrum ipſius. Quapropter aiũt Deum dixiſſe, Odio habeo ipſum Eſau: Iacob uero dilexi. Hic itaq; Symmachus ad peruerſionem Interpretationum apud Samaritas, tertiam edidit interpretationem à ſe cõuerſam. Poſt huncautem mox ſequenti progreſſu temporis, hoc eſt circa ſecundi commodi regnum, qui regnauit poſt prædictum Cõmodum Lucium Aurelium, annos tredecim, Theodotion quidam Ponticus, ex ſectatoribus Marcionis hæreſiarchæ Sinopitæ, infenſus & ipſe illius hæreſi, & ad Iudaiſmum declinans ac circumciſus, & Hebræorũ linguam ipſorumq; elementa edoctus, priuatim etiam ipſe interpretationem edidit, & pleraq; cõſonanter cum Septuaginta duobus edidit. Habebat enim hic plurima exercitia ex cõſuetudine Septuagintaduorum. Proinde ſis tu ipſe ô ſtudioſe, Iudex huius cauſæ, apud quos potius ueritas reperietur, apud hos tres, Aquilam inquam et Symmachum ac Theodotionem, qui non ſimul fuerunt, ſed quiſq; ſeorſim, & in tempore ac loco inter ſe diſparati, & nõ multi, ſed tres ſolum, & non potuerunt inter ſe cõſentire: Aut apud Septuagintaduos, qui primi ſub unum tempus fuerunt & interpretati ſunt, & in triginta ſex partes iuxta præceptum regium diuiſi fuerunt, & ſine mutua inter ſe collatione, ex Spiritu ſancto ſub unum cõſenſum totam interpretationem ediderunt, & ubi appoſitione opus fuit, ſermonis gratia appoſuerunt, & conſonanter inter ſe conſenſerunt ac ediderunt, & hoc, quum ignorarent quid quiſq; per ſe interpretaretur. Vbi uero rurſus uerborum reiectione opus fuit, æqualiter reiecerunt, & concinne interpretati ſunt, uelut omnes ſimul in uno loco conſediſſent, & per mutuam collationem interpretati eſſent. Manifeſtum profecto eſt quod in Septuagintaduobus ueritas reperietur. Quare cognitu facile fuerit

Symmachi interpretatio.

Præputij reſecti curatio.

Theodotionis editio.

cile fuerit hoc his, qui ex ueritatis ſtudio expendere uoluerint, quod non ſolum Interpretes illi fuerunt, ſed etiam ex parte Prophetæ. Quibus enim non erat opus ad interpretationem, ea omiſerunt, quæ ſanè poſtea in ſuis locis Origenes aſteriſcis inſigniuit. Similiter autem & appoſita non detraxit, gnarus quod ipſis magis eſſet opus, ſed cum obelis prout ſingula reperit, reliquit, indicans ſolum per obelum, cognitionem lectionis eius loci. At uero per liminiſcos ſimiliter indicauit eorum, quæ apud quoſdã ex ſeptuaginta duobus Interpretibus ſimul utraq; inueniũtur, declarationem, quum id raro contingat, ut paucæ dictiones non diſſimiles ſint, ſed ſimiles & eandem uim habeant, uelut uerbi cauſa, pro locutus eſt, dixit: aut pro uenerat, uenit. Et hæc quidem de quatuor interpretationibus tibi ſcripſimus. De quinta uero & ſexta editione non habeo quod dicam, qui, aut unde fuerint interpretes, niſi hoc ſolum, quod poſt perſecutionem regis Seueri, quinta inuenta eſt in dolijs in Hiericho occultata, temporibus filij Seueri, qui appellatus fuit Caracallus, & Geta. Etenim cõſequenter ab Antonino Pio tempus eorum qui regnauerunt, hanc ſucceſſionem habuit. Poſt Antoninum Pium regnauit Marcus Aurelius Antoninus, qui & Verus, annos decem & nouem. Poſt hunc Commodus alius regnauit annos tredecim, cuius tempore Theodotionem cognitum eſſe diximus, qui quartam interpretationem edidit. Huic Commodo ſuccedit Pertinax, & regnauit menſes ſex. Huic ſuccedit Seuerus cum filio ſuo Antonino, & regnauerunt annos octodecim. Mortuo autem Seuero ſuccedit in principatu Antoninus filius ipſius, qui & Geta, & Caracallus aliâs appellatus fuit, & regnauit annos ſeptem. In ſeptimo autem ipſius anno inuenti ſunt libri quintæ editionis in dolijs in Hiericho occultati cum alijs libris Hebraicis ac Græcis. Caracallo autem ſuccedit Antoninus alius qui regnauit annos quatuor. Poſt hunc regnauit Alexander filius Mamææ annos tredecim. In medio horum temporum inuenta eſt ſexta editio, & ipſa in dolijs occultata in Nicopoli ad Orientem ſita. Poſt hunc regnauit Maximianus annos tres. Huic ſuccedit Gordianus, et regnauit annos ſex. Poſt hunc regnauit Philippus annos ſeptem. Huic ſucceſſit Decius, & regnauit annum unum, menſes tres. In temporibus autem Decij Origenes cognitus fiebat, floruitq; à temporibus Decij uſq; ad Gallum, & Voluſianum, atq; ultra. Cæterum in perſecutione à Decio facta, martyrium ſubijt Babylas in Antiochia, Fabianus Romę, Alexander Epiſcopus Hieroſolymorũ in Cæſarea. Sed & ipſe Origenes multa paſſus, ad finem martyrij non peruenit. Verum delatus in Cæſaream Stratonis, & conuerſatus in Hieroſolymis modico tempore, deinde progreſſus in Tyrum, ad annos uigintiocto, uelut fama refert, & uitam exercuit, & Scripturas interpretatus eſt, quando etiam hexapla, & duas Hebraicorum columnas ex aduerſo inter ſe conferendas compoſuit, hexapla nominans libros, uelut ſuprà per longum à me dictum eſt. Quum uero inueniſſet quintæ & ſextæ editionis libros eo quem diximus modo, et nõ ſciret qui eſſent interpretes ipſorum, quo tempore inuenti eſſent, unam ex his editionem conſequenter ad priores quatuor adiecit, & quintam appellauit, inſcriptione facta per quintam literam quinarij numeri ſignificatricem, atq; ſic nomen eius declarauit. Eodem modo ſenarij numeri notam inſcribens, ei editioni quæ poſtea inuenta eſt, ſextæ interpretationis nomen indicauit. Sed & artificioſe hoc peregit, id quod aliqui ex ſtudioſis ignorãt. Quum enim incidunt in hexapla aut octapla: quatuor enim ſunt Græca, quando Aquilę & Symmachi, & Septuaginta duorũ, & Theodotionis interpretationes coniunctæ fuerint, ubi autem quatuor hæ columnę duabus Hebraicis adiectæ fuerint, Hexapla appellantur. Si uero etiam quinta ac ſexta interpretatio coniunctæ fuerint ad illas conſequenter, Octapla uocantur: quidam igitur quum in hos libros, uelut dixi, incidunt, et inueniunt duos Hebraicos primum poſitos, poſt hos uero Aquilæ interpretationem locatam, deinde Symmachi, poſtea Septuaginta

Quinta editio

Sexta editio.

Origenes ſub Decio uixit.

Hexapla & octapla cur dicta.

ptuaginta duorum, postquam Theodotionis locata est, & consequenter quinta & sexta, putant primos interpretatos esse Aquilam ac Symmachum, ante Septuaginta duos, iuxta ordinem locationis, id quod nō est. sed Origenes sciens Septuaginta duorum editionem exactam esse ac sinceram, ipsam in medio locauit, quo hinc atque hinc positas interpretationes redargueret. Hoc autem solum Origenes utiliter fecit. Quo uero etiam Romanorum regum successionem, uelut facere incipimus, non relinquamus, rursus aliorum regum successiones prout quisque regnauit, subijciemus. Post Gallum & Volusianum præscriptos, qui regnauerunt annos duos, menses quatuor: regnauit Valerianus & Galienus ad annos duodecim. In nono igitur horum imperij anno, ascendit Manes siue Manichæus à Perside, quando etiam ad Archelaum episcopum Cascharorum Mesopotamiæ disputationis gratia uenit, & superatus latenter aufugit, & delatus in Diodoridem uicum in uicinia Cascharorum, ubi disputationem aduersus sanctum presbyterum Tryphonem instituisset, perfecte ab ipso confusus est. Quare & populus lapidibus ipsum obruisset, nisi ab Archelao episcopo liberatus fuisset. Itaque in Persidem reflexit, & iussu regis harundine excoriatus est, atque sic uitam finiuit. At post Valerianum & Galienum regnauit Claudius annum unum, menses nouem. Huic successit Aurelianus, & regnauit annos quinque, menses sex. Post hūc regnauit Tacitus menses sex. Post hunc Probus annos sex, menses quatuor. Post hunc regnauit Carus cum filijs Carino & Numeriano annos duos. Post hunc Diocletianus cum Maximiano & Cōstantio, annos tredecim. Quorum tempore magna persecutio fuit, quæ duodecim annis durauit. Quum autem cessasset persecutio, regnauit Diocletianus alium unum annum, & deposuit regnum, ueteranum ac priuatum agens. Maximianus autem fato malo ex oculorū lippitudine laborauit, & in corporis morbum illapsus, priuatus est oculis spōtaneo morbo, quo modo martyres afflcerat, & sic uitam finiuit, relicto Licinio ac Constātio regibus. Quibus uita defunctis, successit Constantinus ille beatus, qui regnauit annis triginta duobus. Et hic mortuus, proprios filios reges reliquit, Constantem, & Constantium ac Constantinū. Post quos regnauit Iulianus, & Iouinianus, & Valentinianus magnus, & Valens frater eius, & Gratianus filius Valentiniani, & Valentinianus iunior, filius Valentiniani, fratres Gratiani, & Theodosius pientissimus rex, et Arcadius filius eius, & Honorius clarissimus frater eius. Quorum anni usque ad Arcadij consulatum secundum, & Rufini consulatum numerantur quinquagintaseptem. In quibus mortuus est Valentinianus iunior, filius Valentiniani Magni, inuentus subitò in palatio strāgulatus, ut fama refert Idibus Maij, pridie pentecostes in die sabbati, in ipsa uero die Pentecostes elatus est. Erat autem tunc secundum Ægyptios mensis Pachon dies uigesimaprima: iuxta Græcos Artemisij mensis tertia & uigesima: secundum Romanos decimoseptimo calend. Iunias. Hactenus ô studiosissime, prædictis contenti omnibus, interpretum propositum declarauimus. Deinceps uero ô Dei homo, ad reliqua quemadmodum precibus tuis polliciti sumus, mentem conuertemus, de ponderibus & mensuris ac numeris in diuinis Scripturis tractaturi, unde singula nominata sunt, & qua gratia sic uocata sunt, & unde nomenclaturæ occasionem acceperunt, & quæ sit uniuscuiusque horum qualitas, & pondus ac uis. Mensura itaque est Corus. habetur in Euangelio Lucę. Vbi Saluator laudat prudentem dispensatorem, qui debitoribus pro tot coris, in suis ipsorum chirographis tantum transcripserat: & pro tot batis olei, tot fecerat. Nomina enim mensurarū hæc sunt. Lethec, Gomor, Batos, Saton, Modius, Cabus, Chœnix, Hyphe similaginis, Drax farinæ, Artaba, tres mensuræ similaginis, tria cana panum chondritarum ex alica. Nebel uini, Collathon. alabastrum ungenti, Campsaces aquę, cotyla olei, cyathus, metreta uini, metreta olei, Tryblium, Sextarius, Amphora, Apor-

Manichæus sub Galieno uixit.

Regum Rom. succesßio.

Corus mensura.

ra, Aporryma, Sabitha, In, Chus siue Congius, Stamnos aurea in qua repositum erat Manna, Mares, Cypros, Congiarium. Acceptus itaq; est Corus ex Hebraica lingua, ubi uocatur Chor, sunt autem modij triginta. Appellationẽ habet ex argumento collis, Choria enim uocatur collis. Triginta autem modij in collem ac aceruum collecti faciunt onus Cameli. Lethec autem sicut in Osea Propheta scriptũ est, mercede conduxi mihi Lethec ordei. In exemplaribus uero gomor ordei habetur, idem sunt. quindecim enim modij significantur. Lethec autem appellationem habet secundum Hebręorum linguam, hoc est eleuatio, ex eo quod possint ab adolescẽte eleuari quindecim modij, & asino imponi. Eadem mensura etiã Gomor uocatur. Sunt autem duo Gomor, magnum & paruum, magnum eiusdem mensurę est cum lethec, quindecim modios etiam ipsum complectens, paruum uero duodecim batos. Et hoc ex Hebraica lingua deductum est, et est synonymum cum uase in quo oleum excipitur, appellato Bith. Batos enim significat uas in officina olearia. est autem sextariorum quinquaginta, & est mẽsura officinæ olearię. Mnasis aut Medimnus ex Romana ut puto lingua acceptus est, à uoce medium in eadem lingua. Mnasis itaq; apud Cyprios mensuratur & apud alias gentes. sunt autem decẽ modij frumenti aut ordei. Estq; Modius apud Cyprios sextariorum decem ac septem. Medimnus uero apud ipsos Cyprios diuersus est. Medimnum enim Salaminij siue Constantij ex quinq; modijs habent, Paphij uero & Siculi ex quatuor cum dimidio modijs ipsum metiuntur. Satu uocatur ex ipsa Hebræa lingua accepta, & muliebri genere prolata. Verum in Gręca neutro genere profertur, Saton enim dicitur, & nõ Satos. Est autem Modius superexpletus, ut plenus quidem fiat Modius, uerum per id quod superfluit, quarta modij pars fiat. Appellatur autem Saton iuxta eandem linguam prolatum, assumptio aut eleuatio, eo quod mensurans habitu quodam mensuram accipiat ac leuet. At Modij nomen per multam diligẽtiam ab Hebræis inuentum est, uigintiduos sextarios complectens, non autem simpliciter, neque prout contigit, sed propter multam sinceritatem. Nam Modius iustus, quemadmodum lex dicere solet, iuxta mensuram sanctam mensuratus est. At mensura sancta nihil aliud est, quàm uigintiduo opera quæ fecit Deus in sex diebus hebdomadis. Prima enim die fecit superiores cœlos, terram, aquas. ex quibus elementis est & crystallus, & grando, & glacies, & spiritus ministrãtes coram ipso, qui sunt hi, Angeli ante faciem, & Angeli gloriæ, & Angeli uentorum spirantium, & Angeli nubium ac caligi um, niuis ac grandinis, & glaciei. Et Angeli uocum, tonitruorum, fulgurum, frigoris, æstus, hyemis, autumni, ueris, æstatis, & omnium spirituum, creaturarum ipsius, quæ sunt in cœlo & in terra. Abyssos tum infra terram, tum tenebras ipsius Chaus. Vesperam & noctem, lucem diei & diluculi. Hæc septem opera maxime fecit Deus in prima. In secunda uero firmamentum in medio aquarum: & diuisionem aquarum supra firmamentum, & earum quæ sunt infra firmamentum, in facie totius terræ. Hoc solum fecit Deus secunda die. Quarta uero die maria, flumina, & fontes ac stagna, & semina sementi, germina, ligna fructifera & infrugifera, syluas. Hæc quatuor opera maxima fecit Deus in tertia die. Quarta uero Solem, Lunam, stellas, hæc tria magna opera fecit Deus quarta die. Quinta autem cete magna, pisces, & alia reptilia in aquis, uolatilia alata. Hæc tria opera magna fecit Deus quinta die. Sexta uero die bestias, pecora, reptilia terræ, hominem. Hæc quatuor magna opera fecit Deus sexta die, & fuerunt omnia in sex diebus facta opera à Deo, uigintiduo, & absoluit Deus omnia in sexta die, quæ in cœlis sunt & in terra, in mari & in abyssis, in luce & in tenebris, & in omnibus. & requieuit Deus ab omnibus operibus suis in septima die, & benedixit ipsam, ac sanctificauit ipsam, & manifestauit

Lethec. *Gomor.* *Batos.* *Mnasis.* *Medimnus.* *Modius.* *Saton.* *Modius iustus* *Mensura sancta.* *Opera Dei sex dierum, uigintiduo.*

Vigintiduo capita. festauit per Angelum Mosi, quod etiam uigintiduo capita sunt ab Adam usque ad Iacob. Et eligam mihijpsi ex semine ipsius populū acceptum ab omnibus gentibus. At uero capita de quibus dixit Dominus, hæc sunt. Adam, Seth, Enos. Enoch. Arphaxad. Sala. Cainan. Phalec. Maleleel. Heber. Ragan. Iared. Seruch. Nachor. Mathusala. Thara. Lamech. Noë. Abraam. Isaac. Iacob. Sem. In summa uigintiduæ generationes. Quapropter etiam uigintiduæ sunt apud Hebræos literæ, & ad ipsas numerati sunt etiam libri ipsorum uigintiduo, qui sint uigintiseptem. Verum quoniam quinq; duplicantur apud ipsos elemēta, ut sint etiam ipsa uigintiseptem, & in uigintiduo contrahuntur, ea gratia etiam libros uigintiseptem existentes, uigintiduos fecerunt. Quorum primus est Breschith, qui uocatur Genesis mundi. Veelleſmoth, qui exitus filiorum Israël ex Ægypto. Vaijcra, qui Leuiticus. Vaiedaber, qui est Numeri. Ellehadbarim, Deuteronomium. Diesu, liber Iesu Naue. Diob, liber Iob. Schophtim, Iudicum. Diaruth, liber Ruth. Sephertehilim. Psalterium. Dibreiamim, primus Paralipomenon. Dibreiamim, secūdus Paralipomenon. Semuel, primus Regum. Daduſemuel, secundus Regnorū. Dmelachim, tertius. Dmelachim, quartus. Dmischle, liber Prouerbiorum. Decoëleth, Ecclesiastes. Sir hasirim, Canticum canticorum. Dathariasara, duodecim Prophetæ. Desaiu, liber Prophetæ Esaiæ. Dieremiu, Hieremiæ. Diezechel, liber Ezechielis. Didaniel, Danielis liber. Dideſdra, Esdrę primus. Dideſdra, Esdræ secundus. Desther, liber Esther. Hi uigintiseptem libri, uigintiduo numerantur, iuxta numerum elementorum. quandoquidem etiam quinq; elementa duplicātur, uelut suprà diximus. Est autem & alius paruus liber, qui uocatur Cinoth, hoc est lamentatio Hieremiæ. Hæc autem Hieremiæ connectitur, & est superfluus liber extra hunc numerum & Hieremiæ adiunctus. Hi uigintiduo numeri, qui ubiq; inueniuntur, & in diuersis speciebus numerātur, & in uigintiduobus operibus, quæ fecit Deus in sex diebus creationis mundi: & in uiginti generationibus, ab Adam usq; ad Israël: & in uigintiduobus elementis literarum, ab Aleph usq; ad Tau: & in uigintiduobus libris, à

Vigintiduo sextarij in modio. Genesi usq; ad Esther: mensura nobis facti sunt uigintiduorū sextariorum, quæ mensura uocatur, apud Hebræos Mode, apud Græcos Modion, propter claritatē. Similiter autem & Ægyptij hanc mensuram uocant, Syri item ac Arabes Modia dicunt, & significat uox ipsa confessionem. Impletus enim modius confitetur, quod plenus est, appellatur autem & Gnomon. At per numerum uigintiduorum operum Dei ab initio, & uigintiduarum generationum usq; ad Iacob, et uigintid[illegible]orum librorum usque ad Esther, & per uigintiduarum literarum propositum, ex quibus lex Dei nobis exhibita est, & doctrina Dei nobis præexpressa, hoc indicatur: quod ex lege & mysteriis in ipsa CHRISTVS nobis uenturus testimonium accepit, ac reuelatus est, qui ubi uenit in Euangelio, impleuit nobis mensuram uitæ per modium, hoc est confessionem, omni ipsum confesso, & qui uitam ab ipso accepit. Quapropter mensuram hanc sanctam Hebræi dicunt, quæ est uigintiduo sextariorum, iuxta relatas rationes. Multæ enim aliæ gentes, aut apposuerunt, aut detraxerunt ab hac mensura exacte apud Hebræos numerata. Sed & apud Romanos contigit, modij mensuram simili capacitate

Aleph discere significat. appellari: quemadmodum apud Hebræos Aleph, admonet puerum ut discat, ita & a-

Alpha inuestigare significat pud Græcos Alphin quærere contigit uocari. Vnde nimirū etiam alpha ex Hebraica in Græcam transsumptum est linguam. Proinde Modius ex Hebraica lingua inuentus est, & à confitendo dictus, uelut sæpè dixi, ex ipso usu facta interpretatione. Nisi enim ipsum pleniſſime quis impleuerit, non cōfitetur quod plenus est. Vbi uero repleuerit mensuram ac concusserit, tunc confitetur, quod plenus est.

Cabus. Cabus uero ex

Chœnix idem quod hyphe. eadem lingua, diuersa mensura est, hoc est quarta pars modij. Chœnix autem, & Hyphe, una mensura est, sed duplici nomine appellatur. est autem duorum sextariorum

riorum,& aliquantulæ partis. Drax farinæ,hoc eſt pugillus,hæc menſura nullam cu rioſitatem requirit,& eſt omnibus manifeſta. Artaba,hæc menſura apud Ægyptios nomen reperit, eſt autem ſextariorum ſeptuagintaduorum. & hæc menſura ex multa diligentia collecta eſt.Septuagintaduo uiri tunc turrim ædificabãt, quando in ſeptua gintaduas linguas ex una confuſi ſunt. Vnde & Meropes appellati ſunt,propter diui ſam uocem. Eandem menſuram habet & Metreta,iuxta menſurã ſanctam. Tres men ſuræ ſimilaginis,quas Abraam angelis præparare Saram iuſſit, ex quibus mẽſuris pa nem ſubcinericium fieri præcepit. Hæ autem menſuræ ſingulæ gomon capiebãt:Go mon autem erat decima pars magnæ menſuræ, hoc eſt Artabæ, quæ decima pars eſt ſextariorum ſeptem,& quintæ unius partis. Tria cana panum chondritarum,ubi con ſueuerunt tunc reponere Chondritas.Eſt autem ſpecies panis Chondrites in duo par tes conſectus,ex alica conſtans.Nebel uini,eſt menſura ſextariorum centum quinqua ginta.Saton,ſextariorum quinquagintaſex eſt.Alabaſtrum ungenti,uaſculum eſt ui treum capiens libram olei,menſura uero eſt ſextarij dimidij.Alabaſtrũ autem appella tum eſt propter fragilitatem. Campſaces aquæ duodecim ſextariorum aquæ menſu ra eſt. At Campſaces Heliæ prę̃paratus,quatuor ſextariorum menſura eſt.Cotyla di midium ſextarij eſt.Appellata eſt Cotyla,ab eo quod Sextarius in duas partes ſecetur. Cyathus eſt ſexta pars ſextarij.Scriptura cyathos Medecoth appellat.At cola ſiue co latoria inſtrumenta Maſmaroth uocat.Eodem autem nomine ambo uſi ſunt,nam & eundem uſum & actionem exhibẽt. Tryblium iuxta formam eſt uas ad intinctus ob ſoniorum paratum, ſiue paropſis. menſuram uero dimidij ſextarij habet. Sextarius Alexandrinus,duarum librarum pondus in oleo habet.Aporryma,apud ſolos The banos menſuratur,dimidium enim Saitæ eſt. Verus autem Saites,ſextariorum uigin tiduorum eſt.Sabitha,Syriaticum nomen eſt,quod torculare hauſtorium interpreta ri poſſis, apud Aſcalonitas eſt ſextariorum uigintiduorum. In, quod magnum uoca tur, ſextariorum octodecim eſt. At ſanctum In, ſextariorum nouem. Congius, ſex tariorum octo eſt, uerum ſanctus appellatus Congius, ſextariorum ſex, quæ eſt duodecima pars metretæ. Talentum omnem menſuram, quæ ponderatur, exce dit. uerum iuxta libræ pondus, eſt librarum centum uigintiquinque. Sex minuta talenti, ſeptem aſſaria ſunt. At ſeptem minuta aſſariorum, centum denarij ſunt. Argenteus excuſus eſt ab initio, numiſma, hoc autem ex aſſarijs excuſum eſt. aiunt Abraam in Chananæã formam eius intuliſſe.Porrò ex partibus centum uigintiquin que talenti,eſt libra una. Libra autem, eſt duodecim unciarum. Vncia,habet ſtateres duos.Stater,dimidium quidem eſt unciæ,habet autem duo didrachma. Siclus qui & quãdrans dicitur, quarta pars eſt unciæ, dimidium ſtateris, habens drachmas duas. Vnciæ enim erãt octo drachmæ. Vocabatur & Holce ipſa drachma. Eſt & eiuſdem ponderis holce cum Siclo, apud eum qui ponderauit per temporis occaſionem capil lum Abſolonis,quãdo tondebatur, habentem holcen Siclorum centum uigintiquin que, hoc eſt libras duas & dimidiam. Obolus,& ipſe in argento excuſus erat. menſu ram autem ſiue pondus etiam hic unciæ habebat,non ex argento factus,ſed è ferro.E rat autem & alius obolus ex argento percuſſus,qui numiſma erat, quod tenuiſſimum fuit,nempe octoageſima pars uncię.Dicit enim in Leuitico,Didrachmon autem,ſunt uiginti oboli. Quod autem quarta unciæ eſt didrachmon, iam docuimus. Æreoli,ſi ue Chalci: hos Ægyptij inuenerunt,ſunt autem argentei excuſi. Quapropter & a pud Alexandrinos uocantur argentea, ærea. Eſt autem Æreolus pondere,octaua pars unciæ, quemadmodum drachma. Mna, Latinis Mina, in Hebraica lingua Mneme uocatur. Italica Mina, quadraginta ſtaterorum eſt, hoc eſt unciarum ui ginti, id eſt libræ unius & duarum tertiarum partium libræ. Argenteorum autem multæ formæ, pro temporis occaſione excuſæ ſunt. At Nummus excuſus eſt à

Drax. Artaba. Metreta. Gomon. Tria cana. Nebel uini. Saton. Alabaſtrum. Campſaces. Cotyla. Cyathus. Tryblium. Sextarius. Aporryma. Saites. Sabitha. In. Congius. Talentum. Argenteus. Libra. Vncia. Stater. Didrachmon. Siclus. Quadrans. Drachma. Holce. Obolus. Aereoli. Mina. Nummus.

Numa

Dichryſon. Numa rege quodam Romanorum. Dichryſon autem uocabãt ueteres dimidium ar-
Miliareſium. genti. At Argentum hoc, eſt quod Romani Miliareſium uocant, hoc eſt militare do-
num. Dichryſon autem etiam hoc argẽtum erat, quod poſtea adulterinum uocatum
eſt, ex cauſa quod ſublatus eſſet rex eius temporis, & eiectus eſſet eius character ſiue
imago ex dichryſo, quę in ipſa ferebatur. Ex eo enim tempore ubi inuentum fuiſſet di
chryſon, ſublati regis imaginem ferens, adulterinum nominabatur, ſiue reprobum.
Pholes. Pholes quod & Talantium uocatur, duplex eſt, ex duobus argentis compoſitum, &
fiunt ducenti octo denarij. Et Pholes duo minuta iuxta denariſmũ, ſed non iuxta Ar-
Mares. gentiſmum. Mares, menſura eſt apud Ponticos duarum hydriarum. Hydria autem
Hydria. ipſis decem ſextariorum eſt, ut ſit Mares uiginti ſextariorum Alexandrinorum. Cy-
Cypros. pros apud eoſdem Ponticos, menſura eſt ſiccarum frugum modij duo, quę menſura
dicitur eſſe apud ipſos chœnicum quinque. Chœnix autem apud ipſos ſextariorum
quinque eſt, ut ſit ſit cypros ſextariorum uigintiquinque. Nam magnus apud ipſos
Collathon. modius, ſextariorum uigintiquatuor eſt. Collathon eſt apud Syrios dimidium liqui
Congiarium. di ſati, eſt autem ſextariorum uigintiquinque. Congiarium menſura eſt liquidorum,
& ipſa apud Hebræos ſic profertur. Hæc menſura eſt in Chronicis Euſebij, & alijs
Chronographis indicata, prout quiſque eius temporis regum per ambitionem popu
lo Romano exhilarando largitus eſt. interpretari potes coniunctum aut contortum.

Finis operum D. Epiphanij Epiſcopi Conſtantiæ Cy-
pri, Iano Cornario Medico Phyſi-
co Interprete.

INDEX IN OMNES EPIPHANII LIbros diligentißimus.

A

Aaronis uirga typũ reſurrectionis habet 12
Abel nullã habuiſſe uxorem 136
Aboli 50
Abiæ eccleſia 351
Abij 525
Abnegare fidem ore,& corde ſeruare 19
Abraamiæi 4
Abrahæ peregrinatio quot annorũ fuerit 588
Abrahæ laus 4
Abraami filiorum allegoria 521
Abraſax 34
Abrotano abigi ſerpentes 200
Acacius Palæſtinus 420
Acacius epiſcopus Cæſareæ 422
Acacij ſcriptum contra Marcellum. pag. 405
Accentuum ratio 611
Aciban 15
Acinatem coluiſſe ex Scythis Sauromatas 4
Acontias ſerpens 244
Acontiæ elatio 142
Acrab 16
Acta Apoſtolorum in linguam Hebræam uerſa 60
Actus Andreæ & Thomæ 241
Acuanitæ 299.& ibidem
Acuan
Adam quo die formatus 2
Adam & Euæ formatio 313
Adæ formatio 324
Adæ ſucceſſores 563
Adam non circumciſus 3
Adam non fuit idololatra 3
Adam nõ ſaluari dicunt Tatiani 184
Adam interpretatur homo 2
Adam quando nouerat uxorẽ ſuam Euam 371
Adam in Golgotha ſepultus 186
Adamani 217
Adda ſiue Ioda 106
Adoleſcentia facile ſeducitur 61
Adoleſcentes uxores ducere cogunt Ebionitæ 67
Adonai 140
Adoneus 43
Adoratoria ubi fuerint 513
Adulterium quando cœperit 2
Adrianium templum 64
Aegialeus grammaticus 303
Aegyptiorum fabulæ 4. lingua 137. hæreſes 525. dij 585
Aegyptiorũ octauus & decimus potentatus 4
Aegyptium Euangelium 245
Aelia urbs 617
Aereoli 623
Aërius hæreticus 436
Aeſculapius epiſcopus in Gaza 352
Aëtianorum impudentia 476
Aëtius epiſcopus 138
Aëtius ineruditus 441
Aëtius contra Arianos recte inuehitur 442
Aetius Iudæ obtinet locum 455
Aetij libellus 446
Affectus humani in Chriſto 550
Agareni 5
Agni typus 9
Aila 299
Alabaſtrum 623
Alceſtis poſt triduum reſurrexit 577
Alcimedes epiſcopus 415
Aleph diſcere ſignificat 622
Alexander epiſcopus 308
Alexandri epiſcopi Conſtantinopolitani conſtantia & ratio 348
Alexandra 210
Alexandria mater Epiphanis 100
Allegoria quatenus ualeat 243
Allegoriæ non ſunt in Geneſi 561
Alloia 78
Alogi hæretici 200
Alpha,inueſtigare ſignificat 622
Amphisbæna 124
Ampſiu 78
Amazias Zelus et Iechonias,idem 10
Amen uocis numerus 117
Ammonius pater Arij 353
Amphaim 78
Amuleta 15
Anabaptiſtæ Eunomios ſequuntur pag. 476.606
Anagoganæi 10
Anatolius 532
Anaxagoras Hegeſibuli Clazomenius 522
Anaxilai ludicra 110
Anaximander Praxiadæ 522
Anaximenes Eurystratæ 522
Ancoratus liber Epiphanij 363
Andan 15
Andreas herbarum ſcriptor 2
Angathablaith 212
Angelina locus 241
Angelici hæretici 240
Angelus apparuit Chriſtum confortans 380
Angeli nomen æquiuocum 366
Angeli cur facti 260
Angeli an omnia fecerint 134
Angeli quatuor, ſignificant regna quatuor in Daniele 217
Angelorum ſeditio 134
Angelorum tempus creationis Scriptura nuſquam clare indicat 295
Angelorum ignorantia 371 & 372 & 545
Angelos condidiſſe homines 29
Angelos feciſſe mundum 52
Anianus Antiochenus 420
Anicetus epiſcopus Romanus 50
Animatorum eſu abſtinuit Marcion pag. 156
Anima in ſanguine,non ſanguis 12
Anima non ſepelitur in monumento 577
Anima & mens in Chriſto 372
Anima ex Angelis 51
Anima an pars ſit Dei 6
Anima in Deo patre figuratè eſſe dicitur 373
Anima non eſt imago Dei 394
Anima an ſupernè in cœlis delituerit 252
Anima cur phyſice dicatur 252
Anima in carnibus,non carnes 156
Anima pro toto homine 563
Anima cibus poteſtatuum 139
Anima in omnibus una ſecundum Manichæos 315
Animæ omnes eadem uirtute dignę pag. 49
Animæ ſolius ſalutem quærere, non corporis 51
Animæ reſurrectionem fore, abſurdum eſt dicere 267
Animæ reliquiæ luminaria ſecundũ Manichæos 321
Animæ an ex cœlo deiectæ 274
Animę et corporis ſocietatis ratio 318
Animæ appellatio 574. nomina 312. peccata 277
de Anima Chriſti 48
Animarum tranſitus de corpore in corpus 6
Animarum hominum ac brutorum diuerſitas 156
Animarum tranſitus à corporibus ad corpora 323
Animarum ſaluatio mire excogitata 312
Animarum tranſitus de corporibus ad corpora 312
Animas in lunam aſſumi 310
Annan 15
Anniani eccleſia 351
Annus acceptus 212
Anni Chriſti 22
Anni ratio & appellatio 398
Anni iuxta curſum lunarẽ ratio 213
Annorum poſt Chriſtum ratio 520
Anomœi 251.440
Antichriſti qui 46
Antidicomarianæ 495
Antidicomarianitarum appellatio pag. 497
Antinoi templa 525
Antiochia ad Daphnen ſita 29
Antiſthenis Cynici dogma 523
Antonius Verus 226
Antoninus epiſcopus 308
Antoninus Cæſar Pius 184
Anyſius diaconus Baſilij 402
Apator 88
Appellationes Chriſti 557
Apellæus menſis 14
Apelles ſanctus 179
Apelleiani 179
Apis 5
de Ape & prudẽti homine,ſimile 139
Apocalypſis Ioannis cur reprobata, & eius utilitas 215.216
Apogonici 212
Apollinis uatis uanitas 336
Apollonarij error 72
Apollinarius à Laodicæa 479
Apollonius epiſc. Oxyrinthi 422
Aporryma 623
Apoſtoli duodecim 23
Apoſtoli non ſtatim omnia potuerunt inſtituere 438
Apoſtolorum diſcipuli in Pellam fugiunt 617

Apostolorum constitutio,liber 184
Apostolis quidam se præstantiores esse dicunt 49
Apostolicus liber Marcionis & 150 176
Apostolici hæretici 241
Aporactici 241
Aqua Siloam placidè procedens quę pag. 124
Aqua aspergere,insanum 63
Aqua quibus locis in uinum mutata sit 214
Aqua in mysterijs uti 144
Aquam pro Deo coli 219
Aquæ Siloam 389
Aquæ calidæ in Gadara 62
Aquæ usus in mysterijs 185
in Aquam unà cum uestibus se immergere 12
Aquilæ interpretatio 617
Ara Dei ignoti 171
Arabia felix 4
Araborum lingua 137
Arabion episcopus Adraorum 4. 2
Arabionis castellum 301.302
Ararat montes ubi 3
Arbitrium liberum homini 17
Arbitrij liberi uires 260
Arbor bona & mala 328
Arca Noë sæpe incensa 39
Arcæ Noe reliquiæ in Cardyensium regione 18
Arcesilai dictum de Deo 523
Archelaus episcopus 302
Archelaus Apollodori 522
Archontici 138
Argenteus 623
Argus centum oculos habens 124
Ariminensis synodus 420
Ariomanitæ 351.591
Aristęus scriptor 615
Aristippus Cyrenæus 523
Aristotelis dogmata 523
Aristotelis discipuli doctrinã ex spiritu Dei reijciunt 464
Aristotelici noui 384
Aristotelica doctrina hæreticum fecit 441
Arius ab alijs hæreticis seipsum eximit 353
Arius Libs genere 351
Arius expellitur ex Ecclesia 352
Arij epistola 353. habitus & eloquentia 352. argumẽta 356. impudentia 347
Arij simulata pœnitentia 348
Arij mors uelut Iudæ 348.354
ab Ario loci citati confutantur 359
Ariani 61
Ariani erroris occasio 355
Ariani simulant ueram fidem 421
Arianorum sectæ ordines tres 422
Arianorum sectæ tres 420
Arianorum adulatio 365
Arinot 137
Arphal 4
Artan in cõspectu patris mortuus 4
Arsenius coram Cæsare sanus apparet 350
Artaba 623
Artemonis hæresis 294
Arti 16
Articuli Græcorum uis 12
Artocyritæ 197
Asamonæi filij 106
Ascensus Pauli liber 131
Aspis à uipera uenenum mutuo sumens,prouerbium 32
Aspides dolio inclusos seipsos consumpserunt 71
Aspidum fabula 29 oua 28
Aspidogornon 29
Aspidogorgon 72
Assamonæi 15
Assi 78
Astaroth 223
Asteria 223
Asterij uerba à Marcello refutata 405
Asteriści significatio 611
Asteriscorum nomen unde sit 612
Asterope 79
Asto urbs 525
Astrologia damnata 16
Astrologiæ inuentor 4
Atactus 138
Athamessumin 78
Athanasius episcopus 348
Athanasius Papa Alexãdrinus 404
Athanasius exulat in Italia 350
Athanasius falso accusatur 349
Athanasij epistola 480
Atarbarba 78
Athenodori Tarsensis dogma 524
Athyr mensis 208
Atmis 585
dẽ Atomis Epicuri somnium 7
Atropos 79
Atthis 5
Auaritia episcopi Georgij 441
Auaritia obijcitur episcopo 437
Auaritia est Deus huius seculi 333
Audiani hæretici 392
Audiani preces non faciunt cum aliquo,qui in eorũ ecclesia non conuersatur 399
Audius relegatur ad Scythas 399
Augarus Edessenorum princeps 226
Augarus episcopus Cyri Euphratesiæ 422
Augustus episc.Euphratesiæ 422
Auraan 78
Aurelianus rex 299
Aurelianus & Probus Imperatores Romani 294
Axumitarum lingua 137
Azanitæ diaconi dicti 64
Azarias & Ozias idem 10
Azur soror Seth 136

B

BActra 4
Bætonis retractio spiritus 142
Balneo Ioannem Euãgelistam non esse usum 70
Baptizari pro mortuis 54
Baptizat mulier apud Marcionitas pag. 145
Baptizatus Christus vij Idus Nouẽbris 208
Baptizationes Ebionitarum 59
Baptismus 531
Baptismus uocatur magna circumcisio 9
Baptismus,maior circumcisio 53
Baptismus datur ęgroto nemini præsente 60
Baptismi forma Marci & sodalium eius 121
Baptismum archontici execrãtur 138
Baptisma non est imago Dei 394
Baptismi tres apud Marcionitas 144
post Baptisma Nouatiani secundam non ducunt uxorem 235
Baptismata non esse duo 237
Bara 78
Baracibam 15
Barbam secantes Latinos uidetur taxare 516
Barbarismus 3.8
Barbelo quid 36.204
Barbelitæ 40
Barcabbas propheta 39
Bardesianus 226
Bardesianistæ 226
Barthenos uxor Noe 39
Bar Iona 535
Barnabas filius consolationis 7
Barochius episcopus Arabiæ 422
Basanitis regio 59
Basilides hæreticus 39
Basilidianorum hæresis 32
Basilius Galata 404
Basilius episcopus 415
Basilius Ancyranus 400
Basilius semiarianus 408
Basilius episcopus Cauneorum Lydiæ 422
Basus Tylius 2
Batanæa regio 59
Batos 621
Bazas episcopus 308
Belim 78
Benedictiones duas accepisse Rubim 12
Beniamin episcopus Hierosoly. 308
Beon serpens 199
Bethula 16 (615
Bibliotheca Ptolemæi Philadelphi 220
Bizantium Constantinopolis 437
Bleusius Arianus 377
Bonæ appellantur etiã creaturæ 17
Bona operari circa hominem 141
Bonum & iustum,idem 40
Bonosoriani 5
Bosphorus ciuitas 168
Boui os obligare 124
Briareum uocant Egæonem 134
Bupreștes 347.351
Bucalis Ecclesia 78
Bucua 299
Budda 525.
Buticum urbs 338

C

CAbarbaricha ciuitas 39
Cabba 622
Cabus 141
Cadaueris appellatio 40
Caddiani 351
Cæsaria 136
Cain quid 131
Cain laudatus 13
Cain filius diaboli 13*
Cain Iudæ pater 131
Caini hæretici 584
Calceamentorum solutio 505
Calceamentis nõ fuisse indutum Iacobum

Callaina lana 217
Calligraphi 343
Callinicus in Peluſio epiſcopus 348
Calliſtheues naturas herbarum deſcripſit 2
Campſarij 218
Campſaces 623
Campidis dictum de Api uitulo 585
Cana, adeptam ſignificat 214
Canani 362
Candelabrum uas quoddam myſteriorum 349
Canis umbram ſequens 142
de Cane & hæreticis, ſimile 142
Canes muti, Iudæi 498
Canum rabiei ratio 498
Cantharus 134
Capito epiſcopus 308
in Carcere diſſidiũ epiſcoporũ 346
Carcharias uiperam ſibilo prouocat pag. 108
Cardyenſium terra 3
Caro et ſanguis regnũ Dei non poſſidebunt, quomodo intellig. 341
Caro ſemper in tota Scriptura reprobatur 491
Caro in ſpiritum tranſmutata 340
Carnis appellatio de operibus carnis 491
Carnis humanæ eſus 41
abſq; Carne nemo 317
à Carnibus abſtinent Ebionitæ 66
Carnibus ueſci Nazaræi nephas putabant 18
Carpocras hæreticus 48
Carpocratitarum hæreſis 48
Carpones 351
Caſchara Meſopotamiæ fluuius 301
Caſeum habere in myſterijs 198
Caſſianus epiſcopus 308
Caſtitatis tempus determinatum 15
Cathari 235
Catharorum appellatio 237
Caulaucauch 36
Celſus ex Euangeliſtis offenſus 203
Cenchritis ſerpens 341
Centimanus fabuloſus 124
Centurio in Euangelio 91
Ceraſtæ ſerpentis natura 35
Ceraſtes unicornis 436
Cerdon 142
Cereorum expuere 82
Cerinthus hæreticus 52
Cerinthus ſæpe Apoſtolis Hieroſolymis reſtitit 54
Cerinthus tempore Petri apoſtoli uixit 52
Cephalenia 100
Ceſet 16
Ceſten 78
Chalamia 4
Chamæleon 518
Cham filij 590
Cham quare in arcã intromiſſus 135
Chanaan filij 339
Chananæos Deus legis cur circumuenerit 589
Chariſius epiſcopus Azoti 422
Chartæ nouæ magnæ fruſtum 740
Cherbon 138
Chœnix 622.624
Chondrites 623
Choreb Baal 16
Choreb Ochmod 16
Choreb Ocmol 16
Choreb Sabeth 16
Chriſtus quinto Ianuarij natus 212
Chriſtus anno Auguſti 42. natus 22.210.204.565.
Chriſtus quando baptizatus 212
Chriſtus quo anno inceperit prædicare 22
Chriſtus apparet in ſomnis Ioſepho cuidam 62
Chriſtus, magnum ſabbatum 75
Chriſtus quare filius Dei dictus ab Ebionitis 67
Chriſtus quo anno aductus ſui paſſus 211
Chriſtus quare à Iuda traditus ſecundum Cainos 132
Chriſtus maledictio factus 483
Chriſtus petra 169
Chriſtus omnia implet per ænigmata 56
Chriſtus uere corpus de Maria habuit 22
Chriſtus leo dicitur 502
Chriſtus cur patrem rogat, ut det uitam diſcipulis 363
an Chriſtus ex quatuor elementis ſuum corpus acceperit 180
Chriſtus peccati exors 575
Chriſtus 14. Calend. April. paſſus eſt pag. 199
Chriſtus qualis paſſus ſit 90
Chriſti ſacerdotium 224
Chriſti corpus impollutum 485
Chriſti deitas minime indigens 486
de Chriſti incarnatione uarij errores pag. 60
Chriſti ætas anni xxxij. dies lxxiiij. pag. 213
Chriſti natiuitatis dies qui fuerit 214
Chriſti nominis numerus 115
Chriſti appellationes uariæ 365.493 557
Chriſti menſura apud Elxai 19
Chriſti debilitas quæ 378
Chriſti delineatio 572
Chriſti regnum ubi ſit 56
Chriſti & Spiritus ſancti menſura apud Elxai 67
Chriſti & Spiritus ſancti mẽſura 219
Chriſti ætas 208
Chriſti in nos beneficia 566
Chriſti actiones & cogitationes honeſtæ 490
Chriſti duo Valentino 85
Chriſtum carnem ex Maria accepiſſe 438
Chriſtum Syriaca lingua in cruce uſum 382
Chriſtum ad inferna deſcendiſſe 381
Chriſtum nõ eſſe nudum hominem pag. 68.220
Chriſtum nudum hominem putant Ebionitæ 66
Chriſtũ clauſis foribus ingreſſum 23
Chriſtũ eſſe paſſum quidã negant 35
Chriſtum ex Ioſeph eſſe dicũt Ebionitæ 59
Chriſtum Cerdon negat genitum ex Maria 142
Chriſtũ ex Ioſeph eſſe generatũ 48
Chriſtum carnem non ſuſcepiſſe 43
apud Chriſtum eſſe 430
de Chriſto & Spiritu ſancto loci Scripturæ concordes 430
de Chriſto nugæ hæreticorum 120
de Chriſto uenturo propheticæ uoces 9
in Chriſto affectus humani 550
à Chriſto quidam nihil ſe differre dicunt 49
Chriſtianorum una appellatio 173
Chryſippus Solenſis nepharias leges ſcripſit 524
Chryſorhoë fluuius 299
Chuthæi 10
Chus ſuſcipit Aethiopiam 3
Cibus qui perit, quis 514
Cibyres fons 214
Circuitiones Petri, liber à Clemente ſcriptus 66
Circumciſio & ſabbatum ſe mutuò deſtruebant 76
Circumciſionis uetus inſtitutum 8
Circumciſionis Chriſti cauſæ 72
Circumciſus Chriſtus in ſpelunca 22
Citium Cypriorum inſula 71
Ciuitas ſancta quæ 440
Claudius medicus & ſophiſta 303
Clauus Dauid 253
Cleanthis dogma 524 (ſis 110
Clemẽs Alexãdrinus uel Athenien-
Clemens confutauit Valentinianorum errorem 97
Clemens contemporaneus Petri 59
Clementis epiſtolæ encyclicæ 66
Cleobius & Cleobulus 202
Cleobulus ſophiſta 303
Clerici facti à defunctis primis uxoribus 61
Clericorum gradus quinq; 407
Clotho 79
Cocaba uel chochaba 58.59
Cochaba 138
Codda 40
de Cœco & hæreticis, ſimile 476
Cœcitas ex diabolo 436
Cœli ſeptem, ſeptem uocales enunciant 114
Cœlorum multitudo 43
Cœlos multos confinxerunt Baſilidiani 32
Cœnæ Dominicæ uerborum expoſitio 562
Coeſſentialis quid 297.426
Coeſſentialitatis uocabulum 385
Coeſſentialis uox reiicitur 421
Cogitationum & actionum ratio in nobis quæ ſit 280
Cogitationum duo in nobis genera 282
Cognitio non in omnibus 548
Cognitio filij unica 545
Cognitionis uocabulum 544
Columba cur laudata 130
Columba unica 526
Columba Eccleſia catholica 124
Colorbaſus hæreticus 122
Colorbaſianorum dogmata 122.123
Collathon 624
Colluthus presbyter 351
Collyridiani 508

Comas muliebres enutrire 516
Comitum dignitas 60
Communiones 530
Conceptionis Verbi Dei in Maria similitudines 429
Concupiscentiam diabolus operatur 279
Congiarium 624
Congius 623
Conops presbyter 535
Constantiæi 212
Constãtini epistola contra Ariũ 354
Constantini dictũ ad Ariũ 347.354
Constantini maxima facinora duo pag. 396
Constantinus Arianos defendit 355
Constantiñ regis mandatum de articulis fidei 421
Consuetudines Samaritarum 12
Continentia 530
Continentiam improbant Ebionitæ 59
Cor pro mente 573
Cor in Deo figuratè 375
Corinthianorum hæreses 52
Corpus uinculum dici, sed non esse 271.272
Corpus mortis quod dixerit Paulus pag. 282
Corpus idem quòd cecidit, resurgere 579
Corpus spirituale resurrecturum 81
Corpus Christi quale resurrexerit
Corpus est fluuius 256 (268
Corpus non est imago Dei 394
Corporis & carnis uocum significatio quæ sit 278
Corporis appellatio 574
Corporis animalis & spiritualis ratio 284
Corporis impedimentum 270
de Corpore Christi cauillum 485
Corpora pro hominibus seruis 563
Corritide 525
Corrũpere se proprijs manibus 43
de Coruo prouerbium 309
Corus mensura 620
Cotyla 623
Craniñ siue Caluariæ appellationis ratio 180
Crapulæ uitium 189
Crates à Thebis Bœoticis 523
Crateuas herbarius 2
Creauit & genuit uocum usus curreceptus 425
Creans spiritum, quomodo intelligendum 537
Creationis rerum stolida ratio 118
Creatum unumquodque manere in propria sui habitus figura 266
Creatura quomodo dicatur filius Dei ab hæreticis 415
Creaturæ nomen in omnibus creatis est seruum 473
Creaturarum perpetuitas 265
Creaturam non adorari 366
Creaturæ Dei perfectæ 456
Critolaus Phaselita 524
Crucis signaculum 63.64
Cubiatha 78
Cubricus 299
Cudæi 10
Cultianus præses Thebaidis 346
Cyathus 623
Cydnus fluuius 64
Cypros 624
Cyrillus episcopus 309
Cyrillus Hierosolymitanus 420
Cyrion episcopus Doliches 422

D

DAden 43
Dadli 16
Dalmaticę 15
Dauid subsannatur ab Ebionitis 67
Dauid primus ex tribu Iuda regnauit 7
Decimationis typus 9
Decorem induit, quomodo sit accipiendum 382
Decius rex Romanus 250
Defunctorum ratio 531
circa Defunctos Græcorũ ritus 578
Deggim 16
Democritꝰ Damasippi Abderita 523
Denarius numerus in Scripturis 119
Dentiũ stridor, quõ accipiendus 257
Deus omnia in omnibus 387
Deus unus, & unus Dominus, quo modo accipiendum 226
Deus excitauit Christum ex mortuis
Deus liber ab omni causa 470 (378
Deus uisus ab hominibus 395
Deus in carnem non uenit 373
Deus expers effectus 133
Deus intra passiones nõ continetur
Deus unus bonus est 377 (459
Deus & Deus uerus 536
Deus huius seculi 332
Dei omnipotentia 564
Dei dicta uera esse, etiamsi nos non intelligamus 393
Deo templa non esse ædificanda 524
Deum nemo unquam uidit 395
Deum in multitudinẽ Deorum Stoici diuidunt 6
Deum esse mentem 524
de Deo & patre, simile 507
Deos duos ponunt Cerdoniani 142
de Dijs apud Græcos mysteria, quando initium acceperint 5
Deitas Christi à passione aliena 466
Deitas passionis exors 586
Deitatem non susciperе ætatem 574
Dexariche 78
Dextra & sinistra quæ Valentino 88
Dextri ac sinistri ratio 99
Dextram porrigendi causa 311
Diabolus an sit factus 259
Diabolus dominus mundi 88
Diabolus rebellans naturæ humanę pag. 297
Diabolus malus non est creatus 328
Diabolus lucifer stella 260
Diabolus peccatum appellatur 279
Diabolus per mendaciũ decipit Euã
Diabolus in serpẽte locutus 127.(133
Diabolus est ipse Iudas 132
Diabolus filius Sabaoth 140
Diabolus cur Dominum tentare potuit 162
Diaboli insidiæ post Christi aduentum 137
Diaconi in Ecclesia quale ministerium olim 510
Diaconissæ 530
Diaconissarũ officiũ in Ecclesia 509
Diagoras Herculem exussit 585
Dialectici mundi 384
Dichryson 624
Dictamni appellatio 200
Didrachmon 623
Digamiæ ratio 236
Dignitatis Deus nihil assumit 458
Dimœritæ hæretici 479
Dimœritarum appellatio 497
Diodoris pagus 304
Diodotus herbarum scriptor 2
Diogenes Smyrnæus 523
Diogenes poëta 105
Diogenis Cynici dogma 523
Diogenis Babyloniꝫ dogma 524
Dionysiꝫ Ecclesia 351
Dioscorides materiarius 2
Dipsadis serpentis natura 122
Discipuli Domini 509
Discipuli Christi in Pella habitarunt
Disputationum publicarũ quis (58
fuerit modus 401
Diuinationes Marcosiorum 111
Diuitiæ cœlestes 515
Dius episcopus 308
Dizyæ ecclesia 351
Doctrinæ malæ inuentor 4
Dogmatistæ an coinquinent 12
Dolichianus episcopus 308
Donatiani 240
Dormire in eodem loco uiros & mulieres 514
Dormiendi imago 368
Dositheі 11
Dositheі historia 14
Dositheorum dogmata 14
Drachma 615
Draco ostracites 232
Draconis audacia 142
Drax 615
Druggus quid 197
Dryinas serpens 298
Duodenarius numerus in Scripturis (119
Durius equus 27

E

EIonæi 10
Ebion & Ebionitæ 59
Ebion Hebræis inops 66
Ebion in balneo perit 70
Ebrietas Noẽ 249
de Ebrioso & hæretico, simile 39
Ecclesia catholica, principiũ omniũ 3
Ecclesia per uniuersum orbem dispersa 95
Ecclesia catholica 347
Ecclesia nauĩ similis 242
Ecclesia martyrum 347
Ecclesiæ character 532
Ecclesiæ Dei dona 190
Ecclesiæ corruptus status 349. 350
Ecclesiæ Dei adhærendum 496
Ecclesiarum dissidium 397
Ecclesiarum pręsides uictum quibus suppeditare debeant 437
in Ecclesia prohibita 531
in Ecclesia dignitatum ratio
ab Ecclesia aliquãdo pij se separant ob uicia sacerdotum 391
Ecclesiæ in Iudæorum urbibus allosepho extructæ 64

Ecclesiæ in Alexandria multæ 351
Ecclesiastica administratio uni delegata 546
Editio sexta 619
Edom ciuitas 5
Egæonem uocant Briareum 124
El 140
Electus ex multis milibus, de quo dicatur 559
Eleemosyna 531
Elementa quinque apud Manichæum 311
Eleusius Cyzicus 420
Eli 140
Elilæus 43
Elion 140
Elissæus episc. Diocletianopolis 422
Eltel patriarcha Iudæorum 60
Eloæus 43
Eloim 140
Elops serpens 248
Elud 137
Elxai pseudopropheta 18
Elxæus pseudopropheta 60. 219
Emacæsemes 16
Emmadem 5
Empedocles Aletonis Agrigentinus 523
Emphiboche 78
Emptio & precium nostri 337
Encratitæ 184. 186
Encrides pro acrides à Iudæis suppositum 65
Enoch filius Iared 2
Enoch mortem non uidit 12
Enoch translatio 284
Enoch resurrectionis exemplũ 583
Epactarum ratio 399
ad Ephesios epistola Pauli corrupta 150
Epictetus episc. Corinthiorum 480
Epicuri doctrina 5. 524
Epicuri error de prouidentia 7
Epicureorum uarij errores 7
Epiphanes hæreticus 99
Epiphanes Carpocratis hæretici filius 100
Epiphanis sectatores 36
Epiphaon 79
Epiphanij pauimenti compositio cõtra Marcionem 147
Epiphanij sæculum 1. 191. 564
Epiphanij sermo Ancoratus 428
Epiphanij liber de fide 362
Epiphanio insidiatæ sunt Gnosticæ mulieres 47
Episcopus ab ęgroto auri pondus accepit 61
Episcopus an differat à presbytero. 437. 438
Episcopi quando constituti 438
Episcopum sine diacono esse, impossibile est 438
Episcoporum dilectæ, amicæ ac concubinæ 248
Episcoporum Hierosolymorum ordo 308
Episcopos duos Alexandria nunquam habuit 348
Episcopatus defertur Athanasio 355
Epiphanis Musęum 100
Epistolæ encyclicę Alexandri 252
Epistolæ Pauli à Marcione corruptæ 151
Epithetorum nominum ratio 499
Eracias 223
Erat aliquando, quando non erat, Arianum dictum 560
Error ad fraudem promptus 19
Esaiæ ascensorius liber 343
Esauth 38
Esdras instruit Samaritanos 11
Eslem 78
Esseni 11. 13. 14
Essentiæ uocabulum 385. 415
Essumen 78
Escha quid 520
Esus carnium 69
Esus post resurrectionem 316
Eua mulier 525
Eua ex costa Adæ ædificata, non formata 505
Eua laudata 198
Eua quomodo saluabitur 185
Euæ semẽ quomodo accipiendũ 505
Euagrius episcopus Mitylenes insularum 422
Euangelium Apostolorum 147
Euangelium Ioannis multis calumnijs impetitum 209
Euangeliũ secundũ Hebræos 184
Euangelium perfectionis & Euæ 37
Euangelium Philippi confictũ 44
Euangelium Ioannis Hebraicũ 61
Euangelij & legis differentia 9
Euangelij Ioannis ratio 94
Euangeliorũ quatuor summæ 559
Euangelicæ historiæ consequẽtia & ordo 207
Euangelistarum consonantia 201
Eubulius scriptor 283
Euclees ab Aesculapio resuscitatus 577
Eudæmon Comicus 585
Eudoxius episcopus 422
Eunomius rebaptizauit suos 476
Eunuchi triplices 233
Eunuchorum appellatio unde 234
Eunuchorum secta 233
Euphemitæ 513
Europs 4
Eusebius episcopus Seleuciæ Syriæ. 422
Eusebius episc. Sebastę Palestinę 422
Eusebius Fregellę episcopus exul 61
Eusebij Nicomediæ Episcopi fraus & malus animus 349
Eustathius episc. Pinarorum & Sidymorum 422
Eustathius Sebastæus 437. 420
Eustathius episcop. Epiphanię 422
Eustathius episc. 415
Eustathius Arianus 437
Eutactus Armenus 138
Eutyches notarius Basilij 401
Eutyches episc. 415
Eutychius episc. 415
Eutychianus episc. Patarorum Lyciæ 422
Eutychius episc. Eleutheropolis 420
Euzotus Antiochenus 420
Exepaphos 79
Exerchus episc. Gerasorum 422
Exorcistæ 530
Extasis quid 192
Extremitates æqualitates, prouerbium 508

F

FAciamus uox, nõ unius numeri significatiua 591
Fatum, siue generationem aut nativitatem non esse 16
De Fato Stoicorum error 6
De Febrienti & hæretico simile 343
Fecit uox dignitatis 367
Felix Constantinus Imperator 60
Fenestræ mortis 13
Fermentum pro malitia 104
De Ficu & homine simile 262
Fides Acacij 421
Fides Basilij & Georgij semiarianorum 409
Fides uera quæ sit 95
Fides Synodi Seleuciæ 421
Fides Seleucia damnata 427
Fides uerba præcedat 425
Fides non ex syllogistica hominum opinione consistit 461
Fidei catholicæ enumeratio 592
Fidei confessio Epiphanij 526. 527
Fidei confessio Pauli episcopi 488
Fidei sigillum 417
Fidei in Seleucia editę exemplũ 420
Fidei ueræ confessio 122
Fidei confessionis exemplum 407
Fidem Ariani simulant 420
in Fide minus eruditi qui dicantur 96
Filius dilectionis 559
Filius non potest facere quicquam à seipso 388
Filius Dei non est creatura 445
Filij gloriam imminuentes 549
Filij hominis appellatio 232
Filij appellationis ratio 357
Filij Dei multi 410
Filij unigeniti & Spiritus sancti notiones ex Mose 13
Filij nomina 570
Filium Patrem dixit Sabellius 353
Fleuisse Iesum, ex Luca ab orthodoxis exemptum fuit, at hodie habetur 550
Flora fœmina 102
Fœminarum multiplicem coitũ per misere quidam 36
Neq; Foris, neq; intus, prouerb. 112
Formosa uxor Seth 136
Formosa uirtus quædam 136
Fortunæ mixtura 512
Fratres Domini qui 500
Fraus quando incepta fieri in mundo 2
Fumum fugientes in ignem incidũt, prouerb. 348
Funiculum ex arena nectere 91
Furtum Iudęorũ in Aegypto 588
Furta probat Theodorus 523

G

IN Gadara aquæ calidę 62
Gadi 16
Gaius episc. Hierosolymitanus 308
Garizin mons 12
Gasphenorum lingua 137
Gaza Hebræis quid 61

Gazareni 525
Gazophylacia Iudæorum in Tiberia de 60
Gebal mons 12
Geminorum duorũ consulatus 212
Generationum ab Adam ad Christũ catalogus 529
Geneseon calculi uariant in exemplaribus 225
γινετὸ & γενητὸ differunt 254
Genuit & creauit uocum usus 425
Geniti appellatio reprobata 418
Genitum æquiuocum pro genito & facto 450
Gentium omnium uariæ religiones & hæreses 524
Geon fluuius 299
Georgius episc. Alexandriæ 422
Georgius Laodicensis 404
Georgius Alexandrinus 420 occiditur 350.440
Georgius Semiarianus 408
Gephar 137
Germanion Episc. 308
Germanus episc. Petrorum 422
Gittharum ciuitas in Samaria 26
Gloriæ cupidos multa audere 14
Gnostici 36
Gnosticorum hæresis 38.39
Gnosticorum libri 42
Golme 74
Gomon 623
Gomor 621
Gordius episc. 308
Gorpiæus mensis 14
Gortheni 11
Gorthenorum hæresis 14
Gradus Clericorum quinq; 407
Graianus episc. 308
Granum frumenti quod sit appellatum 286
Græca nomina apud Hebræos in astronomia recepta 16
Græcarũ literarũ inuẽtionis ratio 116
Græcismus 4
Græcismus quando cœperit 8
Græci poëtæ, omnium hæresium occasio 46
Græcorum dij 586
Gymnasius episc. 415
Gypen uocant Briareum 124

H

AD Hebræos epistola an Pauli sit 366
Habitatio hominum prima post diluuium 3
Habituũ & uoluntatum ratio 463
Hæmorrhus serpens 197
Hæresis quando cœperit 4
Hæreses seipsas polluunt 576
Hæreses quot 541
Hæreses & sectæ innumerabiles sunt 606
Hæreses septem apud Iudæos ante Christi in carnem aduentum 14
Hæretici quibus remedijs fugãdi 200
Hæreticorum imago 239
De Hæreticis & igne simile 57
Harpocratem quidam nutriunt instar nutricum 525
Hegesias Cyrenæus 523
Helcesæi 319
Helena Simonis Magi 26
Helena Homeri 27
Helias resurrectionis exemplũ 583
Heliæ genus 223
Heliæ assumptio impedita 45
Heliæ raptus 284
Heliam fuisse uirginem 234.583
Heliodorus episc. Sozusæ pentapolis 422
Heliopolitidarum orgia 525
Heorticus episc. 415
Heracleon 142
Heracleon hæreticus 124
Heracleonitarũ dogmata 124. 125
Heraclides Tarentinus 2
Heraclitus Blesonis Ephesius 573
Heracliti dictum de idolis 585
Hercules ligneus à Diagora exustus 585
Hermeas Manichæus 304
Hemerobaptistarũ stulta ablutio 17
Hermon episcopus 308
Heri ac nudiustertius, prouerb. 116
Herodes pro Christo habitus 21
Herodes Idumæus et Ascalonita 21
Herodes Antipatri filius 21
Herodianorum hæresis 21
Hesiodi triginta sæcula 78
Hesiodi Theogonia 78
Heua serpens 525
Hexapla 251
Hexapla & octapla cur dicta 619
Hierantæ 576
Hierachitæ 342
Hierax 342
Hieracis hæresis 224
Hierocles Alexandriæ præses 346
Hierophantæ 525
Hierosolyma deuastata à Tito Cæsare 20
Hilarionus episc. 309
Hippolytus scripsit contra Valentinianos 97
Hercus Mendesius 525
Holce 623
Homeri patria ambigua 154
Homericorũ uersuum cento ad ostẽtationem consutus 95
Homo ad imaginẽ Dei creatus 392
Homo materialis & animalis 89
Homo quid 574
Homo, non homo Christus 413
Homo primus 320
Homo quare creatus 259
Homo opificium Dei ornatissimum 263
Homo seminaliter dominium habet producendorum germinũ 456
Homo secundus à cœlo 401
Homo spiritalis 89
Hominis præstantia 258
Hominis appellatio 123
Hominis formatio stolidè expensa 119
Hominis formatio delira 128
Hominis dimidia pars Dei, dimidia diaboli 183
Hominem non ex hac arida terra factum 89
Homines, edulium principum 336
Homines duos ab initio esse formatos 30
Homines pro dijs culti 507
Homines esse edendos dicit Chrysippus 524
Hominum genera tria 91
Hominum ordines tres apud Valentinos 81
Homousios 537
Hospitalitas 531
Humeriferi fabula 309
Hydria 624
Hydri serpentis natura 38
Hyginus episcopus Romanus nonus à Petro & Paulo 142
Hymenæus episc. 308
Hymnus trium puerorum 546
Hymni 531
Hypatius 532
Hypatianus episcopus 422
Hyperion 79
Hyperechius episco. 416
Hyphe 622
Hypocausta Adamianorum 218
Hystera creator cœli ac terræ 131

I

IA 140
Iabe 140
Iacob quare frater Domini 499
Iacob quare curam suorum ossium habuerit 12
Iacobus episcopus Hierosoly. 308
Iacobus frater Domini uirgo 59
Iacobus Apostolus episcopus 56
Iacobus Naziræus factus 56
Iacobi fratris Domini sanctitas 502
Iacobi martyrium 503
Iacobum Apostolorum uirginem fuisse 234
Ialdabaoth 36. 43. 128. 183
Ianitores 530
Iao 43
Iao nominis ratio 86
Iapheth filij 590
Identitatis ac similitudinis ratio expressa 417
Idololatria quando cœperit 4
Iechonias & Zelus idem 10
Ieiunare bis in sabbato 16
Ieiunium unius diei 14
Ieiunium quarta & prosabbato decretum, seruandum esse 439
Ieiunium ordinatum an sit seruandum 438
Ieiunium magnum & paruum 75
Ieiunium quorundã monachorũ 57
Ieiuniũ aliquid animæ confert 104
Ieiunia statuta 530
Ieiunium sabbati cur fiat 144
Iephthæ filia deificata 223
Iereecæalbana 16
Iessæi 55
Iesus quid Hebræis sit 56
Iesus nominis numerus 115
Iesus Naue inter prophetas numeratur 338. 113
Iesus nomen insigne 58
Iesus Nazaræus appellatus 18
Iexeus pseudopropheta 4
Iezan 19
Ignis reprobatus 64
Ignis non accipit corruptibilem materiam propter incantationẽ 64
De Igne & hæreticis simile 57

Ignorantia multos excæcat 338
Ignorantiæ malum 128
Imago Dei 392
Imago Iesu 51
Imago Dei nō perdita ab Adam 393
Imaginis ratio 424
Secundum Imaginem quomodo accipiendum 561
De Imagine regis & hæreticis simile 91
Imagines damnantur 510
Immodicū omne ubiq; molestū 189
Imperitia nihil peius 338
Impudentia frontem perfricuit 202
In magnum & sanctum 623
Inachus fluuius 5
Incantatio quando cœperit 2
Incantationis uanitas 62
Incantamenta Iudæorum 64
Indorum mercimonia 299
de Infantibus & hæreticis simile 365
In Inferno patres detētos propter erores 186
Inferni descēsus Christi propter Cain,&cæ. 144
Ingeniti nomen non esse in Scriptura 385. 454
Ingeniti ac geniti uoces, cur excogitatæ 416
Iniustitia, quādo primum cœperit 2
Ingeniti appellatio reprobata 418
Initidiæ hominum pns in bonum cedunt 8
Interpretes septuaginta quomodo uixerunt 612
Interpretes sacræ Scripturæ 615
Interrogatio Deo obijcitur falsò pro ignorantia 587
Inuidia semper magnis successibus aduersatur 479
Io 5
Ioannes Baptista non arundo 41
Ioannes cur uox fuerit 368
Ioannes filius tonitrui 412
Ioannes episcopus 348
Ioannes episcopus Hierosoly. 308
Ioannis Euangelium, Cerinth esse putatum est 200
Ioannis Euangelij ratio 205
Ioannis Euangelium Hebraice trāslatum 60
Ioannē Apostolū uirginē fuisse 234
Iobelæi 136
Iobis locus explicatus de resurrectione 583
Iacobus primus filius Ioseph 56
Ioē 5
Iolaus Bithynus 2
Iones unde 137
Ioseph anni 500
Iosephus Comes ex Iudæo Christianus fit 60
Ioseph filij quatuor & filię duę 500
Ioseph qui uir fuerit 205
Ioseph, nō pater Christi, sed loco patris 37
Ioseph ante Christum mortuū 501
Iosephus quidam ecclesiam Christi condidit 60
Ioseph historia tota 499
Ioseph filij ex alia uxore 54
Ioseph filij & filiæ 563
Ioseph resurrectionis speciem ostendit 12
Ioseph cur Virginem sibi traditā habuit 499
Iosis episc. 308
Iouinianus beatus 350
Iouis scelera 585
Ioues multi sunt 585
Ira Dei aduersus peccatores 133
Irenæus Apostolorum successor 34
Irenæus inter Celtas 82
Irenæus locus transcriptus 82
Irenæi locus de Marcosijs 119
Isaacij 5
Isaaci laus 4
Isidorus hæreticus 99
Isus 5
Ismaēlitę 5
Ismaēlitæ circumciduntur 76
Israēl dignitatis nomen 5
Israēlitæ 7.8
Israēlitæ unde appellati 5
Israēlitarum ingratitudo 591
Iudaismus quādo initiū cœperit 4
Iudaismi formā post Græcismum 4
Iudæi 8
Iudæi secundi 294
Iudæi, filij diaboli cur sunt dictū 329
Iudæi unde dicti 7
Iudæi filij facti sunt proditoris Iudæ 140
Iudæorum ignorantia 548
Iudæos sine Christo non iustificari 174
Iudas diabolus 329
Iudas quare Christū tradiderit 133
Iudas laudatus 131
Iudas episc. 308
Iudæ pater Cain 133
Iudæ Euangelium 131
Iulianus episc. 308
Iulianus Apostata 350
Iulianus episcopus Hierosoly. 308
Iulius Romanus episcopus 310
Iulius Romanorum episcopus 403
Iulius uermis 217
Iulus reptile 477
Iuramentum Dei 55
Iurare quidam nolunt 532
Iusiurandum in Diuinum cultū 18
Iustificatio triplex 434.571
Iustitiæ ac bonitatis ratio 107
Iustinus Samarita genere 184
Iustinus martyr & philosophus 184
Iustus episcopus Hierosolym. 308
Iuuencula pro uirgine 74
Iuuencularum innumerarum appellatio 522
Inuocationes in uitæ exitum 125

L

Labdacus propheta 300
Laborare debent pij 515
Laboratores 530
Laborum Euangelij ratio 515
Lacertæ solaris natura 219
Lachesis 79
Lamerrade 78
Lanaphechridamphech 78
Lasius mons 535
Lazari ætas ante resuscitationem & post 516
Lazari historia 554
Leænæ partus mirabilis 502
Lectorum ordo 530
Leonides filius Origenis 250
Leontius Apocopus 350
Leontius episcopus Lydiæ 422
Lethec 621
Leteius episc. 415
Leucippus Milesius 523
Leuis episcopus Hierosoly. 308
Leuitæ Gnosticorum inter seipsos miscentur 44
Leuitici 36
Lex olim nulla 2
Lex corporalis & spiritualis 423
Lex Dei sancta 279
Lex index transgressionum 174
Lex & propheтę reficcatę arbores 335
Lex trifariam diuisa 103
Lex Dei trifariam diuidetur 103
Lex per Christum impleta 58
Lex iusto non est posita 334
Legis ac prophetarū repræhensio 333
Legis usus 9
Legis & Euangelij differentia 9
Legis Melanæ ratio 102
Legis lator qui sit 105
Legem non esse trifariā diuisam 106
Leges tres Paulum asserere 282
Legibus an sapiēs uiuere debeat 523
Liber pro utero 74
Libri alienigenæ 138
Libri uiginti duo 622
Libri Iudæorum uiginti septem 9
Librorum Diuinorum apud Hebręos ratio 612
Liberius Romanus episcopus 437
Libra 623
Licinianum gymnasium 351
Limnisci nota 614
Linguæ ex dono sunt Spiritus 171
Linguarum diuisio 136
Literæ uiginti duæ 622
Literæ propriæ ferè in omnibus gentibus 305
Literæ Cappa positus ratio 117
Literarum mira expensio 117
Literarum Græcarum ratio 113
De Literis mira stultitia hæreticorū 113
Lebon 4
Longinus episcopus Ascalonita 352
Longinus Cassius consul 212
Lotiones Ebionitarū reprobatę 60
Lubar mons 3
Lucas Euāgelista à quo cōuersus 23
Lucas ubi prædicarit 205
Lucæ Euangelium corruptum 148
Lucæ Euangelij ratio 203
Luciani duo 178
Lucianistæ 178
Lucius Arianus 350
Luminarium creatio 321
Luminaria esse naues 512
Lunæ cursus ratio 398
Lunam animis impleri 522
Luppicianus prætor 513
Lux & lux uera 536
Lux uera & lux citra additionē 364
Lybes serpens 248
Lydorum lingua 137

M

Macaris episcopus 309
Macedonius Cõstantinopolita 420
Macrinus episcopus in Iamnia 352
Madiam 5
Magiæ scholæ 49
Magiæ inuentor 4
Magorum dona unde fuerint 521
Magorum aduentus quando 204
Magusæi apud Persas 525
Magnus episcopus Themisorũ Phrygiæ 422
Maledictio legis, crux 337
Maledictio Christus factus 146
Maliciei nomina 307
Malum non habere fundamentum pag. 34
Malum Deus non fecit 260
Mali ac boni naturarum cõsideratio 326
Mali consideratio 307
Mala facientes apud Gelos laudantur 524
Mala, bona esse natura 49
Manes captiuus 301
Manes excoriatur 304
Manis appellatio 299
Manis discipuli 301
Manem populus lapidibus obruere conatur 304
Manichæus sub Galieno uixit 620
Manichæi quare strata sua super harundines faciant 304
Manichæi libri 305
Manichæi dogmatum catalogus 311
Manichæi dogmatum contrarietas 314
Manichæorum doctrina 303.305
Manna quid 199
Marcelli Epistola ad Manichæum pag. 302
Marcelli confessio fidei 403
Marcelli pietas 301.302
Marcelliani hæretici 402
Marcellina decepta à Carpocratianis 50
Marcionistæ 143
Marcion à patre excõmunicatur 143
Marcion filius episcopi 143
Marcion Cerdoni successit 142
Marcion uirginem corrupit 143
Marcion resurrectionem carnis negat 144
Marcus hæreticus 110
Marcus episc. 308
Marcus in Aegyptiorũ regione prædicauit 57
Marcus episcopus Arethusiæ 419
Marci Euangelij ratio 202
Marcosiorum hæresis 110
Marcionis scripta 147
Maria quomodo honoranda 512
Maria Leæna dicitur 502
Maria palus 57
Maria prophetissa 504
Maria uirgo ante & post parũ 54
Maria uirgo non adoranda 510
Maria pro Deo habita 507
Maria cur Ioanni à Christo commẽdata 501
Mariæ historia 510
Mariæ Virginis corpus assumptum 166
Mariæ mortis incertitudo 501
Mariam Ioseph cognouit, quomodo intelligendum 504
Mariam Christum post resurrectionem adorasse 467
Mare mortuum 18
Mares 624
Marsianus propheta 141
Marsipus philosophus 303
Marthana 19.219
Marthys fœmina 19
Martiades propheta 141
Martyriani 513
Martyrum quorundam uicia 394
Martyrum duplicium probationes 275
Masemon 78
Masmaroth 439.623
Massaliani 513
Mathias Episcopus Hierosolymitanus 308
Matthæi Euangelium Hebraice scriptum 60
Matthæi Euangelium apud Iudæos mutilatum 65
Matthæi Euangelium Hebraice scriptum 59
Matthæi Euangelio Cerinthus utitur, sed non toto 53
Matthæi Euangelij ratio 201
Matthæi lectio interpolata 10
Mater uitæ Manis 319
Mater uiuentium 505
Matris Octonarij nomina 88
Materiæ significatio in Scriptura 126
Materiæ significatio 307
Matidius 533
Matrimonium contrahere, & generare, esse ex Satana 30
Maximilla prophetissa 190
Maximona Hierosolymita 420
Maximus Episcopus Hierosolymitanus 308
Mazabanus episc. 308
Mechenoth 439
Medecoth 623
Mediator Dei & hominum, Iesus Christus 557
Medicæ materiæ scriptores 2
Medimnus 621
Megaralia 524
Melchisedec quis sit 222
Melchisedec, Sem esse creditus est 224
Melchisedec pater & mater ac genus 345
Melchisedec, Spiritus sanctus habitus 343
Melchisedec non est Spiritus sanctus 345
Melchisedec panem & uinum proposuisse Abrahamo 224
Melchisedeciani 222
Meletius Aegyptius 345
Meletij integritas 426
Meletij concio 423
Meletiani 345.346
Melissus Ithagenis 522
Membra hominis ccclxiiij 34
Memnonius episcopus 415
Memphis à quo ædificata 5
Memphitidarum orgia 525
Menander hæreticus, discipulus Simonis Magi 28
Menandrum imitatus est Manichæus 320
Menandrianorum hæresis 28
Mendacium nullum in fide 160
Mendacium non habere substantiã 304
Mendidij ecclesia 351
Menophilus Arianus 442
Mens Christi quid 494
Mens non est substantia 494
Mens Deus 494
Mens non est Spiritus 489
Mens in homine quid operetur 490
Mentis functiones in homine 492
Mentis usus 491
Mentem Christum habuisse 573
Mentem in Christo negantes taxari 479
Mentem in Christo negantes 489
Mentem Christi accepisse negantes pag. 573
Mensium appellationes diuersæ 14
Mensium nomina apud Aegyptios pag. 212
Menstrui sanguinis esus 40
Mensura sancta 621
Menyx 143
Merexa 78
Merinthiani 54
Merinthus 202
Meropes 623
Meropum appellatio 3
De Messe simile 239
Mesori mensis 14
Metin filium deuorauit Iupiter 46
Metra 37
Metrapator 88
Metreta 623
Metrodorus Chius 523
Midicoth 439
Miliaresium 624
Millenariorum hæresis 496
Min. 623
Min[illegible]ruæ multæ 585
Mis[illegible]em suscipere Aegypti sortẽ 3
Mistreni 137
Mithridates Rex herbarum Scriptor 2
Mittens non est similis misso 375
Mnasis 621
Mneme 623
Modius iustus 621
Molurus serpens 248
Momazani 16
Monachatus 530
Monasterium ab Audio cõstitutum 399
Monasteria laborantium suis manibus 514
Montanistæ 190
Montanus propheta 196
Montani prophetia qualis 192
Mors quid 260
Mors cur inuenta 260
Mortis causa ridicula 312
Mortis causa 323
Mortis fenestræ 13
Mortis suasor Hegesias 523

Morte

Morte uoluntaria Dositheus obiit 14.
Mortuorum stulta redemptio 125
Mortuos non esse abominabiles 12
Mortuis uiuorum preces non prodesse 438.440
Mosoch 137
Moses postquam prophetauit, uxori non amplius coniunctus 504
Moses, filius Iochabeth & Ambram pag. 287
Moses ubi pro Deo habeatur 223
Mosis uocatio 439
Mosis corpus à quibus sepultum 13
Mosis miracula 287
Mosis funus an ab Angelis curatum pag. 288
Mosis urna resurrectionis speciem habet 12
Mosis libri à Nazaræis non accepti pag. 18
Mosis libri quinq; quid contineant pagg 11
Massynœcorum lingua 137
Mundus quid 331
Mundi consumptio per ignem 90. 314.325
Mundi diuisio à Noë in filios suos facta 589
Mundi ætas trigesimo Christi anno fuit 5509. annorum 322
Mundi exarsio 265
Mundi exordium 2
Mundum ab Angelis esse factum dicunt Menandriani 28
Mulier fortis quæ sit 584
Mulier Christiana ab incantationibus tuta 62
Mulier, Saranæ opus Seuerianis 183
Mulieres sine circuncisione saluantur 76
Mulieres ne fungantur ministeriis in Ecclesia publicis 509
Mulieres non sacrificant 509
Mulieres officia uirorum peragunt apud Seras 524
Mulieres duæ adorantur 219
Mulieres sapientes duæ 505
Mulieres, episcopi & sacerdotes 198
Mulierum ministeria in ecclesia 510
Mulierum malicia 512
Mus aranei natura 226
Musarum. inuocatio 1
Musarum ueluti densa turba ac populosa, prouerb. 281
Myagrus serpens 244
Myoxi natura 577
Myoxi ex uipera interitus 290
Mysi 525
Mysteria interna 531
Mysteria Græcorum 524
Mysteriorum ecclesiæ ritus 66

N

NIcolaitarum hæresis 35
Narcissus episcopus Hierosolymitan. 308
Nasaræorum secta 17
Natalis Domini 530
de Natandi arte simile 236.
Natiuitas Christi & crucifixio 500
Natiuitatis geminæ ratio 318
Natiuitatis Christi ratio 362
Naturarum in Christo ratio 482
de Naufragio simile & hæretico 442
de Naui & hæretico simile 227
Nazaret ciuitas, nunc est uicus 58
Naziræi Nazoræi & Nasaræi 57
Nazorçi uocati Christiani 55
Nazoræorum à Christianis differentia 58
Neapolis ciuitas 223
Nebel uini 623
Nebroth tyrannus 3
Necessarij ac uoluntarij ratio 241
Necyophagi 524
Nicander scriptor bestiarum 2
Nicæa Synodus quæstionem de sancto Spiritu ignorauit 436
Nicænæ Synodi 318 episcopi. 355. 593
Nicænæ Synodi autoritas 480
Niceratus naturas herbarum descripsit 2
Ninus contemporaneus Abrahæ 4
Noë propheta 3
Noë quare ad multos annos struxerit arcum 39
Noë figura Christi 75
Noë requiem significat 75
Noëtus anoëtus 229
Noëtus 228. & Noëtiani ibidem
Nomi quid 32
Nomina uaria in Scripturis Patris & Filij & Spiritus sancti 570
Nomina uaria Patris & Filij & Spiritus sancti 432
Noria Noë uxor 38
Noria Pyrrha dicta 38
Nosse Patris & Filij 371
Notio & scientia duplex in Scriptura 371
Notio & cognitio Patris gemina pag. 545
Nouatus 235
Nozoræi 20
Nudorum hominum ecclesia 218
Numerius presbyter 535
Numerus integer, redundante relicto compendij gratia 520
Numeris Scripturam constare 116
Nummus 623
Nuptiæ 530
Nuptiæ reprobantur ab Hieracitis pag. 342
Nuptiæ secundæ non prohibitæ pag. 194
Nuptiæ spirituales 121
Nuptiæ uenerandæ 344
Nuptiarum contemptores taxantur pag. 241
Nuptiarum secundarum ratio 236
Nuptiarum in ecclesia ratio 194
Nuptias damnant Tatiani 185
Nuptias, diabolicam rem esse Encratitæ dicunt 189
Nuptias secundas & tertias admittunt Ebionitæ 67
ad Nuptias cogi 19
à Nuptijs se continere 14

O

OBeli ratio 612
Obduratos corde Deus sæpe non cessat admonere 63
Oblationes à iustè uiuentibus 532
Oblias 499
Obolus 623
Octapla 251
Octaua dies, ab altero Euangelista sexta dicta est 389
Octaui Augusti consulatus 211
Octonarius numerus 80.119
Oculi acumen in senectam usque pag. 344
Oculo Potamon Episcopus orbatur pag. 349
Oculum pro oculo, quomodo intelligendum 107
Odiani hæretici 392
Oeciaci hæretici 591
Offerre auri pondus 61
Orare ad Orientem prohibet Elxai pag. 19
Orare per seipsum, & non cum aliquo in totum 526
Orandi modus apud Tascodrugitas 197
Oratio Elaxai 20
Oratio continua apud Pharisæos 16
Orationes 531
Orcigalea 112
Ordinatos duos faciunt ex Deo Ebionitæ 66
Orech 4
Oren 78
Origenes sub Decio uixit 619
Origenes sena milia librorum scripsit 283
Origenes taxatur 294
Origenes neruũ sibi in corpore excidit 251
Origenes Adamantius 250
Origenes dijs gentium thus sacrificat 250
Origenes coactus ad prælegendum 250
Origenis laus 614
Origenis allegoria de tunicis pelliceis 563.64
Origenis Libri de principijs, erroribus referti 565
Origenis errores 251
Origenis labores in Scripturis sacris 251
Origenij 248
Opera in futuro sæculo nulla 239
Opera Dei sex dierum, uiginti duo pag. 621
Operum uerba gratia facta 269
Operibus nullis Valentinianos saluos fieri 89
Ophitæ unde dicti 127
Opificis ignorantia 88
de Opifice & Deo simile 263
Orus numen 525
Ossenorum hæresis 18
Ossium siccorum ratio apud Ezechielem 256
Ostracitæ procliuitas 142
Oues rubrica illiniunt Aegyptij 18
Ozias & Azarias, idem 10

P

PAllacarum ratio 520
Palladius 534
Palæstina 8
de Palo & peccato simile 238
Palumbis natura 577
Parmenidis doctrina 522
Pamphilus radicum scriptor 2
Panarium aut capsula medica 595
Panetij Rhodij dogma de Deo pag. 524
Pancratius episcopus 422
ante Panis esum oratio Manichæorum 313
Panis cibus est, uirtus panis uiuificat pag. 527
Pannoniæ episcopi Ariani 349
Panther dictus Iacob 499
Papæ, etiam episcopi olim appellati pag. 349
Paphnutius Anachoreta 348
Parabolas Christus ipse interpretatus est 97
Paracletum se ipsum putauit Manichæus 327
Paracletus ipse Dominus est 435
Paradisus ubi sit 274
Paradisus Manis 313
Paradisus non est in terra iuxta Origenem 561
Paradisi uita 218
Paradisi consideratio 562
Paradisum esse mundum 323
Paschæ celebratio apud quartadecimanos 198
Pascha tria à Domino perfecta sunt pag. 214
Pascha an sit peragendum 438
Pascha Iudæorum 69
Pascha esus quando factus est 213
Pascha duo apud Ioannem 210
Pascha esse peragendum 439
Pascha quid fuerit 162. 581
Paschatis habendi ratio 397
Passionis Christi simile 494. ratio 361.466.493.553
Parcus propheta 300
Pancratius episcopus Pelusij 422
Parasiti principum 587
Paschalis in ecclesia ratio 199
Paschalis festum transmutatum 396
Patriarchæ unde 5
Pater Iudæorum diabolus 132
Pater solus uerus Deus quomodo accipiendum 364
Pater, quomodo pater 570
Pater Spiritus quomodo filium genuit 558
Pater cum Filio unus est Deus 297
Pater filium excommunicat 143
Pater maior me, quomodo accipiendum 374
Patris nomina 570
Patris & Filij nomen ad aliquid est pag. 412
Patrem passum esse dicunt Noëtiani 228
de Patre & Deo simile 107
Patres ante filios mortui sunt 4
Patrophilus Arianus episcopus 61
Paulinus episcopus 488
Paulinæ dictionis ratio 264
Paulus episcopus Emises 422
Paulus locus quosdã Scripturæ mutauit 412
Paulus an uirgo fuerit 234
Paulus contra Ebionẽ defensus 70
Paulus Samosatenus 294
Paulum accusant Ebionitæ 66
Pauperes natura, & pauperes spiritu 338
Peccare nostrum 158
Peccatum nunc radicitus non tollitur 262
Peccati radix nulla 126
Peccati cognitio ex lege 279
Peccati sui uniusquisque homo causa 320
Peccati & mali origo 166
Peccata nobis adhærere post aquam purificationis 262
Peccatorum nulla ratio apud Aëtium 443
Peccatorum diuersitas 314
iuxta Pedem loqui 231
Peleus sacerdos 346
Pellam habitant Christiani 59
Pellicearum tunicarum ratio 271
Pelliceæ tunicæ expensæ 283
Pellices Salomonis quid significent pag. 124
Pemphredon 143
Pentecoste 530
Pepuza ciuitas 196
Pepuziani 197
Perditionis significatio 265
Peræa regio 219
Peripateticorum errores 7
πεντηκὰ uox supputatur ex numero literarum 114
Periuria admittit Theodorus 523
Persarum mos in pœnis sumendis pag. 301
Persecutio ab Arianis 427
Persecutionis fons 64
Persecutio crudelis in Christianos pag. 351
Persæi dogma 524
Pestis unde 312
Petronius Niger 2
Petrus Episcopus Heppi Palestinæ pag. 422
Petrus Alexandriæ Archiepiscopus pag. 346
Petrus anachoreta 138
Petri fides 238
Petri principatus & præstantia 539
Petri & Pauli obitus XII. Neronis anno 50
Petrum quotidie se baptizasse 66
Petulantia quando cœperit 2
Phadan 5
Phalangium tetragnathum 124
Phares quid 16
Phares in deserto 5
Pharia insula 612
Pharisæorum hæresis 16
Pharisæorum appellatio unde sit pag. 16
Pheleg quid 520
Phibionitæ 36. 40
Phibionitarum oblationes 42.
Phidiæ statuarij factum 259
Philicadus Episcopus Augustadarũ
Phrygiæ prouinciæ 422
Philistiæa 8
Philistionis dogma 39
Philippus Episcopus Hierosolymitanus 308
Philippũ Diaconum nõ habuisse potestatem manus imponendi 26
Philo herbarum naturas descripsit pag. 2
Philonis scripta 57
Philosabbatius Iudæus 203
Philistion fabulator 309
Philistion poëta Comicus 27.105
Philosophi Græci ex Euangelistis offensi 203
Philosophorum decantatæ hæreses pag. 6
Phœbus episcopus Polychalandę Lydiæ 422
Phœnicis historia 577
Phœnesia metalla 347
Pholes 624
Photiniani 400
Phylacteriorum significatum 15
Physalus serpens 199
Physali dolositas 142
Phrygastæ 190
Phryges 190
Phrygum genus unde deductum 4
Phrygia combusta 189
Pierij ecclesiæ 351
Pilati acta 198
Pisæum simulachrum 259
Planetarum nomina apud Hebræos pag. 16
Plato contra seipsum 7
Platonis de Deo & animabus errores 6.7.
Platonis doctrina 5
Platonis dogmata 513
Platonis doctrinam multas hæreses dedisse 100
Plenitudo quid 337
Pneumatomachi 428
Pœnitentia una saltem 235
Pœnitentiæ bonum 237
Pœnitentiæ ratio 346
ob Pœnitentiam inter episcopos dissidium 447
Poëtarum fabulas resurrectionem adstruere 577
Põtifex Christus, quomodo dicatur pag. 555
Pontificum Romanorum series 50
Porphyrio 79
Porphyrius ex Euangelistis offensus 203
Pollux episcopus prouinciæ secundę Lybiæ 422
Populi stoliditas cum pseudoprophetis 219
Porcorum submersio 316
Posidonij Apamei dogma 524
Possibile omnipotenti Deo 486
Potamon Heracleę episcopus 349
Potamonis libera lingua 349
Potestatum cœlestium ac mundanarum ratio 139
Praxiphanes Rhodius 524

Præceptorum figuratorum rationes 104
Prædictionum in Scriptura quæ sit ratio 133
Præputij resecti curatio 618
Preces Audiani aliorum non admittunt 399
Presbyteri mali ab officio depositi pag. 64
Præcepta sacra 525
Primitiæ Christus quomodo dicatus 580
Primogeniti appellatio 504
Princeps mundi quis 331
Principum crucifixio 321
Principia omnium rerum exigua, tẽpore augescunt 438
Principia quo, simul esse non possunt 142
de Principijs Manichæorum stultitia 306
Priscilla prophetissa 190
Priscilliani 197
Priuatiue dictorum ratio 462
Proclianus 534
Prodici dogma 523
Promissio Dei intransmutabilis 55
Prophetæ quomodo Deum uiderunt 396
Prophetas intelligentiæ prophetas esse, & non ueritatis 67
Prophetæ futura uelut præterita narrant 511
Prophetæ quomodo habeantur apud Manem 313
Prophetarum similitudo 193
Prophetarum probatio 191
Prophetas omnes & Legem reiscit Mamon 144
Prophetas Deum uidisse 394. 395
Prophetas ex bono Deo esse, Simon magus negat 27
apud Prophetas omnia in ueritate dicta 193
Prophetiã Ebionitæ reprobant 67
Prophetia, donum uirginitatis 504
Prophetias in nostram fidem impleri 174
Protagoras Menãdri Abderita Deos esse negat 523
Prouerbiorũ loca à Paulo mutata 412
Prouerbiorum liber quomodo intelligitur 359
Prouerbiorũ ac parabolarũ ratio 556
Prunicus quid 25. 36. 128. 129
Psalmos confingere recentes 343
Psalterij libri quinq; 613
Psius 137
Psus suscipit Aeximaticas partes 3
Prochotropheum 437
Ptolemæus, flosculus scholæ Valentini 82
Ptolemæus episcopus Thmueos Augustonices 422
Ptolemæi epistola ad Iudæos in Hierusalem 615
Ptolemæi reges quot fuerunt 616
Ptolemaitarum hæresis 101
Publius episcopus 308
Pudicitiæ moderatæ exemplum 588
Pueri compunctio 197
Pueri conceptus 581
Pueros morientes damnunt Hieracitæ 342
Pueros saluos fieri 344
Pueritia Christi 209
Puluis hæreticorum collectus 219
Pyrrha Deucalionis uxor 39
Pyrrhonij 522
Pyrrhon ab Elide nullũ dogma Philosophorum probabat 523
Pythagoræ doctrinæ 5
Pythagoræ Samij hæresis 522
Pythagoræ errores 7
Pythagoricus quaternarius 83
Pyxidis significatio 411

Q

QVadragesima 531
Quadrãgulum factũ citra reprehensionẽ manibus ac mente 280
Quadrans 623
Quæstiones hominum de Deo uanæ 470
Quartadecimani 198
Quaternitatem inducentes 483
Quinarius numerus lasciuorum 81
Quinta æditio 619
Quintilliani 179

R

RAbboni 140
Rabbiaciba 106
Ramã, rubeta 290
Rapinæ uocabulum 557
Redemptio mater inuisibilium 120
Redimere tempus 146
Reginarum appellatio & numerus sexagenarius 519
Regina quas partes occupauerit 3
Regnum Dei non in sermone syllogistico 464
in Regno Dei minor quis 153
Regum Romanorũ successio 620
Religiosorum uarietas 531
Reprehendendi mores corrupti 392
Resurrexisse Christum Cerinthus negat 53
Resurrectio animarum & transitus à corporibus in corpora 145
Resurrectio quomodo ab Origene tractatur 254
Resurrectio carnis, nõ spiritus 344
Resurrectio, de lapso & resurgente dicitur 267
Resurrectio probatur multis Scripturæ locis 227
Resurrectio corporum probatur ex libris Mosi 12
Resurrectio Christi qualis 579
Resurrectionis loci multi in Scriptura 581
Resurrectionis historiæ apud Poëtas gentiles 577
Resurrectionis ratio 576
Resurrectionis testimonia 288. 289
Resurrectionis imago 257
Resurrectiõis & mortis exercitiũ 268
Resurrectionis modi duo 288
Resurrectionis mortuorum signum in libris Mosi 11
Resurrectionis modus 582
Resurrectionem carnis Archontici negant 138
de Resurrectione mortuorum Origenis opinio 578
in Resurrectione homines erũt sicuangeli 266
Rhinocorura 339
Rhinocorurorum regio 589
Rhodamusia regio 112
Rhyacus 79
Romania 299
Romania Ariana hæresi polluta 351
Romani episcopi autoritas 350
Romanorum imperatorum successio 564
Romanorum regũ anni imperij 616
ad Romanos epistola Pauli corrupta 150
Russi & Rubellionis consulatus pag. 122
Rusticus præses Romanus 184

S

SAalina 65. 210
Saba quas partes susceperit 3
Sabaan pater Danielis 223
Sabaoth quid sit 36. 43. 140
Sabaoth in quo cœlo 43
Sabaoth Deus Iudæorum 140
Sabbatum quid significarit 9
Sabbatum secundum primum 215
Sabbatum magnum 340
Sabbati solutio ac reseruatio pro iusta occasione 338
Sabbati prophanatio 20
Sabbata uaria 75
Sabellius 244. & Sabelliani ibid.
Sabellij 591
Sabellij error 357. 383
Sabitha 623
Sacerdotum corruptus status 392
Sacerdotum coniugij ratio 236
Sacerdoti secundæ nuptiæ non concesse olim 194
Sacerdotium 530
Sacerdotiorum ratio 223
Saclam 43
Sacrificare uirorum est, non mulierum 509
Sacrificiorum ratio 170
Sacrificiorũ ueteris testamenti ratio pag. 170
Sacrificium perfectum Ophitarum pag. 129
Saddai 140
Saddaria 78
Sadducæi unde dicti 14
Sadducæorum doctrina 15
Sæcula Valentino excogitata 405
Sæcula triginta Valentini 78
Sagena ueritatis 108
Saites 623
Salem quæ ciuitas 223
Salomon subsannatur ab Ebionitis pag. 67
Saluationis modi multi 337
de Saluatore opiniones diuersæ ac uariæ 123
Saluatum neminem ante 15. Tiberij annum 336
Salus non ex hominibus 53
Salutis nostræ securitas ubi sita pag. 571
Samaria accepit simulachra 10
Samaritæ 11
Samaritæ secti in quatuor hæreses pag. 13

Sama-

Samaritæ non admittuntur ad ædificationem tẽpli Hierosolymitani 14
Samosatis ciuitas 294
Samosaritæ 294
Sampsæi 219
Sanctus tergeminum 547
Sancti non adorandi 510
Sanctos color ultra decorum non conuenit 507
Sanguis locutus 289
Sapientia carnis quid 276
Sapientia multiplex est 359
Sapientiæ uocabulum 556
Saracenia 299
Saraceni 5
Saraceni circũcisione gaudent 76
Sarratam 16
Sardica synodus 400
Sarmatas 351
Sarra resurrectionis typus 72
Sarræ castitas 554
Satanani 514
Satanam quidam adorauerunt pag. 513
Sateles 138
Saton 621.623
Saturnilus hæreticus 29
Saturnilianorum hæresis 29
Saue soror Cain 136
Saul primus rex in Israël 7
Scarabæi pilularij 139
Scarabçi natura 577
Scolopendra 217
Scolopendra multipes 477
Scorpius geminum aculeum habet pag. 234
De Scorpionum catena fabula 98
Scortatio apud Gnosticos honesta pag. 39
Scortatio detestanda Valentinianorum 90
Scortatio prima cultus simulachrorum 526
Scortationis detestandus modus pag. 248
Scortationis uitium 277
Scortationis horrendum exemplum pag. 40
Scribæ quid apud Iudæos 15
apud Scribas expositiones quatuor pag. 15
Scriptoris ueri officium 489
Scriptura sanctis honesta tribuit pag. 485
Scriptura ab hæreticis falso detorta pag. 118
In Scriptura Diuina, contraria non esse. 395
In Scriptura, nulla contrarietas 424
in Scriptura ociosum nihil 519
in Scriptura cognitiones duæ 544
Scripturæ Dei nulla dictio intercidit pag. 55
Scripturæ cõtrariorum locorum conciliatio 317
Scripturæ Valentini 85
Scripturæ mos 360
Scripturæ oppositorum locorum declaratio 386
Scripturæ ab Ario detortæ 356
Scripturarum interpretes olim pauci 269
Scripturis Diuinis fidei articuli probandi 421
Scytale serpens 250
Scythrianus 299
Scythiani libri quatuor 300
Scythiani mors repentina 300
Scythismus 4
Scythica superstitio quando cœperit 8
Scythismus à diluuio, usque ad Seruch 4
Sebasta, quondam Samaria appellata 223
Sebeth quid 75
Sebuæni 11
Sebuæorum dogmata 14
Secta quomodo in carcere facta 346
Sectarum omnium occasio, Græci pœtę 46
Secundus hæreticus 98
Secundus Pentapolis episcopus 352
Secundianorum hæresis 98
Sedec quid 14
Sedechias & Ioacim, idem 10
Sedere ad dextram 576
Seduc sacerdos 15
Seleuciæ Asperæ synodus 420
Sem quas generationes produxerit pag. 590
Sem filij 339.589
Semiarij 408
Semiramis cõtemporaneus ipsi Abraham 4
Seminum ac plantarũ imago ad resurrectionem 268
Seminis humani esus 40
Sempsensium genus 19
Senaar campus 3
Senarius numerus insignis 114
Senarij numeri ratio 114
Seneca episcopus Hierosolymitanus pag. 308
Sepis animalis natura 127
ad Sepulchra deferre cibos & potus pag. 578
Sepulchrum unde 587
Sephurin 64
Seppharuræi 10
Seps uipera, à putredine appellata pag. 55
Septuaginta discipuli 23
Serapion episcopus Antipyrgi Libyæ 422
Serapionis ecclesia 351
Serapij simulachrum Athenis 250
Seras episcopus ex Paratonio Libyæ pag. 422
Serpens æneus Mosis 129
Serpens, diabolus dicitur in Scriptura 127
Serpentis prudentia duplex 130
Serpentis fraus 127
Serpentem osculantur Ophitæ & colunt 129
de Serpente & Ario simile 385
Serpentes quomodo fugandi 200
Serpentium multiplicitas permixta pag. 142
Seruch interpretatur iritatio 4
Seth 43
Seth significat permutationem 135
Seth puritas 135
Seth rursum raptus 143
Seth esse Christum 135
Sethiani 134
Sethianorum libri 135
Seuerinus episcopus 415
Seuerus & Seueriani 183
Serua dicitur Venus apud Hebræos pag. 16
Seruus eius, à quo quisque superatur 140
Sexanguli ratio 520
Sextarius 623
Sextarij in medio uigintiduo 622
Siccorum esus 531
Sicima est Neapolis 513
Siclus 623
Signum primũ Christus natali suo fecit 208
Similis essentiæ significatio 426
Simile de filio regis 367
Simile de uarijs rebus 231
Similia de Christi natiuitate 357
Similia quædam egregia 335
Similitudinis filij ad patrem ratio pag. 417
Similitudinis æqualitatis ac identitatis ratio 443
Similitudinis ratio 413. 441
Similitudines conceptionis uerbi in uirgine Maria 567
Similitudinum usus 558
Similitudinum in Scriptura ratio pag. 494
Simon Cyrenæus passus pro Christo 38
Simon Magus à Philippo baptizatus 26
Simon Magus in medio urbis Romę collapsus, interijt 27
Simonis magi hæresis 26
Simulachra quatuor absconditæ 12
Simulachra adorare, quidam non esse peccatum dicunt 19
Simulachrorum cultores à bestijs deuorantur 10
Simulachrorum cultus initiũ & progressus 585
Sina mons in Arabia 335
Singularia pro pluralibus, & uicissim 317
Sinops urbs 148
Sirach liber 9
Sirenes uocis iocunditate odium erga homines excultant 270
Socrates Elmagli 522
Solis cursus ratio 398
de Sole & prædicatione ueritatis 96
Solitudo 530
Somer & Somororum mons 11
Somni ratio 192
Sophistæ Theologi 269
Sophistæ uelut pictores 270
Sox 16
Soye 5
Spinæ pro strato 16
Spinarum multa genera 131
Spiritus sanctus adorandus 432
Spiritus sanctus in columbæ specie apparuit 246
Spiritus sanctus de filio accipit 469
Spiritus sanctus increatus 373
Spiritus sancti nomina 570

Spiritus Dei quomodo profunda perſcrutetur 540
Spiritus ſancti appellationes 196
Spiritus immundi ſeipſos ſubuerentur 195
Spiritum ſanctum impugnãtes 542
Spiritum ſanctum qui non admittant 12
Spiritum & mẽtem eſſe diuerſa 574
Spiritum ſanctũ non eſſe creaturam creaturæ 376
Spiritu ſaluari abſq; corpore 340
Spiritus multi in Scriptura 433.570
Sputa & ſordes corporis hæreticorũ olim ſumpta in remedium 19
Stater 623
Statuæ ex luto & arte figulari quando fieri cœperint 4
Stellio 198
Stephanus epiſcop⁹ Ptolemaidis Libyæ 422
Stirps Mariæ liber 44
Stoici refutantur 6
Stoici quid de deitate ſentiant 6
Stranga fluuius 301
Stratiotici 36.40
Strato & Lampſaco 524
Stulta inſipientes aliquando perſuadent 51
Sublimniſci nota 615
Subſcripſerunt multi Arianis 419
Subſtantia & eſſentia idem ratione pag. 385
Subſtantiarum nominis ratio 416
Suedrorum eccleſia 533
Sulpitius Cammarinus conſul 214
Superſtitio Scythica 8
Suſoba 5
Syllogiſmorum in diuinis ſtulta collectio 454
Syluanus Tarſenſis 420
Symbolum patrum 404
Symeon epiſcopus Hieroſoly. 308
Symmachus epiſcopus 308
Symmachi interpretatio 618
Symphonia parua & magna, librorum nomina 138
Synaxes 530
Synaxis abominabilis 39
Synodus Tyria 349
Synodi circa paſchatis feſtiuitatẽ omnium congregatæ 408
Synuſios 537
Syrorum literæ ad Perſas 304

T

Tabernaculum, Chriſtũ repræſentare 215
Talantium 624
Talentum 623
Talpæ deſcriptio 217
Tarſinus 533
Taſcodrugitæ 190
Taſcodrugitarum appellatio 197
Taſcus quid 197
Tatianus & Tatiani 184
Telaa 16
Tenebræ & peccati caligo 329
Terbinthus ſeruus 299
Terminus quæ potentia ſit 84
Terra an poſt hoc ſeculũ futura 266
Terræ protector Deus 11
Terrę diuiſio inter tres filios Noẽ 339
Teſſareſcædecatitæ 198
Teſtamentum mortis 334
Teſtamentum uetus Euangelio non contrarium 162
Teſtamenti ueteris Deus, an alius ab eo qui eſt in nouo 325
Teſtamenta alba non eſſe unius doctoris 334
Teſtimonium trium 539
Thaletis Mileſij hæreſis 522
Thamadan 78
Thamar in libidine quoſdam ſequi pag. 248
Thardeadæ 78
Tharta inuenit ſtatuas 4
Tharthuu 78
Theoctiſtus epiſcop. Oſtracines 422
Theodorus Atheos 523
Theodotus Ioannis Euangelium negat 220
Theodotiani 220
Theodotionis editio 618
Theodoſius epiſcopus Philadelphiæ Lydiæ 422
Theodulus notarius Baſilij 401
Theonas epiſcopus 349
Theonæ eccleſia 351
Theophraſtus Epheſius 524
Theras 137
Thermutis Dea 507
Therſi menſis 14
Theſſalorum lingua 137
Thiras 4
Thobel 4.137
Thomas Manichæus 304
Thomim 16
Thronus Dauid quid ſit 56
Thracum appellatio 4
Thracum lingua 137
Tibia draconis imitamentum 37
Tobias epiſcopus Hieroſolymit. 308
Traditiones Iudæorum 157
Traditiones ſeniorum quadruplices pag. 106
Traditionum uſus 243.316. autoritas 223. ratio 230. 439.& 440
Traditionum de diis apud Græcos initium 5
Transformatio Chriſti 389
Tria cana 623
Tria perfecta 370
Tribuum ſacerdotalis ac regię cognatio 503
Tricenarius numerus in Scripturis pag. 119
Trieritidæ 525
Trinitas in creatione 548
Trinitas adoranda 472
Trinitas, una deitas 370
Trinitas citra curioſitatẽ in Scripturis nobis annunciatur ac creditur 430
Trinitas ſemper cum propria gloria pag. 466
Trinitas in minori opulẽtia ſeipſam nunquam uidit 470
Trinitas fons omnis dulcedinis 435
Trinitas non eſt coniunctio 247
Trinitas ſibiipſi incomparabilis 453
Trinitatis falſa opinio 576
Trinitatis ſanctæ myſterium 567. 430
Trinitatis ſanctæ myſterij explicatio 245
Trinitatis ſanctæ perſonarum diſtinctio 229
Trinitatis ſanctæ myſterium explicatur 435
in Trinitate nihil creatum, & ſub cauſam cadens 468
de Trinitate, ſimilia 244
in Trinitate nihil recens 464
Troporum ratio 552
Tryblium 623
Tumbæ 62
Tunicarum pellicearum ratio 261
Turpes hæretici 248
Typhlops ſerpens 244
Tyrbon diſcipulus Manis 301

V

VAlens epiſcopus 308
Valens rex Arianus 365
Valens Pannoniæ epiſcopus 349
Valentiniani omnia etiam interdicta ſapiunt 89
Valentiniani epiſtola 79
Valentinorum hæreſis 77
Valentinorum differentiæ decem pag. 77
Valentinianorũ dogmatum inconſtantia 96
Valleſij 232
Vallis falſa 18
Vananin 78
Vaphris epiſcopus 308
Vaſis nomen Manes ſibi indidit pag. 299
Vbucua 78
Vduuae 78
Vduo 78
Veliame 78
Veneficium quando inceperit 2
Venerem maſculam Zenon probat pag. 524
Venerem ſingulis diebus exercere pag 36
Ventris concupiſcentias deteſtatur Deus 332
Verbum carnem aſſumpſiſſe 484
Verbi filij Dei epitheta 544
Verbi ad uerbum differentia 415
Veritas non fucata 373
Veritatis uindex Deus 416
Veritatis imago 113
Veritatis uis 124
Veſtis uetus quæ 143
de Veſte ſimile 239
Veſtibus an opus ſit in die iudicij pag. 589
Via regia quæ 240
de Via publica, ſimile 240
Videmus & non uidemus, quomodo intelligendum 560
Videre Deum 396
Viduæ nubant 194
Viduitas 530
Vigilantia mira 116
Vigiliarum imago 268
Vigiliarum noctis ratio 158
Vigintiduo capita 622
Vinum quur non bibant Encratitæ pag. 189
à Vino abſtinent Seueriani 183
Vinnitius conſul 212

Viperæ natura 48
Viri appellatio de Christo 222
Viri à mulieribus seorsim degant 516
Virgæ Mosis resurrectio & transmutatio 582
Virginitas à Gnosticis ridetur 44
Virginitas interdicta apud Ebionitas 59
Virginitas quæ in se cõplectatur 230
Virginitatis uotum, decẽnium apud pharisæos 16
Virginitatis in Ecclesia ratio 194
Virginitatis laus 342
Virginitatis ueræ ratio 249
Virginitati aduersari 19
Virginitatem laudat Marcion 144
Virginitatẽ improbant Ebionitæ 66
per Virginitatem decretam ad nuptias conuerti, peccatum 243
de Virgine corrupta & hæreticis simile 476
de Virginitate amissa & lauacro, simile 235
Virgines apud Gnosticos quales 44
Virgines multas Arius seduxit 352
Virgines quæ nubere iussæ à Paulo pag. 243
Virtus non est imago Dei 394
Virtutis multæ species 394
Vitalius episcopus 488
Vita honestissima Audianorum 399
Vitæ Christianæ renunciationis ratio 514
Vitis ex semine diaboli 183
Vitrum pro smaragdo uendere 82
Vncia 623
Vnigenitus etiam omnipotens appellatur 470
Vnguentum euacuatum 519.555
Vnus Deus, & unus Dominus, quo modo accipiendum 230
Vnum secundum concordiam nos cum Christo, non secundum naturam 358
Vocatio nostra non coacta 196
Vranius Tyrius 420
Vranius episcopus Tyri 422
Vrianius episc. Mesopotamiæ 400
Vrina se prolui 12
de Vrina & Deo, simile 340
Vrsacius falsus testis 349
Vtres ueteres qui 143
Vxor uiri quæ 205
Vxores communes apud Gnosticos 49
Vxores patribus multæ, non una in domo 516
Vxores communes apud Valentinianos 90
Vxores communes habent Secundiani 100

X

XEnodochus 437
Xenophanes Orchomenis Colophonius 522

Z

ZAccharias cædis causa 44
Zacchæus hæreticus 505.526
Zacchæi 40
Zelus & Iechonias, idem 10
Zembran 4
Zenon Citiensis 524
Zenonis Stoici doctrina 5
Zenonas duos esse 6
Zeno Eleates 522
Zizaniorum parabola 330
Zodiaci circuli ratio 118
Zopyros uespa 183
Zoroastres 4

Scripturæ loca obscura, quæ in hisce libris declarata sunt, sequuntur.

Gen.1. In principio creauit Deus cœlum & terram 118
Gen.2. Faciamus hominem ad imaginem nostram 31
Gen.2. Hoc nunc os ex ossibus meis pag. 106
Gen.3. Immisit soporẽ in Adam 192
Gen.3. Eritis sicut dij 127
Genesis 3. Induit eos tunicis pelliceis pag. 283
Gen.4. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me 12
Gen.6. de arca Noe, et illius uxore 39
Gen.38. de Thamar & Selom 44
Gen.49. Non deficiet sceptrum de Iuda &c. 21
Exod. 4. Cessauit sanguis circumcisionis filij mei 72
Leuit.11. Quod si quis cõtigerit, mortuum manebit &c. 12
Num.19. Accipe mihi iuuenculã fuluam 74
Deut.18. Quæcunq; anima non audiet Prophetam illum 9
Deut.33. Quçro Rubim, et ne moriatur 12
Deut.33. Viuat Rubim, & nõ moriatur 582
Iosue 7. Coccinum posuit in fenestra 42
Esa.8. Accipe tibi fructum chartę 74
Esa.8. Puer natus est nobis 72
Esa.8. Noluistis uos aquã Siloã placidè procedentem 124
Esa.26. Aperite portas 444
Esa.28. Tribulatio in tribulatione 37
Hier.9. Ascẽdit mors per fenestras 13
Baruch 3. Homo est, & quis cognoscet ipsum 68
Ezech.36. Vos ossa sicca hæc 156
Psal.1. Erit uelut lignum quod plantatum est 42
Psal.65. Probasti nos Deus, igne examinasti nos 274
Psal.75. Tu contriuisti capita draconis 46
Psal.92. Dominus regnauit, decorem induit 382
Psal.109. Ante Luciferum genui te pag. 295
Psal.138. In librum tuum omnes scribentur 74
Pro.8. Dominus possedit me 359 360.361
Cant.1. Surge, ueni tu columba mea 238. 239
Matth.1. De generationibus 10
Matth.1. Ecce uirgo concipiet & pariet 74
Matth.3. Ventilabrum habet in manu
Matth.5. Oculum pro oculo 107
Matth.5. Nolite iurare, neq; per cœlum, neq; per terram 20
Matth.5. Habeto beneuolẽtiam cum aduersario tuo 50
Matth.7. Non noui uos 371
Matth.9. Non mittunt uinum nouum 143
Matth.10. Estote prudentes sicut serpentes 130
Matth.11. Quid exijstis in desertum, ut uideretis arundinem 41
Matth.11. Quis ex uobis habebit amicum 156
Matth.11. Venit filius hominis edens &cæt. 68
Matth.11. Gratias ago tibi pater domine cœli & terræ 120
Matth.12. Omnis blasphemia remittetur 220
Matth.13. Explica nobis parabolam zizaniorum 330
Matth.13. De fermenti parabola 92
Matth.15. Honora patrem tuum &c. pag. 103
Matth.18. Si offendiculo fuerit tibi unum membrorum tuorum 233
Matth.19. Sunt eunuchi 234
Matth.19. Non omnes capiunt dictũ hoc 336
Matth.22. Nemo bonus, nisi unus Deus 543
Matth.22. Neque matrimonium contrahant 46
Matth.26. Pater transeat à me poculum hoc 379.552
Matth.27. Deus meus, Deus meus ut quid dereliquisti me 381
Matth.28. Docete omnes gentes 22
Luc.1. Quomodo fiet istud, quia uirum non cognosco 68
Luc.4. Proficiebat sapientia & ætate pag. 555
Luc.5. Abi, ostende teipsum sacerdoti 152
Luc.5. Vt autem sciatis quod potestatem habet filius 152
Luc.6. Et omnis turba quærebat ipsum tangere 153
Luc.6. Sufficiens est discipulo, ut sit uelut magister eius 76
Luc.18. Magister bone, quid faciendũ mihi 160
Ioan.1. In principio erat uerbũ etc. 93
Ioan.1. Omnia per ipsum facta sunt pag. 572
Io.1. Quia prior me erat 568
Io.3. Sicut exaltauit Moses serpẽtem in deserto 130
Ioan.6. Nisi comederitis carnẽ meã pag. 42
Ioan.2. Quid mihi & tibi curę est mulier 510
Ioan.8. Vos ex satana estis 140
Ioan.8. Vos filij estis patris uestri diaboli 132
Ioan.10. Ego et pater unũ sumus 232
Ioan.10. Pater maior me 374.543
Ioan.13. Tradidit marsupium 133
Ioan.17. Glorificaui, & rursus glorificabo 386
Ioannis 17. Velut & ego tu unum pag. 583

Ioan. 17. Da ipſis uitam habere in ſe ipſis 363
Ioan. 20. Ianuis clauſis uenit 284
Ioan. 20. Ne me attingas 46
Ioan. 20. Vado ad patrem meum, & patrem ueſtrum 376 & 461
Act. 2. Notum ſit uobis tota domus Iſrael 369
Act. 7. Ecce uideo cœlum apertũ 182
Act. 10. Vidi linteũ demiſſum ex quatuor initijs 52
Act. 10. De eſu carnium 69
Rom. 10. Debitor ſum Grȩcis & Barbaris 8
Rom. 7. Non enim quod uolo, facio pag. 262
Rom. 7. Ego autem uiuebam ſine lege 275
Rom. 10. Corde creditur ad iuſtitiam pag. 19
1. Cor. 4. Imitatores mei eſtote, quẽadmodum & ego Chriſti 76
1. Cor. 7. Vellem omnes eſſe ſicut me ipſum 505
1. Cor. 7. De uirginibus præceptum non habeo 243
1. Cor. 9. Num boues curæ ſunt Deo pag. 168
1. Cor. 10. Patres noſtri ſub nube erant 169
1. Cor. 11. Vir non debet comam nutrire 170
1. Cor. 14. Volo quinq; uerba mente mea 171
1. Cor. 14. Pſallam mente, pſallã ſpiritu 491
1. Cor. 15. Cur baptizãtur pro ipſis 54
1. Cor. 15. Oportet ipſum regnare 385
1. Cor. 11. Timeo ne forte uelut ſerpẽs Euam decepit 130
2. Cor. 12. Noui enim raptum uſque ad tertium cœlum 274
Gal. 3. Chriſtus nos redemit 146
Gal. 4. Siquidem ſunt qui dicuntur Dei 37
Galat. 5. Manifeſta ſunt opera carnis pag. 166
Epheſ. 4. Vnus Deus ex quo omnia pag. 445
Eph. 5. Redimentes tempus 146
Col. 3. In Chriſto Ieſu non eſt Barbarus, non Scytha
1. Ioan. 4. Omnis ſpiritus, qui non confitetur 46
Iudæ. Velut bruta corrumpuntur 43
Heb. 6. Fieri non poteſt, ut qui ſemel fuerint illuminati 235

Locorum obſcurorum Scripturæ finis.

Series chartarum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z &, A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z, Aa Bb Cc Dd Ee Ff. Omnes terniones, præter Ee, duernionem, &, Ff, uero quaterniones.

BASILEAE
Per Robertum Vuinterum, menſe Septembri,
Anno M. D. XLIII.

